actio.l.cùm hi.§.ſed & ſi pluribus.per quem §.doc.quidam hoc
antiquitus tenuerunt:tamen contrarium dico veriſsimum.Pri-
mò,quia ſuper venditione primò ſunt inſpiciēda pacta conuen
ta inter dantem in emphyteuſim & recipientem : vt d. l. de iure
emphy. ſed in iſto inſtrumento continetur nō ſolùm ad alienan
dum in præiudicium dictæ eccleſiæ, ſed ſi inuicē alienent, nul-
lum eſt præiudicium eccleſiæ:quia quilibet eorum eccleſiā do-
minam recognoſcit:ergo inuicem eſt permiſſa alienatio.Præter
ea videtur caſus C.de fideicō.l.voluntas.vbi dicitur ꝙ inuicem
poſſunt alienare. Præterea,de hoc caſus x.colla. de prohi. feu.
alie.per Fede.c.imperialem.§.præterea ducatus. Præterea,ſi iu
ra deficerent omnia,hæc ratio oſtēdit quare in alium prohibita
eſt alienatio:quia ille alius,vel alio modo accipiens non cogere
tur ipſum primum cōcedentē in dominum recognoſcere : quia
ei domino nulla perſonali actione tenetur: & ideo ius vltimum
qui primus eſt emphyteuta,potuit alteri in emphyteuſim conce
dere:vt Inſti.loca.§.adeo.quia ſecundus emphyteuta recogno-
ſcit primum dominū,& dominus ita poſsidet modò, ſicut poſ-
ſidebat re exiſtente apud primum emphyteutam. quod non eſ-
ſet re vendita:vt ff.quib.mod.vſusfru.amit.l.Pomponius. de ac
qui.poſ.l.qui vniuerſas.in fi.Sed in propoſito,quilibet ipſorum
filiorum habet æqualiter ab eccleſia , & cogitur eā recognoſce-
re in dominam:quia hæres primi recipientis : ergo &c. Ad hoc
etiā facit quod no.doc.in l.fi.C. de iure em a
phy. Concluditur ergo ꝙ per diuiſionē ab
eorum iure non ceciderint. Et per hoc ap-
paret reſponſio ad §.ſed &ſi pluribus.quia b
ibi eſt eadem ratio prohibitionis inter oēs,
5 quæ inter extraneos:hic ſecus. † Super ter
c tio[c] puncto quo quęritur,an per dictā quie
tationē inuicem factam impediatur frater
ſuperuiuens petere dictam partem.dico ꝙ
ex hoc pacto eccleſia nil poteſt dicere : qa
illi demum prodeſt pactum,cuius paciſcē- c
tis intereſt:vt ff.de pac.l. & hæredi.§.fi. ſed
paciſcentis nihil intereſt,ꝙ eccleſiæ proſit:
ergo &c. Præterea,ſi intelligeres iſtam qōnem vt ad hoc futurum porrigatur, hęc nō d
acquiritur illi fratri cui quitatio fit:quia ius
quod frater ſuperuiuens intendit,nō eſt cō
tra fratrē mortuū vel eius hęredes. Ex hoc
ergo dicto fratri pręmortuo nihil quęritur:
vt l.nec vtile.ff.ex quib.cau.maio.& de acqui. poſ.l.ſi me in va-
cuam.Præterea ꝙ ad tale ius fratrum poſt mortem talis genera-
lis quitatio nō porrigatur, probatur in l.Paulo Callimacho.§.j.
de leg.iij. Facit illud generale dictum ꝙ generalis quitatio non
porrigatur ad ea,de quibus non eſt cogitatum: vt l. Aquil. & l.
qui cum tutoribus.de tranſac.Facit de dam.infec.l.ſtipulatio.§.
j.& eo.titu.& l.damni infecti quidam.in fi.Concluditur ergo ꝙ
vigore illius quitationis iſte frater non repellatur. Bartolus.

a ¶Cōceſsionis. vide in l. etiā filios.ff. ſol. ma.ī j.apoſtil.et Lu. Ro.in cōſ.xix.Tho.

b ¶Sup ſecūdo.vide plenè per Iaſ. in l.q Romæ.§.duo fratres. in xxx.col.ff.de verbo. obli in verſi.decimò notabiliter q̄ro. vbi plenè ponit de iſto dicto Barto. in hoc conſil.Thomas.

c ¶Super tertio. vide Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in xij. col.ff.de ver.obli.& vide Bar. ſ. in cōſi.j. in ij.volu.Tho.Dip.

d ¶ Sunt ciues. Vide Bar. in l. ſi maritus. la ij.§.j.ī fi.ff. đ adul. & ibi vide apo. meā in ver.habeant.Tho.

Si permittitur aliquibus hominibus volentibus ædificare ca-
ſtrum ſub franchiſia & libertate,ſicut habent alij ciues : iſti non
tenentur ſoluere tributa & collectam quæ ſoluunt alij ciues:qa
illa verba,ſicut alij ciues,&c.intelliguntur de ciuibus liberis: &
ideo vltra contenta in contractu non ſunt obligati. Item dicta
franchiſia,& libertas extenditur etiam ad bona futura.

1 ☞ *Loco conceſſo ut fiat caſtrum, illi, qui ibi ſunt nati, ſunt ciues ciuitatis.*
2 *Conceſſo territorio uidetur conceſſa iuriſdictio.*
3 *Immunitas conceſſa ut ipſi ſe obligent ad certas ſubiectiones, ad alia non ſunt obligati.*
4 *Expreſſio eorum, ad quæ quis teneatur, declarat quòd in alijs non uult teneri.*
5 *Verba, ſicut alij ciues, intelliguntur de ciuibus liberis.*
6 *Verba antiqua ſtipulationum in contractu declarantur ex cōſuetudine & modo utēdi.*
7 *Collectæ ſi non ſunt ſolutæ per quadraginta annos, de cætero non poſſunt ſolui.*
8 *Franchiſia, & libertas extenduntur etiam ad bona futura.*
9 *Libertas & franchiſia data hominibus, & eorum hæredibus in futurum, complectitur hæredes, & hæredes hæredum in infinitum.*

## CONSILIVM LIX.

COmmune Spoleti cōceſsit qui
buſdam hominibus habitātibus in comitatu Comitis de
Artono quēdam locum,qui locus vocatur Mons franchus, co
mitatus Spoleti liber,vt ibi facerent caſtrum, & ibi habitent,&
dicti homines promiſerunt dicto communi Spoleti certa ſerui-
tia annuatim:& econuerſo commune Spoleti promiſit eis fran-
chiſiam,& libertatem,ſicut habent alij ciues Spoletani.dicti ho
mines fecerunt caſtrum in dicto loco vbi ſteterunt per quadra-
ginta annos,nec ſoluerunt collectam de his quæ per eos fuerūt
quæſita de nouo & dicta franchiſia fuit eis, & eorū hæredibus,
& ſucceſſoribus data,pro eorum iuribus, & poſſeſsionibus. Ex
hoc themate primò quæritur an cōmune Spoleti poſsit eis col-
lectas imponere.Secūdò, an dicta immunitas porrigatur ad bo
1 na quæſita. † In quæſtione prædicta videtur examinandum
vtrum homines prædicti caſtri ſunt ciues , vel incolæ ciuitatis
Spoleti,& ob hoc dicātur habitare & nati eſſe in territorio Spo
leti vel non.Nam ſi ponimus dictum caſtrum eſſe de eius terri-
d torio,non eſt dubium quòd homines ibi nati ſunt ciues:[d] & qui
ibi conſtituerunt domicilium, erant ciues : vt ff. ad municipa.l.
qui ex vico.& C.de epiſco.& cleri.l.nulli.§.ex vico.& de natu-
rali.libe.l.iij. cum ſimilibus. & quòd dictum caſtrum non ſit de
territorio ciuitatis Spoleti, ſic probatur primò : Certū eſt quòd
quando aliquid datur : omne ius tale , quale erat penes traden-
tem,in accipientem transfertur : vt ff. de acquirenda rerum do-
minio. l. traditio. & de contrahenda emptione. l. alienatio. &
C.de diſtractione pignorum.l.ſi debiti.cum ſimilibus. Cùm er-
go commune Spoleti dedit hominibus dicti caſtri locū, in quo

a ℂIuriſdictionē. Not. qđ dicit Bart. hic q̄ cōceſſo caſtro vł ter ritorio, cenſetur con- ceſſa etiā iuriſdic. ad de Barto. in l. iij. ff. de acqui. poſ. & l. u. ro. pōit ī cōſi. ccccxliiij. inci. an dictū caſt. in ij. col. vbi al. plures. cōcor. & etiā al. Bar. in iſto cōſi. Thoma.

b ℂSimpliciter. Not. q̄ dicit Bart. hic, q̄ ca- ſtrū ſubmittēs ciuita ti, cū modis et pactis nō ī totū dicit̄ eſſe ci uitatis, cui ſubmittit̄ Idē conſuluit Pet. de Anch. in cōſi. ccccxx xvij. inci. illa ſentētia cū concor. de qbus p̄ Fely. in c. poſtulaſti. in ij. col. in iiij. decla- ratiōe. de fo. cōp. vbi etiā alleg. bar. in iſto conſi. Tho.

c ℂCerta. No. iſtud di ctū Bar. in hoc cōſil. illud Ro. in cōſi. cccc xlv. inci. an dictū ca ſtrū. in ij. col. cōtra d. Plumbi. vbi videas. Tho. Dip.

d ℂCollecta vid̄ Bal. ī l. qđ fauore. C. de le- gi. Tho.

e ℂPer xl. annos. vide Bar. in l. licitatio. §. fi lius. et ibi pau. de ca. ff. d̄ publicanis Tho.

f ℂIn futurū. vid̄ bar. in l. ſi quis miſſū. §. ſi is q ædes. in fin. ff. de dā. infec. & ibi apo- ſtil. & do. Alc. de I- mo. in verſ. īducit ad q. vbi etiā alle. bart. in iſto cōſilio. Tho.

ædificatū eſt dictum caſtrum, & vocatus
Mons franchus: ergo tranſtulit omne ius
dominij & iuriſdictionis quod habebat in
dicto loco. & ſic nō remanet de eius territo
rio. Præterea, quæ ſunt religioſa vel ſacra
conceſsionis vnius totaliter accedūt: vt ff.
de cōtrahen. emp. l. in modicis. & de acqui.
re. do. l. quædam. ergo multo magis iuriſdi-
ctio, quæ eſt humilis, videtur accedere tali
2 conceſsioni. † Præterea iuriſdictio cohęret
territorio: vt ff. de off. præfec. vrb. l. j. §. cū vr
bē. & C. vbi & apud quē. l. fi. ver. tamē hos.
& de fun. li. l. quicunq; li. xj. & ff. de iuriſd.
om. iu. l. fi. & ſi ſerui. ven. l. ij. in fin. & l. iij. &
qui præſcribit locū, videtur præſcribere o-
mnia iura loci: vt l. ſi aliena. §. j. ff. de vſuſca.
ergo commune Spoleti concedendo dictū
Montē franchū videtur concedere iuriſdi
a ctionē[a] quæ ipſi monti cohęrebat. & ſic nō
remanet in eius territorio. Probatur: quia
eius iuriſdictio nō venit in conceſsione ni
ſi expreſsè dicatur, vt x. col. de capi. qui cu
riam vendidit. Pręterea habens iuriſdictio
nem non poteſt eā à ſe abdicare, niſi in ma
nibus ſuperioris à quo habuit. vt ff. de off.
eius. l. pe. ergo apud cōmune Spoleti remā
ſit iuriſdictio, et de eius territorio: & ſic oēs
qui venerant ad habitandū fuerunt incolę
& qui ibi nati ſunt ciues ciuitatis Spoleti.
Concludendo ergo in hoc puncto videtur
dicendum de iure q̄ dictum caſtrum Mō
tis franchi, ſic remanſerit in iuriſdictione
commune Spoleti per iura præallegata: nō
b tantū ſimpliciter:[b] ſed cum certis pactis &
conditionibus. Eſt enim data dictis homi-
nibus immunitas in quibuſdam tempore
quo ipſi venerunt: vt ex forma dictorū pa-
ctorum apparet: quæ immunitas eſt eis ſer
uanda: vt l. ij. in prin. de iure immu. quā le-
3 gem adduco pro caſu noſtræ quæſtionis. † Quæ autem im-
munitas videatur conceſſa, dico quòd cùm ipſi aſtrinxerit ſe ad
certas ſubiectiones, ſcilicet facere exercitum, & parlamentum,
& tenere amicum pro amico &c. recipere poteſtatem, & ſolue-
re certam quantitatem annuatim, vt dicto inſtrumento appa-
ret. alia dicti homines non promiſerunt. ad illa ergo commune
4 teneatur: vt d. l. hi qui. de iure immunitatis. † Nam exprimen
c do certa[c] ad quæ volunt teneri, declaratur quòd in alijs nolue-
rint teneri: vt ff. de fundo inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpondit
domo. & l. cùm de lanionis. §. cùm fundus. de conditioni. & de-
monſtrationi. l. cùm ita. circa finem. Cùm ergo non obligaue-
rint ſe ad ſolutionem collectarum: ergo eis non poteſt imponi.
Nec obſtat quod dicunt, commune Spoleti recepit eos, & pro-
miſit eos tractare vt ciues & habitatores ciuitatis Spoleti, & cō
d cludunt, ſi ciuibus poteſt imponi collecta[d]: ergo & iſtis &c. quo
niam ſi bene inſpicitur tenor dicti facti, primò continetur pro-
miſsio quam fecerunt homines dicti caſtri Montis franchi, &
in illis obligauerunt ſe limitare ad quædam, vt dictum eſt. Se-
cundò continetur obligatio, quam communem Spoleti fecit di
ctis hominibus communis Montis franchi. & in illa obligatio-
ne fuerunt dicta verba, ſcilicet & illis dedit franchiſiam & liber
5 tatem, eo modo quo habent ciues, & † habitatores confinium
communis ciuitatis Spoleti. cum ergo illa verba fuerunt appo-
ſita ad obligandum commune Spoleti, non inducunt argumē.
vt alij plus obligētur eis, vt l. cùm tale. §. finali. de legatis primo.
& l. legata inutiliter. de adimendis legatis. Intelliguntur ergo il-
la verba vt illi homines ſint in ea franchiſia & libertate, in qua
ſunt ciues Spoleti, hoc eſt liberi, licet vaſalli dictorum domino
rum de Artonto, non autem propriè hi intelliguntur obligati
ad collectas. Et quod ſic debeat intelligi, probatur ex vicinitate
ſcripturæ præcedentis & ſequenti: argumē. de legat. j. l. ſi ſeruus
plurium. in fine. & l. qui filiabus. in princi. de lega. iij. l. numis. cū
ſimi. Præterea ſi aliter intelligas, ſequeretur q̄ totus ille contra
ctus, & omnes conditiones eſſent inutiles. Nam diſſenſus vitiat
ſtipulationem & contractum, vt l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichū.
de verbo. obli. l. continuus. §. j. & de actio. & obli. l. in omnibus.
& de contrahen. emptio. l. in ven. ſed cum homines Montis fran
chi intellexerint ſe obligari tantùm ad quædam ſeruitia nomi-
natim, non autem ad omnia, vt expreſſerunt. Si intelligeremus
q̄ commune Spoleti intellexerit de plenaria ſubiectione: ergo
irritaretur talis contractus propter diſſenſum, quod dicere non
debemus. l. quoties in diem. ff. de verbo. obli. & l. quoties. de re-
bus dubijs. intelligatur ergo eo modo quo dictum eſt s. vt ſic cō
6 ſenſerint. † Præterea verba antiqua ſtipulationum in contra-
ctu declarantur ex conſuetudine & modo vtendi: vt l. ſemper
in ſtipulationi. de regu. iuris. & d. l. ſi ſeruus plurium. de lega. j. &
de lega. iij. l. numis. Sed, vt proponitur, commune Spoleti ſem-
per paſſum eſt dictos homines vti dicta franchiſia & libertate.
7 facit ff. de lega. j. l. nihil. † Præterea, hoc certum eſt q̄ homines
dicti caſtri Montis franchi credentes, & iuſta ratione moti ſe eſ
ſe liberos ab onere ſoluendarum collectarum, ſteterunt per xl.
e annos,[e] & vltra quòd prædictas collectas non ſoluerunt. erunt
ergo liberi: nec eis poterit de cætero imponi. vt C. de præſcript.
xxx. annorū. l. ſicut. & l. omnes. & l. cùm notiſsimi. & eſt expreſ-
ſum in terminis noſtræ quæſtio. C. de fun. pa. l. fina. §. hoc etiam
adijciendo, vbi allegant conceſsionem ſibi factam de collecta
non ſoluenda cū curſu xl. anno. nulla nouitas poteſt ei imponi.
Secundò videndum eſt, & examinandum videtur de illis ver-
bis quæ dicunt, pro ſe & ſuis hæredibus, & pro eorum iuribus,
perpetuam franchiſiam, &c. ad quæ bona porrigantur & vide-
tur q̄ etiam ad futura: vt l. peculium. in prin. de lega. ij. & de leg.
iij. l. ſi ex toto. §. j. & de pecu. lega. l. deniq;. §. fina. cum ſimi. Ecō-
tra videtur q̄ intelligantur tantùm res quę tempore contractus
erant: vt l. fina. §. j. de lega. ij. & de auro & argen. lega. l. ſi ita. in
8 princi. † Concludendo dico in iſto puncto quòd omnes res, &
poſſeſsiones veniant, tam illæ quæ erant eorum tēpore celebra-
ti contractus, quàm etiam poſt quæſita: & hoc per caſum extra
de priuile. c. quia circa. & per d. l. peculium. in princip. cum alijs
ſuprà allega. Nam illa verba appoſita in contractu ſunt non ſo-
lùm generalia, ſed vniuerſalia. Dicit enim, cum omnibus iuri-
bus eorum. & ſic hoc verbum, iuribus, complectitur peculia, hę
reditates &c. nomina iuris, & vniuerſitas etiam quæ augmentū
& diminutionem recipiunt, de quibus fit mentio in d. l. peculiū.
9 & no. in l. quod dicitur. de impen. in reb. dota. fac. † Præterea,
hoc euidentiſsima ratione oſtenditur. Nam in iſto cōtractu da-
ta eſt franchiſia, & libertas dictis hominibus, & eorum hæredi-
f bus in futurum,[f] & ſic complectitur hæredes & hæredes hære-
dum in infinitum: vt C. de lega. l. in annalibus. & de verbo. ſigni
fica. l. ſciendum. cum ſimili. Sed collecta eſt onus, quod imponi
tur perſonæ principaliter pro rebus: vt l. reſcripto. §. fina. & ibi
no. expreſſe. ff. de mune. & hono. & no. C. de mune. patri. in rub.
Et ſic concluditur, quòd dicti homines ſint exempti, niſi in eo
quod expreſsè ſe obligauerint: ergo apparet quòd onus, quod
apponitur perſonis & eorum ſucceſſoribus, non poteſt im-
poni.

Ego Bartolus.

Quando quis capit emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis maſcu-
lis & fœminis: tunc vigore dictorum verborum maſculi & fœ-
minæ pariter admittuntur, non ſucceſsiuè: niſi conſuetudo il-
lius patriæ diſponeret contrarium, vel eſſet ſtatutum quòd ſtā-
tibus maſculis fœminæ non ſuccederent. Item prædicta vera,
ſcilicet quòd filia in prędicta emphyteuſi pariter ſuccedat cum
maſculo, etiam ſi pater filium inſtituit vniuerſalem hæredem,
& filiam In certa quantitate: in qua voluit eſſe contentam.

1 ☞ *Feudum conceſſum pro ſe & filijs maſculis, & fœminis, intelligitur ordine ſucceſ- ſiuo.*
2 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs maſculis & fœminis, pariter admittuntur ma- ſculi & fœminæ.*
3 *Diſpoſitio contrahentium in contractibus regulatur ſecundum ſtatuta etiam diſponen tia ab inteſtato.*
4 *In emphyteuſi maſculi & fœminæ pariter ſuccedunt, etiam ſi maſculus ſit hæres uni- uerſalis, & fœmina hæres in rem certam.*
5 *Filius ſimpliciter exhæredatus non excluditur à iure patronatus.*

Conſilium



## CONSILIVM LX.

a QVęſtio iſta[a] habet dubia. Primò vtrū verba reno
uationis, ſeu conceſsionis in emphyteuſim, quæ con-
tinent illum Amatum recepiſſe pro ſe & filijs ſuis ma
ſculis & fœminis debeant intelligi pariter ordine ſucceſsiuo: ſci
b licet primò maſculi, & his deficientibus fœminæ [b] admittantur
demum deficientibus maſculis: vt x. colla. Abbatem vel epiſco
1 pum, &c. & c. j. de ſucceſ. feu. c. j. §. filia verò. † Sed hoc ius cōſue
tudinarium eſt ſingulare in feudo contra iuris communis regu
las: vt no. j. col. de eo qui ſibi & filijs ſuis ma. & femi. c. j. expreſsè
per Iac. de Belui. in tit. prædicto Abbatem vel epiſcopum &c.
& ideo non eſt trahendum ad conſequentiam: vt l. quod vero.
2 & l. ius ſingulare. ff. de leg. † Puto igitur quòd vigore dictorum
verborum maſculi & fœminę pariter admittuntur, ſicut pariter
c ab inteſtato ſuccedunt[c]: vt l. maximum vitium. C. de libe. pręte.
Prædicta vera: niſi ciuitatis vel patriæ conſuetudo circa conceſ
3 ſionē in emphyteuſim aliter ſe haberet. † Itē prædicta vera, niſi
in ciuitate eſſet ſtatutum quòd illæ filiæ fœminæ non ſuccedāt
extantibus maſculis: tunc enim dicta verba licet copulatiuè p̄-
lata debent intelligi ordine ſucceſsiuo, ſcilicet quòd fœminæ
demum maſculis deficientibus admittantur: vt l. Gallus. §. j. ff.
de libe. & poſthu. & quod not. per Cyn. de oper. lib. l. liberti li-
4 berteq;. Secūdum † dubium [d] eſt an dictus Amatus filium vni-
d uerſalem hæredem inſtituit, filiam verò fœminam inſtituit in
certa quantitate, & iuſsit eam contentam eſſe, &c. an ex hoc di-
cta filia perdat ius petendi portionē ſibi contingentē de rebus
emphyteuſis. Hanc q. format Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua.
ver. lxxviij. & licet arguat pro & contra: non bene ſe firmat. Ve
ritas tamen eſt q̄ dictæ filiæ remanet ius ſaluū petendi ſibi quę-
ſitum vigore ſtipulationis paternæ in nihilo diminutum vigore
e dictæ inſtitutionis factæ in certa quantitatę [e]. & hoc eſt verum.
Primò propter impotentiam patris. Cum enim filia hoc non ha
beat vt hæres: diſpoſitio patris in hoc non valet, vt expreſsè ha-
bemus in feudis de ſucceſ. feu. c. j. in prin. & hoc eſt ius commu
ne. & Spec. in d. verſi. lxxviij. circa fi. dicit ſimile eſſe in emphy-
teuſi, & feudo. Præterea, videmus in actione de dote quæ quæ-
ritur filiæ ex diſpoſitione paterna, quod ius pater diminuere nō
poteſt, niſi in eo quod ſibi de bonis ſuis vltra reliquit: vt l. ſi cùm
dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. Præterea, poſito quòd poſſet pa-
ter filiam ſua diſpoſitione priuare: tamen dicta verba hoc non
important. debuiſſet enim pater hoc exprimere, ſ. quòd iura em
phyteutica ſolida remaneant. Quod patet in ſimili. nam pater
poteſt vni ex filijs aſsignare libertum: tamen ſi vnum inſtituit
in magna portione, alium in modica: propter hoc quando inſti-
tuit in modica nō repellitur quin æqualiter admittatur cū alijs:
vt l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. lib. Præterea, licet filium in
modiſsima re vel quantitate inſtitutum eſſe, ad hoc vt ius patro
natus ſibi reſeruetur, vt l. etiam ſi ex modica. ff. de oper. liberto.
5 † Præterea, ſi poneremus filium ſimpliciter exhæredatum, hoc
non ſufficeret ad excludendum à iure patronatus: ſed eſt neceſ
ſe q̄ ſit exhæredatus mala mente. & in dubio præſumitur non
mala mēte: vt l. ſi patronus. §. ſi quis nō mala mente. & §. ſi quis.
ff. de bonis quæ libe. Igitur in popoſito cùm filia ſit inſtituta in
certa re, & iuſſa eſſe contenta, dicta verba debēt intelligi quòd
plus petere non poſsit de bonis defuncti iure hæreditario: ſed
per hoc non priuatur eo q̄ habet tanquā filia, nō tanquam filia
hæres, vt iure patronatus, & iure emphyteutico. Non obſt. iura
& rationes quæ alleg. per Specu. Primò non obſt. l. fœminæ. C.
de ſecun. nup. quia in iure non cogitur reſeruare filijs ex vigore
alicuius cōuentionis habitæ cum alio, ſed ex diſpoſitione illius
legis quæ ſic expreſsè diſponit, vt mater poſsit vnum ex filijs
eligere: ſed in caſu noſtro eligendo vnum ex filijs, veniret con-
tra conuentionem cum alio habitam. Non obſt. q̄, pater non ſol
uendo canonem poteſt priuare filium iure emphyteutico: quia
hoc eſt ex natura contractus celebrati cum ipſo concedēte. Vn-
de per hoc concedens vel cōuentio in nullo offenditur: ſed vnū
eligendo offenditur conuentio, quæ voluit filios æqualiter ad-
mitti. Non obſtat quia pater poteſt vni ex filijs aſsignare liber-
tum, vt patet ex prædictis. Ego Bar. ſic conſulo.

Si filiusfamilias preſbyter notarius rogatus à teſtatore ſcribit
teſtamentum, in quo inſtituitur eius pater
hæres cum clauſula codicillari, ſi non va-
let iure teſtamenti, &c. valet teſtm̄ ſecus ſi
nō fuiſſet presbyter: & tūc valēt legata: li-
cet hereditas veniat ad ſuccedētes ab inteſ.

1 ☞ *Clerici in ſacris ordinibus conſtitutis debet officium no tariatus interdici.*
2 *Filius in poteſtate conſtitutus non poteſt adſcribere patri in teſtamento: ſed emancipatus ſic.*
3 *Ordo ſacerdotalis an liberat filium à patria poteſtate in to tum, uel in partem.*
*Filius quare p̄hibeatur adſcribere patri in ſuo teſtamēto.*
4 *Quicquid acquirit filiusfa. ita presbyter acquirit ſibi ple- no iure.*

## CONSILIVM LXI.

FIlius familias Preſ
byter notarius rogatus fuit de
quodam teſtamento, in quo teſta
tor legata reliquit. & primò patrē dicti prę
ſbyteri notarij inſtituit hæredē adijciens ſi
nō valet iure teſtamenti, &c. & de dicto te
ſtamēto fecit publicū inſtrumentū, q̄ teſta
mentū nō poterat aliter probari quā per di
ctum inſtrumētū. Quærit̄ an dicto inſtru-
mento ſit adhibenda fides in totum, vel in
1 partem. † Ad quod examinandū ſciendum
eſt q̄ licet clerico in ſacris ordinibus cōſti-
f tuto debeat notariatus officium interdici[f],
vt extra, ne cleri. vel mona. c. ſicut te. & ibi
not. & C. de epiſc. & cler. l. placet. Tamen ſi
inſtrumentum conficit antequam interdi-
cat̄ ſibi à ſuperiore, valent inſtrumenta ab
eo confecta, vt ibidem not. per glo. & Inn.
& doc. & not. in Specu. de inſtru. edit. §. re-
ſtat. verſi. ſed cùm dixe. In propoſito autē
non proponitur officium tabellionatus in-
terdictum: ideo dicendum eſt inſtrumen-
tum potuiſſe cōficere. Solum ergo hic exa
minandum reſtat, vtrū dictū inſtrumentū
dicatur non valere: qa confertur in vtilita-
2 tē patris hęredis inſtituti. † Circa qđ primò
ſciendū eſt q̄ filius in poteſtate cōſtitutus
g non pōt adſcribere [g] aliquid patri in teſtō.
vt l. diuus. ff. ad leg. Cor. de falc. Sed filius
emācipatus bene pōt p̄ri adſcribere, & eius
inſtr̄o credit̄: vt l. ſi pater. §. fi. ff. ad leg. Cor.
de fal. vbi filius pōt adſcribere matri cū nō
ſit in eius poteſtate. Et hoc etiā tenet Dy.
in quolibet inſtr̄o. ff. de autho. tut. l. qđ di-
cimus. §. fi. & ibi p̄ Dy. & p̄ Cy. C. de teſti.
3 l. parentes. in ij. q. † Hoc præmiſſo ſciendū
eſt qđ quidā doc. iuris Canonici tenent q̄
h ordo ſacerdotalis [h] liberat quem à paterna
poteſtate: vt not. per Bar. de æta. & quali. c.
indecorū. Alij: vt Inn. & Hoſt. dicunt q̄ li-
berat à paterna poteſtate, non quo ad oīa,
ſed quo ad quędā. & in hoc videt̄ reſidere
Io. An. ibidē in nouella. Si ergo teneremus
primā opi. q̄ nō eſſet in poteſtate: tūc eſſet
clarū q̄ inſtr̄m valeret: ſicut in filio emanci
pato adſcribente p̄ri, vel filio adſcribente
matri, in quorū poteſtate nō ſit. Si verò te-
neremus aliā opi. & quo ad quędā ordo ſa
cerdotalis liberat à paterna poteſtate, tunc
4 remaneret dubiū. † Ad qđ declarandū ſciē
dū eſt q̄ ratio quare filius p̄hibet̄ adſcribe
re p̄ri, pōt eſſe duplex. Prima: qa pater ha-
bet ius in filio, & pōt ei iubere, & coercere
vt l. diuus. ver. ſcribere autē. circa prin. l. ff.
ad leg. Corne. de fal. Sed hęc ratio ceſſat in
filijs presbyteris, q̄s pater coercere nō pōt:
ar. C. d̄ epiſ. & cle. aut̄. ſi ſeruus ſciēte. & no.

a ℂQuæſtio iſta. adde Bar. in cōſi. lv. & ī. in ij. vol. ī cōſi. j. & in l. iuſiur. §. ſi nihil. ff. de ope. lib. & de iſto cō. Bar. vid̄ alex. ī j. vo. inci. cōſideratis his ī vl. col. & ī cōſi. viij. iij. vol. viſis ſubtiliſ- ſimis dubijs. ī v. col. & ī cōſ. xv. ī iiij. vo. inci. viſo teſtō. & in cōſi. xliiij. ī j. vol. & ī cōſ. xiiij. ī v. vol. in j. co. & ī cōſi. xxvij. in v. vo. in ij. co. & ī l. q̄ dr̄. ī xxj. co. ff. de ver. ob. & in l. here. mei. §. cū ita. in v. col. ff. adt reb. & ī l. quędā. §. nihil. in ij. col. ff. de eden.

b ℂFœminæ nō ſucce dant. vide Bart. in l. iuſiur. §. ſi libe. ff. de ope. li. vbi facit men tionē de iſto cō. & vi de Iaſ. in l. ſi qs id q̄. in iiij. colū. ff. de iur. omnium iud.

c ℂ Succedunt. Vide Bar. ī d. §. ſi liberi. & no. q̄ dicit Bart. hic, q̄ diſpoſitio cōtrahē tiū regulat̄ in cōtra- ctibus ſecūdū ſtatu- ta. & vide Iaſo. in l. ſi quis id qđ in v. col. & ibi ſcripſi ī apoſti. ff. de iuriſ. om. iudi. q̄ no. pro d. Leonar. no ſtro. Tho.

d ℂScōm dubiū. Vide Bal. in cō. ccclxix. in ci. q̄dā puella. in iij. iij. vol. & Barto. in l. iuſiur. §. ſi liberti. & ibi ſcripſi in apoſt. ff. de ope. li. & Iaſ. in l. quoties. ī fi. C. de hæ. inſtit. Tho.

e ℂIn quantitate. Do. Bal. tenet cōtrariū in l. liberti libertaq;. ſ. alleg. & reprehendit Bar. in iſto cōſ. Tho.

f ℂInterdici. Add̄ bar. in l. j. ff. de iuſt. & iu. cum cōcor. de quib9 per Iaſ. ī d. l. j. ī §. hui9 ſtudij. in ij. colū. ff. de iuſti. & iur. & Alex. in l. p̄tor. §. etiā his. ff. de edē. vbi alleg. bar. in iſto conſi. Tho.

g ℂAdſcribere. An p̄r poſsit eſſe rogat9 de cōtractu filij, & ecō tra, vide Bart. in l. ſi pater. ff. de ſal. cū cō- cor. de qbus p̄ Alex. in l. ſciēdū. in ij. col. ff. de ver. ob. vbi etiam alleg. Bar. in iſto cōſ. Tho.

h ℂOrdo ſacerdotalis. Vide Bar. in l. patre. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. Ang. in §. illud. in aut. conſti. q̄ de dig. colla. vj. Bal. in l. apud hæredes. in iij. co. C. de ſu. & leg. & Ang. de Are. in §. filiusfa. Inſti. q. mo. ius pat. pōt. ſol. & vi de Iaſ. in d. l. patre fu rioſo. in pe. colū. vbi etiam de monacho. & Bar. in aut. ſi qua mulier. & ibi apoſt. Alex. C. de ſac. ſanc. ecc. & ibi alleg. Bar. in iſto conſi. Tho.

per Inno.in d.c.indecorū. & ibidē hoc te-
nuit Io.And.ex iſta ratione nō poteſt dici
dicto inſtrumēto credendū nō eſſe.Secun-
da ratio quare filius prohibetur adſcribere
patri,eſt:qa idē operatur adſcribēdo patri,
ꝙ adſcribendo ſibiĳpſi. Et hanc rationē po
nit tex.ff.ad leg.Corne.de fal.l.de eo.Quę
ratio ſine dubio ꝓcedebat de iure antiquo,
ſecundū qd' quicquid filius acquirebat,ac-
quirebat patri.Sed videndum eſt qualiter
procedat dicta ratio ſecūdū iura hodierna.
5 †Circa quod ſciēdū eſt ꝙ quicquid acqui-
ritur à filio præsbytero,quęritur ſibi pleno
a iure:[a] & hoc ſi quæratur ex cauſa aduētitia,
nō cōtemplatione eccleſiæ vel ſacerdota-
lis officĳ:vt C.de epiſ.& cleri. aut.presby-
teros.Et hoc tenet Cyn.expreſsè ibi.& In-
no.& Hoſti.extra de teſt.c.quia nos. Et ſic
apparet ꝙ quātū ad iſtā acquiſitionē filiuſ
famílias habetur ſui iuris.Alio ergo modo
acquiratur adſcribēdo patri,& ſic dicta ra-
tio ceſſat:ergo apparet ꝙ filius ſacerdotis
poteſt adſcribere patri in teſtamēto:& ceſ-
ſant omnes rationes & leges prohibentes.
In alio verò filio non presbytero rationes
non ceſſarent:quia ſaltem remanet paterna
poteſtas adinuenta ad coertionem,de qua
dictū eſt ſuprà.Secundò eſt videndum,po
ſito ꝙ dicto teſtamento non eſſet adhiben-
da fides quantum ad hæredis inſtitutionē,
vtrū quantū ad legata valeat:ad quod dicē
dum eſt ꝙ eo caſu hęreditas deuenit ad hę
redes ab inteſtato cum onere dictorum le-
gatorum:maximè propter verba appoſita
in dicto teſtamento,ſi non valet iure teſta-
menti,&c.& videtur caſus expreſſus in l.ſi
liusfami.§.fi.ff.de fal.&c. Bar.

Factus ciuis alicuius ciuitatis per ſtatu
tum vel reformationem,efficitur ciuis ve-
rè & propriè,& non fictè.

1 ☞ *Aliquem eſſe ciuem non eſt actus naturalis,ſed ciuilis.*
2 *Ciues oēs ſunt de iure ciuili,licet origine ſint de iure natu-
rali.*

## CONSILIVM LXII.

PVnctus talis eſt,qui-
dam eſt effectus ciuis alicuius ciuitatis per
ſtatutū,ſeu reformationē.Quæritur an di-
1 catur verè ciuis,an impropriè.†In quęſtio
ne prædicta ſciendū eſt,ꝙ aliquē eſſe ciuē
b nō eſt actus naturalis,ſed ciuilis.[b] quod ap
paret,primò ex ipſo nomine,quia ciuis. Se
cundò:quia de iure naturali nō erat ciuitas
& naſcendo non naſcebatur ciuis: ergo cō
ſtitutio iuris ciuilis facit aliquem propter
originem,vel propter dignitatem,vel propter adoptionē: vt C.
de inco.l.ciues.lib.x.Vnde non eſt dicēdum ꝙ quidam ſunt ci-
ues naturaliter,& quidam ciuiliter,imò omnes ſunt ciues ciuili
2 ter.†Aliqui propter naturalem originem, aliqui propter aliquā
cauſam.Vnde ſi ciuitas facit ſtatutum ꝙ quicunq; ibi domū ha
bet,ſit ciuis:verè erit ciuis:vt ff.de verb.ſig.l.ædificia.& ibi not.
& eo.ti.l.prouinciale.& de ſtat.ho.l.in vrbe.& verè & propriè
ciuis eſt,quicunq; recipitur,vt munera ſubeat:ſed iſte eſt ſic re-
ceptus:ergo & verè & propriè ciuis eſt,vt ff.ad municip.l.j.ibi
& propriè quidam &c.Vnde debet tractari vt ciuis illius ciuita
tis,quæ eum fecit ciuem. Ego Bartol.

Alienatio vel locatio facta à monacho rectore parochialis
eccleſiæ,poſito per Abbatem nomine ſuo non valet:& nō obli-
gat ſucceſſorem:ſed facta nomine eccleſiæ,& eius pretium con
uerſum eſt in vtilitatem eccleſiæ.& primo caſu quādo facta eſt
nomine proprio ſi interuenit ſolemnitas iuris debet peti reſtitu
tio in integrum:aliàs ſuccedere pōt,& ſua authori.venire cōtra.

1 ☞ *Verba,ad ſui beneplacitum,et uoluntatem mortuo concedente eſt extincta uolun-
tas.*
2 *Alienatio bonorum eccleſiæ non conceditur,niſi in utilitatem & neceßitatem eccleſiæ.*
3 *Succeſſor in fine non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem.*
4 *Succeſſor poteſt contrauenire locationi,ſiue alienationi bonorum eccleſiæ perpetuæ di
cendo nullum,ſiue petendo reſtitutionem eccleſiæ.*

## CONSILIVM. LXIII.

c FActum ſic proponitur.[c] Conceſſum fuit L. A.mo-
nacho ſancti Benedicti,per ſuum Abbatē in annale beneficiū
ad voluntatem ipſius abbatis,qui abbate mortuo alienauit,ven
didit,atq; locauit,vel permutauit aliqua bona & reditus ipſius
beneficĳ,ad certū tempus,videlicet ad nouē annos nō expecta
ta noui abbatis creatione,quem fortè timens ſibi exoſum, vo-
luit præuenire ipſius euentum,timens ne ſibi auferretur benefi
cium:& ſic voluit ſe perpetuare in beneficio quātum in eo fuit,
& in dicta alienatione nō imminebat neceſsitas,nec vtilitas eui
dens ipſius beneficĳ.Item in dicto monaſterio eſt quædā cōſti-
tutio ſcripta,& publicata manu Thomelon.notarĳ & ab omni-
bus approbata,dictans ꝙ nullus ſubditus prælati monaſterĳ be
neficiatus poſsit aliqualiter alienare, vel permutare ſiue locare
aliqua bona ſui beneficĳ cui præeſt,niſi habita licentia ſui abba
tis:in qua licentia fieri debeat mētio totius tenoris de verbo ad
verbum ipſius conſtitutionis,prout in ipſo inſtrumento publi-
co continetur:deinde dictus monachus fuit reuocatus per ſuū
Abbatē,& beneficium alteri conceſſum. Modo quærit̃,cum di
ctus monachus mortuo Abbate,nec expectata licentia noui ab
batis alienauerit,licet ſe dicat alienaſſe forſan de licentia capitu
li vacāte monaſterio non ſeruato tenore prædictæ cōſtitutiōis:
1 nūquid valuerit dicta alienatio,ſeu cōmutatio ſiue locatio.†Vi
detur ꝙ nō,multis iuribus.Primò,cū dicatur in cōſtitutione ꝙ
d Abbas ipſum inſtituit ad ſuū beneplacitum[d] & volūtatem, ipſo
Abbate mortuo eſt extincta oīs ſua voluntas,& beneficium di
catur vacare:& ſic nō valuit quod fecit cū nō eſſet rector,vt pa
2 tet de reſcrip.c.ſi gratioſe.lib.vj.†Item obſtat prædictæ aliena-
tioni dicta conſtitutio.Itē non fuit vtilitas,nec neceſsitas ipſius
eccleſiæ.Facit ad hoc c.monaſteriū.de reb.ecc.nō alie.in cle.cū
ibi no,facit extra,de fideiuſ.c.qd' quibuſdā.et c.grauis.de depo.
Et poſito ꝙ valuerit,& ꝙ ipſe rector qui locauit,teneatur ſtare
dictæ locationi:an ſucceſſor ius teneatur ſtare: & an ſucceſſori
ipſo iure dicta locatio non obſtet,vel an ſit neceſſe ꝙ in integrū
3 reſtitutio poſtuletur.†Super quo breuiter eſt dicendū ꝙ aut di-
cta locatio facta fuit nomine proprio ipſius locantis,aut nomi-
ne eccleſiæ.Si nomine proprio,nō tenetur ſtare: qa vltra tēpus
vitæ ſuæ non potuit locare:vt extra,de precar.c.ĳ.& de re. ecc.
e nō alie.c.ad audientiā.Si aūt nomine eccleſiæ,[e] & pro vtilita-
te eccleſiæ pecunia ſit conuerſa in vtilitatē eccleſiæ,& tunc ſuc-
ceſſor tenetur ſtare:vt extra,de ſol.c.ĳ.x. q.ĳ.c.hoc ius porrectū
4 & c.ꝑced.vbi de hoc.& extra,de depo.c.j.cum ſi.† Sin autē ipſe
ſucceſſor poſsit venire cōtra,dicendū eſt ꝙ aut locando in noīe
eccleſiæ,licet inutiliter interuenit ſolennitas,quę interuenire de
bet in alienatione perpetua:aut nō interuenit.Si interuenit: tūc
habet neceſſe petere reſtitutionē in integrū.de reb.eccl. nō alie.
c.pe.aliàs non.Sed ipſe idē poteſt venire contra,extra, de his ꝗ
fi.à præla.c.cùm nos.& d.c.ĳ.de preca.& de prædictis per Bar.
& plenè per Inn.& Io.an.poſt eos extra,ne præla.vic.ſu.capi.fi.
Bartolus.

Si ſtatutum ciuitatis permittit ciui extrahere ſiue facere bal-
conem:vel porticum pro ſuo velle:tunc ſi ædificet etiam ſpreta
denunciatione noui ope.non debet demoliri:quia nūciatio nō
nocet ædificanti iure permittente.

1 ☞ *Nunciatio poteſt ſperni,quando eſt euidens,nunciantem calumnioſe nunciaſſe.*
2 *Quando nunciatio fit ædificanti in publico,debet in nunciatione inſeri cauſa.*
*Nunciatio poteſt licite ſperni quando eſt facta ab eo qui prohibetur renunciare.*

## CONSILIVM LXIIII.

f SVper puncto[f] quæſtionis verten
tis inter dominum Raynaldum & Leonem, & Balconē, factū
ſic ſe habet:Leo & dominus Falco habentes domos ex vtraque
parte vię incœperunt facere nouum opus , Videlicet Falco-
nem ſuper viam capiendo totam illā viam in altum à terra per
vnam

a ❡Pleno iure. Vide Ia.in l.patre furioſo. in vlti.col.ff.de his q ſunt ſui vel alie. iur. Tho.

b ❡Sed ciuilis. Vide Bar.in l.ſi maritus.la ĳ.§.j.in fin.ff.de adul ter.Tho.

c ❡Factum ſic proponitur. Cōceſſum fuit aliàs incipit, factum tale eſt datū & cōceſſum. & ita alle. Ale. in l.ſi filiofa.§.fin. in pe.col.ff.ſolu. matri. Tho.

d ❡Beneplacitū. vide Bart.in l.cēteſimis.§. fi.ff.de verbo. obl.& Bal.ī proœ. Digeſtorū.in fi.& Phil.Dec. in cōſi.cviĳ.inci.iſta Tho.Diſploua.

e ❡Nomine eccleſiæ. Vide dños de Rota.ī deci.ccxxxĳ.ī nouis, inci.ſi prælatus loca. Ale.plenè in l.ſi filio famil.§.fi.in pe.colū. in verſi. & prædicta indicant.ff.ſo. matri. vbi alleg.etiā Barto. in iſto conſil.& vide Bal. in conſil.ccxxv. in iĳ.vol. incip. aliàs feci. vide Bar.in conſil.cxxxj. in j. volu. inci.dominus Io. & ibi ſcripſi.Tho.

f ❡Super pūcto. aliàs incip. Leo.& Falco. habētes &c. ſecundū ordinē Peruſinū eſt in prima parte iudiciorū, in conſil.xl.& aduertēdū puto ꝙ in cōſiliĳs īpreſsis bar. non ē poſita narratio facti,prout eſt in ordine cōſiliorū Bart. Peruſinorū, in quo poſt cōſiliū præſens eſt inſertū conſilium ꝙ incipit, ſuper ſecū do quo quærit̃. ꝙ eſt inſertū.j.in cōſiliĳs īpreſsis,in cōſi. lxxx. & ideo hic inſerere volui facti narrationē,quę ſeruit huic cō ſil.& conſil.lxxx.& ibi vide apoſtil. meā & de iſto cōſil. Bart. facit mentionē bart. in l.j.in prin.in iĳ.co. in ver.oppono. ā. ne quis.ff.de ope.no.nū cia.Tho.



vnā partiū ſecundū formā ſtatutorū.Raynaldus maſioli nūcia
uit dicto Leoni & Falconi per iactū lapillorū nouū opus, tā ex
forma ſtatuti,quā etiā ex antiqua cōſuetudine. Quæritur mo-
do an ſpreta dicta nūciatione &c. Viſo ſtatuto loquēte de balco
nibus,& dicta nūciatione,& obſtāte dicta antiqua cōſuetudine
ex qua huiuſmodi narrationes ſolitæ ſunt fieri,debeat dictū no
uum opus demoliri necne. Quærit̃ nūquid nūciatio fuerit ritè
facta.Dicit̃ pro parte nūciationis ꝙ debeat demoliri.& alleg.l.
j.de oper.no.nun.Ibi dū dicit,ſiue iure,ſiue iniuria facta ſit nū-
ciatio,nō debet ſperni.& alleg.l.de pupillo.§. meminiſſe. eo.tit.
per alterā partē allegat̃ ſtatutū & conſuetudo.Itē quærit̃,ꝗ ſen-
tentia ſit ferenda per iudicē in cauſa appellationis vertēte inter
Leonem & Falconem,appellātes ex vna parte,& Frāciſcū ap-
pellatum ex parte altera.viſis appellationibus & præcepto ſine
ſcriptura,à qua fuit appellatū:& dicit̃ pro parte appellantiū de
bere pronunciari ſuperuacuo appellatū,ex eo ꝙ dicta ſcriptura
mandati eſt nulla:cùm nec per nunciū nec per præconē fuerit
factum mādatū:& ſic appellatio eſt iniuſta.Pro parte appellati
dicit̃ debere pronūciari,malè eſſe appellatū,& appellationē eſ-
ſe iniuſtam,& mandatū eſſe iuſtificatū : ex eo ꝙ dicti appellan-
tes inſeruerūt in appellatione mandatū à quo eſt appellatū.Re-
peritur etiā eſſe in actis curiæ cōmunis Tuderti, & ſic confeſsi
ſunt mandatū præceſsiſſe,& interceſsiſſe ea forma, in qua in ap
pellatione cōtinetur & ꝓceſsiſſe ſecūdū formā debitā iuris:quā
uis nō cōtineat̃ nunciationē:& ſic eſt iuſtificatum mandatū de
iure cōi pro parte,ad cuius petitionē factum fuit: In noīe Dñi
amen.In ꝗſtione prædicta videt̃ mihi fore dicendū ꝙ dicta nū-
ciatio potuit iuridicè ſperni nec debeat fieri demolitio operis,
quod factū apparet ſpreta nunciatione prædicta. hoc autē eſſe
verū apparet ratione rei , ſuper qua eſt facta nunciatio ratione
formæ nūciationis:& ratione perſone nūciātis & ratione rei, ſu
per qua facta eſt nūciatio,ſic oſtendit̃:Per ſtatutū permittit̃ cui
libet ciui balconē,ſeu porticum facere pro ſuo velle.ſed qn̄ quis
ædificat iure permittēte manifeſtè & expſsè in tali re,ſeu opere
nō oportet nūciare:vt ff.de no.ope.nun.l.j.§.qd' ſi mora:niſi ex-
primeret̃ ꝙ fieret cauſa dāni infecti,vt ibidē dicit̃.Sed hic nun-
ciatio fuit facta pro priuato intereſſe,& cauſa publici iuris con-
ſeruādi:quia nunciauit,vt cuilibet de populo fuit expreſſum ꝙ
cauſa damni infecti:ergo apparet ꝙ nūciatio nō tenuit:& ſic no
ſtræ q.caſus eſt in d.§.quod mora.& facit eo.tit.l.de pupillo.§.ſi
1 quis riuos.& l.qui viam.eo.tit.†Præterea etiam ſi res[a] eſſet, in
a qua fieri poſſet nūciatio:ſi tamen euidens eſt nunciantē calum-
nioſè nunciaſſe,pōt ſperni nūciatio:argu.ff.ne quis eum, qui in
ius voc.l.j.& ſeq.quod tenuit expreſſe Rofr.in libellis de oper.
no.nun.vbi idē quaſi.& Spec.eo.tit.§.j.ver.ſed nunquid verum
eſt,ſed iſte nunciās erat in euidenti calumnia,vt docet euiden-
tia facti:quia cōtra formam ſtatuti & cōtra eius permiſsionem
2 fiebat nunciatio:ergo,&c.†Secundò,ratione formæ dictæ nun
ciationis,qn̄ nunciatio fit ædificāti in publico,debet in nuncia-
b tione cauſa inſeri.quia in hoc facit contra legē ſibi declarando[b]:
vt in l.j.§. nunciatio. de no.oper.nū.& l.non ſolū.§. ergo ſi cum
te.eo.ti.ſed in hac nūciatione nulla cauſa fuit expreſſa:ergo &c.
Illud enim quod dicitur in l.j.in prin.eo. tit. ꝙ cauſa non debet
inſeri niſi petatur : quia eſt verū quando ædificatur in loco vbi
non aſsiſtit ius,neq; reſiſtit ædificanti:ſed quando ius commu-
ne facit pro ipſo ædificante:tūc in nunciatione debet inſeri cau
ſa,per dicta iura.Ratio huiuſmodi ſatis nota eſt. Tertiò ratione
perſonæ nunciantis:quia perſona nuncians eſt prohibita nun-
3 ciare.†& nunciatio ab eo facta poteſt licitè ſperni.l.de pupillo.
in prin.§.j.eo. titu. Sed hoc ſtatutū prohibet omnem perſonam
nunciare,ſeu cōtradicere,dum dicit,ſine contradictione alicu-
ius vel aliquorū,&c.Ecce ergo prohibet omnem perſonā con-
tradicere.Idem enim eſt contradicere,& nūciare,vt not.ſi bene
aduertatur in l.de pupillo.§.nouiſsimè.eo.ti.in glo.ſuper verbo
virum.Si ergo prohibet contradictionē, prohibet nunciationē.
c Item,quia hæc verba , ſine contradictione,important[c] ꝙ etiam
de facto contradictio non fiat:vt l.Lucius.§.tres hæredes.& ibi
not.ad trebel.Præterea,illa verba ſtatuti pro ſuo velle dant ædi
ficanti liberam poteſtatem contradictioni ſubnixam : vt l. cùm
d quidam[d] ita.de leg.ĳ.& l.fideicommiſſaria.§.quanquā. de lega.
iĳ.cum ſimil.Ex quibus concluditur dictam nunciationem po
tuiſſe licitè ſperni. Ego Bartolus.

Si quis donet certas poſſeſsiones nepoti
ſuo , & remanſit in earum poſſeſsione vſq;
ad mortem : non poteſt præterea alius hæ-
res ſuus nō neceſſarius allegare donationē
fuiſſe fictitiā. Item dicitur quo modo pro-
betur cōtractus fictus,vel ſimulatus. Item
an iſta fictio tollatur quādo donator ſe cō-
ſtituit nomine donatarĳ poſsidere. Item
quid operentur verba appoſita in inſtitu-
tione quòd donator renunciat exceptioni
ſimulationis , & non vult vti poſſe ope fi-
ctionis.

1 ☞ *Contractus fictitius & apparenter factus quomodo
fit,& quis dicatur.*
2 *Contractus fictitius,ſimulatus,& imaginarius quis eſt.*
3 *Fictiones & ſimulationes non præſumuntur,niſi appareat
cauſa,propter quam factæ ſint.*
4 *Simulatus contractus non præſumitur ex hoc ꝙ donator
poſt donationem remanſit in poſſeßione.*
5 *Verba in inſtrumento poſita,renunciauit exceptioni ſimu
lationis,&c.quid releuent.*

## CONSILIVM LXV.

e FActū eſt tale[e] pro
ponitur,Petrus Nicolæ donauit
Nicolæ Cechi eius nepoti carna
li poſſeſsiones & terras contentas in inſtru
mento donationis vobis tranſmiſſo ſcripto
manu Matthæi Belli.Poſt donationem ve
rò ipſe Petrus ipſas terras poſſedit vſq; ad
tempus mortis ipſius Petri:& tempore ſuę
mortis tenebat & poſsidebat,tanquā qui te
net & poſsidet rem ſuam. & ſic probatum
eſt per teſtes . Poſt mortē verò dicti Petri
dictus Cola apprehendit dictas res & poſ-
ſeſsiones: & nunc tenet & poſsidet.modò
venit Sanctes Vici nepos carnalis dicti Pe
tri,& dicit ſe hæredem dicti Petri ab inte-
ſtato,& petĳt medietatē dictarū poſſeſsio-
num contentarum in inſtrumento prædi-
cto ſibi dari & aſsignari à dicto Cola. Mo
dò quæritur nūquid dictum inſtrumentū
valeat & teneat de iure:an verò præſuma-
tur fictum & ſimulatum & apparenter fa-
ctum. Viſo inſtrumento dictæ donationis
& iuribus vtriuſq; partis, In nomine Do-
mini amē. Viſa facti narratione & inſtru-
mento prædicto dubium facit in quæſtio-
ne propoſita.l.ſicut.§.ſuperuacuū.ff. quib.
mod.pig.vel hipo. ſol. per quē tex. videtur
quòd poſtquā venditor vel donator rema
net in poſſeſsione rei,quam alienat, contra
ctus præſumitur fictus vel in fraudem fa-
ctus.Sed circa declarationem huius dubĳ
ſciendum eſt ꝙ aliud eſt dicere contractū
eſſe in fraudē:& aliud contractū eſſe ficti-
tium.De primo,quādo quis vult dicere cō
tractū factū in fraudem,ſed ſi quidem hoc
vult dicere,ipſe donator vel alienator non
debet audiri:vt C.de reuo.don.l.cùm con-
fitearis.vbi eſt caſus.& de ſer.pig.da.l.ſi cre
ditoribus.Si verò ex hoc vult dicere hęres
ipſius donatoris vel alienatoris:tunc ſi qui
dem eſt talis hæres,cui teſtator habebat ne
f ceſſe relinquere vt libertus patrono:[f] tunc
admittitur ad reuocandum factum in frau
dem probando ea quæ requiruntur .C. de
his quæ in frau.pat.l.ĳ.& ibi not. in gloſ.in
verbo,reuocare.Si vero eſt talis hr̄s,cui de
functus nō habet neceſſe reliquere tūc nō
pōt venire cōtra, ſicut nec ipſe defunctus:
vt dicit̃ in d.l.Nūc in ꝓpoſito dictus nepos

a ❡Præterea etiam ſi res.Adde Bart.in l.j. in prin.in ĳ.col.in ꝟ. venio ad quæſtionē. & in iĳ.col.in verſic. oppono.ā.ne quis.et §.nunc videndum.ff. de noui oper. nunc. vbi etiā dicit ſe cōſuluiſſe.cum cōcor. de quibus per Iaſ. in d. l.j.in j.colū.& ſequē. Cui addē Bar. in iſto conſil.& Abb.in c.j. in vlt.col.de ope.no. nunc.Tho.

b ❡Declarando. Vide Bart.in d.l.j.in princ. in iĳ.col.in ver. ſecū dò quæro.de ope.no. nun.And.Sicu.in cō. xxxviĳ.in ĳ. vol. in iĳ.col. vbi etiam mē tionem facit de iſto conſilio.Bart.Tho.

c ❡Contradictione, important.vide glo. no.in c. pro illorum. ſuper verbo cōtradictores de præben.& quid de moleſtia, an dicatur de moleſtia facti , vel iuris, vide plenè per Felin. in c. in præſentia. in ĳ.co. de proba.Tho.

d ❡L.cū quidā.Ita adde quæ not.Bart.ibi, & vide Alexan. ibi, in addi.Tho.

e ❡Factum tale.Aliàs incip.in Chriſti noīe amē,factum tale eſt. aliàs inci. Petrus Nicolæ. & de iſto conſil.vidē do.de Rot.deciſ.ccccIxxxiĳ.inci. ꝙ ꝓpter hoc ꝙ donatarius.vbi ponit̃ totū conſi.Bart.hic, & vide Bal.in l.fi. in fi. C. mand. & in c.j.ſi quis.in ĳ.de feu. da. in vicē le.in vſi.feud. & Alex.de Imo.in l. iuriſgētium.§.patronum.ff.de pact. & in conſi.clj. in vj. volu. inci.viſo ac diligenter.in vl.col.& Pau. de Ca.ī cōſ.cccxxxj. inci. ꝓſuppoſito. vbi faciūt mentionem de iſto conſi.Bart.& vide Bar.in l.ſi ex ꝑtio C.ſi cer. peta. & ibi apoſtil. & in l.j. C. plus vale. quod agit̃ & vide Bart.in cōſi. lxviĳ incip. proponitur.& Petr.Cor.in conſi.cciĳ.in iĳ. vol. viſo dicto puncto. Tho.Diplo.

f ❡Libertus patrono. Adde ꝙ patronus reuocat , etiam ſi emptor nō ꝑcipiat fraudem.l.j.§.ſi quis in fraudē.ff.ꝗ in frau. cred. vide plenè per Ange.de Are.in §.itē ſi quis in frau. Inſti. de act.licet in aliĳs caſibus oportet ꝙ emptor ꝑcipiet de fraude,ſecundū gloſ.ibi. & vide de intellectu iſtius conſil. Bartol. dūm Vita.Neapo.in ſuo tract. clauſularū in clauſula de ſimulatione.Tho.Diplo.

carnalis ex parte dicti Petri donatoris non eſt talis hæres, cui defũctus habebat neceſſe relinquere, quia extraneus: & ideo nõ poteſt dicere dictã donationẽ in fraudem. & hæc ſunt clara. Si verò hoc vellet dicere extraneus, in cuius fraudẽ eſſet factũ: puto ꝙ creditor nõ audiretur probando ea quæ requirũtur in tit. ff. de his quæ in frau. cred. & ita loquitur in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Nam creditor ibi cõquerebatur: & ideo lex illa nihil facit ad propoſitũ vbi hæres cõqueritur. Circa ſecundũ videndũ eſt nũquid poſſit dicere donationẽ fictam vel ſimulatã & apparenter factam. Secũdò ſi poteſt dici, qualiter debet dici, & vtrum ſufficiat hoc ſolum probare, ꝙ donator poſt donationẽ poſſedit.[a] Tertiò an quia donator cõſtituit ſe donatarij nomine poſſidere, tollatur dicta obiectio. Quartò quid releuent dicta verba dicti inſtrumenti, in quibus renũtiauit exceptioni ſimulationis, & apparenter factæ.

1 †Circa primum non eſt dubium ꝙ tã ipſe quam hæres poteſt dicere contractũ ſimulatum, & apparenter factum: vt C. plus vale. qđ agitur. per totũ. & de cõtrahẽ. empti. l. nuda. de reg. iu. l. ſi imaginaria. & C. de diſtra. pig. l. ei qui ſub imagine. de aqua plu. arc. l. emptor. C. ſi quis alte. vl' ſibi. l. quãuis. & l. cũ proponas. Circa ſecundum qualiter debeat dici. Pro cuius dubij declaratione ſciendũ eſt ꝙ contractus fictius, imaginarius, & ſimulatus dicitur tribus modis. Vno modo, cũ in veritate agitur ꝙ vnus cõtractus celebretur ſimulatus: vt C. plus vale. quod agi. per totũ titu. & C. de contrahẽ. emp. l. empti actio. Et huius ſimulatiõis natura eſt, vt ex hac ſimulatione nõ impediatur acquiſitio fienda ei cui acquiritur: ſed ex cauſa, ex qua agebatur, poterat acquiri: vt d. l. empti fides. & C. ſi cer. pe. l. ſi ex pretio. & no. in d. l. nuda. de cõtrahẽ. emp. & de reg. iur. l. imaginaria. 2 †Secundo modo dicitur cõtractus ſimulatus fictitius, ſeu imaginarius, quãdo cõtractus[b] fit in veritate: ſed modico tẽpore habet durare: quia fortè habet vendere citò: vt l. iij. §. ſi ab ignoto. de mãda. Et iſtius ſimulationis natura eſt, & hoc debet expreſſe per pactũ agi: vt d. §. ſi ab ignoto. Tertio modo dicitur contractus ſimulatus ſeu imaginarius, quando contractus apparent facti, & de mente nõ agitur inter partes: quia nihil fit. & de his loquitur d. l. nuda. & d. l. imaginaria. & ff. de ritu nupti. l. ſimulatè. & de aqua plu. arc. l. emptor. Et ita credo ꝙ appellẽtur cauſata ad parũ facta, id eſt ad parẽdum, ſeu ad reparandũ vt puta ſi aliquis timebat tyrãnum, vel cõmune, vel propter effugienda onera, vel aliquid ſimile, aliquis fecit alienationem bonorũ ſuorũ vel partis eorũ in alium, cũ in veritate inter eos agebaẽ ꝙ nõ eſſet alienatio, ſed ad reparandũ prædictis. His pręmiſſis cũ verba ſimulatoris poſſint multiplicitẽ intelligi: quicũꝙ dicit cõtractũ ſimulatũ, ſiue agendo ſiue excipiendo: debet dicere. qua cauſa ſimulationis contractus ſit ſimulatus:[c] aliàs intentio eſſet incerta, nec aduerſarius redditẽ certus, & nulla alia facta declaratione ille, contra quẽ dicitur ſimulatus, deberet obtinere: vt l. j. in prin. ff. de edẽ. l. Põpon. ſcribit. in fi. de re vendi. quæ loquunẽ in agente, & idem in excipiente. ff. de nego. geſt. l. eum actum. & ibi not. & ff. de no. oper. nunc. l. nõ ſolùm. §. ſed vt probari. & ibi not. in gloſſ. ſuper verbo, probaretur. & C. de peti. hæredi. l. ſi poſt mortem. & ibi not. in glo. ſuper verbo, probationes. & expreſſius extra, de prob. c. in præſentia. Cùm ergo hic dicatur contractum ſimulatũ, nec exprimat qua ſpecie ſimulationis apparet, quòd dicentis intentio nulla eſt. Secundò videndum eſt propter idem quod adijcitur, quòd dictũ inſtrumentum eſt apparenter factum, hoc eſt, ad reparationem & defenſionem alicuius facti. Ex hoc videtur intentio certa, quaſi dicat de tertia ſpecie ſimulationis. 3 †Sed ad hoc eſt dicendũ, quòd hæc ſimulatio eſt incerta. Nam non ponitur quod cauſa timoris, vel ſuſpicionis ſupereſſet, vel quæ fuerit cauſa ad cuius reparationem vel euitationem dictam donationem fecerit. & de iure eſt quod dictæ fictiones & ſimulationes non præſumuntur, niſi appareat cauſa, propter quam factæ ſunt: vt ff. re. amot. l. ſi mulierem. in princi. ff. qui & à quib. l. ſed ſi matri. §. fin. vbi eſt expreſſum, expreſſius de renun. c. fina. lib. vj. Sicut enim non poteſt dici donatio facta metu mortis, niſi quando inſtat aliquod periculum mortis, vt ff. de dol. l. j. cũ l. ſequenti: ita nõ poteſt dici donatio facta ad reparationem alicuius caſus, niſi caſus dicatur inſtare. Ex his cõcluditur quòd qui dicit inſtrumentum fictitium, vel apparenter factum, debet dicere ſpeciem, & cauſam fictionis, & ad cuius caſum reparatio ſit facta. 4 †Item apparet ex pęædictis quòd ex hoc ſolum quòd donator in poſſeſſione remanſit poſt donationem: non facit contractum ſimulatum, fictitium, & apparenter factum: quia ex ſola poſſeſſione nõ apparet cauſa ſimulata, quæ debet ante ſtare, vt probant iura ſupra allegata. & ſic l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. ſol. ibi enim ſuberat cauſa quare ad excludendum creditorem eſſet ſimulata venditio. & hoc allagat ipſe creditor & non venditor vel hæres eius, vt dictum eſt. Et ad prædicta faciunt ea quæ ſcripſi in l. poſt cõtractum. ff. de dona. ſcilicet qđ ſemper eſt neceſſe quòd appareat, cauſa, propter quam ficta donatio præſumatur. Circa tertiũ, ſcilicet an ex eo quòd conſtituit ſe precarie nomine poſſidere, tollatur dicta obiectio[d] Videtur quod ſic. tex. in l. quiſquis. C. de dona. facit. ff. de rei vendi. l. quædam mulier. ff. de acquit. poſſeſ. l. quod meo. & l. qui pignori. §. primo. & l. ſequẽti. in quibus videtur expreſſum. quod puto verum, quando aliqua cauſa exprimendæ fictionis vel ſimulationis nihil apparet aliàs ſi appareret, præſumeretur fictus dictus actus, quo ſe conſtituit poſſidere, ſicut alius contractus: argu. C. de ſuffra. l. j. ibi: ſequeretur traditio corporalis. Ibi enim erat timor fictionis, ne clientulus nimium, vel indebitum aduocato promitteret: ideo realis & corporalis traditio requiritur.

a ℭPoſſeſsio tradita. No.duas limitationes ad regulã l. quoties.C.de rei vẽ. prima,qñ venditio eſt facta ad electionem & ante electionẽ incerta vẽditio. Secunda qñ vẽditio eſt ad mẽſurã & añ menſurã eſt incerta. Alias legitimationes ad illã legẽ vide Iaſ. ibi, cui adde Bar. in iſto conſil.Thomas.

b ℭLocus incert[9],Ad de Barto.in l.ij.§.incertam.ff.de acquir. poſ.vbi facit mẽtionẽ de iſto cõſ.,& ibido.Alexã. de Imo.in penul. col. Thoma.

c ℭViſo inſtrumento legitimatiõis.ita alle. alexãd. de Imol. Bart. in hoc cõſil.in cõſi.xj.ĩ vij. vol.ĩci, alias cõſului. Alias inci.viſo inſtrõ locatiõis.& ita alleg.idẽ Alex.ĩ cõſ.clxxij.in eo.vo.viſis duobus teſtĩs.ĩ vlti.co.& in diſpu.ſua q̃ ĩci.ſigiſmũd[9].in xxxv. col. poſita in l.impiũ. ff. de iu.om.iu. & Iaſ.ĩ l.j.ĩ cõſ. ciij.C. de iu emphy.vbi nõ affirmat ꝙ ſit cõſ. Bart. Thoma.

d ℭEx legitimo mrĩmonio.no. deciſionẽ Bar.hic, ꝙ inſtitut[9] cũ filio legitĩato nõ excludit ſubſtitutũ qñ dicĩ ex legitimo mrĩmõio.vide ꝑ Io. an.ĩ addi.Spe.ĩ ti. de. ſuc.ab inteſtato.§. fi. cũ cõcor.de qb[9] per Iaſ.in l.ij.in ciij. col. C.de iu.emphy. & ĩ l.gñaliter.§. cũ aũt. C.de ĩſti. & ſubſti. ĩ viij.col.& Bart.Soci.in l.cũ au[9].in xxviij.col.ff.de cõd.& de.et Pe.cor. in cõſ. cxcvij.in iij.vol. & Alex.in d.§.cũ autẽ. & ibi apoſt.& in l. ĩ prouincia.§.diu[9]. ff. de rit.nup.& in cõſl. xxxviij.in j.vol. & in cõſ.clxxij. in vij. vol.inci.viſis duob[9] teſtamentis. in vlt. vol.Tho. Diploua.

e ℭQuintò.vide Alexãd.in d.l.q in ꝓuincia.§.diuus.ff.de rit. nup.& in cõſi.xj. in ci.aliàs cõſului ĩ iij. col.in vij.vo.vbi ponit plures concord. vbi etiã alle.Bart.in hoc conſi. Thoma.

1 ☞Licet emptori fuerit tradita poſſeſsio:tamẽ ſi emptio eſt incerta non transfertur dominium.
2 Si poſſeſsio eſt uendita ad menſuram, ante menſuram non eſt perfecta uenditio.

## CONSILIVM. LXXIIII.

IN nomine domini amẽ.Petrus vendidit Bertæ
ſuæ ſorori & vxori Bartoli tria
ſtaria cuiſdam clauſuræ,iuxta domũ dicti
Petri poſitam &c.à quocũq; latere volue
rit certo pretio ad habendũ,tenendũ &c.
De quo pretio fecit finem,refutationem,
&c.Et cõſtituit ſe dictus venditor nomine
dicti emptoris poſsidere donec de ipſis poſ
ſeſsionẽ acceperit corporalem,quã accipiẽ
di licentiam conceſsit, &c.Poſt prædicta
dictus Bart.maritus dictę Bertę tanꝗ̃ ma
ritus & coniuncta perſona dictæ Bertę vẽ
didit dicto Petro fructum, & vſumfructũ
dictorum trium ſtariorum terræ,à tẽpore
celebrati cõtractus per xxv.annos ꝓ cer
to pretio,& dicto emptori fecit finem,&
quietationem.quam clauſuram & tria ſta
ria terræ dictus Petrus habuit & poſſedit
per ſpatium xxv.ann.& plus pacificè, &
quietè.Inſuper dictus Petrus deſceſsit re
manente filio & hærede Gentili,qui Gen
tilis vendidit dictam clauſuram Pontio
pro certo pretio,pro quo fecit quietationẽ,
&c.Et dictus Pontius habuit tenutam &
poſſeſsionẽ dictæ clauſuræ pro tempore
dictæ venditionis:& tenuit pacificè & quie
tè nunc tenet & poſsidet.modò hæres di
ctæ Bertæ,& dicti Bartoli dicunt dictam
clauſuram prędictorum trium ſtariorũ ter
ræ ad ſe pertinere pleno iure.quæritur mo
dò quis iſtorũ habet iura potiora in dictis
tribus ſtarijs terrę:cùm ex aduerſo pro par
te dicti Pontij negetur:& dicit ad ſe perti
nere:& an dicti hæredes agant contra Pon
tium rei vendicatione ad dicta tria ſtaria
1 terræ,de iure debeant obtinere.†Super hoc
dicendum videtur ꝙ vltimus priori eſt po
tior:quia ſicut de duobus emptoribus ille
a potior erit,cui primò poſſeſsio tradita[a] eſt:
vt C.de rei vendi.l.quoties.& l.ſiue autem.
§.ſi duobus.ff.de publi.ſed iſte vltimus qui
emit ab hærede primi venditoris eſt ille,
cui primò poſſeſsio tradita eſt:ergo &c.
Nec poteſt dici ꝙ dictæ Bertæ fuerit poſſeſ
ſio tradita verè vel fictè.Nam dicta tria ſta
ria dictæ Bertæ vendita non fuerunt certa:
ſed poſita fuerunt in electione ipſius Bertę
nec electio facta apparet:& locus incer
b tus[b] non poteſt poſsideri:vt l.iij.§.ſed in
certam.& l.locus.ff.de acquir. poſſeſ. ergo
ex quo conſtituit ſe ipſius nomine poſside
re,vel ex eo quòd emit dictus venditor fru
ctus:nõ poteſt dici ꝙ ei ſit quæſita poſſeſ
2 ſio rei,quæ poſsideri nõ poteſt.†Præterea,
dicta venditio primò fuit facta ad menſuram,& ſic antequam
menſuretur non eſt perfecta venditio: vt l.quod ſæpe.§. in his.
de cõtrahẽ.emp.& licet ibi loquaĩ in rebus mobilibus,tñ idẽ eſt
in fundo vẽdito ad mẽſurã:vt l.ſi in vẽditione.§.vbi vero. de pe
ricu.& cõmo.rei vendi.& de actio.emp.l. Iulianus.§.Titius.Cũ
ergo nõ fuerit ꝑfecta vẽditio:cũ non fuerit mẽſurata, & ſic non
extiterit cõditio appoſita,apparet ꝙ non fuerit translatum do
minium in primum emptorem:ſed in ſecundum emptorem ſic:
vnde ſecundus emptor erit potior. Bartolus.

Si vnus habet certas poſſeſsiões cõductas,vel alias hac cõdi
tione ꝙ poſsit eas relinquere ſi non fuerint ſibi filij:tũc iſta cõdi
tio intelligiĩ ſi nõ fuerint filij tꝑe mortis.Itẽ an Imperator poſsit
legitimare in terris eccleſię,vel ecõuerſo.Itẽ an cõditio,ſi filij ex
legitima matre naſcãtur,verificeĩ in legitimatione Imperatoris.

1 ☞Pacta contrahentium per reſcriptum Principis reſcindi non debent.
2 Diſpenſatio Principis legitimando filium non facit quòd ſit de legitimo matrimonio natus,ut poßit gaudere beneficio teſtamenti.
3 Diſpenſatio quæ fit per Principem,facit ut nihil à legitimis differat.
4 Legitimatio facta ab Imperatore an habeat locũ in terris eccleſiæ immediatè ſubiectis.

## CONSILIVM LXXV.

c VIſo inſtrumẽto[c] locationis factę Titio
& teſtamẽto Titij,& facti narratiõe prędicta.Primò
quęriĩ ex vigore ipſius clauſulæ exiſtẽtis in dicta lo
catiõe,quę dicit,ſi verò filij aut nepotes dicto Titio minimè hę
redes fuerint,ꝙ viuę etiã exiſtẽtes perſonę in poſſeſſores cui vo
luerint relinquẽdi habeãt poteſtatẽ & licentiã,an poſſunt Ioã. fi
lio ſuo tanꝗ̃ extraneę ꝑſonæ relinquere dictas res locatas ſecũ
dũ formã dictę clauſulę.Reſpõd.ipſum non poſſet dicto Ioãni
tanꝗ̃ extraneę ꝑſõnę relinquere ꝓ eo:maximè qa illud fuit pro
miſſum dicto Titio ſub cõditione,ſi filij aut nepotes nõ fuerũt
Intelligiĩ eñ ſi ſibi filij non fuerũt tẽpore mortis:vt ff. ad Treb.
l.ex facto.§.ſi qs autẽ.ſed dicto Titio fuerũt filij tempore mortis
1 igiĩ expirat poteſtas relinquẽdi extraneæ perſonę.†Secũdò re
quiriĩ ꝙ is,cui relinquiĩ,ſit legitimè natus.Si igiĩ impeditur di
ctus Bal.dictas res,& alias relinquere dicto Ioã.vel in eũ tranſ
ferre:qa ipſe Ioã.illegitimè natus eſt,vt ſ.dictum eſt. Et ſi legiti
mareĩ ipſe Ioannes à Papa,vel ꝑ̃ſente Imperatore,vel ab aliquo
habẽte à dicto imperatore poteſtatẽ legitimãdi,poſſet dictas res
vel bona ꝑ̃dictæ hęreditatis paternæ ipſi Ioã. relinquere: & in
ipſum trãsferre.Ad ꝙ reſpõdeĩ:ſi dictus Ioãnes legitimareĩ ab
Imperatore,vel habente poteſtatẽ ab eo:inſurgit quæſtio an le
2 gitimatio habeat effectũ in terris eccleſiæ,de qua j.diceĩ.†ſed ſi
legitimareĩ à Papa in tẽporalibus: ſine dubio legitimatio valet
in terris eccleſiæ:vt extra,q fil.ſint legi.c.per venerabilẽ.& ꝙ ibi
not.doc.An autẽ poſt dictã legitimationẽ poſſet dictus Bal. di
ctas res locatas & alia bona hæreditatis paternæ ipſi ioãni relin
quere,vel in ipſum transferre,de quo ſ.quæriĩ,dubiũ eſt.Finali
ter tñ dico ꝙ quędã ꝓhibenĩ trãsferri in iſtũ filium ex cõtractu
locationis prædictę.Dicit eñ ꝙ deueniat in filios & nepotes ex
legitimo matrimonio natos:& circa iſtud pactũ legitimationis
factæ à Papa in forma cõmuni nõ videĩ diſpẽſatũ. Non eñ pa
cta cõtrahẽtiũ per reſcriptũ Prĩcipis reſcindi debẽt:niſi hoc aga
tur expreſsè per principẽ:vt l.cauſas.C.de trãſact.& C.de erro.
aduo.l.fi.C.de reſcind.vẽdi.l.ratas. Quędã prohibenĩ trãsferri
in ipſum filiũ legitimè natũ ex teſtamẽto patris dicti Bal.qa bo
na ſubiacent reſtitutioni per hęc verba,ſi deceſſerit ſine filijs na
d tis ex legitimo matrimonio[d]:& in hoc etiã nõ videĩ diſpẽſatum
per diſpenſationẽ ſpecialiter factã.Nã Princeps reſtituẽdo non
facit videri quẽ ex legitimo matrimonio natũ. maximè in hoc:
qa natus fuit ex nupta alterius,cũ impoſsibile fuerit ipſam fuiſ
ſe vxorẽ dicti Bal.illo tẽpore: & ſic fictio hęc nõ põt fingere:vt
l.ſi pater.in fi.ff.de adop.& l.q ad certũ.ff.loca.ſed per legitima
tionẽ hoc facit Princeps:qa eũ reſtituit natalibus antiqs,quo ſi
bi legitimè naſcebanĩ:& ſubducit etiã in cõmerciũ legũ. per ꝙ
legitimi ab illegitimis differũt:vt in auĩ.quib.mod.nat.effi.ſui.§.
nã ſi quidẽ.colla.vij.Facit ergo legitimatio vt pro legitimo ha
beatur:non tamẽ ꝙ ſit natus de legitimo matrimonio.Vnde cũ
hæc verba teſtamẽti requirãt expreſſe quòd ſit natus ex legiti
mo matrimonio:talis legitimatio huic nõ proficit.Secus eſſet ſi
teſtamẽtum ſimpliciter diceret,ſi deceſſerit ſine filijs legitimis.
Quędã prohibentur transferri in iſtum filium de iure commu
ni:ideo quia ſic legitimè natus. Prohibent enim ſibi partem re
linquere,& donare,& ab inteſtato ſuccedere,& ſi.vt l.j.C.de na
tu.libe.& de inceſt.nup.auĩ.ex complexu.&:in auĩ.quib. mod.
3 natu.effi.ſui.§.penul.†Et circa iſta per legitimationem videtur
à principe diſpenſatum.Nam legitimatio, quæ fit per reſcriptũ
principis facit vt nihil à legitimis differant:vt in auĩ.quib.mod.
natu.effi.ſui.§.illud autem.ibi:nihil à legitimis filijs differentes.
4 Concludo† ergo quòd tali legitimatione facta per Imperatore
dicta bona legata in dictum filium ſicut in quemlibet extraneũ
per alienationem transferri, eodem modo his bonis paternis,
e aliter non.Quintò[e] quæritur ſi legitimatio quæ fieret ab Impe
ratore,vel ab alio habente poteſtatem ab ipſo valeat in terris ec
cleſiæ immedietatè ſubiectis. Reſpon.quòd Innocen. videtur
tenuiſſe



tenuiſſe ꝙ non,in c.peruenit.extra,qui fil.ſint legi.Iaco. de Bel.
diſputauit contrarium,& ſuam diſputationem poſuit in authẽ.
quib.mod.natu.effic.ſui.Et eius opi.videtur ſequi Ioan.And.in
c.peruenit.in nouella.qui fil.ſint legi. Barto.

Si pater donat filio ſuo emancipato omnia bona ſua præſen
tia & futura, reſeruatis vſufructibus & prouentibus inde ve
nientibus,an liceat patri prædicto in vita ſua diſponere pro libi
to ſuæ voluntatis:& an valeat talis donatio.& in hoc concludi
tur quòd non valeat donatio.

1 ☞Pater donando filio emancipato omnia bona præſentia & futura,reſeruatis fructibus &c.non ualet.
2 Donando omnia bona præſentia & futura,aufertur libera teſtamenti facultas.
3 Quomodo intelliguntur leges quòd quis poßit teſtari de alieno.
4 Viuente teſtatore non eſt teſtamentum,nec diſpoſitio.
5 Diſpoſitio iudicatur ſecundum tempus in quod confertur effectus.

## CONSILIVM LXXVI.

1 IN Dei nomine amen.Pater filio emancipato† donauit
omnia bona ſua præſentia & futura:& ſaluis & reſeruatis
dicto patri omnibus fructibus,& vſufructibus,& prouentibus:
an liceat dicto patri in vita ſua diſponere pro libito ſuæ volun
tatis. quæritur an dicta donatio valeat. Viſo puncto prædicto
Chriſti nomine inuocato,videtur de iure dicendum dictam do
nationem non valere.Et ad hoc dicendũ me mouet:quia omnis
actus,per quem infringitur libera teſtandi voluntas, eſt nullus:
& ipſo iure non valet:vt C.de pac.l.pactum quod dotali.cum ſi
2 mi.†Sed donando omnia bona[a] præſentia & futura aufert ſibi li
a beram teſtandi facultatem:quia non haberet, in quo poſſet ſibi
hæredem inſtituere:& ideo teſtari non poſſet:vt in authẽ.ingreſ
3 ſi.C.de ſacroſan.eccle.ibi:vt puta nec domini rerum.† Et ſi dica
tur:leges videntur velle ꝙ quis de alieno teſtetur:vt l.conficiun
tur.de iure codi.Reſpon.hoc verum in his quę ſua natura poſsi
bilia ſunt:aliàs de alieno non teſtatur:vt in authen.ingreſsi.& in
quæſtione noſtra.Nam ſicut monachus nõ habet vel habere po
teſt bona:ideo non teſtatur.Ita in quæſtione noſtra,qui donauit
bona præſentia & futura,non poteſt in futurũ habere bona,quę
ſunt ſub dominio ſuo. ſed in inſtrumento donationis eſt dictũ
ꝙ donator ex nunc dũ donauit ea bona,pro donatario cõſtituit
ſe precario nomine poſsidere:& ſic mediante inſtanti acquiſitio
ne facta transfertur in donatarium dominium:& ſic tẽpore mor
b tis nunꝗ̃ reperitur ꝙ donãs in aliquo poſsit in articulo mortis[b]
hæredem inſtituere:quamuis etiam latè nunc pro tunc iuridicũ
videtur ꝙ in inſtrumento donationis non conſtituiſſet ſe etiam
futura bona ꝓ donatario poſsidere.ꝙ poſsit dici acquiri donãti,
ſed compelli poſtea ad tradendum eum & hęredem ſuum, vide
tur etiam donationem non valere:quia hæres non eſt veriſimile
ꝙ velit adire hęreditatem ſi eum omnia reſtituere oportet.Et ſic
in vtroq; caſu videtur impediri libera facultas teſtandi:quamuis
primo caſu dum conſtitutio poſsidendi facta eſt, indubitanter
videatur plus q̃ in ſecũdo caſu.Præterea ad hoc facit quod no.
Mod.C.de pac.l.fi.quos & Cy.ibi refert.& ſi dicatur:imò videĩ
ꝙ poſsit teſtari,& liberam factionem teſtamẽti habere donatio
ne prædicta non obſtante,cùm reſeruauerit vſumfructũ & diſ
poſitionem ſuper eis in vita facere potuit:ergo videtur ꝙ libera
ſit teſtandi facultas in vſufructu:& huiuſmodi vigore dictæ re
ſeruationis.Ad hoc enim reſpondeo,& dico ꝙ iſta ſanè intelli
4 genti non obſtant per infrà ſcripta.†Me tñ ratio mouet ad hoc:
quia quamuis diſpoſitio teſtamenti datur in vita: teſtatore tamẽ
viuente teſtamentum non dicitur,nec diſpoſitio:cũ hæreditas et
hæredis inſtitutio quæ dicitur eſſe fundamentum iſtius teſtamẽ
ti:vt l.proxi.de his quæ in teſta. delen. Secundò capiunt funda
mentum poſt mortem teſtatoris,ſed hæredis inſtitutio & hære
ditas non poteſt dici viuentis:vt l.j.ff.de hære.vel act.vend.& l.
ij.poſt princi.de vulga.& pupil.quod enim dixit ꝙ poſſet in vita
ſua diſponere,intellexit donans de cõtractu aliquo inter viuos:
non autem de vltima voluntate teſtamenti. Aliàs enim ſi intelli
geremus aliter,ſ.ꝙ teſtamẽtum intelligeretur diſpoſitio in vita:
iam de neceſsitate ſequeretur ꝙ illa tota diſtinctio magiſtralis
glo.& doc.ſcilicet ꝙ quædam eſt diſpoſitio inter viuos: ex quo
in vita ſit tolleretur:quod tamen apud intelligentes ridiculum
eſſet.Fuit enim donantis intentio ꝙ quamuis largè & effuſè do
naret:nollet tamen donãs in vita egere:& ideo voluit ſibi reſer
uare fructus,de quibus poſſet viuere, & fa
cere quicqd vellet viuẽdo,ita ꝙ poſt mor
tem ipſe donans nõ egeat apud donatariũ
remanere & ſemper eſſe.Præterea ꝙ diſpo
ſitio teſtamenti nõ dicatur fieri in vita, cũ
effectũ nõ habeat, probatur in l.j.cum ſua
5 gloſ.C.de teſta.tut. †Ad hoc etiam facit ꝙ
omnis diſpoſitio iudicatur ſecundũ tẽpus,
in quo cõfertur effectus:vt C.de dona.an
te nup.l.quod ſponſæ.& l.in fuga.C.ad le.
flaui.de plag.cum ſi.Sed effectus teſtamen
ti licet fiat à viuente,teſtamentũ tñ conferĩ
poſt mortẽ:vt d.l.j.ergo tota diſpoſitio nõ
debet dici inter viuos,ſed in vltima volun
tate,& poſt mortem.Nec obſtant verba il
la reſeruationis:dum dixit ꝙ poſsit diſpo
nere in vita ſua:quia de neceſsitate ſunt in
telligenda de diſpoſitione,quæ inter viuos
dicitur.Nam verba debent aliquid operari
in vita ſua:& ego ſic ꝓbaui ꝙ nulla diſpo
ſitio fit à mortuo,ſed demum à viuẽte. iſta
verba,in vita ſua,vt rectè & aliquid operẽ
tur,oportet intelligi de neceſsitate : de diſ
poſitione quæ dicitur inter viuos:aliàs illa
verba nihil operarentur: ſed ſufficiebat ſo
lùm dicere ꝙ poſsit de fructibus diſpone
re.& ideo vt rectus & ſanus ſit intellectus
illorum verborum,concludo ꝙ de diſpoſi
tione quæ dicitur inter viuos fuit à donato
re ſentitum. Ego Barto.

Notarius dãnatus ex aliquo delicto in
famiam irrogante,nõ poteſt exercere offi
cium notariatus habens in ſe dignitatẽ: vi
delicet ꝙ ſit notarius Principis, vel ad ban
chum:ſed rogatus à partibus ſuper contra
ctu poteſt eſſe notarius.

1 ☞Infamis repellitur ab omni dignitate & officio.
2 Notariatus an ſit dignitas,uel officium.
3 Infamis poteſt eſſe procurator.arbiter,tutor,ſiue curator.
4 Notarius infamis partibus uolentibus poteſt conficere inſtrumentum.
5 Infamis poteſt eſſe teſtis partibus uolentibus.

## CONSILIVM LXXVII.

QVæritur an notari.
damnatus ex aliqua cauſa,extra
munus officij quæ eum facit in
famẽ poſsit conficere inſtrumẽta. & videĩ
qd' nõ.Nã notarius videĩ quodãmodo te
ſtis:vt l.Domitius.ff.de teſta.& teſtis infa
mis nõ põt teſtificari:ergo &c.vt l.iij.§.j.ff.
de teſti.Et ꝓ hoc.ff.de his q no.infa.l. iiij.§.
miles.ibi glo.dicit ꝙ infamis repelliĩ ab o
1 mni dignitate,& officio.†Præterea,dicitur
C.de mã.prin.l.j.in prin.ꝙ tabellionatus of
ficiũ eſt dignitas,vt eſt gl.ibi,ſed infamis re
pelliĩ ab omni dignitate:vt l.ij.de digni.lib.
2 xij.ergo &c.† In cõtrariũ facit ꝙ tabelliona
tus nõ eſt dignitas,ſed munus. vt C.de his
q mi.nõ poſ.l.j.li.xj.Pręterea,video ꝙ infa
3 mis põt eſſe ꝓcurator & arbiter: †vt inſtit.
de exce.§.fi.& ff.de arbi.l.Pedius.Item po
teſt eſſe tutor, vel curator. ff. de poſthu.l.j.
§.ſed eſt quæſitum.ſecũdũ Azo.in ſumma
triũ librorũ.C.de infa.ergo eadẽ ratione po
teſt eſſe tabellio.gl.& tex.in l.iij. §. q̃ri põt.
ff.de ſuſpe.tut.ibi gl.vr̃ velle ꝙ q eſt ſuſpe
ctus ꝓpter delictũ cõmiſſum,poſsit remo
ueri à tutela:eadẽ ratiõe debet remoueri ab
officio ſeu munere propriè loquendo. Ad
ſolutionẽ queſtionis debes ſcire ꝙ tabellio
c natus officiũ eſt munus:[c] vt d.l.j. de man.

a ℭ Donando omnia bona. Vide Paul. de Caſt.in cõſi. cj. inci. notandũ eſt.in ij.col. & Pet.Cor. in conſi. viij.inci. in hac cõſideratione.& in cõſi. clxxvj. in ꝑ̃ſenti conſultatione.in vlt.col. vbi alleg.Bar. hic in præſenti conſi. Et an donatio omninm bonorum præſentiũ,& futurorũ valeat,ſi eſt facta pio loco vel eccleſiæ,vide plenè per Iaſ.in l.fi.in pen. col. & fi.C.de pac. et vide plenè per do. Iaſ. ĩ l.ſtipulatio hoc modo concepta. in viij. col.in ver.ſecũdò per iſtã doctri.inferĩ.vbi plenè examinat doctrinã bar.hic.vbi videas,& ibi alle. Bar. in hoc conſi. Tho.

b ℭIn articulo mortis. Vide Alexan. in conſil.xiiij.in j.vol. inci. circa primum. in iij. col.& in cõſ.lxxxv. in vj.vol.incip.ponderatis his.in vl.col. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta. in viij.col.ff. de verbo. obli. vbi alleg.Bart. in hoc conſil. Tho.

c ℭEſt munus. No. ꝙ notariatus non eſt dignitas,ſed munus onus: vt l.fi.in princi. C.qui mili. non poſ. lib. xij. & ibi gloſ.j. not.quam gl.pro ſingu. reputat Ange.de Are.in §.fin.Inſtit.de exce. Adde ſimilem in l. præſes. C. ſi ſer. aut liber. lib. xij. & eſt bonus text. in l. vniuerſas. C. de decu.lib.x. & ibi Bart. no.cõtra aduocatos, qui officium notariatus exercent: ex quo notariatus officiũ eſt vile. Idem dicit Ange.de Peru. in l.ſi qs decurio.C.de falſ. & in conſi.cclxxv.incipit,præmitte.& ꝙ non ſit dignitas concludit dominus Gaſpar Calde.in cõſi.ij. in titu. de inſtru.edi. & vide Andr. Sicu. in repeti.rubri.extra de fide inſtrumen.in xiiij.char. & ſequen. & Cardi. Alexand. in c. per venerabilẽ. in princi. qui fil. ſint legi. vbi etiam ponunt quòd ſpurij poſſunt eſſe notarij:limita inquantum dictũ eſt ſuprà notariatũ non eſſe dignitatem non procedere in regno Apuliæ, vt in l. fin.in fi. de noua militia. in conſtitu. regni. Secundò limita non habere locum in notario Principis:qa ille dicitur habere dignitatem ſecundũ Bartol. hic per text. ſingu.in l.j.C. de mãda.prin. & Bart.in l. eadem.§. hac lege.ff. ad le.Iul.repetumd.

prin.Et ſi aſſumptus qs eſt ad negotia prin
cipis:& tũc eſt dignitas ꝙ aſſumat̃ ad offi-
ciũ prĩcipis. Dico ergo ꝙ infamis,non põt
exercere offium tabellionatus,videlicet no
tariatus ꝙ habet in ſe dignitatẽ:vt l.ij.de di
gni.vel ꝙ eſſet notarius ad banchũ:vt d.l.ij.
§.miles.Sed ſi ipſe à partibus aſſumat̃,vt fa
ciat parua inſtrumenta, non videoꝙ repu-
gnet:quia munus publicũ eſt ꝙ infami non
interdicit̃,ſicut põt aſſummi arbiter à parti
bus volentibus.Sic põt aſſumi notarius,ſi-
cut infamis aſſumptus iudex à partibus nõ
opponentibus valet iudicium,vt dixi in l.
quidam cõſulebat.ff.de re iudi.& no.Spec.
in tit.de iudi.dele.§.excipitur.verſi.itẽ nun
4 qd per iura.eſt infa.& verſi.ſeq.†Hoc autẽ
puto verum eſſe,qñ non obſtante infamia
ipſe eſt in poſſeſsione notariatus,& bonæ
famæ : & tunc propter multitudinem ge-
ſtorum per eum debet valere:vt l.Barba-
rius.de offi.præto.& l.ij.C.de ſenten . & in-
terlo om.iudi.Nec obſtat quod dicitur qđ
in teſtimonium non poteſt recipi infamis:
quia hoc verum parte inuita.in contractu.
a ſecus:quia partibus volentibus[a].

CONSILIVM LXXVIII.

SVper puncto quæ
ſtionis vertentis inter dominum
Raynaldũ,& Leonẽ,& Falconẽ,
&c.De iſto conſilio vide ſ̃ . in conſil. lxiiij.

Si vnus vendidit porcum factori carni-
ficis,vel inſtitori, poteſt agere pro pretio
contra carnificem,vel ſic non obſtãte obli-
gatione,& cõtractu inſtitutiõis,an obliget
dñm etiã in dubio ſi ꝑperã & doloſè egit.

1 ☞ Qua uia ſuccurritur contra dominum illũ,qui contra
hit cum inſtitore.
2 Inſtitor quis eſt.
3 Qui publicè præpoſitus eſt alicui adminiſtrationi,obligat
dominum.

CONSILIVM LXXIX.

QVidam vẽdiditvni
inſtitori carnificis,ſeu factori v-
num porcum,nec fuit ſibi de pre
tio ſatiſfactum,qui porcus fuit macellatus
ad apothecam ipſius domini ipſo pręſente,
cum vendenti non ſit de pretioſatiſfactum:
quæritur qualiter & qũo & aduerſus quẽ
ſibi conſulatur.Dico ꝙ conſulitur domino
per actionem inſtitoriã. quæ quidẽ eſt in-
troducta in fauorem illorum qui cõtrahũt
cum inſtitore,ſeu factoribus,ne contrahen
1 tes decipiantur,vt l.j.de inſti.†Secundò di
co ꝙ ibi conſuletur duplici via,ſcilicet,ad-
uerſus inſtitorẽ & dominũ:vt probat̃ in l.ſi
qs mãcipijs.§.ſeruus.ff.de inſti.& ne æqui-
b uocemus inſtitorẽ, dico ꝙ inſtitor eſt[b] ex
eo ꝙ ad negotia gerẽda inſtat,vel tabernæ
ſit præpoſitus,vel alij negotiationi:vt l. in-
ſtitor eo.tit.& l.inſtitoria.eod.tit.Præterea,
inſtitor eſt ille,q cõparãdi vel emẽdi gratia
in merces eſt poſitus.Exponit gloſſ. id eſt,
agnos,vel piſces.& omnia iſta talia,q emit
iſtũ porcũ huiuſmodi eſt,ergo rectè appel-
latur inſtitor,& dñs tenet̃,etiã ſi inſtitor in
fraudẽ faceret,& cõtraheret:qa imputet ſi-
bi q talẽ ꝑpoſuit:vt ff.de exerci.l.j.§. vt em̃.
& ff.de inſti.l.ſed & ſi pupil.§. pręſcribere.
neqꝫ poteſt allegari per dñm,ego nõ propo
2 ſuerã eũ ad emẽdũ,vel cõtrahendũ.†Quia
eoipſo ꝙ qs eſt præpoſitus tabernæ vel ſta
tiõi,videt̃ velle dñs ꝙ cũ eo cõtrahat̃,& te-
net̃.Caſus eſt inſti.ꝙ cũ eo qui in ali.po. §.
exercitoria.& §.inſtitoria.cũ ſeq.niſi expſſe
ꝓhibeat,vt ibi.Pręterea multũ facit p̃ſentia
dñi,q videt̃ ratificare factũ ꝑ inſtitorem,vt
ipſemet illud feciſſet.ff.de inſti.l.j.§.magi-
ſtrũ.& poterat ꝓhibere ſi volebat:ſibi ergo
imputet:argu.l.ſi eo.de remiſ.pig.& ꝙ not.
in l.ſi rẽ alienã.de cõtrahẽ.emp.& l.ſi autẽ.
3 ff.ad Maced.Præterea,†illa rõne tenet̃:qa
ille publicè tabernã adminiſtrabat pro dño
& præpoſitus publicè credebat̃:tũc dico,
aut iſte eſt interrogatus à iudice,qui debet
interrogari:vt,l.j.de ĩterro.act.& l.vbi.Aut
præpoſuiſti eũ,aut nõ.ſi dicit ſic:habeo pro
c poſitũ ꝙ tenebit̃,ꝑ iura præalle.ſi dicit nõ:
& tũc præſumptio & error cõis facit cõtra:
qa publicè credebat̃ iſtũ eſſe talẽ præpoſi-
tũ ad quæſtũ,id eſt ad lucrũ faciendum.&
iſte cõmunis error facit ius:vt l.j.C.de teſt.
& l.Barbarius Philippus.de offi.præto.Fa
cit optimè l.ſi quis.ad Maced.dicit em̃ ibi
tex.ſic agebat,ſic contrahebat,ſic publicis
muneribus fungebatur.& C.eo.tit.l.nec ze
nodorus.cõſideratis rõnibus credere ſaluò
ſemper conſilio ſaniori,ꝙ ille dñs teneatur
in ſolidũ ad pretiũ,& ad intereſſe.Poteſt er
go agere cõtra illũ,& formare petitionem,
&c.Bart.

Quomodo iudex appellationis interpo
ſitæ ſuꝑ noui operis nũciatiõe debet pronũ
ciare.Itẽ de viribus præcepti iudicis ꝙ non
ædificetur:& de clauſula,ſi ſenſerit ſe gra-
uatum,compareat.

1 ☞ Nunciatio noui operis de ſubſtantia in quo loco ha-
bet fieri.
2 Præceptum noui operis debet fieri de re præſenti.& debet
fieri alienatio.& quomodo debet fieri.uide hic plene.

CONSILIVM. LXXX.

d QVæritur[d] quæ ſentẽtia
ſit ferẽda per iudicem appellationis
vertentẽ inter Leonem,& Falconem appel
lantes ex vna parte,& Franciſcũ appellatũ
ex altera.Viſis appellationibus & produ-
ctis in cã & præpto ſiue ſcriptura,à qua fuit appellatũ.Ad veri-
tatẽ huius quæſtionis inueſtigandam vidẽdũ eſt de viribus præ
cepti facti ꝑ Poteſtatẽ & iudicẽ de non ꝓcedẽdo in opere,à quo
extitit appellatum:& tale pręceptum de iure videt̃ fieri duabus
de cauſis.Prima vt cõtineat nũciationẽ noui operis:quæ fit per
prætorem.Et huius præcepti formam ponit glo.noſtra.ordina-
ria de oper.no.nun.l.de pupillo.§.meminiſſe.in gloſſ.quæ dicit,
e vt ſi dico.&c.& forma[e] ibi traditur alternatiuè,vt poſt nuncia-
1 tionẽ præcipiat,vt non edificet vel veniat reſpõſurus.†Itẽ hæc
nunciatio debet fieri in ipſo opere:& hoc eſt de ſubſtãtia:vt d.l.
de pupillo.§.nũciare.nec ſufficit in foro ſeu loco iudicij fieri:vt
ea.l.§.ſi quis fortè in foro.ꝙ tenuit glo.eo.tit.l.j.§.j.& hoc tenẽt
2 oẽs doct.†Si ergo dicere vellet hoc præceptũ continere nuncia
tionem noui operis:manifeſtè apparet eſſe nullum:qa nõ eſt fa-
ctũ in re præſenti.Itẽ nõ eſt factũ alternatiuè,ſed copulatiuè:&
ſic partem plus debito grauauit:quia ad vnã debebat arctare:&
arctauit ad duo copulatiuè:quod eſt grauius:qa alternatiua le-
nior.vt l.Grecè.§.pen.de fideiuſ.Apparet ergo ꝙ tale præceptũ
caret omnibus ſubſtantialibus noui operis.Præterea,iſtud præ-
ceptũ nõ poteſt dici in veritate præceptũ noui operis,vt ſtatim
dicam.Nam cauſa,propter quam tale præceptum conſueuit fie
ri præter iuſtitiam ex parte petentis,& iniuſtitiam ex parte ædi
ficantis:& ſit fit dato libello, & lite conteſtata,& plenè de cau-
ſa cognito per difinitiuã ſententiã,vt l.de pupillo §.qui opus.&
f ibi not.de oper.no.nun.vel agetur interdicto,[f] ne†quid in locis
3 publicis,vel quod vi aut clam:& fertur diffinitiua ſentẽtia ſecũ
dum ordi:

& in conſi.clxxiiij.incip.ſer.Ioannes.& ibi ſcripſi in apoſtil. & vide Iaſ.in rubri. C.de procur.Et quã uis notariatus nõ ſit dignitas, tamen eſt ars:vt per Ang.cõſi. xxxiij.incip.ſ̃.dicta prima &c.in ij.col. Item eſt officium ſecũdũ Andr.Barb.in tracta.de præſtantia Cardina.ĩ j.q.primę partis princip.ĩ viij. col.& ibi infert.ꝙ ſi officio eſt ſoluenda gabella,eſt etiã ſoluẽda de notariatu . Adde ꝙ etiã dictum officiũ notariatus dicit̃ eſſe publicum authoritate et vtilitate & ideo quicquid lucratur notarius,dicit̃ eſſe quaſi caſtrẽſe,ſecũdũ Bal.in l.fi.C. de aduoc.diuer.iudi. & adde etiam ꝙ officiũ notarij neceſſariò ĩtroductũ et quaſi diuinitus ꝓmulgatũ fuit ad cõmunes totius mũdi vtilitates ſedis apoſtolicæ,& Romanũ imperiũ dictos notarios,vtpote officiales certos ſibi elegit,& aſſumpſit vt per eos teſtamenta cõtract⁹ oĩa iudiciorũ tela cõſeruent̃:qa mens humana ꝓpter memoriæ vel vitę defectũ retinere , vel reuiuiſci non põt:per notarios ꝑpetuò retinetur:cũ omniũ habere memoriã,& c.l.ij. §.ſi qs aũt.C.de vete.iur.enuc.Imo etiã & ꝙ aliàs propter obliuionẽ vel tẽporis ſpatiũ ꝓbare nõ poſſet ſi redactũ fuerit in publicã formã tamen in iudicijs fidem facit quãtum ſi teſtibus probauerit. l.in exercendis.C.de fid.inſtr.& vide Rodericum Hiſpa.ĩ ſuo ſpeculo humanę vitæ.in j.lib.in ix.cap. Thoma.Dioplouat.

a ℭ Volẽtibus . Adde gl.in §.& licet.ĩ ver. ſupplicijs.in aut̃ . de teſti.cum concor. de quibus ꝑ Iaſo.in l.j. in pen.col.in verſic. quartò fallit . C . de ſum.trini.& fi.cath. & vide Bar.in conſ. clxxiiij.in cip.ſer. Ioannes in fi. Thoma.

b ℭ Inſtitor eſt.Breuiter dic ꝙ inſtitor in terra,exercitor ĩ mari.& inſtitor eſt qui negotiationẽ vniuerſalẽ & quæſtuariam in terris exercet : & quid differt à procuratore magno, vide Inno.ĩ c.fi.ibi,imol. de fideiuſ.Barto . & Bald.in l.inſtitor.ff. de ĩſtit.& Bald .in l. mandatũ.in iij.opp. C.mã.& in rub . C. de inſtito.Abb.ĩ cõſi.xvj.in j.vol . inci.

ad clarã deciſionem præſentis dubij.in j. col.& in cõſ.lxxiiij. in ij.vol.incip . illud de iur . in iij . & iiij. col.Tho.Dipl.

c ℭ Propoſitum. Not. quod dicit Bart. hic ꝙ ſicut inſtitor obligat dominũ : idẽ eſt ſi gerit ſe ꝓ inſtitore & domin⁹ ſit. & ita not.Bar.in hoc cõſi. ad ampliationem dictæ regulæ d.Iaſ. in l.inſtitorem.ff.ſi cer, pe.Thoma . Diplo.

d ℭ Quæritur . Iſtud conſilium aliàs incipit, ſuper ſecundo quo quæritur quæ ſententia.& aduerte quod ſecundum ordinem Peruſi. eſt in prima parte iudiciorum in conſil.xl . & ibi,non eſt principiũ conſilij.ſed eſt cõſil. quod inci.ſuper pũcto quæſtionis . & eſt ſuprà , in conſil. lxiiij. & aliàs incip. Leo & Falcono . & poſtea ſequitur ſuper ſecũdo quo quæritur.et ſic eſt vnum conſilium.ſecũdò aduerte,ꝙ factũ iſtius conſilij ex quo eſt vnũ & idem conſil. eſt poſitũ ſ̃. in conſil.lxiiij.ibi:Itẽ quęritur quæ ſententia. &c.Thom . Diplo.

e ℭ Et forma . Nota qũo debet fieri in nũciatorẽ præcepti noui operis. Thomas.

f ℭ Interdicto . Adde not.per Bart.in l. de pupillo.§.nũciare.et §.q opus.& ibi plenè per do.meum do. Iaſ.ff.de no.oper.nũ. licet nõ alleget Bar. hic.& vide Paul. de caſ.in d.l.de pupillo. §.meminiſſe.Tho.



dum ordinem illorum iudiciorum per iura vulgaria. & iſta via
videtur fuiſſe intentata hic in iſta petitione , ſi bene aduertatur.
Nam petitio fuit ꝙ eleuarentur trabes poſitæ:& vlterius nõ pro
cederet,vt apparet in petitione producta . & iſtud potuit peti ex
verbis edicti de ope.no.nun.prout cõtinet cauſam prohibitoriã:
quia ad id quod iam factum eſt vt tollatur non pertinet: vt l.j.§.
j.de ope.no.nuncia.Aliter ergo non fuit petitum:vt d.§.j.ponit̃.
in quibus iudicijs venit nõ ſolũ ꝙ deſtruatur quod factum eſt,
ſed ne in futurũ fiat:vt l.earum.& l.egi.ff.ſi ſer.vend.& de itine.
actuqꝫ priu.l.iij.§.in hoc interdicto.& ibi no.ff.vti poſsi.l.ſi duo.
in fi.& ibi etiã no.Sed in caſu propoſito præceptum fuit factũ
ſecundum formam petitionis oblatæ:vt in ipſo pręcepto conti-
netur,& expreſsè apparet:ergo illud,quod debuit fieri per diffi-
nitiuam ſententiam,fuit factũ ex abrupto parte non monita, nõ
conuicta,nõ cõfeſſa,nullo iuris ordine ſeruato:& ſic tale præce-
ptum fuit ipſo iure nullum,vt l.prolatã.C.de ſen.& inter.om.iu.
a & C.cõmi.vel epi.l.iudex.& l.fi.Et illa clauſula[a],quæ in præce-
pto inſeritur,compareat corã nobis &c.non iuſtificat præceptũ,
cum hoc nullo iure remaneat.Præterea,non dicit ꝙ compareat
ad allegandum de ſuo grauamine,& ad reſpondendum petitio
ni oblatæ.præceptum ergo remanet factũ ſimpliciter,& ſic nul-
lum.& contra ius:vt ſ̃.probatum eſt.Apparet ergo ꝙ ſiue dicas
præceptum monitionem continere,ſiue non: præceptum dictũ
fuit iniquum.& ſic concluditur ꝙ iudex debet pronunciare ma
lè iudicatum,& bene eſſe appellatum,& dictum præceptum eſ-
ſe vel fuiſſe nullum.& ſic ſuperuacuo appellatum, ſecundũ do-
ctrinam communem,quatenus hoc præceptum continet prohi
bitionem,ne procedatur in opere.Barto.

Si ſtatuto ciuitatis caueatur ꝙ poſsidens rem immobilem de
beat eam cum omnibus iuribus ipſius inſinuare ſyndico cõmu-
nis,an donatarius,cuius noĩe donator poſſedit duobus annis,in
cidat in pœnam,ſi hoc non fecit . Item quomodo probetur iſta
negatiua.Item an agẽti vti poſsi.obſtet exceptio dominij tertij.
Item an præſumatur donatio fictitia , propterea quia donator
poſſedit nomine donatarij per duos annos.

1 ☞ Opponens exceptionem negatiuam debet ipſam probare, uidelicet in denunciatio-
ne facta communi.
2 Negatiua quomodo probetur.
3 Agenti interdicto uti poßidetis,uel de turbata poſſeßione, non obſtat exceptio denun-
ciationis non factæ ſyndico communis.
4 Agenti interdicto uti poßidetis,uel de poſſeßione turbata,non obſtat exceptio dominij.
5 Exceptio dominij non poteſt opponi,niſi per illum,in quem dominium transfertur: non
autem per alium.
6 Dominium & ius hæreditarium tranſit in fiſcum.
7 An donatarius cadat à iure ſuo ſi non denunciauit res donatas communi.
8 Si donator remanet in poſſeßione rei donatæ,an uideatur fictitia donatio.
9 Conſtitutio poßeßionis,licet conſtituo me poßidere,habetur loco traditionis.

CONSILIVM LXXXI.

b MArtinus[b] Forniconis de Eugu-
bio donauit Maſſarello certas res immobiles, quas con-
ſtituit ſe eius nomine poſsidere:deinde viuente donatore dona-
tore donatarius poſſeſsionem non apprehendit , ſed poſt mortẽ
eius ſtatim.Item hæres dicti donatoris, & dictarum rerum poſ.
apprehendit contingit etiam ꝙ viuo donatore commune Eugu
bij,quia multa bona ciuium alienabantur in non ſubiectos,ſta-
tuit ꝙ quicunqꝫ habet vel poſsidet aliquam rem immobilem,te-
neatur ipſam rem & omnia iura,quæ in ipſis haberet,denuncia-
re ſyndico communis Eugubij intra certa tempora , aliàs omne
ius quod haberet in re,ſit ipſius communis ipſo iure.nũc dictus
donatarius agit interdicto vti poſsidetis,ſeu accuſat de turbata
poſ.vel damno dato in dictis rebus per hæredem dicti donato-
ris.opponitur ꝙ donatarius perdit ius ſuum: quia communi nõ
denunciauit intra tempora ſtatuta.Item opponitur ꝙ dicta do-
natio præſumitur fictitia:quia dictus donator poſt duos annos
poſt dictam donationem dictas res tenuit,& ex eis fructus per-
cipit quæritur an ſi doceatur dictas res fuiſſe donatas,an dona-
tarius per hoc à iure ſuo ceciderit.Secũdò,an hæc exceptio poſ-
ſit per hunc hęredem in hoc iudicio opponi,ita ꝙ obſtet.Tertiò
an præſumatur ficta dicta donatio ex cauſis ſuprà dictis reſcri-
batis famoſiſsime doctor & chariſsime domine Petre viſis ve-
ſtris allegationibus ſubtiliter factis,& in omnibus. Ego tamen
in quæſtione iſta circa poteſtatem ſtatuentium nil ſcribere inten
do:quia facti obſeruãtia ſe habet , vt quod
1 ciuitates faciunt ſeruetur.†Poſito itaqꝫ pro
conſtanti ꝙ ſtatutum valeat, animaduertẽ
dum puto ꝙ licet obijciatur ꝙ donatarius
non fecit donationem cõmuni quæ eſt ne-
gatiua: tñ quia ad faciendam donationem
nõ tenebatur quis ipſi aduerſario opponẽ-
ti,ſed cõmuni Eugubij, ille qui opp.debet
hanc negatiuam probare:aliàs in ſua exce-
ptione ſuccumberet.Hoc tenet Inn. extra,
de accu.c.ſuꝑ his.& Cy. C.de iure emphy.
2 l.ij.in v.q.†Iſtam autẽ negatiuam[c] probare
c põt altero de duobus modis . Primò ſi ſint
certi libri,in quibus cõtinentur omnes do-
nationes factæ cõmuni,in quibus talis do-
natio nõ reperitur . & hoc probatum eſt ꝙ
non reperitur,vt l.fi.C.de iure emphy. vel
quia fecit diligenter explorari ab omnibus
qui debent hoc ſcire & ſcirent ſi talis dona
tio facta eſſet,vt expreſsè dicit tex. de ver-
3 bo.obli.l.hoc iure. † Sed poſito ꝙ probatũ
ſit denunciationem non eſſe factam,venia
mus ad q.an dicta exceptio obſtet : & ſi q-
dem agatur interdicto vti poſsidetis , vel
accuſetur de poſ.turbata:nõ eſt dubium ꝙ
talis exceptio non obſtabit.Nam ex eo qđ
dominiũ eſſet translatum in cõmune Eu-
gubij ipſo iure:poſſeſsio tamen ciuilis,quę
erat apud donatorem,non:vt no.ff.pro ſo.
l.cum duobus.§.idem reſpondit.& C.de ſa
croſanc. eccle.l.fi.in antepe.gl.& arg. ff. de
acqui.poſ.l.quãuis.Apparet ergo ꝙ dictus
donatarius poſsidet,& iuſtè quo ad eũ , qa
precario:& ſic debet vincere:vt ff.vti poſ.l.
4 j.in fi.cum l.ſeq.& C.vti poſ.l.j.†Pręterea,
exceptio dominij nõ poteſt opponi agenti
vti poſsi.ſeu de poſſeſsione turbata,ſecun-
dum veram opi.vt eſt expreſſum C. ſi per
vim vel alio modo.l. j. ſecũdum intellectũ
gl.ſuper rub.& no.ff.de acqui.poſ.l.ſi ideo
§.fi.licet Dy.videatur tenere cõtrarium de
regu.iur.c.qui ad agendũ.lib.vj.& per eun
dem Dy.de interdi.l.ij.§.quędam.tamẽ nõ
bene dicit:quia cõtra dicta iura.Sed poſito
ꝙ verum diceret:ipſe tñ loquit̃ qñ opponi
d tur de dominio ipſius excipiẽtis.[d] & hic op
ponit̃ de dominio tertij,ſine dubio nõ ob-
ſtat in q.de turbata poſ.vt l.j. in fi.& l. ſi q.
vti poſsi.Si verò agat̃,ſiue excuſetur hęres
5 prædictus de damno dato:† tũc habet plus
e dubij q.quia talis actio dat̃ domino:[e] vt ff.
ad l.Aquil.l.item Mela.§.leg.et ſic videtur
ꝙ exceptio dominij etiam tertiæ perſonæ excludat agentem: vt
C.de ſer.fu.l.cũ ſeruum.& ibi gl.ſuper verbo oppo.hoc dicit ex-
preſsè.Finaliter tñ eſt verũ,vt in caſu noſtro,& in ſimilibus ob-
iectionibus,ꝙ vbi propter aliquod nõ obſeruatũ perdit̃ dñium
quod in aliũ trãsfertur:tũc em̃ hoc nõ põt opponere,niſi ille do-
minus in quẽ transfert̃,nõ extraneus.hoc dicit expreſsè glo. ff.ſi
ager vecti.vel emphy.pe.l.ij.in illa gl.quę ibi ſola eſt.Pro hoc eſt
tex.& gl.in terminis noſtræ quæſtionis.ff.fa.erci.l.his cõſequẽs.
§.j.vbi hoc expreſsè ponit̃.Nec dicat aliqs ꝙ ibi nõ transferunt̃
bona in fiſcũ ipſo iure,ſed ꝑ ſñiam.Vbi dicit gl.ꝙ debet intelligi
de ſñia lata ſuꝑ actione reali:quia egit rei vẽdicatiõe, vel petitio
6 ne hæreditatis,†ꝙ dominium & ius hæreditariũ directũ tranſit
in fiſcum ipſo iure:vt ff.de iur.fiſ.l.Imperator.C.de his qui.vt in
7 di.l.j.†Ante autem ꝙ̃ fiſcus agnoſcat non dicuntur eſſe fiſci : qa
poſſet eſſe ꝙ fiſcus nollet dicta bona agnoſcere quaſi nõ idonea
vt l.j.§.an bona.& l.non poſſunt.de iure fiſ.& ideo in iſtis bonis
quantũcunqꝫ in fiſcum delatis ipſo iure:tamen ſi nõ ſunt incor-
porata in patrimonium fiſci,requiritur poſſeſsio modici tempo-
ris:vt l.ij.C.de vect.& commiſ.ff.de diuer.& temp. præſcri.l.in-
ter quatuor.& l.in omnibus.licet in alijs requiratur pręſcri.xxx.

a ℭ Et illa clauſula.Vide Iaſ. in l. nec quicquam.§.vbi decretũ. in iij.colũ. & ibi ſcripſi in Apoſt. mea.ff. de offi.procõ.& leg. & vide Ale.de Imo. in l.de pupillo.§.meminiſſe . & ibi dixi in apoſtil.ad Bart.ff. de ope.no.nun.Tho.

b ℭ Martinus Forniconis.Adde ꝙ aliàs incip.Martinus de Eugubio. & ita allegat Pe.Cor.in cõſi.cciiij. inci.Viſo dicto. in ij. colũ.& in iiij.vo. & Bal.in c.j.§. ſi qs ita. in fi.de feudo dato in vicẽ l. cõmiſſoriæ.in vſi.feu. & Alexã. in cõſi.cxxiij.in iiij. volu.ſcripſit in ix.colũ. aliàs incip.Martinus Ferratinus. & ita eſt in cõſi.j.in ij. par. de contractibus . Et de materia iſtius conſilij,vide Bar.in conſi. lxv.inci. Petrus Nicole . & ibi ſcripſi. Tho.Dip.

c ℭ Negatiuam. Nota modũ probandi negatiuã.De iſto dicto Bart. vide plenè per And.Barb. in c.iij.loco.in ij. col. de prob. & Alexã.de Imo.in d.conſi.cxxiij. in iiij. vol.inc.ſcripſit.in ix. col.& vide Barto.in cõſi.cij.inci.chariſsime domine. Tho.

d ℭ De dominio excipientis. Vide Bal.in c.j.§.ſi quis ita. in fi. de feu.dato in vicem legis commiſſo . & Bar.Soci.in cõſil.cclxiij.incipit, viſis inſtrumẽ.in ij.col. in ij. vol. & Pet. Corn.in cõſi.cciiij.incip. viſo dicto.in iij.vol.in ij. col.vbi alleg.Bar.in iſto conſi. Tho.

e ℭ Datur domino.Nota quod vult Bar.hic ꝙ actio de dãno dato datur domino . Et ita alleg.Bar.hic Io. Bertach.in ſuo repertorio. in verb. actio. el.j. in verſicu. xliiij. Tho. Dip.

anno.vel xl.Cū ergo iſtæ res non fuerunt
adhuc iſti donatario ablatę,& in fiſcū incor
poratæ,non poteſt ei oponi exceptio de iu
8 re fiſci:vt d.l.his cōſequenter.§.j.†Super vl
timo an dicta donatio præſumatur fictitia
ex cauſa prędicta,facit ꝙ ſic.l.ſicut.§.ſuper
uacuum.ff.quib mo.pig.vel hypo.ſol.& ꝙ
no.Dy.ff.de priu.credi.l.oēs.§.Lucius.Ad
idem expreſſum videtur de nat.lib.l.iiј.in
fin.& ff.de acqui.hære.l.ſi his qui bonis.&
qđ no.Cy.C.de repu.hære.l.j.& ij.tamen
ſi ſtatuta municipalia ſuper hoc nihil diſpo
nunt,contra puto de iure,per l.quiſquis.C.
de do.item per l.Papinianus.ff.de do.inter
vir.& vxo.q̃ dicunt donationem non con
firmari morte,niſi peruentum ſit ad tradi
tionem,vt ibi:tñ illud intelligitur,niſi aliud
interueniat quod loco traditionis habeatur:
vt not.ſ.de dolo.l.quod de ſuo.& ibi gloſſ.
9 ita in propoſito,cū loco traditionis†inter
uenerit qđ conſtituit ſe nomine donatarij
poſsidere.Nam per hoc acquirit̃ poſſeſsio,
vt iura vulgaria dicūt ſatisfactum eſſe legi,
quæ vellet donatarium poſsidere,cū in ve
ritate donator nunq̃ poſſederit poſt dona
tionem.Prætcrea,omnes illæ leges quæ lo
quuntur ꝙ contractus præſumatur fictitius,
habent locum quādo extraneus hoc oppo
nit:hic verò ipſemet qui donauit,non po
teſt hoc opponere:quia ex eo quòd dona
tarius ab eo non petijt,ſenſit lucrum:ergo
&c.vt l.cum in fundo.§.qđ ſi mulier.de iu
re dot. Pręterea,in donatiōe expreſſum eſt
ꝙ parcendum eſt donatario,ſi eum nō præ
cipitauit ad ſolutionem : vt l.ſi extraneus.
de iu.dot.Ex quibus concluditur donatio
nem illam non pręſumi fictitiā.Bar.

Si negetur poteſtas delegantis.i.qđ non
habebat poteſtatem delegandi,ſufficit pro
bare poſſeſsionem,in qua erat tempore de
legatiōis.Itē quomodo iudex debet ꝓnūcia
re in cauſa appellatiōis,ſi pars dicit læſam
eo.conſilio Franciſci,& ſequēti & ꝑ Barto.

1 *Sententia iudicis,qui eſt in poteſtate iudicandi,ualet,*
2 *Non ſufficit probare ꝙ talis non erat rector,ſed etiam ꝙ non erat in poſſeſsione.*
3 *Iniuſtitia facta ex odio principalis non debet nocere fideiuſſori,*
4 *Quæ poteſt exigere fideiuſſor condennatus à principali, & quæ poteſt opponere.*

CONSILIVM LXXXII.

PVnctus quæſtiōis
uertentis inter Albertum Leonis
& Meum Vannis,& ſer Thomā
eorum procuratorem ex vna parte agētes,
& Bernardum Ghiſi lardi & vxorem Iaco
bi ſer Salui,& eorum procura:ex altera par
te defendentes talis eſt,quæ ſint partes iudi
cis ſuper petitione porrecta,ſeu narratione
per dictum ſer Thomam procuratorē prę
dictorum,& quod iudex cauſæ fecere, &
pronunciare debeat ſuper petitis,& poſitis
per dictum ſer Thomam & ſer Iacobū pro
curatorem prædictorū coram eo:viſis actis
& actitatis in cauſa,& viſis ſtatutis, & ordi
namentis,& reformationibus, & omnibus
iuribus & allegationibus vtriuſque partis,
quem punctum dictus iudex ad dictarum
partium voluntatem conſulēdum cōmiſit
ſapienti viro doct.domino Bar.à Sexafer
rato legum legatori vtriuſque partis cōfida
1 to cum ſalario quatuor florenorum.†I quæſtione prædicta pri
mò videndum eſt de poteſtate conſeruatoris,qui dictam ſenten
tiam tulit.Ad quod dicendum eſt quod poteſtatem & iuriſdi
ctionem habuit prędicta faciēdi ex cōmiſsione ſibi facta,per re
gimina ciuitatis Caſtelli,ac ex reformatione Priorū Peruſij,qui
hoc cōceſſerūt,vt patet.Sed poſito ꝙ nō valuiſſet de iure:tñ erat
in poſſeſsiōe vel quaſi ſic faciēdi, vt notoriū eſt.ꝙ ſufficit:vt ex
tra,de elect.c.querelā.Cū eñ qs ī poſſeſsiōe eſt,donec amoueat̃
nō debet impediri omnia facere:vt l.pe.ff. de aqua quoti.& ęſti.
Ad idē Barbarius.ff.de offi.pręto.plenè per Inn.in c.nihil.extra
2 de elec.Ex hoc concluditur†ꝙ ſi excipiatur ꝙ talis non habuit
poteſtatem,non valet hæc exceptio:ſed debet ſic formari ꝙ talis
a nō erat rector nec erat in poſſeſsione[a] vel quaſi talis factorię:vel
iuriſdictiōis Caſus eſt expreſſus.C.de teſti.l.j.ſi bñ inſpiciat̃.Vi
dendūeſt ſecundò vtrū dictus conſeruator fecerit ſecūdū formā
conceſsionis & poteſtatis ſibi conceſſæ.Circa ꝙ ſciēdū eſt qđ in
dicto ordinamēto inter cętera dicitur ꝙ poſsit inquirere,& veri
b tatem ſummariè de facto[b] reperire:& ita de facto condemnare,
& mulctare.Hoc enim ꝙ dicit de facto,importat ſine cauſæ co
gnitione,& ſine probatione:vt l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.
infa.& ibi not.gl.in prin.vel de facto etiā ſi rigor iuris repugnet
vt ff.de mino.l.verum.§.ex facto.& ibi glo.in verbo,reducere
poſito ꝙ dicti conſeruatores non ſeruauerint ordinē iuris:tamē
valuit ꝙ de facto proceſsit.Præterea poſito ꝙ prædicta non pro
cederent ex forma dictæ legis:tñ ꝓcedūt ex forma ꝓmiſsionis
factæ à reo pricipali,& à bonis fideiuſſoribus.ꝓmiſit enim reus
principalis quando conuenitur ſoluere omnem quantitatem cū
cōdēnatiōe,vel ſine:& in hoc interceſsit fideiuſſor.Si enim fide
iuſſor.ſoluit ſecundum ꝙ principalis promiſit,non eſt quod ſibi
c imputetur. Præterea ſi iniuſtitia fuit facta, fuit ex odio[c] prin
cipalis ergo ſibi imputetur vt lege, ſi merces §. culpæ.ff.loc.
3 Ex†prædictis apparet ꝙ circa principale,in quo fuit condemna
tus,& fideiuſſores ſoluerunt,vt conſtat publicis inſtrumentis,
ſine dubio fideiuſſores debent conſeruari indennes.Super reli
quis verò dānis,videt̃ indubitanter dicendū,viſo ſtatuto ciuita
tis Caſtelli,quod loquitur de hoc proceſſu ſuper hoc facto,qđ
iudex debeat videre & examinare cauſas,ex quibus ſe dicit dā
nificatum,an iniuſtę ſint:nō enim ob aliud requiritur expreſsio
cauſæ:vt ff.de tranſact.l.cum hi.§.in cā.Nunc in propoſito in q.
aſsignantur quędam cauſę,ex quibus damnificatum ſe dicit,
quę non ſunt iuſtę,dum dicit fideiuſſor ſe mulctatum propter
ipſius contumaciam in xxv.flore.Iſtud aūt fideiuſſor non pōt
repetere:vt l.qui proprio.§.procurator.ibi:in cęteris pœnam aūt.
ff.de procu.& ibi notatur.& eadem ratiōe nō pōt repetere alios
xxv.florenos,quos dicit ſe ſoluiſſe pro vſuris dictorū xxv.flore
norum.Itē aſsignat̃ alia cā ꝙ ſoluit xx.florenos aduocato & pro
curatori in cauſa prædicta,in qua victus fuit,q̃quantitatē repe
tere non poteſt:qa nō debuit litigare:vt l.iam tamē.§.in hac.ver.
4 & ſi quidem victi.ff.iud.ſol.†Item dicunt fideiuſſores ſe damni
ficatus in quantum ſoluerunt xx.florenos pro habendo in publi
cam formam ſcripturas,& acta.iſta cauſa eſt iuſta & rationabi
lis:vt l.ſcimus.§.in computatione.de iur.delib.Itē dicūt ſe lęſos
& damnificatos in quantitate cētum florenorū auri,quos ſolue
d rūt dño Nicol.iſta cauſa eſt iuſta[d] & rationabilis:vt l.ſcimus.§.in
computatione.de iur.deli. quia eſt debitum principale.item di
cūt ſe lęſos & damnificatos in q̃titate xx.florenorū auri ꝓ vſu
e ris[e] quas oportuit eos ſoluere ꝓ inueniēdo dictos cētū florenos,
& ꝓ dictis cētū flo.iſta cā eſt etiā iuſta:vt ff.de neg.g.eſt.l.at qui
natura.§.non tantū.& ff.de vſu.l.in contractibus.& hoc circa
cauſas declaratas die xxviij.mēſis Iunij,vt eſt actis apparet.De
inde declarauerunt certas alias cauſas & q̃titates,quibus ſe dam
nificatos dicūt,& læſos in xxv.flor.in expēſis,quas fecerunt qñ
fuerūt detēti.iſta cā.nō eſt iuſta cā Nō eñ debuerunt contēnere
& detineri ſe facere:ſed ſtati ſoluere:ſi nō habebāt,ſub vſuris in
uenire,vt facerēt poſtea,vt ſ.dictū eſt.Itē dicūt ſe læſos & dam
nificatos in q̃titate cxl.flore.pro eo quia coacti fuerunt ſoluere
creditori:quia ſe obligauerunt occaſione dictæ fideiuſsionis:&
ſic oportuit eos vendere viuum ſuum minus quam valeret.vn
de damnificatos ſe dicunt in quantitate cxl.flore iſta cauſa non
eſt legitima:quia vt ſ.dixi,dicto creditori ſoluerunt de pecunia
ſub vſuris recepta,non de pecu.redacta ex venditione vini.Itē
ſi vēdiderunt minori pretio quam valeret,fuerunt in culpa:vn
de impu

a ¶In poſſeſsiōe. No. ꝙ dicit Bart. hic qđ nō ſufficit ꝓbare ꝙ talis nō erat rector, ſed etiā ꝙ ipſe non erat in poſſeſsiōe vl̃ quaſi talis rectoriæ. Adde Bar.in l. ſi arbiter.in fi.C.de ſen. & inter.om.iu.& in l.ad teſtium.§.j.ff.de teſt.& ī l.cū l.§.j. in fi.C.de teſta. cū cōcor.de qbus ibi ꝑ d. meum do.Iaſ.in iiij. col.& ſequē.cui adde Bart.hic Thom.

b ¶De facto.De itellectu iſtorū verborū vide Bar.plenè in extrauaganti ad reprimēdū. in verbo, videbit̃.in fin.& ibi apoſtillā meā..& vide Georgiū Natam in Cle.ſæpe.in §. nō ſic tñ.in xxij.col.de verb.ſig.Et adde ꝙ dicta Bar.ī hoc cōſ. ſequit̃ do.Io.de ana. in c.ped.e accu.& vide Alex.de Imo. ī l. prętoris.ff. de his q no.infa.& apoſtillis Bar.& in cōſil.xiij.ī vj.vol.in ci. proſpectis his ī iij.col.& in cſi.cōlxxxix. in eo. vol.in cā & lite verſ.in vlt.co.in fi. vbi alle.Bar.hic ꝙ ibi qs habet ꝑtātē ingrēdi veritatē ſummariè & de facto condēnādo,ꝙ illa verba importāt ꝙ ēt ſine cauſę cognitiōe,& ꝓbatiōe cōdēdare poſsit vt ibi ꝑ ipſū. Tho.

c ¶Ex odio.Inquantū Bart.hic vult ꝙ ſi iniuſtitia ſit facta ex odio principalis, nō debet nocere fideiuſſori.adde no.ꝑ Bar.ī d.l.merces.§. culpæ. ff.loca.Bal.Paul. de Caſt. & Alexā.in l. pen.§.j.ff.ſol.mat. ꝑ Io.de Ana.in conſil. lxxiiij.incip.viſis et pōderatis.Thom.

d ¶Iuſta cā.Not.quæ poteſt exigere fideiuſſor à principali, & quæ poteſt opponere,& vide Barto. in l.ſi quis.§. in hac. vbi plenè.ff.iu. ſolu. & quid ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptiones , & ſuccubuit an repetat à pricipali,vide Bart. & docto.in l. atqui. §. cum me abſente. ff. de neg.geſt.& in l.ſi fideiuſſor.in princi. ff.mandati.Tho.

e ¶Pro vſuris. Nota quod dicit Bart. hic ꝙ ſi fideiuſsi pro aliquo , & ob id ſolui vſuras vſurario, à quo accepi mutuo vt poſsim ſatis facere creditori,illas poſſum repetere, etiam de iure Canonico: & ita allegat Bart, hic dñs Ioā.Bapt.de ſancto Seueri.in l.j. in xlv.co.C de ſum. trin.& fid.cat.Tho.



de imputetur eis.Itē dicunt ſe læſos in quātitate l.flore. auri pro
vſuris ſolutis pro quantitate xx.flor.quæ cauſæ non ſunt iuſtæ,
cum cauſæ,ex quibus ſors,cui dictæ vſuræ acceſſerunt,petitur,
vt ſuprà,ſunt reprobatæ.Concludit̃ ergo ex prædictis ꝙ partes
iudicis ſuꝑ petitionibus,& narrationibus productis per dictos
Albertum & Meum,ſeu eorum procuratores tales eſſe debeāt
ꝙ pronunciet executionem faciendam,& ipſam faciat efficaci
ter contra dominum Bernardum,& eius bona in dictis quanti
tatibus,quæ ſ.dictæ ſunt iuxta petitionem.ſ. in quantitate centū
florenorū auri ſolutorum pro quæſtione primaria domino Ni
col.& in xx.flore.ſolutis pro ſcripturis,& actis.Item pro cl.flore
nis ſolutis pro vſuris dictorum centum.A cæteris verò quanti
tatibus petitis & declaratis,iudex debet dictum Bernardum, &
eius procuratorem abſoluere,& prædictis Alberto, & Meo, &
ipſorum procuratori ſilentiū imponere. & prædictis viſis, actis,
inſtrumentis,ſtatutis,& ordinamentis,& iuribus vtriuſq; partis
mihi tranſmiſsis,ſaluo ſemper,&c.

CONSILIVM LXXXIII.

SVper prædicto puncto cōten
to in proximo conſilio domini Franciſci, quo quæri
tur quæ ſententia ſit ferēda in cauſa appellationis præ
dictorum.Ad veritatem huius quæſtionis inueſtigandā viden
dum eſt,&c. Vide materiam huius conſilij plenè, & perfectè ſ.
in conſi.lxxx.

Non poteſt quis liberare detentum in carceribus ſine ſpecia
li mandato. Item ſtatutum loquens de nullitatibus vel appella
tionibus habet locum in nullitatibus factis, vel appellationibus
ante ſtatutum interpoſitis.

1 *Eximere aliquem de carceribus requirit ſpeciale mandatum.*
2 *Statutum loquens de nullitatibus, & appellationibus habet locum in appellationibus nouis,& antiquis.*
3 *Iudex ex officio de his,quæ pertinent ad publicam utilitatem,poteſt uti ſcripturis productis coram ſe.*

CONSILIVM LXXXIIII.

a IN cauſa ſtatij[a] procuratoris
Vanni de Pergula, viſis omnibus quæ videnda fue
runt,videtur dicēdum de iure ꝙ partes iudicis debēt
eſſe tales ꝙ pronūcient bene pronunciatū per dominū Poteſtatē
reiecta nullitate ſuper dicta appellatione,& malè appellatū per
1 dictū Statiū.†Quod probat̃ priò qa dictus Statius petebat ſen
tentiā pronūciari nullā, & illū Vānum eximi de carceribus : ſed
illa cauſa ꝙ liber homo eximat̃ de manibus alterius nō pōt fieri
b per procuratorē[b]:vt l.Pōpo.in prin.ff.de procu. & l. illud.ff. de
mi.& licet hoc poſsit quilibet de populo : tñ hoc nō pōt vt pro
curator illius,ſed ſine ſpeciali mandato.Et ſi dicat̃, hoc expreſ
ſit in mandato,dum dicit in cauſa quē habiturus eſt cum cōmu
ni,& eius ſyndinco:dico ꝙ hoc non ſufficit ad ſpeciale mādatū,
c vt l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hære.[c] Præterea,ſi di
catur ſpeciale mandatum habuiſſe tamen non dixit nullum in
tra tēpora intra quæ potuit.ſ.intra tēpora appellationis ſecundū
2 formā ſtatuti.†Nec ob.ſi dicatur ꝙ ſtatutū vendicat ſibi,locū in
condēnatis ante ſtatutum:quia hoc eſt falſum. Nam vendicat ſi
hmōi ſtatuti generalis poſsit Poteſtas inqre rere. Quartò, quia dicti inquiſiti ſunt paſsi ſe poni in banno, & elapſus eſt terminus, et ſtatutum dicit quòd elapſo termino banni ti habeantur pro confeſsis, an ex hoc poſ ſint condemnari. Quintò, an ex eo q ante dictum bannum procuratores eorum cō paruerunt, & allegauerunt contra ſe nō de bere procedi ex dictis cauſis: an ex hoc bā num poſsit dici nullum, adeo q illi non di 1 cantur incidiſſe in eum. † Circa primum de iure dicendum eſt q Poteſtas nō poſsit in quirere. Ad quod præmitto q tale ſtatutū a valet a de iure cōmuni q teſtes nō poſsint reprobari ex cā: vt extra, de teſt. c. licet di lectus. ita hic ex cā præſumit ſtatutū q ma gnates falsò facerēt reprobari teſtes ꝓpter eorum potentiā, & præſumeret ſtatutū q quis non diceret falſum contra magnates: ar. l. ſi. in princ. ff. quod me. cā. Hoc præmiſ ſo dico q Poteſtas nō pōt ingrere. Primò, quia ſtatutum ſimpliciter dicit q nō poſsit reprobari: qa nō diſtinguit à quo: ergo &c. vt l. j. §. gñaliter. de le. præſtā. de pe. her. l. itē veniunt. §. à quo. & quia lex q̄ prohibet re probari oīno prohibet: vt l. quos. de poſth. Secundò, quia qñ lex prohibet aliquē de aliquo actu reprobari, videturomnē modū 2 †procedendi prohibere: vt C. de his qui ad eccle. confu. l. ſi ſeruus. ibi: cōflanci, &c. & C. de emē. ſeruo. l. j. in prin. de cōi ſeruo ma nu. l. j. ibi nullus caſus, &c. Præterea ꝓ hoc videtur tex. ff. de iniur. l. nō ſolū. §. q̄q̄. vbi pro ea tantū iniuria pōt agere maritus, pro qua vxor liberta. Ita hic de eo tantū falsò pōt inquirere. Poteſtas, de quo alius poteſt accuſare† Præterea qñ lex iubet b aliquid b non reprobari, facit illud eſſe præſumptio nē iuris & de iure, contra quam admittitur probatio in contrarium: vt l. fi. C. de arb. tu. l. Celſus. de vſuca. & ad Velleia. l. antiquę. 4 & ad Mace. l. fi. & in auſ. vt lic. ma. & auię. §. ad hæc. † Sic ergo in propoſito cùm præſumptio ſit iuris & de iure, q ipſi dicūt ve ritatē, nec admittatur probatio in contrarium, iam inquirit ſup eo quod non eſt delictum. Præterea ex hoc arguitur ſic. Sicut in ciuili eſt actio, ſic eſt, ius proſequendi, &c. vt Inſtitu. de act. in prin. ſic in criminali eſt actio. i. ius accuſandi: vt Inſtit. de publi. iud. in prin. & ſicut in ciuilibus nemo experitur ſine actione, ſed ſecundum ius agendi: ita in criminalibus vbi non eſt ius accu ſandi. ſed ex facto propoſito non oritur ius accuſandi, vt s. oſten ſum eſt: ergo &c. & probatur: quia ius reſiſtit, ergo &c. vt l. cum lex. de fideiuſ. & l. non dubium. C. de legi. & de cōd. inde. l. ſi nō ſortem. in prin. Si ergo non oritur iſtud ius accuſandi ſeu puniē di, apparet q Poteſtas non pōt inquirere, & experitur ſine accu ſatione ſeu ſine iure puniendi ſeu procedēdi. Super ſecundo pū cto, etiam dato aliàs q dicti teſtes poſsint reprobari, ex hoc ſta tutū tñ veniunt abſoluendi. quod probatur primò per regulam generalem, quæ eſt quod permiſſum ad tempus, poſt tempus vi detur eſſe prohibitum: vt l. Imperator. de poſthu. & de le. ij. l. ſta 5 tuliberum. §. ſi quis ſeruum. † Præterea hoc probatur per caſus ſpe ciales. Nam permittitur mulieri q pronunciet ſe prægnantem intra xxx. dies: vt l. j. §. j. de lib. agno. & nil plus dicitur in ſenatuſ conſulto. & tamen ex hoc videtur prohibita poſt tempus denun ciare, niſi ex cauſa: vt ea. l. j. §. ſi mulier. ita in propoſito non pote rit poſt tempus inquirere. Ad idem in auſ. de app. & intra q̄ tpa. §. j. vbi permittitur appellare intra decē dies, nec prohibet poſt ea, tñ ex hoc videtur prohibitū appellare poſtea. Ad idem C. de in integ. reſt. l. fi. & multa alia ſimilia repetiuntur. Et ex hoc con cluditur q ſi inquiſitio formatur poſt tempus, eſt nulla ipſo iu re. Caſus eſt C. de dolo. l. fi. de excuſationi. tutorum. l. ſcire opor 6 tet. §. conſequens. & C. ne de ſta. defun. l. ij. † Super tertio dicitur, c & verum eſt, quòd ſtatutum generale c non habet locum in caſi

bus ſeu falſitatibus, in quibus ſpecialiter eſt certum tempus ſta tutum. Caſus eſt C. de fal. l. querela. & quod ibi not. Ad idem de act. & obl. l. in honorarijs. & quod ibi no. Tempora enim genera liter conſtituta non intelliguntur in actionibus, in quibus ſunt certa tēpora limitata. Ad hoc l. j. §. dixerit aliquis. ff. de pub. cū ſi. Reſpōdetur clarè q verum eſt quando lex circa idem producit duas actiones: vnam generaliter, aliā ſpecialiter: vna tollitur per aliam, & vna poteſt ſe habere in plus q̄ alia, vt ibi. ſed in propo ſito eſt vna atq; eadem actio, quæ in ſeipſa non poteſt eſſe tēpo ralis & perpetua: quia eſſet repugnantia contra l. vbi regugnan tia. de reg. iur. l. eum qui ædes. ff. de vſuca. & hoc ſtatutum non inducit nouam actionem, ſed ea quæ limitata eſt vſque ad quod tempus durat: ideo quia vna eſt actio, ne in ea ſit repugnantia, 7 generi per ſpeciem derogatur. † Super quarto videndum eſt, & oſtenditur primò quod potuerunt condemnari. Probatur: quia va d let proceſſus. Licet enim agens omni actione d careat: tamen pro ceſſus valet in ſe. quod patet: quia ex eo poteſt ſequi condemna tio licet indebitè: vt C. de condi. inde. l. j. & ff. mā. l. ſi fideiuſſor. & §. omnibus. & tex. dicit extra, de re iudi. c. Abbate ſanè. ver. quo 8 niam. ibi: & ſi petitum, &c. lib. vj. † Præterea licet ſit præſumptio iuris & de iure q non dixit falſum, tamen admittitur probatio in contrarium per confeſsionē partis aduerſæ: vt in auſ. de æqua. do. §. aliud. & ibi glo. Circa hoc dicit Ia. But. in l. ſue poſsidetis. C. de proba. quod eſt verum q confeſsio partis non derogat de poſitioni: vt l. j. de rei vendi. coniuncta. l. j. ſol. mat. Sed in his quæ reſpiciunt priuatum fauorem, ſi ille cōfitetur contra, imputet ſi bi ſi cōfeſsio fiet in iudicio: vt d. §. aliud. & facit pro domino Iac. l. ornamētorum. de auro & ar. leg. & in auſ. de æqua. do. §. aliud. & ibi no. gl. in ver. ſinautem ſcribat. & per Azo. in ſum. de don. ante nup. auſ. ſed iam neceſſe. & per hoc tolluntur multæ rationes factæ s. in puncto ſecundo. Sed iſte patiendo ſe poni in banno, non videtur confiteri ergo &c. Præterea quando primo tempo re fuit actio, licet ex aliquo caſu ſit extincta: poteſt quis pati ſe & conueniri & condemnari de facto: vt ff. ad exhib. l. ſi quis ho minem. §. quantum autem. & de rei ven. l. ſi poſt acceptam. ſed iſte non veniendo videtur pati ſe conueniri & condemnari: er go & per hoc tollūtur omnes illæ rationes, quæ dicunt q eſt ela pſum tempus intra quod poteſt inquirere: vt dictum eſt ſuper ſe cundo puncto. Econtra videt q non poſsit condemnari: quia iu dex etiam pro parte non opponente, ſed expreſsè in maleficium confitente poteſt & debet de defenſione eius querere. Caſus eſt notabilis in l. j. §. fi. de quæſtio. Ad idē de pœnis. l. ſi nō defendā tur. in fi. dū dicit qui cognoſcit, debeat de eorum innocentia que rere. Facit de ap. l. nō tantū. & C. de ap. l. addictos. vbi inuita par te quis appellat, vt eum defendat. Ad idem vbicunq; in abſentē pōt ferri diffinitiua iudex pro reo & ex ſuo officio perquirit ve ritatem: vt quomodo & quādo iudex. auſ. qui ſemel. ibi: perquiſi ta veritate, &c. C. de ap. l. ampliorē. in prin. ibi: quanto eius partes adimplere, &c. & ibi no. per gl. licet ibi dicat q ſit ſpeciale: tñ ge nerale eſt etiā in criminalibus vbi pōt ferri ſñia abſente parte. & hoc expreſsè tenuit Inn. in c. veniēs. extra, de accu. facit C. de iu 9 di. l. properādū. §. ſed & ſi quidē. & §. ſeq. † Quid ergo e dicemus? e & dico ſic, qñ liquet iudici euidenter abſentē nō eſſe culpabilē, vel nullū delictū cōmiſiſſe, & tūc licet ſit cōtumax, & habeatur pro confeſſo; tamen nō pōt condēnari, per iura s. allegata. Quid enim ſi elapſo termino banni iudex neſcit eum, qui cōtumax di cebatur, hominem interfeciſſe: & quia non cōſtat ſibi: Certè nō poterit cōdemnari, ne plus operetur ficta cōfeſsio, q̄ vera. ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. fi. cum l. ſeq. Quando vero conſtat iu dici per hanc fictam confeſsionē de maleficio, ſed cōſtat q reus nō poterat redargui quia habebat pro ſe præſumptionem iuris & de iure: & tunc credo q poſſet eum condēnare; & debet pro bari contra eū, & nunc conſtat, & eſt probatum per illā fictā cō feſsionem, vt s. probatum eſt. Ex hoc apparet q iſte citatus de buit cōparere: qa iudiciū potuit habere effectū. & ita in caſu pro poſito non obſtante quod dictum eſt in primo puncto. Quan doq; enim conſtat iudici delictū cōmiſſum eſſe, de quo poterat reus inquiri ſeu accuſari, ſed nūc accuſationis tempora ſunt ela pſa: tunc etiam dico q talis inquiſitus poterit ex contumacia cō demnari: quia tempus condemnationem criminalem non tollit ipſo iure, ſed parat exceptionē: vt l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. & C. eod. titulo. l. adulterium. quas præſcriptiones, ſeu ex



ceptiones poteſt ſi vult pars vincere, & non opponere, ne ſequatur condemnatio: vt d. §. præſcriptiones. & poteſt ſe de facto pati conueniri: vt s. probatū eſt. Igitur in ꝓpoſito ſi aliud non obſtat, iudex talem contumacem nil opponentem, & patiē tem ſe poni in bāno, poſsit condemnare, nō obſtantibus quę di 10 cta ſunt in ſecundo puncto. † Super quinto puncto dico q cùm a tales cōparuerunt procuratores a ſeu excuſatores, & legitimas cās propoſuerūt, qualiter non debebant venire cōdemnandi, ſ. quia ipſi non poterāt redargui, & tempus inquiſitionis erat ela pſum: vt s. dictum eſt. & ſic non fuerunt paſsi ſe de facto cōue niri, imò contradixerunt, & expreſsè negauerunt, q ex hoc iudi cis officium debuit quieſcere, & contra eos amplius nō procede re, & ſi non fecit, nō tñ ipſi fuerunt contumaces, nec incurrerūt bannum. ff. de publ. in d. l. inter accuſatorem. ſecundū vnā lectu. & e. ti. l. pe. §. ad crimē. ibi dū dicit, & ſi iuſtā ratione habent, ſen tentia differtur. ff. de procu. l. ſeruū quoq;. §. publicè. Bar.

Quòd ſtatutum prohibens appellationem de condemnatio ne certi delicti, trahitur ad omnem condemnationē ex dicto de licto originaliter deſcendente: ſecus ſi incidenter, vel ex alia cā deſcendat. Quod licet ſtatutum legitimet perſonam minoris non propterea impedit reſtōnē, & eo eſt ipſe læſus, q ſe cōdēna tum probauit. Quod ſi ſtatutum dat optionem in pœnis ſubſti nendis facta ſemel electione nō licet variare. qñ fit per futurum ſubiunctiui. Item q melius eſt pœnam corporalem eligere, & pacē conſequi, q̄ pecuniā ſoluere & in odio remanere, & ideo minor læſus reſtituitur, ſi aliter eligat. Et q auſ. ſacra. non habet locum in iuramento de præterito vel præſenti, ſed de futuro.

1 ℭ *Statutum q condemnatus de percuſsione non poſsit appellare, omnē caſum, & omnē perſonam comprehendit etiam mandatorem & auxiliatorem.*
2 *Quando augetur pœna per primam ſententiam, & augetur pœna, an poſſet appellare non obſtante ſtatuto prædicto.*
3 *Quando ſtatutum & ſcriptum in rem, an comprehendat mandatorem.*
4 *Dictio pro, ſignificat cauſam remotam ſicut dictio propter.*
5 *Minor licet habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, an poſsit petere reſtitutionē in integrum.*
6 *Approbans ſententiam uidetur beneficio appellationis renunciare.*
7 *An liceat mutare uoluntatem uſque ad ſententiam.*
8 *Statutum loquens per futurum ſubiunctiui ſi ſemel recuſat, an amplius poſsit mutare uo luntatem.*
9 *Vtens iure communi an poſsit petere reſtitutionem in integrum.*
10 *Iurans dicere ueritatem, an poſſet petere reſtitutionem in integrum.*
11 *Maxima eſt differentia inter iuramentum de futuro, & iuramentū de præterito.*

CONSILIVM CI.

b Girardus b de Tuderto minor xxv. annis dedit alapā Innocentio, ex hoc facto inter cætera ſunt orta iſta dubia. Primò cùm in ſtatuto Tu derti caueatur q condemnatus pro percuſsione à ſpatulis. s. nō poſsit appellare, & alio ſtatuto cauetur q percutiēs puniatur in certa quantitate, & teneatur recipere aliam percuſsionem: aliàs puniatur in certa quantitate maiori. Contingit q dictus Girar dus fuit ex dicta percuſsione condemnatus, & ſoluit: poſtea di cit recuſaſſe recipere ſimilem percuſsionem, & ex hac recuſatio ne eſt cōdemnatus in alia quantitate maiori, q̄ritur an poſsit ap pellare. & hoc primo. Secundò, quia ſtatuto Tuderti cauetur q minor poſsit eſſe in iudicio criminali ſine curatore: quęritur an ſententia valeat ex hoc, quia ipſe Girardus ꝓhibeatur petere re ſtitutionē in integrum in his, in quibus læſus eſt. Tertiò, quia di ctus Girardus ante dictam latam ſententiam approbauit, & ſic ſe debere condemnauit, & affirmauit, an probata minori ætate ex proprio proceſſu, ex ipſo proceſſu appareat læſio, an habeat aliud probare. Quartò, cū dicto ſtatuto caueatur q q̄ recipit p cuſsionē, ſimiliter cogatur aduerſarius ad recipiendum ſimilem & ſimiliter aduerſarius ad pacem: aliàs qui recuſauit recipere ſi milē percuſsionē condemnet in certa quantitate: & aduerſarius nō cogatur ad pacem, & fit electio cōuenti, & dictus Girardus elegit velle ſoluere dictam quantitatem prius q̄ recipere velit p cuſsione, q̄ro an poſsit variare & eligere partē de iure cōi ante ſententiā. Quintò, ſi non poteſt de iure cōi an per in integrū re ſtitutionem poſsit ad hoc admitti. ſolū probando ſe minorē, po ſito q nil aliud poſsit de nouo oſtendere. Sextò, an ex eo q iura uit dicere veritatē, & facere mandata curiæ ꝓhibeatur petere in

1 integ. reſt. & alia de quibus. s. dictū eſt. † Su a per primo videt q nō poſsit appellare: qa cōdemnat de percuſsiōe à ſpatulis. s. quod c ꝓbat: quia verba ſtatuti in rē cōcepta ſunt ſ. cōdemnatus pro percuſsione. nō enim di cit, ſi quis percuſſerit: & ſic omnē caſum & perſonā cōprehendit, etiā extraneū manda torem & auxiliatorē: vt ff. qd vi aut clam. l. aut qui aliter. §. fi. de adul. l. hęc vba. & not. Ia. de Are. in l. ſi ſeruū. §. admonere. ff. de ac qui. hęre. ergo multò magis hūc caſum cō prehendet. Præterea hoc videmus in oībus actionibus arbitrarijs, vbi ferūtur duę ſen tentiæ: vt ff. quod met. cā. l. ſi cū exceptione. §. in hac actione. & ibi no. de rei vē. l. q re ſtituere. de in lit. iur. l. in actionibus. & Inſt. de act. §. in arbitrarijs. in qbus ex cōtuma cia, ſeu recuſatione q̄ fit poſt primā ſñiam, fertur ſecunda: tñ nemo negat ex prima a ctione, & prima obligatione nec condēna tū eſſe. Ita in propoſito ex prima & ſecūda percuſsione & obligatione, q̄ inde orta eſt, vr condēnatus. Ad id facit ff. de publ. l. hoc edicto. ſecundū opi. illorum, qui dicūt nul lam accuſationem fore arbitrariā, vt ibi not. & d. l. j. §. dixerit aliquis. ff. eo. & ad idē. ff. re rū amo. l. ſi cum dos. §. j. Præterea, hoc vide mus in caſibus, in quibus poſt primam cō dēnationem pecuniariā, quā quis non pōt ſoluere, iudex cōmutat eā in corporalem: certè clarū eſt ſecundā ſentētiā ex prīo ſeu ꝓ prīo delicto eſſe: vt C. de ſer. fu. l. q cūq; de iniur. ſi qs iniuriā. & de pœ. l. j. in fi. & facit quod not. doc. in l. nō cōuitij. C. de iniur. in xxv. q. Econtra q poſsit appellare, facit: qa videtur cōdemnatus ex nouo maleficio, ſ. ex accuſatione, nō pro prima percuſsione. b & videt caſus. ff. de pœn. l. relegati. & l. aut dānum. §. qſquis. & l. capitalium. §. in exuli bus. ex quibus videt q nouū ſit maleficiū, 2 & pro nouo maleficio cōdemnetur. † Con cludendo in hoc puncto dico q quandoq; pœna impoſita in prima ſententia eſt com tata in aliam abſq; nouo delicto, ex cā tñ vt propter paupertatem: tuuc nō eſt dubium de qrimo maleficio condemnatum eſſe, & appellare non poſſe, ſicut primo. Ita dicūt omnia iura. s. ꝓximè ad hoc allegata. Qñq; per ſententiam ſecundam prima pœna au get, ſeu noua imponit ex aliqua coaduna tia, ſeu caſſatione vel delicto poſt primam ſententiam commiſſo: & fit qñq; ex diſpo ſitione alterius legis, quàm illius, quæ pri mam pœnā imponit; & tunc dicit nouum delictum, & noua accuſatio: vt d. l. relegati. & d. §. in exulibus. & tūc prohibitio appel c lationis facta in primo crimine, nō extēdit ſe ad illud. Quādoq; prima pœna augetur ex virtute illius legis: & tūc contingit duo bus modis. Primò, quia facit aliquid cōtra ea, quę in prima ſententia expreſſa fuerūt: & tunc ex prima actiōe, & prima cauſa cō demnatus videtur, vt in actiōibus arbitra rijs, vt in iuribus. s. alle. Quandoq; aliquid contingit aliquo actu ſeu contumacia, per quæ non fit contra ea quæ in prima ſenten tia deuenerunt expreſsè, licet aliàs deliclū non eſſet niſi primum proceſſiſſet: & tunc delictū nouū, & lex noua vr: vt l. q cū vno. §. ij. & l. iiij. ff. de re mil. C. de epiſ. & cle. l. q cunq; reſidentibus, & in auſ. de ſancti. epi. §. ſi monachus. Nunc ingitur in q̄one pro

a ℭProcuratores. Sen tit Bart. hic q ad ꝓ bādam innocentiā in culpati admittitur ꝓ curator, vide Barto. in l. ſeruum. §. publi ce. in fi. ff. de procur. vbi dicit q ſtat i ar bitrio iudi. tamē not. plure cautelas per do cto. in l. vbi pactum. C. de tranſac. vbi etiā ponit d. laſ. in v. col. ſimiliter plures con cor. cut adde Ioan. de ana. in cōſ. lix. ici. vi ſa ſqſi. i j. col. & in c. veniens. in iij. col. de accu. in ver. nunquid autē ſi ſtat. caue. vbi ponit modū practi candi & cautelā. quā no. qa ſic debet aduo catus practicari & ita bis practicaui & fecit mihi magnum honorem. Ad ea au tem quę dicit Bar. in hoc conſil. adde etiā q debet diſtingui, an offenſus repellatur ratione delicti, vt cul pæ: & tunc nec Rei pu. nec alter, puta pa ter debet audiri: quia per indirectum offen ſus conſequeretur ſa tisfactionem. l. ſed ſi vnus. §. prætor. ff. de iniurijs. aut non ra tione delicti, & tunc ſecus, vt per glo. in l. antiſtites. in fin. ff. de acquiren. here. & per iura in ea alle. & ita conſultū fuit per plu res doct. Tho.

b ℭGirardus. Adde q iſtud conſil. ſecundū ordinem Peruſiūm eſt in prima parte ṫu dictorum numero x lij. & incip. ibi Berñ. de Tuderto. & ita al le. Alexand. in l. hæc verba. in apoſt. Bar. ff. de adulte. & in l. j. C. ſi de momen. poſ. aliàs incip. Barto. de Tuderto. alle. Alexā. in l. intus. §. repeto. in apoſt. Barto. ff. de le gat. ij. & vide de iſto conſi. domi. Anto. do mi. Alexand. de Nea po. in authen. ſacra menta puberum. C. ſi aduer. vendi. & ibi Iaſo. in ij. col. & Phi. Deci. in l. poſtquam liti. num. lj. C. de pac. Tho. Diplo.

c ℭStatuti. Adde bar. in l. ſi ſeruum. §. præ tor. ait. ff. de acquire. her. & in l. hæc ver ba. ff. de adul. cum cō cor. de quibus ibi p d. Alex. in apoſt. vbi alle. bar. hic, & dicit in ſua q. diſputata. & adde Bartol. in l. ij. §. fi. ff. qd vi aut clā. vbi dixit ſe dixiſſe il lo anno q aliud eſt ſi ſtatutū dicit, pro ho micidio: & aliud ſi di xerit, ſi qſecerit pro homicidio. & ſic vr dicere de iſto cōſ. & vide & ale. i addi. & vide Moder. in l. j. in princi. ff. de verbo. obl. Tho.

poſita iudex non debuit procedere: quia vel debuit interrogare eũ añ primã ſniam q̃d volebat, vel ſimilem percuſſionem recipere vel condẽnari in quãtitate illa: vt probatur in l. ſi hęres. de leg. ij. no. ff. de ac. emp. l. j. in gl. magna. vel debuit cõdemnare in alia quãtitate parua, & quòd teneretur ſimilẽ recipere percuſſionem vel ſoluere illã quãtitatem maiorem, & ſic potuiſſet dare ſniam: vt inſti. de acti. §. curare. & l. eũ q certarũ. in fi. de ver. ob. & ſi hoc feciſſet, ꝑ prima percuſſiõe condẽnatus eſſet & nõ poſſet appellare. Idẽ dicerẽ ſi ſolum cõdemnaſſet eũ ad recipiendũ ſimilem percuſſionem, & poſtea in ſcda ſnia ꝑpter recuſationem condemnaſſet eũ in quãtitate: quia feciſſet cõtra ea, quæ in prima ſnia cõtinentur, vt dictũ eſt in arbitrarijs, & ſimilibus: ſed in caſu ꝑpoſito ſtultus iudex condẽnauit eũ ꝑ pcuſſiõe in certa quãtitate. nec cõdẽnauit eũ ad recipiendum ſimilem percuſſionem. & illa quantitas pria, in qua condemnatus fuit, fuit ſoluta. Nõ põt ergo dici q̃ iſta ſnia fuerit ꝑ prima percuſſione, cũ iam illa fuerit cõdemnatus. & ex eodem delicto bis non debuit cõdenari: vt l. ſenatus. de accuſ. cũ ſi. De neceſſitate ergo eſt q̃ vltima cõdẽnatio eſt tanquã ex nouo, & pro nouo delicto, l. ex noua recuſatione, & ſic poſſit appellari, cũ nõ ſit prohibitũ. C. de appel. l. & in maioribus.
3 † Nõ obſtat quod dicit, q̃ verba ſtatuti ſunt ſcripta in re: quia illud intelligo verũ q̃ comprehendit mandatores. & ſi. quorũ obl'o habet ortum ex ipſo delicto iã cõtra mandatariũ igit ex delicto poſtea ſecuto ꝑpter maleficiũ ꝓcedẽs: vt no. in l. j. §. perſuadere. de ſer. cor. & no. Inſtit. de obl. q̃ ex delic. naſcun. §. ope. meritò illi dicuntur ꝑ tali maleficio condemnati: ſed in propoſito fuit cõdẽnatus ex obligatione quæ habuit originẽ ex nouo facto.
4 † Nec obſt. ſi fortè dicas q̃ ſtatutum dicat q̃ cõdemnatus de percuſſiõe non poſſit appellare, & ſi dictio ꝑ, ſignificat[a] cãm remotã, ſicut ꝑpter, ſic dictio ob: vt C. de legi. l. non dubiũ. & l. j. C. ſi ſeruus extero. & l. eo tpe. in fi. de pac. quod dico q̃ hoc falſum eſt: q̃a dictio pro, ſignificat cãm proximã & finalẽ. C. de do. l. ſi qs pro redẽptione. de le. ij. l. Lucius. §. j. & ff. de alimen. & cib. leg. l. pe. & vbicũq; reperies q̃ dictio pro, ponitur pro propter, & ſignificaret cauſam remotã, improprie ponit. & ſic no. gl. ff. de pe. le. l. dñs. Sticho. in prin.
5 † Sup ſecũdo[b] puncto dico q̃ licet habeat legitimã perſonã ſtandi in iudicio, nõ propterea ꝓhibetur petere reſtitutionẽ in inte. vt plenè diſputat in fi. C. ſi de momẽ. poſ. l. j. in glo.
6 † Super tertio dico q̃ eo ipſo q̃ ſniam approbauit, & ꝑ conſequens vr̃ bñficio appellationis renunciaſſe, licet fuit læſus etiã nullo alio ꝓbato. ff. de mino. l. ſi minor xxv. an no. §. illo vbi tex. & gl.
7 † Super quarto an liceat mutare voluntatẽ vſq; ad ſniam & vr̃ q̃ ſic; quia habet electiõe à lege. ergo &c. vt l. eũ qui certarũ. in fi. de ver. obl. Pro hoc facit de inof. teſt. l. Papinia. §. meminiſſe. de bonis lib. l. cũ maior. §. accuſaſſe. & l. in ſeruitute. §. petijſſe. ff. de his q̃ ꝑ metũ iu. l. alia. & q̃d no. C. de iur. om. iu. l. ſi criminali. et q̃d not. Dy. ff. re ra. ha. l. amplius nõ peti.
8 † Cõtrarium credo: quia ſtatutũ dicit, ſi recuſauerit &c. quod eſt futurum ſubiunctiui. ergo ſi ſemel recuſat, amplius mutare non poteſt voluntatem: vt l. ſi ſtipulatus ſim Stichum. in prin. de verbo. oblig. Non obſtat l. eum qui certarũ. in fi. quia habet electionẽ à lege tacitè, quę videtur conceſſa per futurum indicatiui, ſ. nolet. & ſic licet variare, vt ibi no. hic tamen eſt expreſſum futurum ſubiunctiui. Non obſtat alia lex in contrarium allegata: quia in illa non dicitur delictum perfectum ante ſentẽtiã ideo licet pœnitere. hoc verò delictum eſt perfectum ſola recuſatione.
9 † Super quinto videtur q̃ ſibi non debeat concedi reſtitutio: quia vſus eſt iure communi. Nam quilibet paterfamilias elegiſſet pœnam pecuniariam pro corporali: vt l. in ſeruorum. in fi. ff. de pœnis. Contrarium etiam puto q̃ iſta fuerit euidenter fatua electio. Nam primò depauperatur ex eo q̃ ſoluit magnam condemnationem. Item ſibi remanet inimicitia ex qua cõſueuit ſequi mors, & patrimoniorum deſtructio, vt notorium eſt, & probatur ff. ſo. ma. l. pe. in prin. meritò ergo læſus[c]: & ſic non obſtat l. in ſeruorum. quia licet eſſet inimicitia quæ peior eſt illa parua pœna, cõſulo tamen q̃ dictus Girardus faciat probationes ſecundũ qualitates ſtatuti & conditionem ſententię ſibi hoc expedit.
10 † Super ſexto dico q̃ illud iuramentum habet in ſe duas partes, primò q̃ iurauit dicere veritatẽ[d], & per hoc prohibet petere reſtitutionẽ: quia auſ. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer. vẽ. loquit in iuramẽto de futuro de non veniẽdo contra. Iſtud aũt iuramẽtum eſt de præterito & de præſenti, nec ad futurũ porrigit; tũc enim dicit veritatẽ: quia ſic volebat, & nunc dixit veritatẽ: quia ſic vult: ar. de dã. infe. l. qui bona. §. ſi qs ſtipulatus.
11 † Item eſt lõga differẽtia inter iurm de præterito, & iuramẽtũ de futuro: vt l. ſi qs maior. C. de trãſact. & de cõdi. inſti. l. q̃ ſub cõditione. & quod in eis not. habet etiã ſecũdam partem illud iuramẽtũ. ſ. parere mãdatis curiæ. hoc etiam nõ nocet: quia debet intelligi ſi curia mandauit: vt c. Quintaualis. de iureiu. & de ope. lib. l. liber. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. Barto.

Quomodo probetur negligentia quando in aliquo actu requirit diligẽtia, & quomodo teſtes probãt negligentiã, vel negatiuam. Item q̃ vnus tenetur aliquod maleficium inquirere, quomodo põt ꝓbare ſuam diligẽtiam, & excuſare ſuam negligẽtiam.

1 *Negligentem fuiſſe Titium quomodo probari debeat.*
2 *Teſtes qui dicunt aliquem negligentem, & nihil aliud dicunt, an probent.*
3 *Negligentia non percipitur ſenſu nec uiſu, & auditu.*
4 *Teſtis, qui uult probare negatiuã, debet illũ actum uidiſſe, ex quo illa negatiua reſultat.*
5 *Diligentia quomodo debet probari.*

## CONSILIVM CII.

e CHariſſime domine iſti noſtri Nucerini inquiſiti ſunt à dño rectore ducatus, & eius curia, q̃ ipſi fuerũt negligẽtes, & remiſſi in capiẽdo certos homicidas. ex quo crimine impoſita eſt certa pœna ciuitati ſm formã cõſtitutionũ ꝓuincialiũ. ſup qua inq̃ſitione examinati teſtes dicũt cõe, & hoies dictæ ciuitatis fuiſſe negligẽtes, vt in dicta inq̃ſitione cõtinet: nec reddũt cauſam ſui dicti: nec fuerũt interrogati: an ex eorũ dictis ſit ꝓbata inquiſitio. & ſi nõ eſt probata q̃d debuiſſet fieri ad eã ꝓbandã, & q̃d cõe habeat facere ad ſuã defenſionẽ ꝓbãdã: q̃a iſta quotidiana ſunt tã ꝑ pñti q̃ pro futuro, rogamus vt plenius ſcribere placeat. Alexander eps̃ Nu-

cerimus

¶ Pro, ſignificat. Dictio ꝓ, ſignificat cauſam proximam & finalem, ſecundũ bar. hic adde Bart. in d. l. Lucius. §. ergo. & in l. qbus diebus. §. Ter milius. ff. de cond. & demõ. i ij. col. & ibi vide Bartho. Soci. in ij. colũ. & vide dñm meũ Peruſinum do. Pet. cor. i cõſ. xxxij. in iij. vo. inci. licet. in pe. colũ. & in conſil. xxxv. incip. d. Alex. in vlti. col. eo. vol. & in conſi. lxxxij. iminet, in ij. col. in ij. volu. & in cõ. j. in ij. vo. in iij. col. in ver. pro deciſiõe. & vide bar. in l. j. C. per quas perſo. no. acqui. ł pe. col. & in l. exarari. C. de ac. emp. circa mediũ & in cõſ. cccxlviij. in ij. vol. incip. nobilis. circa medium. & in conſ. cctij. inci. decretũ. in ij. col. eod. vol.

¶ Et dña inter dictionem pro, & dictionẽ ꝑpter, vide p Bal. in l. quod ſcitis. in j. col. C. de bo. quæ lib. & per Ioã. An. in c. petiſtis. de priui. & in c. quod circa de elec. & nota. q̃ dictio pro, aliquando ſignificat potentiã, vide p Bal. in cõſ. ccxij. i ij. vo. inci. quia veritas. in j. col. in fi. Tho.

b ¶ Super ſecundo. Adde Bal. i l. in cãg. ipri. ff. de mino. cum concor traditis per Ale. de Imol. in l. j. C. ſi de momenta. poſ. & nõ. q̃ dicit Barto. hic, q̃ licet minor habeat legitimã perſonã ſtãdi in iudicio ex forma ſtatutorum, tñ ſi eſt læſus, põt petere reſtitõnẽ in integrum vide tñ Bal. in auth. ſi captiui. in ij. colũ. ver. ſed iuxta hoc. C. de epi. & cle. & in l. exigen. in fi. C. de ꝓcur. & in l. j. C. ſi de momen. poſ. & in l. fi. C. q legi. pſ. ſta. in iud. & ibi vide etiam Alb. de Roſa. & in d. l. ij. Quid autẽ ſi minor iurauit ſe maiorem ſi non põt reſtitui, an poſſit dicere contractum nullum, vide Ioã. And. in addit. Spe. in tit. de ſen. §. vt autẽ. & plenius ꝑ Pau. de ca. i l. ij. C. ſi mior ſe maio. dixe. et i cõſ. cxij. ici. viſis & cõſideratis. circa mediũ. & Lu. Ro. i cõſil. xij. al's i cõ. xv. ici. viſo facto ꝑpoſito. vbi voluerũt q̃ poſſit dicere cõtractũ nulliũ.

¶ Cõtrariũ cõſuluit d. Abb. de directo cõtra Lu. i eo facto i cõſi. lxxj. icip. qnq; dubia. in j. & ij. colũ. & vide Ioã. Pet. in dict. l. ij. & Bapti. Seue. in l. omnes populi. in xxxviij. colum. ff. de iu. & iure. licet nõ alle. prædicta. & vide meã apoſtil. ad Bart. in d. l. ij. an autem minor, qui eſt excluſus ab exceptiõe fori ꝓpter ſtatutum poſſet in integrum reſtitui, vide Ange. in l. ij. §. j. ff. de iudi. cũ concor. de quibus per Iaſ. in l. elegantcr. §. ſi quis poſt. ff. de cõdi. inde. in ij. co. cui adde Bal. in l. in cauſę. i ſi. prin. ff. de mino.

¶ Et an ſi minor ex diſpoſitione ſtatuti nõ poteſt venire cõtra ſententiã, an poſſet venire per reſtitutionem in integrum, vide Floria. in l. j. §. quod autem. per illũ tex. ff. de alea. quod no. & vide And. Barba. in c. fi. in xv. col. extra, de don. vbi dicit ſe conſuluiſſe Brixiæ. Tho.

c ¶ Ergo læſus. Vide caſum quẽ ponit Ange. & Pau. de Caſ. in l. quicunq;. C. de ſer. fugi. vbi dicit Bart. conſuluiſſe. Tho.

d ¶ Veritatem. Vide do. Ant. de Alexã. in auſ. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduerſus vẽditionem. & ibi do. meũ Iaſo. in xvij. & xx. co. vbi plenè examinauit iſtam materiam. Tho.

e ¶ Chariſſime domine. Aliàs inci. in Dei nomine amen. chariſſime. aliàs inci. Nucerini inquiſiti. De iſto cõſi. vide Feli. in c. irrefragabili. in ij. col. de offi. ordi. & Alex. in l. idẽ q̃rit in princ. in addi. Bar. ff. pro ſocio. & And. Barba. in c. tertio loco. in vij. col. de proba. & in l. nõ ideo. in addi. Bar. ff. de ijs qui. vt indi. & in l. tutor qui repertorij. §. ſi ꝑprius. ff. de poſ. & ff. de admi. tut. & in l. j. §. excuſantur. ff. ad ſen. cõſul. Sylla. & Philip. Decium in l. ſi mihi. in j. col. ff. ſi cer. peta. ibi alleg. Bart. in iſto conſi. Tho.



cerimus &c. Reuerende mi pater & domine, ea de quibus quęritis longam pręmeditationẽ requirunt, & etiam hominem alijs nõ occupatũ. nõ obeſt etiam cùm hoc ego quidem nũc in prin. gymnaſij ſum multis occupatus lectiõibus. vnde ex eoquod vidére potui in illo modico tpe, quod ad hoc inueſtigãdum adhibui, reſcribo quæ ſentio, & primò antequam ad præſentem inq̃ſitionẽ.
1 † Veniamus in genere, ſi volo aliquẽ probare negligentem, quid probare debeam. Et certè q̃n quis in obligatione tene-
a tur ad factum certum limitatum tempore[a] & loco: tunc eo ipſo q̃ illud non facit, eſt probata negligentia eius, niſi illi oſtendat de impedimento, vt l. iij. §. ſi ad diem. de re mili. & l. qui cõmeatus. & ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſed & ſi quis. cum ſim. Quandocq; quis tenetur ad aliquid faciendum in genere: vt in caſu propoſito tenetur cõe ad capiendum malefactores: tunc ad oſtendendũ negligentiam cõmunis debet probare primò commune ſciuiſſe illud maleficium eſſe commiſſum illo tẽpore & loco: vt ff. de admini. tut. l. quidam decedens. §. fi. cũ l. ſeq. quod puto probabitur ſi erat publicè notũ, vt probatur. expreſsè. C. de peri. tut. l. j. ꝓbatur etiam de iuris & fact. igno. l. ij. §. ſed facti. & l. nec ſupina. cũ ſimilibus. Item habet probare quòd locus ille, vbi maleficium fuit commiſſum, erat ita propè ciuitatem, villam, vel habitationem, q̃ ſi homines ſolicitè tranſiſſent, ſolicitè & rumores feciſſent, & alia quæ circa hoc requiruntur ſecundũ facti accidentiã q̃ dictos malefactores capere potuiſſent. hoc probatur per ſimilia. Si enim volo tutorem probare fuiſſe negligentem in mutuãdo pecuniam, debeo probare verè vel præſumptiuè q̃ in ciuitate erant homines, quibus potuiſſet dicta pecunia mutuari: aliàs non probaretur negligentia: vt ff. de admi. tut. l. tutor ſecundùm dignitatem. §. j. Item ſi volo probare tutorem fuiſſe negligentẽ in emendis prædijs, debeo probare quòd prædia vtilia reperiebantur, quæ emere potuiſſet: vt in auſ. de conſangu. & vteri. fra. qui hęre. §. j. col. vj. Item ſi volo quem probare fuiſſe negligentẽ in eo quod potuit per alium gerere, debeo probare q̃ facilè erat ſibi alteri committere: vt l. idemq̃ue. ff. pro ſo. Pro hoc videtur expreſſum, & eſt in terminis noſtræ q̃onis ff. ad Syl. l. j. §. ſi quis in villa. & §. ſeq. & §. eodem. autem tecto. & C. ad Syl. l. fi. & hoc probato niſi ex alia parte probaretur diligentia, cenſetur probata negligentia. Si tñ poſſent reperiri teſtes, qui dicerent eos omiſiſſe inquirere & proſequi contra malefactores: & facere prædicta quæ facere poterant: & reddant rationem q̃ erant ꝑntes in loco, in quo non potuiſſet id fieri, quin ipſe teſtis vidiſſet, ſecundũ formam notatã in auſ. de hęredi. & Falci. §. ſi verò abſunt. &
2 tunc eſſet probatio clarior. † Super eo quod notat in præcedenti q̃one quærit an illi teſtes qui dñt cõe, & homines fuiſſe negligentes, & nihil aliud dicũt probent vel non. Dico inquiſitionẽ, hanc eſſe probatam, quod probo: quia dicere aliquem eſſe negligentem, eſt quodãmõ merè negatiuum & priuatiuum. Negligẽtia ẽm nihil aliud eſt q̃ priuatio diligentiæ: & priuatio & negatio idem ſunt: vt ff. de ver. ob. l. inter ſtipulantem. in prin. vbi no. q̃ iſta verba, dolum malum abeſſe, dicantur negligentia. vt ibi not. in gl. ſuper verbo, ad mortuum, & quod not. per gl. ff. de doli excep. in l. fi. in gl. & de itine. actúq; priuato. l. ij. & quod ibi not. Sed teſtes qui deponunt ſimpl'r negatiuã, niſi habeant coarctationem, & limitationem tãti tpis & loci, q̃ ſenſu percipi poſſit, non probant: vt extra, de cauſa poſ. & pro. c. cũ eccleſia Sutrina.
3 Facit C. de proba. l. actor. & quod ibi not. doct. † Præterea negli-
b gentia[b] non eſt aliquid formatum quod ſenſu percipiatur, nec eius eſſentia percipitur viſu vel auditu, vel alio ſenſu corporeo, ſed alij actus ſ. dicti percipiuntur viſu: ex quibus actibus colligimus negligentiam per intellectum. Sed quando teſtis deponit, bebet deponere ſuper eo q̃d ſenſu percipit: vt C. de teſt. l. teſtiũ. & d. §. ſi verò abſunt. & not. Inno. extra, de teſt. c. cũ cãm quod hic non fecerunt. ergo &c. Præterea illi qui dicunt de negligen-
c tia tantũ, nec reddunt rationem[c] per aliquẽ ſenſum coporis: magis iudicant per intellectum, q̃ teſtificent de facto, ad q̃d ſunt adhibiti, & ſic non videt valere: vt C. de excep. rei iud. l. ſi vt ꝓponis. & not. expreſsè per Inn. in d. c. cùm cauſam. extra de teſt.
4 † Præterea, teſtis qui vult probare negatiuã, debet affirmare illũ actũ vidiſſe, ex quo illa negatiua reſultet, vt docet Imperator in d. §. ſi verò abſunt. in auſ. de hæ. & fal. concludit ergo, teſtes nõ ꝓbare. Ad vltimũ q̃d q̃ritis, q̃d hẽat ꝓbare cõe ad ſui defenſionem: dico q̃ multa pñt occurrere ſecundũ diuerſa facti accidentia ponam vobis aliqua. Primò q̃ maleficiũ fuit cõmiſſum in loco abſconſo & ſecreto: vt ff. q̃d vi aut clã. ſemper. §. hoc interdictũ. ver. ſed & ſi is. Nec ẽm põt imputari cõi ſi ignorauit: & occiſores reperiri non potuerũt. vt l. ſi ratio. C. de his quibus vt indig. facit l. annis. de calum. Item q̃ maleficiũ fuit factum in loco propinquo flumini vel in confinibus ciuitatis, ita q̃ antequã homines poſſent trahere, potuerant flumen vel confinia trãſire, ita q̃ poſtea capi non poterant: vt ff. de nox. l. in delictis. circa prin. de ædi. edict. l. quis ſit fugitiuus. §. inde Cæcilius. Item poterãt de facili in aliquod nemus vel ſyluam fugere, ita q̃ difficilis vel quaſi impoſſibilis erat eorum perſecutio: vt l. naturaliter. ff. de acquirenda rerum dominio. & de acquiren. poſſeſ. l. ij. §. Nerua. Item q̃ tale maleficiũ fuit factum clam ſine rumoribus, ita q̃ non potuit præſentari aliàs pręſciri, vt ff. ad Syll. l. j. §. occiſorum. & §. ſeq. Item quòd fuit factũ in loco remoto ab habitationis, ita q̃ exinde nõ poterant exaudiri voces clamantium: vt d. l. j. §. eodem autẽ tecto. & §. ſi quis in villa. & C. ad Syl. l. fi. Item q̃ cõmune tũc & homines erant occupati circa alia neceſſaria magna vel æquè neceſſaria: ar. l. j. §. ſi oẽs. ff. ad Syl. ff. de re iud. l. cõtumacia. & §. cõtractus. & §. quid ad manus. Itẽ quod dictum delictum vel homicidiũ cõmiſſum fuit eo tempore, quo erãt clauſę ianuæ ciuitatis, vel erat ſuſpicio in ciuitate, ita q̃ homines exire non poterant ad eos capiẽdos: vt l. ſi qs in graui. §. ſubuentũ. & §. ſeq. ff. ad Syl. Itẽ q̃ erat tanta multitudo malefactorũ quòd capi non poterant ſine bello magno. C. de epi. audi. l. addictos. & de rap. virg. l. raptores & de his q̃ latr. occul. l. fi. Item quia illi malefactores ſtatim eduxerũt ſe ad aliquã arcẽ, ſeu rocã, ſeu munitionẽ, ita fortè q̃ nõ potuerũt capi vel expugnari: vt ff. ad l. Iul. maie. l. iij. ſi tñ illi, qui locũ illũ tenent, ſunt eorum iuriſdictionis, ſ. q̃ cõis, conſiliũ eſt q̃ eis faciat pręceptũ q̃ reſtituant malefactores, ſecundũ formã. d. l. fi. C. de his qui latr. occul. Itẽ q̃ illi malefactores ſtatim intrauerunt eccleſiam vel monaſteriũ, vel locũ religioſorum. vt extra, de immu. eccle. c. inter alia. C. de his qui ad eccle. cõfu. per totũ. & oĩa iſta ſi bñ aduertant, faciũt q̃ cõi
5 nõ pot imputari negligentia. † Poteſt etiam
d commune probare ſuam diligentiam[d] multis modis. Priò q̃ totũ ciuile officiũ, id eſt, officiales ciuitatis tanſierunt vt illos poſſent comprehendere: vt d. l. fi. C. de his qui latro. & de rap. virg. l. j. §. ſinautẽ poſt commiſſum. Itẽ quod poſuerunt cuſtodes ad limites, & loca confinia, vñ veriſilr poterãt dicti latrones inſurgere: vt C. de offi. præt. Afri. in nomine Domini. §. ij. Itẽ q̃ rumor fuit concitatus in ciuitate vel caſtro, vt oẽs traherent ad capiẽdũ malefactores: ar. l. prętor. §. ſi quis tamen. ff. vi bo. rap. & l. j. §. tuliſſe. ad Syl. vel campana ſonata: vt no. in l. fi. de dolo. & l. aliud. §. refertur. de reg. iur. Item q̃ diligenter fuit perquiſitum per omnia loca, vbi poterant veriſimiliter eſſe dicti malefactores: vt d. l. iij. §. Nerua. ff. de acqui. poſ. Item factum fuit preconium per ciuitatem q̃ quicunq; aſſignaret talem, haberet tantum de auro communis: & qui ſcirent, & non indicarent, punientur: ar. de his. qui in priorum credi. loco ſuccedunt. l. j. ff. de iuſti. & iu. l. j. §. non ſolũ. vbi metu pœnarum, &c. & ad Syl. l. lex Cornel. cum ſimi. Multa etiam alia poſſunt occurrere

a ¶ Limitatũ tempus. Adde q̃ iſtud conſil. Bar. ſequit Fel. in ca. ſinautẽ. in ij. col. de reſcrip. vbi allegando Bart. hoc dicit, q̃ q̃n quis teneturad factũ limitatum, & certũ tẽpore & loco, eo ipſo q̃ illud non facit, eſt probata negligẽtia, niſi oſtendat de impedimento. Tho.

¶ Et adde q̃ negligẽtia probat etiã alijs modis, vt per Bar. in ſuo ſingulari tracta. j. de teſt. in xxj. col. ver. lata culpa. & adde q̃ probatum eſt ꝑ lapſum anni: vt in d. c. ſinautẽ. cũ cõcor. traditis ibi p fel. in ij. co. & ſeq. & adde gloſ. reputatam ſingularẽ in Cle. fina. §. in quo inver. negligentiam. de reli. do. vbi ponit qualiter probetur negligentia, & culpæ attribuatur negligentia, vide Barto. in dicto tract. in verſicul. latæ culpę. & ibi ſcripſi. Tho Diplo.

b ¶ Præterea negligentia. Vide Alexand. in l. quod meo. §. ſi venditorẽ & ibi apoſt. ff. de acqui. poſ. Tho.

c ¶ Nec ratione reddit. No. q̃ teſti non creditur ſuper negatiua niſi deponat de cã ſciẽtiæ coadiuuando dictũ ſuum loco & tẽpore. Adde Bal. in l. cum. ij. §. j. ff. de tranſ. cũ cõcor. de quibus per Alex. in cõſ. lxv. incip. habita ſup cõtentis. in ij. col. Ale. in l. j. i fi. C. de bo. po. ſecundũ tabu. & ibi apoſt. & in l. j. i ij. co. ff. ſi quis ius dicẽ. nõ obte. Tho. Dipl.

d ¶ Diligentiam. Nota quõ debet probari quem fuiſſe & eſſe diligentem: in aliquo diligẽs in vno præſumitur diligẽs in alio. l. fi. C. de ijs qui à nõ domino manu. licet ar. cõtra l. j. C. qui & aduer. quos. Et an ꝓſumatur diligens errare, notatur in l. cũ de indebito. in glo. in ver. diligens. ff. de ꝓbat. & adde q̃ factũ arbitrio boni viri dicitur diligẽter factũ. l. Labeo. ff. de ſtatu lib. & vide Bal. in l. ſolam. in vlti. col. C. de teſt. in verb. item, teſtis. vbi alle. Bart. inhoc conſ. Tho.

a ¶Inquiritur. Hoc cõ. vide bar. ĩ l. qa poterat. & ibi vid apoſt. meã. ff. ad Tre. vbi dicit cõſuluiſſe ĩ facto Tho.

b ¶Facta recuſatione. Vide Lu. ro. ĩ cõ. ccxx. circa primũ dubiũ & Bal. in con. ccccxxviij. in iij. volu. & Pau. de Caſt. in conſil. xxij. & Ange. de Arc. ĩ rubr. ff. de app. & ĩ §. fi. Inſt. de exce. ĩ viij. char. & Lanfr. Brixi. ĩ c. qm̃ contra falſam. vj. col. de proba. Lud. ĩ l. nõ diſtinguem⁹. §. cũ qdã. ff. đ arb. Sal. ĩ l. apertiſsimi. C. de iud. & Imo. ĩ l. j. §. q̃ſitũ. ff. de app. Ge. ĩ c. iudex ab apo. c. de of. dele. ĩ vj. and. Sic. ĩ trac. de ꝑſtã. car. ĩ ij. pte pri. ĩ iij. q. Ale. deimo. ĩ l. qa poterãt. ĩ iij. co. ff. ad Tre. & ĩ cõ. lxxxix. ĩ j. vo. diligenter conſideratis. per totum.

ad oſtendendam diligentiam. Tamen circa hoc vnum eſt aduertendũ: quia iſta debent fieri verè & non fictè vt qñ fit ſine authoritate iudicis, & de fictione poſſet conſtare, nihil tamen prodeſſet: vt ff. ad Syl. al's ad Tre. l. j. §. accuſatur. Et iſta breuiter potui comprehendere. Bar.

## CONSILIVM CIII.

PVnctus quæſtiõis talis eſt: quia querĩt an notarius condemnatus ex aliqua cã extra munus officij notariæ, quæ eum facit infamem, poſſet conficere inſtrã, &c. Iſtud eſt ſuperfluum, vt patet ſ. in cõſ. lxxvij.

Ad hoc ꝙ magiſter percutiens diſcipulum non teneatur actione iniuriarum vel ex aliquo delicto, quod ſufficit probari, & de cauſa ſcientiæ teſtium.

1 ☞ *Corrigi quando quis dicitur, & quando quis poßit.*
2 *Verbum corrigendi, habet plures ſignificationes.*
3 *Cauſa diſciplinæ factum uel cauſa admonẽdi, quomodo debeat probari.*
4 *Præſumitur ludicã fieri, quãdo quis facit quando ludit, ſicut facit quando docet, præſumitur cauſa docendi.*

## CONSILIVM CIIII.

VIſis teſtibus examinatis ad defenſam Andrucioli Vinoli Palipañ. ſuper actione formata contra eum de percuſsione Nicolai diſcipuli. Dubitatur vtrum per dictos teſtes ſit tantum probatum ꝙ ſufficiat ad defenſionem dicti Andrucioli, ita ꝙ veniat abſoluẽdus. Super quo facit dubium: quia non continetĩ in articulo cã quare d. Nicolaus deberet corrigi: nec ꝙ tunc malefecerit vel parũ bene. Secundò facit dubium: quia ꝙ dictus Andruciolus faceret animo corrigendi, non cadit in aliquem ſenſum corporis teſtis, & ſic probatio nil valere videtur. † Ad primum dico ꝙ non obſtat. Nã corrigi dicĩt quis qñq; occaſione delicti per eũ cõmiſſi. Sic loquĩt. l. j. C. de emen. propin. Qñq; dicĩt qs corrigi, vt bonis moribus informetur, licet nullum præcedat delictũ. Nã ſeruentis eſt diſcipuli timere magiſtrũ: vt extra, de ſen. excõ. c. vo-
2 luntate. in fi. † Vbi apertè probatĩ ꝙ verbũ corrigẽdi, habet duas ſignificatiões. nã oẽ quod fit cã diſciplinæ eſt impunitum, vt ibi patet, & e. ti. c. cũ nõ ab hoĩe. §. presbyterũ. & ideo l. ſed & ſi quẽcũq;. §. fi. circa prin. ad l. Aquil. dicit, ſi magiſter in diſciplina vulnerauit, &c. Not. quod dicit in diſciplina, quaſi dicat ſine cã de delicto corrigendi, ſeu cauſa diſciplinãdi et informãdi: & vtrũq; dicĩt correctio. Præterea quæ continentur ex verborũ virtute illius articuli ſunt plenè probata, oſtendã. ergo &c. Præterea dico, etiam ſi dictus articulus non eſſet factus, probata eſſet defen-
3 ſio dicti Andrucioli, vt infrà oſtendã. † Ad ſecundũ dico ꝙ ſufficienter probatum eſt ꝙ cã diſciplinæ. i. cauſa admonẽdi & docendi & informandi eum in dicta arte: & hoc per Salmitium teſtem inductum & Vagnutiũ interrogantem ſi dictus Adruciolus dicto tpe habebat curã & ſolicitudinẽ de dicto Nicolao vt de eius diſcipulo & ſocio, & ſi docebat eũ vt diſcipulum in dicta arte, dixerunt ꝙ ſic. Interrogari qũo ſciebãt quia viderunt, &c. licet enim hoc ꝙ cã docendi & monẽdi fecerit, non poſſent videre aliquo ſenſu corporeo: tñ hoc poteſt videri ꝙ illo tpe quo ipſe percuſsit eũ, vt diſcipulũ docebat & monebat: & iſtud dixerunt & viderunt, & ex hoc ſciebat ꝙ animo eum docẽdi & cor-
4 rigendi. † Nan ſicut illud quod quis facit qñ ludit, præſumitur cauſa ludi: vt l. iij. & ibi no. ff. de iniu. ita illud quod facit quando docet, prẽſumitur facere cã docendi & diſciplinandi. Et hoc eſt quod vult tex. in d. l. ſed & ſi quẽcũq;. §. fi. ff. ad l. Aquil. Sufficit ergo ꝙ ſit factum in diſciplinã, hoc eſt, tempore quo quis aliũ diſciplinat: & docet: quia ſtatim præſumĩt quod nõ fecit aĩo iniuriandi. Præterea poſito ꝙ dictus articulus factus non fuiſſet, ſed ſup eo teſtes nihil dixiſſent de cã, defenſio eſſet probata. Nã ꝓbatum eſt plenè ꝙ dictus Andruciolus erat magiſter, & dictus Nicolaus erat diſcipulus. vñ ex qualitate ꝑſonæ: quia magiſter, & ex qualitate percuſsiõis: quia cepit ꝑ auriculã & dedit ei alapam: qui quidem actus ſecundũ mores noſtros magis ad correctionem q̃ ad iniuriã fieri conſueuerunt: præſumitur ꝙ non animo iniuriandi: vt l. j. C. ad l. Corne. de ſica. & hoc expreſsè tenet glo. in l. eum qui. eo. tit. Cùm ergo de qualitate perſonæ & ꝑcuſſionis hoc præſumitur: nõ eſt neceſſe ꝙ exprimatur delictũ propter quod corrigebatur. Concluditur ergo ex prædictis ꝙ prædictus Andruciolus ex probationibus ſit abſoluendus vel debeat ſibi dari ſacramentum purgationis: & eo præſtito abſolui: vt no. glo. in d. l. j. C. ad legem Corne. de ſica. & determinat Bar.

Quando iudex tenetur ſtare ad ſyndicatum, & recuſat illum iudicem: coram quo impetitur, & ille procedit, nõ valet eius proceſſus. Item ponitur caſus, in quibus poſt propoſitam recuſationem non valet proceſſus ſine appellatione: & etiam ſi non proponatur, & cauſa ſuſpicionis eſt notoria.

1 ☞ *Facta recuſatione ex cauſa legitima, eſt exemptus totaliter à iuriſdictione iudicis recuſati.*
2 *Proceſſus factus per iudicem recuſatum an & quando ualeat.*
3 *An & quando quis incidit in pœnam ſi non paret iudicio.*
4 *Ciuitas Caſtelli negat ſe ſubiectam eccleſiæ Romanæ, & ſic debet ſeruare iura ciuilia.*
5 *Iudex poteſt recuſari, etiam in quacunque cauſa finita.*

## CONSILIVM CV.

a INquiritur[a] contra dominum Ioannem de Piſana per ſyndicum ciuitatis Peruſij ꝙ non ſtetit ad ſyndicatũ in ciuitate Caſtelli, tẽpore debito: ad cuius defenſionẽ inducĩt inſtrumẽtũ recuſationis, & ex cauſis certis. ſ. quia ſyndicus illius terræ erat ſibi inimicus capitalis vt inſtrumẽto latius patet, per quod dicĩt: quia ex eo ꝙ ille nõ eligebat & recuſabat arbitros, qui de ſuſpicione cognoſcerẽt, dictus dominus Ioã. nõ tenebatur ſub ſuſpecto iudice litigare. cõtra quod ꝑ aduerſariam partẽ dicitur ꝙ licet iudex ſit recuſatus nihilominus põt procedere, & proceſſus factus ab eo valet niſi appelletur, vt no. Inn. in c. cum ſpeciali. de appel. & ideo ꝑ recuſationem iſte nõ fuit exẽptus ab illius iudicis iuriſdictione, & ſic ſtare tenebatur. Item opponitur ꝙ recuſatio non fuerit facta adiecta cauſa. quęritur quid iuris. Et opponitur ex facto ꝙ ille ſyndicus iudex ciuitatis Caſtelli in temporalibus non agnoſcit ſuperiorem. Item inquiritur contra eundem ꝙ non apportauit inſtrumentum ſñiæ ſui ſyndicatus, ad cuius defenſionem producitur inſtrumẽtũ, per quod apparet ꝙ per eius procuratorẽ fuit à iudice & à notario petita copia ſñiæ. & fuit ſibi denegata, ꝑ qđ aliter nõ poterat dicere ꝙ eum apportare nõ tenebatĩ. Ab aduerſa parte dicĩt ꝙ difficultas portationis eum non excuſat: vt l. cõtinuus. §. illud. de verb. obli. Ad quod etiã inducĩt l. ij. §. fi. cum l.
1 ſeq. ff. ſi quis cau. quęrĩt quid iuris. † Super primo dico de iure ꝙ licet dictus dominus Ioan. ſtetit ad ſyndicatũ nõ venit puniendus. licet enim Inn. dicat ꝙ non meminit ſe legiſſe ꝙ valet ꝓceſ-
b ſus ego dico ꝙ memini me legiſſe ꝙ facta recuſatione ex cauſa legitima eſt exemptus à iuriſdictione iudicis recuſati totaliter. Caſus eſt C. ſi qua præ. po. l. j. in fine. Hoc etiã tenuit Innocen. & tenet Hoſt. in ſumma, de offi. dele. §. j. & ipſe Hoſt. refert in d. c. cũ ſpeciali. & ibidẽ Io. And. in nouel. & tenet Hoſt. in ſum. de offi. dele. §. q̃uis ſit effectus. & hoc potiſsime eſt verũ: niſi cauſa recuſationis eſſet inimicitia capitalis notoria. tũc etiã recuſatiõe nõ propoſita ꝓceſſus eſt nullus ipſo iure. Caſus eſt expreſſus ho-
2 die extra, de re iudi. c. paſtoralis. in cle. † Primo poſito ꝙ eſſet verũ, ꝙ valeret ꝓceſſus niſi appellet, hoc nil ad ꝓpoſitũ. non enim quærimus an valeat ꝓceſſus necne, ſed an dictus Ioã. teneatĩ ſtare ad ſyndicatũ corã alio iudice, & ſi nõ ſtetit incidat ĩ pœnã. Et certũ eſt ꝙ nõ: qa qñ quis eſt obligatus ſtare in iudicio, & ſe defendere, intelligitur arbitrio boni viri: vt l. vir bonus. ff. iudicatũ ſolui. Sed vir bonus arbitraretur eum nõ debere ſtare in iudicio corã eo, quãdo habet ſuſpectũ iudicem de inimicitia capitali, vt no. in l. vir bonus. et de procu. l. ſi poſt dationẽ. & l. inuitus. §. fi. et d. c. paſtoralis. Item vir bonus, i. iudex nõ arbitraretur, ꝙ quis deberet ſtare iuri coram illo iudice, quem recuſauit vt ſuſpectũ: & ſi ille nõ vult arbitros eligere, ſed procedit: ideo hoc faciẽdo grauat partẽ, & iſta eſt iuſta cauſa recedendi, & appellandi, vt ipſa pars aduerſa cõfitetĩ. Præterea, illud quod debet appellare, eſſet verũ, vbi eſſet iudex ſuperior, ad quẽ poſsit appellari. ſed hic nõ eſt: quia iudex in temporalibus non recognoſcit ſuperiorẽ: ergo licitè ſua authoritate potuit recedere, non appellando, per iura allegata, quæ dicũt, vbi non eſt iudicis copia põt quis ſua authoritate facere: vt not. C. de iu. l. nullus. & probatur ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſsimè. ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §.
3 ſi debitorem. C. de decurio. l. generali. lib. x. † Pręterea, cũ nõ poſſet ab illo iudice appellari, vt dictũ eſt: iõ nõ ĩcidit ĩ pœnã, ſi eius nõ paret iudicio. Caſus eſt expreſus. ff. đ ar. l. nõ diſtinguemus. §. cũ qdã. vbi licet in ſñia arbitri nõ poſſet appellari: tamẽ ex tali cã non parendo ſuo iudicio excuſatur à pœna de iure Can. dic vt
4 not. in c. ſecundò requiris. de appellatio † Primò, illa ciuitas Caſtelli negat ſe ſubiectam eccleſiæ Romanæ: & ſic ibi debemus ſtare iuribus ciuilibus: ſed de iure ciuili eo ipſo ꝙ quis allegat cauſam ſuſpicionis, ſufficit: nec requirĩt alia probatio, ſed hoc ꝓ probatione habetur: vt not. C. de iudicijs. l. aptiſsimi. & not. ff. ad Treb. l. quia poterat. maximè hoc verum eſt, ſi hoc affirmat proprio iuramento: ex quo tollitur omnino ſuſpicio calumniæ, vt expreſsè dicit Spe. in tit. de recuſatio. §. qualiter. ver. quid ſi prę-
5 ſumptio. † Ad vltimum quod dicitur ꝙ nõ recuſauit in certa cã: Reſpondetur ꝙ hoc nõ eſt neceſſe, imò poteſt fieri recuſatio generaliter à qualibet cauſa etiam futura. Textus eſt in d. l. j. C. ſi quacunq; prędi. pote. Super ſecundo dico ꝙ difficultas illa præſtationis excuſat dominum Ioannẽ à pœna. Caſus eſt ff. ad Tre. l. Titius. de dilatio. l. ſi vehenda. §. idem iuris. licet difficultas nõ impedit contrahi moram, & pœnã committi. Et hoc dicit gloſſ. in l. quod te. ff. ſi cer. pe. & etiã gl. ſuper verbo, teneri. Nõ obſtat l. ij. in fi. ff. ſi quis cau. quia imò facit pro: quia hic fuit magiſtratus qui impediuit, & talis, contra quem propter potentiam, aliàs abſentiam. non poteſt haberi regreſſus: vt in l. finali. de eo, per quem factum erit.

Si ſtatuto diſponitur ꝙ percutiens cum armis puniatur certa pœna, & percutiens cum manu puniatur alia minori: tunc percutiens cum dentibus non debet puniri pœna percutiẽtis cum armis, ſed minori pœna ex ſecundo ſtatuto, arguendo de ſimilibus ad ſimilia.

1 ☞ *Dentes an contineantur appellatione armorum.*
2 *Statutum loquens de manu, intelligitur etiam de dentibus.*

## CONSILIVM CVI.

c ❡Notabilitate. An autē ea quę dicit barto. hic habeant locū in nobili Veneto, vide per Pau.de Ca. in l.ex facto. §. ſi qs rogatus.el j.ff.ad trebel.& no. quia vidi de facto in cauſa magnifici do. Marci. dādulo, quā habebat, et habet cū do.Tho. & do.Fantino.quondā do.Bernardi dandulo in qua multùm allegabatur iſtud cōſi.Bar.& adde ꝙ id quod dicit Bart.hic, idē tenet Ang. de Peru.in d.§.ad hoc ī authē.vt li.mat.& auię colla.ix.& in §. j.ī authē.qui.mo. nat. effi. leg.co.vj.& Bald. in auť. itē ſi quis.in lec. antiqua. C.de nat.li. & in l.ij.in ij.colū. in verſi. nonò oppono. C.q res iud.nō no. et vide Bald.in ca.innotuit.in pen. col.extra de cle.in ver.caue tibi. vbi dicit ꝙ Bart. hic nō ſomniauit. & tenendo dictū Bart. hic limitat ſingula. Bal. in d.c.innotuit.ī iiij.colū.in verſi.not. ꝙ ſi pater, niſi pater appellaret filiū ſuū: quia dicēdo ſuū, appellat ipſum in poteſtate:& ſic cōfitetur ipſum legitimū eſſe, & tātò plus ſi appellaret pater Titiū eſſe filiū natū ex matrimonio cōtracto per ipſum patrē cum tali muliere, prout fuit ī teſtō do.Bernar. dandulo tñ opi.Bart.hic reprobať per Pau.de Ca.in cōſi.lxxxv.inci. cofeſſio patris.in ij.col.in verſi.ſecūdò dicit Bar.& idē conſuluit in cōſil.cccxcvj.in j.volu.incip. in hac cā.& idē concludit do.Nic.de Vbal. auditor Rotæ in ſuo trac.de ſuc.ab inteſt. in xxiiij. col.& ſeq.ī j.mēb.princi.vbi per plures rationes concludit cōtra Bart.per rationes, vt ibi per ipſum.Idē tenent do. Cardi.& Ale.in ca.ꝑ tuas.qui fil.ſint le. in iiij.colū.& ſequ. qui fil.ſint legiti.vbi plenè.Tho. Diplo.

d ❡Præſumeremus.vide Bal.in c. illud in fine de præſum. ꝙ inter partes præſumiť matrimoniū & vide Bal.in l.j.C.de collu. dete. ibi: æqualitas perſonarum.Tho.

e ❡In quæſtione. Aliàs inci.in cauſa dominę Ciolæ.aliàs incip.an datio inſolidū Tho.

a ¶Ante menſurationē. No. ꝙ Bar. hic vult ꝙ ante menſurationem datio in ſolutū, ſeu venditio nō eſt perfecta: vide Bar. in l. in venditione. §. in libro. ff. de peri. & cōmo. rei vendi. & in l. qđ ſæpe. §. in his. ff. de cōtrahē. emp. & in l. Iulian⁹. §. ſi Titius. ff. de act. emp. & Bal. in l. cū cōuenit. C. de peri. & cōmo. rei vendi. & Alex. de Imo. plenè in conſi. clxxxv. in vj. vol. incip. in cauſa & lite vertente. in j. colum. vbi alle. Bart. in iſto conſil. Sed quid in tranſactione dominij, vide Auge. & Sali. & Paul. de Caſtr. in l. ij. C. de peric. & cōmo. rei ven. Quid autem ſi vendidi fundū expreſſis confinibus, & dixi ꝙ erat duorum modiorum ſi reperiantur maiores quantitates, an cedam emptori, vide Oldrad. in conſil. ccxxxij. cū concor. de quibus per Alex. in d. l. Iul. §. ſi Titius. in addit. Bartol. ff. de actio. empt. & vide And. Sicu. in rub. extra de empt. & vendic. & in c. per tuas. in iiij. not. in ij. colū. de dona. & do. Fab. de monte S. Seue. in trac. de emptio. & vēditio. in vj. q. princi. in v. col. in fi. & ſeq. & vide aliqua per Alexan. de Imol. in conſil. xxxiij. in vj. vol. inci. viſo proceſſu. in ij. col. Tho.

b ¶Antiquiori poſſeſſione. Adde quòd ita tenent omnes doc. in d. c. licet cauſam. & Bartol. in l. ſi duo. ff. vti poſſi. & Bal. in l. arboribus. §. ſi agrū. ff. de vſufru. cū concord. de quibus per Feli. in d. c. licet cauſam. in vj. col. de probatio. Thom.

c ¶Cum poſſeſſione. Vide Apoſti. in Bar. in l. Titia. ff. de ſolu. Tho. Diplo.

d ¶Lator. Vide Bar. in l. quod Seruius. ff. de condi. cau. da. vbi tenet idem quod hic. & vide ibi Iaſ. in iiij. colū. vbi alleg. C. de indi. vid. tollē. Tho.

e ¶Factum ſic ſe habet. Adde ꝙ idē conſuluit Pau. de Caſtr. in conſil. lxxxiij. inci. ꝙ præfata ſententia. & vide de hoc cōſil. Philip. Deci. in conſil. xxxv. incipiē. præſtantiſſime domine. in ij. colū. vbi ponit plures concor. & vide Alexand. de Imola in l. legata inutiliter. in ij. colū. ff. de legat. j. & in l. de his. C. de teſ. mili. & ibi vide Iaſ. in ij. col. & in l. admonendi. in xxij. col. & i charta cxxxix. in ij. colū. & ſeq. ff. de iureiur. & vide Alexan. in l. ex hac ſcriptura. in pe colū. in addi. mag. ff. de do. & Ioā. Berta. in ſuo reperto. in verſi. verba enunciatiua. in verſi. j. & vide d. Bal. de Berto in ſuo tracta. de dotib⁹, &c. Thom.

tum datam eſſe ſuam, & nunꝗ fuiſſe in bonis viri ſui, vel hæredis eius, à quibus dicta datio in ſolutū facta eſt dictæ dominę pro ſua dote, & ad hoc probandū probat ſe poſſediſſe per xviij. annos vſqꝫ in præſentem diem. & probat titulū, hæredes verò mariti probāt poſſeſſionē xviij. ann. vſqꝫ in diem præſentē: an ex hoc dicta datio in ſolutum poſsit irritari, & actio dotis firma remaneat.
1 † Super primo dico ꝙ ante menſurationē a factā dictus cōtractus pendet quaſi ſub cōditione, donec mēſuretur: vt ff. de contrahē. emp. l. quod ſæpe. §. in his. & licet ibi loquat̄ in rebus mobilibus venditis ad mēſuram, tamen idē eſt in rebus ſtabilibus ad mēſurā venditis: vt l. ſi in vēditione. §. j. de pericu. & commo. rei vendi. & ibi not. & de act. emptio. l. Iulianus. §. Titius. & ibi etiā no. Quod autē idem ſit in venditione, quod in donatione in ſolutū probant leges generales. l. ij. pro emptore. quibus ex cau. in poſ. ea. l. fi. cū ſimi.
2 † Super ſecūdo dicendū videtur ꝙ cū iſta probet de tit. & de antiquiori b poſſeſsione, ꝙ omnis poſſeſſio habita per illos, ſ. per virū ſuum, & hæredes ſuos, fuit clandeſtina & vitioſa: vt not. Iac. de Are. & Cyn. C. vti poſsi. l. j. & eſt caſus expreſſus extra de ꝓba. c. licet cauſam. vel, vt verius loquar, nulla fuit eorum poſſeſſio, ſed, vt præſumit̄, iure familiaritatis ingreſsi ſunt: vt ff. de acqui. poſ. l. qui iure familiaritatis. & ff. de pac. l. & hęreditas. Item cū titulus cū poſſeſsione c tanti tēporis ſufficiat ad probationem dominij, vt dicunt iura vulgaria, apparet rem propriā ſibi datam inſolutū, & ſic nihil valet: vt ff. de contrahen. emp. l. ꝓpriæ rei. & de reg. iur. l. neqꝫ pignus. cū ſimi. Et pro hoc ſpecialiter: quia qñ aliquid ſoluit̄ mulieri ꝓ dote, & in hoc ipſa decipitur actio dotis, nō perimit̄, imò remanet: vt in l. ſi cū dote. §. ſi mulier. ſolu. mat. Cū ergo iſta dña fuerit decepta, cōcludit̄ ꝙ dicta dotis actio remanet firma. &c.

Si Titius habet centū pro dote Semproniæ, ſi contraxerit matrimoniū cū Seio, & in caſu quo non contraheret matrimoniū, promiſit reſtituere illa centū Sempronię: tūc ſi illa requiſiuit Seiū, vt contraheret matrimoniū ſecum, & ipſe dixit ſe nolle contrahere: ſtatim poteſt ipſa petere illa centum.

1 *Quando committitur ſtipulatio dandi uel faciendi.*
2 *Spes nuptiarum quando dicatur deficere.*
3 *Conditio ſtipulationis dicitur extitiſſe eo ipſo ꝙ, quis denegat contrahere matrimonium.*
4 *Conditio illa, ſi matrimonium non contraheretur intelligitur ex præſentibus ſponſalitijs, non ex nouis.*
5 *Conditio iſta, nec nubat, uel ſi non nuſſerit, quid importet.*

## CONSILIVM CXXII.

d LAtor a præſentis ſchedulæ fuit confeſſus ſe habuiſſe centum florenos nomine dotis pro matrimonio contrahendo inter Titium & Bertam: quā pecuniā promiſit reſtituere dictæ Bertæ, ſi matrimonium nō contraheretur, vel contrahi non contigeret. contingit ꝙ dicta Berta requiſiuit Titiū vt ſecū contraheret: qui expreſsè dicit nolle contrahere. nunc iſte conuenitur ex illa ſtipulatione. dubitabatur an extiterit cōditio dictæ ſtipulationis. placeat vobis reſpondere & videre. l. quod Seruius. ff. de cōdi. cau. data. in gl. magna & reſcribere qđ ſentitis. And. de monte Vbiano legū doctor. Iſtius q. dubiū videtur originē trahere ex l. ita ſtipulatus. de verbo. obl. quæ dicit
1 ꝙ † ſtipulatio concepta ſub conditione, vel non dando, vel non faciendo, cōmittitur cū deſijt poſſe dari, vel fieri: vt no. ff. ſi quis cau. l. ſi poſt tres. Sed hoc non eſt probatū ꝙ deſierit matrimoniū poſſe contrahi: ergo &c. Hæc videt̄ velle gl. in l. qđ Seruius. ff. de condi. ob cau. alleg. per vos. Nam quandoqꝫ datur aliquid nomine dotis propter nuptias, quæ credūtur ſubeſſe tūc cū dos datur. tunc ſtatim miſſo repudio repetitur: vt d. l. quod Seruius. in prin. Quādoqꝫ datur aliquid noīe dotis pro matrimonio con
2 trahendo †: & tunc demū poteſt repeti, ſi ſpes nuptiarū defecerit, quod eſt altero mortuo, vel aliàs nuptias contrahente, vt ibi no. in gl. magna. & ita intelligunt illā gl. ibi doc. ſ. gl. iij. & vlt. Et tamen reperio ꝙ dñs Cy. doctor noſter cōmunis addebat ad illam gl. vel dum dicit, aliàs cōtraxerit. ſubaudi vel repudiū miſerit. nil tamen allegat. Videamus ergo quid iuris. & pro glo. ꝙ nō ſufficiat repudiū mitti, ſed requiratur ꝙ ſpes nuptiarū deficiat, probat̄ per caſum, in aut. de nup §. quæ vero. ver. niſi tamē modus, &c. C. de indic. vidui. aut. cui relictū. ibi. niſi ſpes nuptiarū
3 defecerit. † Sed ego puto ꝙ ex hoc ſolo ꝙ talis Titius denegat contrahere matrimoniū, extitit cōditio ſtipulationis. Pro hoc videtur tex. C. de inſti. & ſubſti. l. j. ibi: recuſante, &c. ff. de condi. inſti. l. vter ex fratribus. ibi: qa illa nubere voluerit. & ff. de cōdi. & demō. l. Titio. §. ante nup. ibi, ꝙ ſi nolet eā vxorē ducere, &c. Et ſi tu diceres, illæ loquitur in vltimis voluntatibus vbi non eſt eadē ratio: vt d. l. ita ſtipulatus. ver. Sabinus. & no. ꝑ gl. in l. ſi poſt tres. & l. ſeq. quæ hoc dicūt, in cōtractibus ſufficit diuortiū ſponſaliorū fieri: vt l. ſi ego. in prin. de iure do. & l. ſi ſtipulatū. eo. tit. ibi loquitur ſi nūcius remittat̄, &c. & l. ſeq. quæ inci. & licet. quę
4 tollit omnē cōtrarietatē. † Nam illa conditio, ſi matrimoniū non contraheretur intelligit̄ ex præſentibus ſponſalibus. Si enim ex nouis ſpōſalibus hoc cōtingeret, nil ad factum: vt d. l. licet. Rñ. ergo ad cōtraria. Et primò nō obſtat l. ita ſtipulatus. quia hic deſijt contrahi poſſe ex his ſpōſalibus, vt dixi. vel fortè illa l. ita ſtipulatus. loquit̄ in eo qui petit id, quod iā ſuū fuit, tamen in hac ſecunda ſolutione vos & ego cogitabimus. Itē nō obſtat l. quod Seruius. imò facit pro, ſi text. ſimpliciter intelligamus. Nec obſtat gl. vltima ibi poſita: qa debet ibi ſubaudiri, vt dixi: aliàs malè diceret. Nec obſtat gl. quæ eſt in l. ſi pecunia. eo. tit. in prin. circa prin. in glo. magna, ꝗ dicit ꝙ in illo caſu nō eſt locus pœnitētiæ: quia verū eſt ſi volo pœnitere de eo quod dedi noīe dotis, volo tamē ꝙ ſpōſalia maneat: ſed ſi repudio, tunc omnino defi
5 cit ſpes, vt dixi. ſ. Nō ob. §. quæro. & aut. cui relictū. † quia quādoqꝫ eſt cōditio ne nubat ſimpliciter: & tunc nōn pōt impleri: niſi cū ſpes nuptiarū defecerit: vt ibi. Quādoqꝫ eſt conditio ſi non nupſerit ex talibus ſponſalibus: tunc miſſo repudio extat cōditio. & ita loquit̄ hic. & ita videtur mihi cū correctione veſtra. Bart.

Si in diuiſione fratrum alter confitetur ſe habuiſſe centum à fratre pro dote vxoris ſuæ, pro quibus fecit quietationem, & recepit vnam petiam terræ pro hac dote: an vxor illius poſsit petere ex iſta confeſsione dotem prædictam, ſi aliàs non apparet: & caſu quo ſic, an debeat habere illam petiam terræ, an pecuniā pro dote.

1 *Quicunque etiam extraneus dat dotem uiro pro muliere ipſi mulieri etiam abſenti quæritur ius petendi.*
2 *Verba enunciatiua fauore dotis inducunt plenam probationem.*
3 *Rationes factæ inter partes inducunt probationem contra facientem.*

## CONSILIVM CXXIII.

e FActum ſic ſe habet. Titius et Seius venerunt ad diuiſionem certarū rerū cōmunium, &c. & ſponte & de cōrū cōi cōcordia venerūt ad tale pactū, videlicet ꝙ d. Titius habeat & habere debeat vnā petiā terræ poſitā &c. pro reſtitutione dotis, &c. dicti Titij pro pretio. l. flore. auri dotis prędictę. Itē fuit cōfeſſus dictus Titius habuiſſe & recepiſſe à Seio prædicto centū flo. auri, & pro reſtitutione dotis, & cōplemēto ipſius dotis Bruñ. vxoris dicti Titij: de quibus fecit eidē quietationem, &c. Quæritur vtrum ex vigore dicti inſtrumenti dicta. d. poſsit petere dotem ſuam, poſito ꝙ nō habeat aliud inſtru



mentum. Secundò quæritur an cogatur recipere poſſeſsionem ꝓdictā, an verò debeat habere pecuniā. Viſo inſtrumento diuiſionis inter Seiū & Titiū, in quo inter cætera continetur ꝙ pro reſtitutione dotis & cōplemento habet à Seio ſuo fratre vnā petitā terræ iuxta ſuos cōfines pro pretio. l. flore. alios cēt. flore, au
1 ri, de quibus fecit eidē quietationē. &c. † Ad primū rñdetur ꝙ dicta domina poſsit petere dotē, & probare ſe dediſſe ex vigore dicti inſtrumenti. Nā in dote hoc eſt priuilegiū ꝙ quicunqꝫ etiam extraneus dat dote viro pro muliere ipſi mulieri q̄rit ius repetēdi, licet ipſa fuerit abſens: vt l. j. §. accidit. C. de rei vxo. act. l. vlt. in prin. C. de iure do. ſed verbū pro reſtitutione, non minus importat ꝙ verbū dari: vt l. cū quidā. de le. ij. & l. verbū reddēdi, de verb. ſig. Ex quibus cōcludit̄ dictæ domi. ex vigore dicti inſtru
2 mēti ius eſſe q̄ſitū. † Præterea, verba enunciatiua dotis & pro dote, inducūt plenā probationē: vt l. ij. C. de do. promiſ. & ibi not. ꝑ gl. ita in propoſito. Pręterea, poſito ꝙ plenā probationē nō induceret, ſaltē induceret ſemiplenā: ſicut cōfeſsio facta extraiudiciū vt l. capite quinto. de adul. & ſic debet ipſi mulieri deferri iuramentū: vt C. de reb. cre. l. in bonæ fidei. & ff. de iure iur. l. admonē
3 di. Præterea † iſta diuiſio facta iter fratres, eſt q̄dā ratio cōpoſita inter eos. Et ſic ratio inducit contra facientē probationē: vt l. quædam. §. numularios. & ibi no. ff. de eden. & ſic liber rationū cōfectus inter tutores probat cōtra eos: vt l. vlti. C. arb. tu. ita ex hoc inſtrumento probatur cōtra dictū Titiū, & eius ſucceſſorē, ſaltē hoc nō eſt dubiū ꝙ dictū inſtrumētū faciat fidē talē, ꝙ ipſi mulieri debeat iuramētū deferri, in d. l. capite quinto. de adul. & in l. in bonæ fidei. & in l. admonendi. Super ſecundo non eſt dubiū, ꝙ ſicut receperit pecuniā & rē æſtimatam: ita tenetur reddere æſtimatione: vt l. æſtimare. ff. ſol. matr. & l. maritus. C. de iure do. &c. Ego bar. de Saxoferrato. cui cōſ. ſe ſubſcripſit d. Frā. d. Fabiano.

Si vxor dedit fundum in dotem, & vir promiſit ſibi reſtituere dotem, ac poſtea ambo vendiderunt fundū, & quilibet cōfeſſus eſt ſe recepiſſe pretiū: tamen ſoluto matrimonio mulier pōt recipere ab hærede pretium fundi. Vel melius dicit quādo vxor & vir vendiderunt rem dotalē, quid repetat vxor ſolu. matri.

1 *Vir & uxor ſi in ſolidum uendunt rem ſuam. tanquam duo rei obligati emptori.*
2 *Qua actione agit uxor contra hæredes uiri ad petendum partem pretij fundi uenditi.*
3 *Illud quod eſt ex natura rei, præſumitur actum.*
4 *Dos eſt quid uniuerſale.*
5 *In dote pretium ſuccedit loco rei.*

## CONSILIVM CXXIIII.

a PVnctus quæſtionis a talis eſt: Domina P. nupſit L. & dedit ſibi in dote quendā fundū ineſtimatū, & L. promiſit dictæ dñæ dictā dotē reſtituere in euentū reſtituendæ dotis: cōſtāte matrimonio dicti coniuges in eodem inſtrumēto vēditionis dictū fundū dotalē vēdiderūt, & ꝗlibet inſolidū, & cōfeſsi fuerūt pretium ab emptore habuiſſe, & recepiſſe: modò ſolutū eſt matrimoniū per mortē dicti L. & dicta dña P. repetit ab hærede dicti L. dotē ꝓdictā, ſ. pretiū redactū ex vēditione prædicta. Mō quærit̄ vtrū illa dña vēdicare pōt. & vtrū totū pretiū dicti fundi debeat ſibi reſtitui: & ſi nō totū, quantū debeat ſibi reſtitui: & an per hoc bona viri ſint ſibi per hoc obliga
1 ta pro dote. † In quæſtione iſta primò vidēdū eſt vtrū totū pretiū videat̄ perueniſſe ad vxorē, ex eo ꝙ in ſolidū vēdidit vnā cū viro. Ad ꝙ reſpondendū eſt ꝙ licet vir & vxor inſolidū vēdiderint: & ſic inſolidū tanꝗ duo rei ſint obligati emptori, tamē ipſi inter ſe dicunt̄ quādā cōmunionē habere. & ꝙ ex illo cōtractu percipit, venit inter eos cōmunicādū: vt no. in l. frater à fratre. in glo. magna: de cōd. inde. & de le. ij. & l. ſi Titio aut Seio. & de ſol. l. qui hominē. §. j. & ibi no. Inquātum ergo iſti vir & vxor ꝑceperūt pretiū præſumendū eſt eos cōmuniter & equaliter percepiſſe. ad quod facit quia in perceptione pretij nō fuit dictū ꝙ inſolidū receperit: ergo intelligitur ꝙ quilibet pro parte receperit: vt l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duo. reis. Concludit ergo ꝙ di
b cta dña ſolū medietatē pretij b quæ ad virū perueniſſe præſumit̄
2 pōt repetere. Secūdò † examinādū eſt, qua actione dicta medietas dicti pretij petenda ſit. & videtur ꝙ actione pro dote: quia pecunia redacta de re dotali, dotalis eſt: vt l. ſi ex lapidicinis. ff. de iu. do. In contrarium facit glo. l. ex pecunia. C. de iu. dot. quæ intelligit d. l. ſi ex lapidicinis. quando ex hoc agitur ꝙ dotalis efficiatur, & mulieri eſt vtile. ſed hoc non apparet quod ſit actum ergo, &c. Circa hoc dico ꝙ ex eo quòd a eſt vtile mulieri, & ſibi vtile eſſe aſſerit, ꝓſumit̄ hoc eſſe actū, & illud pretiū in cauſam dotis habeat̄. qđ probo primò per l. ſi. ff. de iu. do. & ibi no. in vlt. glo. vbi dicit̄ ꝙ quādo eſt vtile mulieri, licet expreſsè nō dicat̄, pręſumit̄ facta permutatio de vna re i aliā cauſa dotis. Hoc etiā probat̄ per rationē. Nā ſi hoc nō præſumeret̄, & mulier pateretur pecuniā ſuā eſſe apud virū ſine aliqua cā, ſaltē eſſet donatio vſus ipſius pecuniæ: ſed in muliere nō debemus præſumere voluntatē donādi, cū mulierū genus auariſsimū ſit, & maximè in virū, in quem donatio b eſt prohibita: ex nulla aūt alia cauſa gratuita poteſt dici eſſe apud virum niſi ex dotis cauſa. ergo ex illa eſt præſumēdū: vt l. pro hærede. §. papinianus. ff. de acqui. hære. pro hoc facit optimè. ff. ſol. mat. l. penu. §. vxor.
3 † Præterea, illud, ꝙ eſt ex natura rei, præſumitur tacitè actū: vt l. cū quidā. in fi. ff. ſi cer
c tū pet. Sed ex natura dotis c eſt, vt pretium ſuccedat in dote loco rei: ergo iſtud videt̄ tacitè actū. qđ probo: Dos eſt nomē iuris, & cuiuſdā vniuerſitatis, ſicut hæreditas, peculiū, & ſi. vt ff. de impē. l. qđ dicitur. & ibi no. in gl. magna: ſed in vniuerſitatibus pretiū ſuccedit loco rei, & ſic nō exprimitur. l. ſi rē & pretiū. ff. de pe. ergo hoc tacitè videtur actū, cū non ſit ex natura rei contra
4 riū. † Et ꝙ dos ſit qđ vniuerſale, probat̄ per l. ſi maritus. in fi. ff. ſol. mat. vbi dicit̄ ꝙ dos augetur propter acceſsiones. qđ nō eſſet, ſi eſſet iudicij particulare: vt ff. de peti. hære. l. itē veniūt. §. fructus. Præterea gl. ff. de verbo. ſig. l. Labeo. & glo. ſuper verbo obeſt,
5 expreſsè dicit ꝙ † in dote pretium ſuccedat locū rei, nec dicit ꝙ requiratur ꝙ agat̄ hoc. Si enim hoc eſſet neceſſe, nulla ſpecialitas eſſet in dote: quia ex partiū conuentione in quolibet cōtractu poſſet fieri quod vna res loco alterius debeat̄. Sed in d. gl. ponit̄ caſus dotis, tanquā cauſus ſpecialis: ergo nō requiritur quod hoc agatur. Concluditur ergo quod dictum pretium, quod peruenit ad virum, petatur actione ex ſtipulatu pro dote: & ſic bona viri ſunt obligata à tēpore contractus dotis celebratæ, non à tempore quo dictum pretium peruenit ad eum: vt l. j. qui po. in pig. habe. Pro hoc etiam faciūt verba contractus ſ. relata, quæ dicunt, promiſit dictam dotem reſtituere. quod eſt no. dicit enim dotem, nō enim ipſam rē dotalē c ſec hæc appoſitio dotis continet ipſum pretium, vt dictum eſt: ergo &c.

An vxor ſoluto matrimonio poteſt repetere ab hæredibus viri fructus rerū parafernalium, & qui dicantur fructus induſtriales. d

1 *An fructus parafernalium debeant reſtitui ab hæredibus uiri.*
2 *Fructus induſtriales ſunt ſegetes, uinum, & oleum.*

## CONSILIVM. CXXV.

d QVæſtio d talis eſt. Titius habens vxorem habentem bona parafernalia, pro qua vxore & ipſa bona parafernalia habuit dotē, & ipſa bona parafernalia coli fecit, quorū bonorum fructus in domum communis habitationis deferebantur. mortuo dicto

a ¶Punct⁹ quæſtiōis. incip. do. Ioanna nuſit Lucio aliàs incip. do. Ioanna quōdam paſchalis. & ita alle. do. Ant. de Canario in cōſi. dcclj. inci. circa primū. in vlt. col. I verſi. circa tertiū dubiū. & vid de hoc cōſi. Ale. in l. ſi liqueat. C. de inoff. do. in apoſtil. ad Bar. & And. Bart. in l. pe. §. vxor. in additio. Barto. ff. ſoluto matrimonio. Tho.

b ¶Medietatē pretij. circa primā cōcluſionē factā per dñm cōſulentē ꝙ mulier poſſit ſolū repetere partē dotis ab hæredib⁹ viri, per d. §. cū tabulis. contra facere videtur aut. ſi qua mulier C. ad velleia. vbi qñ vir & vxor ſe obligauit in eodē inſtrumēto, non tenet mulier niſi quatenus doceat verſum in vtilitatem mulieris. Et pro iſta parte decidit Spe. in ti. de ſolu. & lib. §. an oīa. ver. ſed pone vir. Ioan. de Imo. in c. cū contingat. in xxvij. col. ver. iuxta prædicta circa mediū. vbi dicit ꝙ ita ō ſacio iudicatū fuit in ciuitate Bon. Gemi. in c. ij. de pœ. in vj. in vij. cō. & ita conſuluit pau. de Ca. cōſi. ccxxviij. in ij. col. Fede. de Se. cōſi. xviij. mouentur principaliter quia experiētia docet ꝙ marit⁹ verè percepit pecuniā: ſed, ꝓ cautela emptoris mulier ſe obligat nec cōmodè pōt mulier reſiſtere voluntati viri: & ideo ſatis iuſtū eſt ꝙ non teneatur. Et hac ꝗ cā facta in d aut. ſi qua mulier. non obſtat mō. §. cū in tabulis. quia loquitur in his, ꝙ poſſunt ſe aliter obligare. ſed mulier nō pōt regulariter ſe ꝓ alijs obligare. nec pro viro: vt in d. authen. Ber. Lan.

c ¶Ex natura dotis. vide Bar. in rub. ff. ſol. ma. in vlti. co. in fi. & ibi dixi in additione. Tho.

d ¶Quæſtio. Aliàs inci. & videtur ꝙ dicti heredes. aliàs inci. Titius habēs vxorē. & ita inci in xiij. conſ. in ordine peruſino, in iij. parte de vlt. volu. & adde ꝙ d. Recuperat⁹ de ſancto Miniato ſubſcripſit huic conſi. Bar. prout apparet in viij. lib. cōſiliorū antiquorum, in charta clxiij. & de iſto conſi. vide Alexan de Imo. in l. maritus. in j. volu. in j. & vlti. col. ff. ad legem. falcidiam & ibi vid apoſtil. meā ad Bart. Thoma.

Titio dicta vxor repetit dotem, & fructus prædictos ab hæredibus Titij, ac æſtimatione dictorū fructuū, eſt in quæſtione an antè dicti hæredes teneantur ad reſtitutionem dictorū fructuum [a] vel eorum ęſtimationem.

1 †Videtur ꝙ dicti hæredes ad reſtitutionē dictorū fructuū nullatenus teneātur. Hoc verum eſſe oſtendo ſic: Aut dicti fructus ſunt fructus naturales:& tūc nō eſt dubium ꝙ eos potuit vir in domo cōmuni cū vxore ſua conſumere, vt de vſufructu dicitur C.de pac.conuen.l.fi.§.cęterū.ergo idem in fructibus induſtrialibus, cū eadē

2 ſit ratio, vt ibi not.per gl.& Cy. † Fructus aūt induſtriales appello ſegetes, & vinum.

b Et licet de oleo [b] poſſet dubitari:tamen idē dico ꝙ inter induſtriales inuenitur:cum in eo quærendo de hominis induſtria & ſolicitudine requirat̄. Facit qđ no.ff.de rei vē.l.ex diuerſo.in gl.magna,& ꝑ doc.C.de rei vend.l.certū. Aut illi fuerunt fructus naturales, in quibus quærēdis modica vertit̄ induſtria:tunc licet gl.in d.l.fi.C.de pac.conuen.videatur dicere ꝙ ſint mulieris:tamen Mar.Sil.in publica diſpu.determinat contrarium.cuius opi.puto verā.quod ſic probatur. Operæ ſeruorum dicuntur fructus, vel ſaltem fructibus æquiparantur:vt ff.de ope.ſer.l.ij.iij.& iiij.de acqr.re.domi.l.quęſitū.§. fi. & fructus ſeruorū æquiparantur fructibus naturalibus, cū in operis ſeruorū quærēdis nō verſet̄ induſtria: ſed iſtas operas à viro ꝓceptas mulier non repetit:vt ff. de don.inter vi.& vxo.l.j.& l.ſi id quod.§. ſi quas. ergo fructus naturales reſtituendi non erunt. Nec obſtat l.maritus.in prin. ff. ad l.Fal.qa intelligit̄ de eo qđ ibi remanſit apud virū, hoc eſt, ipſa ſubſtantia bonorū, nō de vſuris vel fructibus. Et ita tenet ibi glo.&c.Bar.

Si frater dotet ſerorem, & ponit pactū ꝙ ſoluto matrimonio dos remaneat penes virū, & iurauit non venire contra tū ſi ſoluit̄ matrimoniū morte viri, pōt vxor ſibi repetere illā dotē non obſtante iuramento.

1 ☞ *Actio de dote competit uxori ſoluto matrimonio, non obſtante pacto facto per fratrem.*

2 *Non paratur exceptio tertio, ſi debet reſtitui alteri & nō tertio.*

3 *Iuramentum non extenditur ad ea, ad quæ non extenditur conuentio, & iuramentum unius non nocet alteri.*

## CONSILIVM CXXVI.

c TItius [c] maritauit ſuam

a ¶Fructuū. Inquātū Bart. vult an hæredes mariti teneant̄ ad fructus bonorū parafernaliū, adde eundē Bar.in l.pe.ff.ad leg.Fal.& Bal.in c.ſi duo fratres.in §.j.in ij.col.de duo.fra.de nouo benefi.inueſti.ī vſi.feu.vbi facit mētionē Bar. cōſuluiſ.&c.cū cōcor.de quibꝰ plenè ꝑ Alex.in d.l.pe.§.j.in j.col. in fi.& ſeq. ff.ad l.Fal.& Alex.in cōſi.xlij.in j.vol.ſuper ꝑmiſſo.in vij.col.in fi.& ſeq. & pleniꝰ in cōſi.lxiij.in ij.vo. ſup primo dubio.in ij.co.& ſeq.& plures addi. Iaſ. in l. maritus. in fin.C. de procu. Cui adde Iac. Alua.ī d.c. ſi duo fratres.in ij.co.& Pe.de Vb.l.mod.ī ſuo trac. de ſocieta.ī vj. parte prin.in xv.q.& Pet. Corne. pleniſsimè in conſi.cxxix.inci. ad euidentiā.in iiij. vol. vbi alleg.Pau.de ca. in cōſil.clxxxvj.ſup primo reperio.& alleg.Bal.ī cōſ. ſecūdū ordinē ſuū cccccv.q̄dam ſunt res.& ibi bal.facit pulchrū cō. ego habeo conſi. prędictū, cui ſe ſubſcripſerunt Pe. de Peru. & Ange. fratres. & ſubſcriptio Pet.inci. an hæredes Angeli au.an fructꝰ.vbi voluit Bal. ꝙ ſi mulier ſubuenit neceſsitati viri, & non repetūt hæredes fructus prædictorum bonorum etiā q̄ ſunt in adminiſtratione vxoris, & extra dotē: qa tenet̄ ei ſubuenire poſito in neceſsitate.& etiā quādo vxor conſumpſit fructꝰ prædictos in filios: quia non repetit nec ipſa, nec hæredes, per l.alimenta.C.de neg. geſt.& cū alijs iuribus. Limita tū prædicta.niſi extaret ſtatutū ꝙ maritus lucret̄ fructus bonorū parafernaliū: qui a tunc neq; maritus, nec hæredes ſunt obligati reſtituere fructꝰ,& reddere rationē bonorū prædictorū ex quacunq; cauſa,& plenè ponit Alexā.in d. conſi.xlij.in vij.col.in j.vol.vbi cōcludit valere dictū ſtatutū & idē affirmat in ſeq.limita oīa prædicta, niſi maritus & ſponſus percepiſſet fructus bonorū parafernaliū vxoris & ſponſæ ante matrimoniū contractū:qa tunc perceptos ante matrimoniū nō lucratur, prout lucraret̄ perceptos poſt matrimoniū, licet illos in domo conſumpſerit vnà cū dicta ſpōſa: quia in illis ceſſat ratio præſumptæ renūciationis, ex quo ſatis eſt ꝙ dotē conceſsit ex cauſa prædicta onerū.& vide plenè per d.meū do.Bal.de Bar.de peru.in ſuo trac.de doti.in ix.par.j.xl.col.in ỽ.aduertēdū tū puto ꝙ ſi talis mulier. & dicit ꝙ ita de facto reſpōdit interrogatꝰ dū legeret Piſis. Et aduerte inquātū Alex. de Imo. in d.l.maritus.q̄ eſt pe.ff.ad l.fal.& in cōſi.xlij.in j.col.& in d.cōſi.lxiij. in iij. col.alle.cōſi.Bal.qđ incipit, ſciēdū eſt ꝙ mulier. & ponit quaſi verba formalia Bar.& ſequaciū & Iaſ.in d.l.maritus. in pe.col. Tu verò adde ꝙ licet aliqui attribuant illud cōſi.Bal.tū eſt in cōſi.do.Fran.de Albergotis de Are.qđ eſt inſertū j.in ij.vo.cōſi.Bar.in cōſi.cxxxj.inci.res ſic ſe habere dicit̄.qđ cōſ. pōt poni ꝓ addi.ad conſi.Bar.hic Tho. In Chriſti noīe, & beatæ Catharinæ. quæſtionis & eorū q̄ circa iſtā materiā ſubſcripſit Bar.in l.pe.ff. ad l.Falc.eſt ſciēdū ꝙ mulier nupta pōt habere patrimoniū triplicis generis, videlicet bona dotalia,& q̄ ſint eſt planū:& bona parafernalia:& hæc ſunt bona mobilia, q̄ vxor defert in domū viri, maximè ratione ſui proprij vſus vel cōmunis vſus ſui,& viri.ff.de iur.do.l.ſi ego.§.dotis.& C.de pac.d.l.fi.& iſtorum parafernaliū quandoq; tradit viro vxor cuſtodiā:& tunc videt̄ concedere tacitā eorū adminiſtrationē,& vſum:vt d.iuribus. Quādoq; ſibi reſeruat cuſtodiā:& tūc vir nullū ius ꝑtēdit in illis:vt d.l.ſi ego.§.dotis.niſi quēadmodum de his q̄ ſunt de tertia ſpecie ꝓxi.ſeq. Quædā ſunt bona mulieris, neq; dotalia, neq; parafernalia, velut ea quæ ſunt extra dotem & extra ea quæ vxor in viri domū inducit:& iſta bōa differūt ab vtraq; ſpē prędictarū : qa in iſtis nō habet vir dñiū, vt in dotalibꝰ habet, nec adminiſtrationē ex tacita ſeu præſumpta volūtate vxoris. Et hinc eſt ꝙ qñ vir agit ad hāc tertiā ſpeciē bonorū vxoris tenet̄ de rato cauere. C.de ꝓcu.l.maritus. Secꝰ eſt cū agit ꝓ parafernalibus:qa nulla ꝑſtat cautionē:qa intelligit̄ habere volūtatē vxoris circa eorū adminiſtrationē:vt d.l.fi.C.de pac.cōuē.& ibi gl.magna tangit hanc differētiā inter parafernalia & non parafernalia.& in d.l.maritus.

¶Nūc ad ꝓpoſitū ſi q̄ratur de fructibꝰ parafernaliū, de his vir eatenus tenet̄ reddere rationē vxori, quatenꝰ cōuertiſſet eos in vſus proprios, qa debuit cōuertere in vſum cōmunē ſui & vxoris ſuæ d.l.fi.de pac.cōuē.& not.in l. ſi ſtipulata §.j. de do.inter vi.& vxo.& in iſtis procedit diſtinctio Mar. Sil. & d. Bar.ī d.l.pe.videlicet ꝙ vir lucrat̄ cōſumptos induſtriales in recōpenſationē oneris adminiſtrationis ſuſceptæ:vt d.l.fi.de pac. cōuē. & ſic idē etiam notat Cy. extātes verò induſtriales,& etiam cōſumptos nō induſtriales nō lucrat̄, niſi in modica quātitate:vt d.l.fi.& ibi tāgit glo.& in d.l.ſi ſtipulata §.j.ff. de dona.inter vi.& vxo. De fructibꝰ autē dotaliū rerū non eſt dubium aliquod ꝙ indiſtincte ſunt viri ꝓ tēpore quo durauit matrimoniū.ff.de iure do.l.dotis fructus.& l.pro oneribus.& de his duobus mēbris nihil ad quæſtio. noſtrā: quia bona, de quibꝰ eſt q̄ſtio noſtra, ſunt de tertia ſpecie:qa nō ſunt dotalia, neq; parafernalia. Circa quā ſpeciē tertiā ſeruanda eſt & rectè ꝓcedit præfata diſtinctio Bar.& Mar.Sil.in caſu certæ voluntatis:qa ſi quidē cōſtaret ꝙ contra volūtatē vxoris percepiſſet fructus ex eis, indiſtinctè tenet̄ de eis reddere rationē.C.de do.inter vi.& vxo.l.de his. Aut cōſtat ꝙ percepit de voluntate vxoris:& tunc aut quærit̄ de extātibus, aut de cōſumptis. Primo caſu extātes integrè reſtituit:vt d.l.ſi ſtipulata.§.j. Secūdo caſu, aut de induſtrialibus, aut de naturalibus vt ſ̄.dixi.in fructibus parafernalibus:& hoc vbi volūtas vxoris ſit certa. Si verò eſt dubia,& iſte eſt propriè caſus noſter, & hunc caſum omiſit Bar.in d.l.pe. ff.ad l. Fal. & iſto caſu dico ꝙ vir nō lucratur, neq; extātes, nec conſumptos, nec induſtriales, nec etiā naterales, ſed tenetur eos reſtituere mulieri. Et de his ꝓpriè loquitur l. pe. in pri.ff. ad l.Fal. nil ſibi ſubaudiēdo, & nullam vim faciendo literæ. Ratio eſt:qa fructus iſtorū bonorum non intelligitur vir conſummare de voluntate vxoris, ſed potius cōtra volūtatē, & hoc ex multiplici præſumptione. Prima præſumptio eſt ex cōi natura, q̄ eſt, ne quis velit res ſuas iactare in dubio: vt l.cum de indebito.de proba. Secunda præſumptio eſt ſumpta ex ꝓpria natura mulieris: qa earum genus auariſsimū eſt. ff. ad Trebel.l. ſed ſi ego.& ideo mōſtruoſum eſt ipſas velle largiri. & non eſt præſumendū:quia regulariter omnia agunt ſecūdū earum propriam naturā & ſolitum & communē earum morem.d.l.cum de indebito.& l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili. Tertia præſumptio eſt præſumpta ex congruēti perſonarum proportione: qa decet viros ſuſtentare vxores de proprijs fructibus, vel rerum dotalium,& non viros nutriri, & ſuſtentari ab vxoribus.ff.de do.inter vir.& vxor.l.ex animo.& ff.ſolu.mat.l.ſi cum dotē.§.ſinaūt in ſæuiſsimo.& eſt expreſſum ī d.l.ſi ſtipulata.§.j.& ibi no. ſub ỽ.cōtra ſexus naturā. Quarta ratio ꝑſumpta eſt ex perſonarū coniunctione, & eius qualitate, videlicet, quia inter virum & vxorem eſt coniunctio habens annexam reuerentiam ex parte vxoris, propter quā ex patientia reſultat præſumptio diſſenſus, ſeu voluntatis coactæ.ff. quarum rerum act. non datur.l.j.§.quæ honorandæ.& ſcribit Barto.in d.l.quæ dotis.ff.ſol.ma. Quinta ex conſtitutione bonorum mulieris, quæ eſt præiudicialis mulieri. Vnde in dubio videtur diſſentire.l.pe.ff.de fur.& not.C.de acq. poſ.l.ij.ſuffragatur inſuper d.dominæ ætas, in qua fuit d.tempore. videlicet, quia minor, cui non licuiſſet, quāuis expreſsè voluiſſet donare viro, vel cuicunq; alteri, propter quā voluntatem eius ratio habenda non eſt.ff.de tut.& ra.diſ.l.j.§.vnde quęritur.& C.ſi maior fac.rat.hab.l.fi.C.de admi.tu.l.lex quæ tutores. Ex his omnibus cōcluditur,& indubitanter infertur hæredes dicti Ang. teneri dictæ dominæ Catharinæ reddere rationē fructuum prædictorum: vt d.l.pe.ff.ad l.Falci.cuius effectus eſt, vt reſtituat illos, vel illorū æſtimationem, quos non appareret verſos eſſe in ſumptus neceſſarios, vel vtiles mulieris prædictæ. ff.de nego.geſt.l.ij.& de condi.& demon.l.ſi cui liberorum.& l.cum ſeruus. nec intelligitur verſum in vtilitatem vxoris ſi vir dictos fructus conuertiſſet in alimonias ſuas & vxoris ſuæ, ſed videtur verſum in vtilitatem ipſius viri ad quē ſpectabat onus alendi vxorem de proprio. vnde ſeipſum releuaſſe intelligitur,& tanti eſſe locupletior.ff.de cōdi.inde.l.in ſumma.§. in frumento. & hoc de prima dubitatione: de ſecunda, videlicet cū dictæ domine Catherinæ non fuerit integre dos reſtituta, neq; eidem fuerint præſtita alimenta, vtrū eidem debeantur ſaltem pro rata quantitatis dotis non recuperatæ. Ad quod dicēdū eſt dicta alimēta deberi vxori ꝓ rata dotis ſibi nō reſtitutę, ea ratione quia ſi nil reſtitutum fuiſſet, deberentur ſibi integra alimenta.ff.de vſufr.leg. l.cum vſufructus.& de annu.leg.l.Seio.cum ſimi. Ego Frā.de Albergotis de Are.conſulo prout ſuprà ſcriptum eſt, propria manu me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui,&c.

b ¶Oleo. Bar.hic vult ꝙ oleū eſt fructus induſtrialis. Adde Bar.in l.maritus.§.j.in fi.ff.ad legē Fal.vbi facit mētionē de hoc cōſi.& vide Bar.ī l.ſi emptor.& l.ſi ex diuerſo.ff.de rei ven. Bal.ī l.ancillæ.C.de fur.& in l.j.C.de vſu.& fru.le.& ī l.ꝓ oneribꝰ.C.de iu.do.& in l. ī fructu.ff.de vſufr.le.& Pe.Cor.in cōſ. cxxxix.in iiij.vol.ad euidētiā.in ij.col.& Alex.de Imo.in d.l.maritꝰ. in fi.& Fran.de Are.in cōſi.clx.longa.eſt iſta cōſultatio in ij.col.vbi oīno videas.& de lacte & lana, vide eūdē Bar.in d.l.ſi ex diuerſo.in ij.col. Inquātū aūt Bart. hic tractat de vſuris,& fructibꝰ vxoris.limita dicta eiꝰ, niſi eſſent iſti fructꝰ naturales ī magna q̄titate,& ī maxima ſumma:qa tenent̄ hæredes eos reſtituere ex q̄ locupletiores facti ſunt l.ſi ita ſtipulatꝰ.§.j.ff.de do.īter vi.& vxo. tū adde ꝙ ſi ad manꝰ mariti peruenerūt tanq; ad manꝰ adminiſtratoris, eo ꝙ bona,& negotia vxoris adminiſtrabat maritꝰ:nulla habita diſtinctio.ad reſtitutionem tenetur, vt eſt caſus in d.l.maritus.ff.ad l.falci. ſecundum Ange. de Peru.Tho.Diplo.

c ¶Titius. Iſtud cōſi.alle.And.Sic.l.ſi ſocer.§.Lucius.in additio.Bar.ff.ſo.mat. & ibi alle.eſſe.in nu.cclxix.& vide ibi per doctor.Tho.

ſororem



ſororē & dedit ſibi in dotē c.& pepigit, ſiue pactū fecit cū viro dictæ ſuæ ſororis:vt quōcūq; ſolueret̄ matrimoniū dos deberet remanere penes virū vel eius ſucceſſorē. deinde cōtractū eſt matrimoniū:& iſte ſoluit patrē dotis,& aliā partē promiſit. deinde tractu tēporis mortuus eſt vir huius ſororis Titij. Vñ quærit̄ nūquid iſte Titius, q iurauerat nō venire cōtra ꝑdicta poſsit repetere partē dotis ſolutā:& de alia habere exceptionē:& ſi nō pōt,

1 vtrū iſta nupta pōt repetere dotē ñ obſtāte pacto facto ꝑ Titiū ſuū fratrē. † In q̄ſtio.ꝑdicta primò videndū eſt vtrū actio cōpetat dictæ dñæ nō obſtāte pacto. Ad qđ dico ꝙ ſic: qa dicta ỽba ꝙ ī oī caſu dotis reſtituēdę, ſi caſu dotis reſtituēdę quis ſit, &c. nō refert̄ ad caſum, qñ ſoluit̄ matrimoniū morte viri, ſuperſtite vxore:& ſi expreſsè ad illud referret̄, nō valeret:vt ff.de pa. do.

a l.ij.& de dot.ꝑleg.l.j.in prin. [a] Et hoc habet locū, ſiue mulier ipſa det dotē, ſiue paciſcat̄ ſiue qs alius:vt dictę leges gñaliter loquūtur.& hoc eſt expreſsū.C.de pac.do. l.quāuis.licet gl.ibi videat̄ aliquātulū limitationē dare.& Azo dicit in ſumma ꝙ pactum gñaliter eſt improbādū.hoc etiā tenet Ia.de Are.vt ibi dicit Cy.

2 hoc etiā tenet Odo. † Itē ſuper alio pūcto dico ꝙ dicto Titio nō parat̄ exceptio:quia licet hęredes viri teneant̄ reſtituere illud ꝙ exigit̄:tū debēt reſtituere alij, ñ illi, à q̄ petit̄. Caſus eſt ff.ſo.mat. l.ſi ſocio.§.Lucius. dico tū ꝙ ſi mulier liberat hæredem dicti ſui viri, ꝙ tūc Titius poſsit opponere exceptionē ex liberatione facta à dicta muliere, ad quā finaliter debet venire:vt ff.de do.excepti.l.apud Celſum.§.mādaui.de pac.l.ſi cū empto.§.fin. Nec obſtat ꝙ in dicto inſtrumēto fuit iuratū:qa iuramentū nō extēditur ad ea, ad q̄ nō extēditur cōuentio:vt l.fi. C. de nō nu.pe.&

3 l.fi.ff.q ſatiſd.cog. † Præterea poſito ꝙ fuiſſet expreſsū iſtud pactū, nō nocet dictæ dñæ:qa pactū vnius nō nocet alteri, nec iuramētū:vt ff.de pac.do.l.j.& de iureiu.l.nā & poſtea. §.fi.& l.ſe.

Si fratres dederūt dotē pro ſorore,& pacti fuerunt reſtituere ei dotē ſolu.matr.morte ſororis etiā cū filio,&c.demū ipſa teſtata eſt in articulo mortis:& eis conſentientibus filium ſuū hærēdē in oībus bonis inſtituit, an poſt eius mortē fratres poſſunt petere prædictam dotem: concluditur quòd non.

1 ☞ *Fratribus dotantibus ſororem, & ſtipulantibus eis reddi: ſoror non obſtante ſtipulatione poteſt diſponere de dote.*

2 *Fratribus dantibus dotem, & ſtipulantibus ipſis reddi quando dotauerunt de ſuo. ſi conſentiunt ſororem teſtari, ſibijpſis præiudicant.*

## CONSILIVM CXXVII.

b QVidam fratres [b] de cōmuni patrimonio quondā patris & matris, dederūt dotē pro ſorore, et ſtipulati ſunt dotē eis reddi, ſi morte viri matrimoniū ſolueret̄ nullis exiſtentibus liberis:ſolutū eſt ſic matrimoniū morte viri. mō dos reddita fuit fratribus & mulieri: in eādē dotē fratres pro eadē ſorore dederūt ſecūdo viro, & ſtipulati ſunt eandē reddi, ſi matrimoniū ſolueret̄ morte vxoris filijs nō exiſtētibus intra tū legitimā ætatē decedentibus:accidit ꝙ ſoror illa in vltimis cōſtituta de oībus ſuis bonis fecit teſtamentū, & filiū, quē habebat ex hoc ſecundo viro, hęredē inſtituit legitimū de oībus cōſentiētibus dictæ ſorori dictis fratribus : demum ea mortua dicti fratres petūt à viro dotē, propter ſtipulationē, quā fecerāt de dote eis reddenda:cū filius licet extet, nō tū habet ętatē legitimā. Alleg. pater filij quondā vir ꝙ vos cōſenſiſtis ſorori veſtræ, vt teſtaret̄ de oībus bonis ſuis:& ꝑ cōſequēs ſic in dote, & ſic in ſtipulatione renūciaſtis:arg.ff.de verb.ſig.l.bonorū.§.j. de au.& arg.leg.l.veſtē.& de lib.le.l.j.in prin.& in aut̄.de ęqua. do.§.illud. Itē cū hanc ſtipulationē ſoror paſſa eſt à fratribus interponi pōt cōtraria volūtate adimere:vt no.j.de bo.poſ.l. Seiæ. cū ſi. Allegat̄ ex aduerſo ꝙ fratres cōſentiendo ſorori vt teſtaret̄ de bonis ſuis, nō intellexerūt de dote, cuius ipſa non habebat actionē:& ſic nō erāt bona ſua:& ſic nec teſtando ipſa potuit eis

1 præiudicare, ar.huius l.cū ſi. † Dico tū in q.ꝑſenti, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, ꝙ in omnē euentū nitit̄ ꝙ nullo mō dos ſit reſtituēda fratribus mulieris:iſti tū fratres dātes dotē fuerūt adiecti ſiue appoſiti vt ſtipularent̄:& tūc dico ꝙ mulier potuit facere ꝓ dote quicqd voluit non obſtante ꝙ ſtipulatio interpoſita eſt de reddendo dotē fratribus:& ita loquit̄.ff.de iure doti.l.mulier in fin. Nec obſtat, ſol.matri.l.poſt dotē. quia ibi illi, q fuerūt adhibiti, fuerunt expoſiti vt ſtipularetur dotem animo dōnādi, ac

cū in caſu iſto hoc nō liqueat, præſumo cōtra:cū genus mulierū auariſsimū ſit: vt ff.

2 de dona.inter vi.& vxo.l.ſi ſtipulata † Aut dos fuit verè fratrū dotantiū ſororē, & tūc ex quo cōſenſerunt expreſsè fratres vxori inſtituenti filiū in oībus bonis ſuis, videret̄ renūciare cōditioni illius ſtipulationis. Ad hoc pōt induci in arg.ff.de dot.præleg. l.Seia.& ſic debet intelligi.C.de iure dot.l. ij.maximè in caſu iſto, vbi propter affectionē ſanguinis præſumo potius eſſe remiſsā cōditionem ſtipulationis:vt ff. de probationi.l.Procula.ff.de ſerui.leg.l.pe. ff. de don. inter vir.& vxorē.l.ſi ſeruus cōmunis. Ad hoc poteſt optimè induci de caſtren. pecu. l.dotem.in fi.&c.

Sol.matrimonio ſi vxor fuit alimentata à filijs, an poteſt petere illa allimenta ab hęredibus viri. Item an poteſt petere dotē cū vſuris.& de c.ſalubriter.&c.

1 ☞ *Vxor debet ali à uiro, in cuius ſeruitio eſt, & non à filijs primi mariti.*

2 *Mulier ſolu.matri.non poteſt petere alimenta, tanquā uſuras dotis: quia eſſet uſura.*

## CONSILIVM CXXVIII.

c FRanciſcus [c] habuit in vxorē quādam do.Thomā,& habuit in dotē cc.floren. deceſsit iſte Frā.relictis quibuſdā filijs pupillis, cū quibus dicta do.Tho.mater dictorū filiorū morā traxit bñ ꝑ tres annos. deinde trāſiuit ad ſecūda vota:& ſtetit cū illo viro bñ tres annos. mō ille ſecūdus vir petit ab illis hæredibus dicti Franciſci dotes dictę dñę & alimenta. quærit̄ vtrū alimenta debeant̄

1 & quæ alimenta,& pro quāto. † In illa qō. eſt aduertendū, quare petunt̄ iſta alimenta an petunt̄ pro parte matris tanquā ali debeat à filijs,& ſic officio iudicis:& tūc non poteſt:qa debet ali à viro, in cuius ſeruitio & opa eſt:vt l.de rebus. §.poſſūt. ff.cōmo. de neg.geſt.l.qđ in vxorē.ff.ſolu.ma.l ſi cū dotē.§.ſinautē in ſæuiſsimo.& ibi ꝑ Dyn.

d Aut petūtur iſta alimēta tanq; vſura dotis [d] pro alimētis vxoris, ꝑ c.ſalubrit̄.extra de vſur.& hoc nō pōt fieri:qa illud c.loquit̄ qñ vir, q ſuſtinet onera matrimonij, vult vſu-

2 ras dotis. † Secus ſi mulier ſo.ma. vellet vſuras dotis, ſeu alimēta, vt vulgares appellāt, prout in propoſito:tunc eſſet vſura illicita. Ita tenet Inn.in d.c.ſalubrit̄.& Io.an. ibidē Cy.de hoc dubitādo dixerit ī l.j.§.exactio. C.de rei vxo.ac. Sed in hoc Canoniſtis ſtādū eſt. Et ideo ſi dos eſſet promiſſa marito huic ꝑ hr̄des primi viri, ipſi teneret̄ ad iſtas vſuras. q̄ prius intereſſe vocant̄. Sed ſi iſte vir petit tanq; ꝓcurator vxoris, & pro ea ei non debentur, vt ex prædictis patet.&c. Et hoc dico ego Bartolus.

An ius adeundi hæreditatē matris currat filiæ exiſtēte in poteſtate patris,& præſcri.xxx.an.currat contra eā,& à quo tēpore incipiat, an à tēpore pupillaris ætatis. Itē ſi pater poſſidet hęreditatē vxoris ſuæ matris pupilli, an videat̄ poſſidere pro filio.

1 ☞ *Additioni hæreditatis præſcribitur xxx.an.ſpatio.*

2 *Ei, qui non poteſt agere, non currit præſcriptio.*

3 *Filia excluſa à iure adeundi per præſcriptionem xxx.ann.admittitur per ſucceſſorium edictum.*

## CONSILIVM CXXIX.

e QVidā habuit [e] vxorē pro qua cōfeſſus eſt ſe habuiſſe dotē in anno dñi. Mcccxxv. obijt

a ¶L.j.in princi. Vide Bar. in d. l.j.& quæ ibi ſcripſi in addi. ad Bar.Tho.Diſploua.

b ¶Quidā fratres. vid Bar.in l.quæ dotis.ī prin.ff.ſo.mat. & ibi vide doc.& apoſt. ſecundā q̄ inci. patrem & eiuſdē Bar. in cōſ. xciij.inci. de facto.J. in ij.vol.& ibi in additio ſcripſi. Thom.

c ¶Frāciſcꝰ. Vide bar. in cōſil.lxxxviij.qđ inci. Frāciſ.habuit.et vide conſi.do.Dioniſij de Peruſio.& ibi vide apoſtillā. Tho.

d ¶Vſura dotis. Vide q̄ tradunt̄ per Bar.& doct. in l.in inſulā.§. vſuras.ff.ſol.mat. & in l.at q natura.§.nō tantū.ff.de neg. geſt. cū concord. de qbus per Iaſo.in l. j.xj.col. C.de ſum.tri. & fide catho. vbi etiā ponit an valeat ſtatutū qđ ſi hr̄des mariti ſunt ī mora reſcindendi dotē vxori ſoluāt ad dationē decē pro centenario. ad quđ Iaſ.adde q̄ ponit Alexā. de Imo.in conſi.cxlj. in v.vol. viſo themate. & in conſil. xxvij.in iiij vol. viſo ſtatuto. ſ̄.ſcripto & ī l. diuortio.in princ vbi vide Iaſo.ff.ſo.mat.& Io. de Ana. in c.ſalubrit̄ in vj.& vij.co.de vſur.q diſputāt de ꝑdicto ſtatuto, & an mulier poſſet petere vſuras dotis. Thom.

e ¶Quidā. Aliās incipit, Titius habēs vxorē. & de hoc conſ. vide Alex.in cōſi.cxxvij.in iiij.volu. in ij.col.& in l.licet.C. de iu. deli.in apoſtilla, in verſi.licet.in fi. & in l.q totā. & in l. qui aliena. §. & ſi vēdiderit.ff de acquir. hære. in apoſtil.Bar. & vide And. Barba. in l.gerit.in vj.col. ff. eo.ti.in addi. Barto. Philip. Deci.in l.non hoc in fi. C.vnde cognati.& Ioā. firma.ī ſuo reper.in verſi.ꝑſcriptio.cōtra quos. vbi facit mētionē de iſto conſi.Bart.Tho.

vxor poſtea in anno Mccccxxv. morit̃ pater relicta filia ex eis lv.anno.hodie dicta filia,cui delata eſt hæreditas matris ſuæ adit hæreditatem matris ſuę,& petit dotẽ ab heredibus patris. obijcitur ſibi ꝙ non poteſt:
1 quia†præſcriptum eſt aditioni hæreditatis ſpatio xxx.an.cui aditioni pręſcribitur prędicto tẽpore:vt no.C.de iure deli.l.licet.& l.fi.& ipſa adire poterat ignorante, & etiã inuito,& recuſante patre:vt l.j.C. q ad bo.poſ.& quod ibi not.per Odof.& Cy.& de bonis quæ liber.in l.cũ non ſolum. in prin.
2 In†contrarium dicitur:qa ei, qui non põt agere,non currit præſcriptio: vt l.j.in fi. de anna.exce. Sed iſta adire nõ potuit ſine iuſſu patris:vt ff.de acquir.hære.l. is qui mihi bona.§.iuſſum.Non obſtat d.l.j.quia ibi loquitur in bonorũ poſſeſsione,quæ ſine iudicis authoritate non ſit in aditione hæreditatis.Non obſtat d.l.cũ non ſolũ.quia ibi loquit̃ qñ pater recuſabat:hic aũt non recuſabat:& ſic remanet incorrectus eius d.§. iuſſum.cũ d.l.non ſolum.loquitur ſolũ qñ pater recuſabat.modò quęritur quid iuris. In q.prędicta ſine dubio eſt dicendũ ꝙ etiam viuo patre currit præſcriptio filio in iure adeundi ignorante patre, cũ poſsit eo inuito:vt no.in d.l.j.q admit.ad bo.poſ.poſſunt & ff.quis or.in bo.poſ.ſer.l.fi. in princ. Sed in q. prædicta aduertẽda ſunt multa, propter quæ, vel alterũ eorũ filia debet poſſe admitti ad petendũ. Primò vt dicamus ꝙ filia nõ adit modo de nouo: & pater retro adiuit eo volente.Nam cũ pater ipſam dotem tenuerit tãto tẽpore, & nemini eam reſtituit,videtur tenuiſſe pro ſe,quod nõ potuit facere,niſi per ſe, vt legitimo admini-
a ſtratore filiæ,[a] & ex tanto curſu tẽporis,cũ filia paſſa fuerit, præſumunt̃ omnia ſolẽniter acta,vt expreſsè dicit tex.ff.de acqui.hęre.l.qui in alienã.in prin.in ver. ſed ſi adiecit.& C.de peti.hær.l.ſi filij.Et ſi dicatur ꝙ hic pater nil retinuerit de bonis maternis: quia erat debitor in genere.Rñd.ꝙ eo ipſo ꝙ ceſſat reſtituere debitũ ei,cui debetur,nititur pro ſe retinere:vt ff.de pecu.l. ſi peculiũ.§.ſi autem. Quod corroboratur ratione.Nam ſi nollet retinere pater iure ſuo,poſt annũ eſſet in mora reſtituẽdi:vt l.j.§.exactio.de rei vxo.ac. Mora autẽ eſt delictũ:ergo in dubio præſumit̃ eo modo,quo põt le-
3 gitimè:vt l.merito.ff.pro ſocio.†Secũdò eſt aduertẽdũ poſito ꝙ dicta filia excluderet̃ à ꝑſcrip.xxx.an.vt filia, cũ ipſamet ꝑ edi-
b ctũ ſucceſſoriũ ſuccederet[b] ſibi, admitteretur tñ vt legitima ſit excluſa vt filia.Caſus eſt de ſuc.edic.l.j.§.ſed videndum.Tertiò conſiderandũ eſt ꝙ ꝑſcrip.xxx.an.non currit,niſi poſt pupillarẽ ætatẽ:vt l.ſicut de præſcri.xxx.an.Vnde aduertendum eſt an deducto tẽpore pupillaris ætatis remaneãt xxx.an.ſi remanent, habemus ꝓpoſitũ.Si verò cõcurrerint, adhuc eſt aduertendũ ſi reſtat quadriẽniũ poſt cõpletam ꝑſcriptionẽ:tunc adhuc poſſet peti reſtitutio.Nam tẽpus petendæ reſtitutionis currit ſolũ poſt præſcriptionẽ completã,ſecundũ opi.Gul.ff.ex qui.cau.maio.l. ab hoſtibus.§. ſed quod ſimpliciter. Et ex his manifeſtè liquet
c quid agendum ſit dictæ dominæ[c].

Conſilium domini Franciſci Tigrini.

5 †Et aduertẽdũ q in actione tutelæ vt ſpeciale, vt propter culpam iuretur in litem:vt not. in l.in actionibus.ff.de in lit.iur. & hoc contra principalem, ſed contra hæredẽ tutoris debet probari plenè:vt C.de in lit.iur.l.ij. §.fi.per totũ.Sed quid ſi iudex condẽnauit in certa quãtitate pro rebus non poſitis in inuentario,vel certæ quantitatis habuit rationem compenſando,non tamen detulit iuramentũ in litem? Ad hoc reſpondeo,ſi partes ſententiæ acquieuerũt, expeditum eſt.Si verò appellatur à ſententia,videndum eſt per quem.Aut enim appellat minor,qui agit contra tutorem.& tunc debet ſuccumbere:nam licuit iudici non deferre iuſiurandum,& etiã ceſſare,vt d.l.videamus.§.iurare.& delatũ ex cauſa non ſequi:vt d. l.videamus circa fi.Non ergo grauauit pupillũ , imò releuauit: quia eum non coegit iurare in q̃titate quã taxauit,ſed ſimpliciter cõdemnauit.Prædicta vera,niſi ex primis actis,vel ex nouis factis in cauſa appellatiõis appareret q bene cognouiſſet iudex in maiorẽ quantitatẽ debuiſſe taxaſſe.Quod em̃ dicitur in arbitrio iudicis,intelligitur ſecundũ bonam fidem:vt d.l.videamus.

6 §.iurare in fi.†In duo em̃ præſumendũ eſt pro ſententia q ſit iuſtè lata:& q iudex iuſtè fuerit arbitratus,niſi contrariũ doceat: vt.ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorum.& l.vnde ſi Meruæ.ff. de contrahen.emp.l.hoc alias.l.Herennius.§.Caia.& q ibi not. Si verò appellaret tutor tũc enim iudex eũ grauauit q condemnauit in quãtitate nõ plene probata,nec ſuppletur per iuramentũ.poſſet tamen index appellationis ſi vellet ipſe iuramentũ deferre:& ſic ſententiam confirmare,cùm dicta poteſtas deuolueatur ad eũ.& hoc non eſt dubium.dico etiam q appellatione non interpoſita ab vno tantũ,poteſt iudex grauare alium non appel

7 lantem:vt d.l.ampliorem.†Quartò eſt videndum,qui fructus dicantur recollecti de bonis pupilli,& qualiter fiet probatio . Rñ. tutor de his tenetur facere librum rationum : & ſi non fecit, vel factum non exhibet,iudex poteſt contra eũ deferre iuramentũ : vt.ff.de tu.& ra.diſtra.l.j.§.officio.& q ibi no.ſed,vt dictũ eſt,iudex poteſt taxare.Item contra hæredem non põt in litem iurari. qualiter ergo probabit pupillus?Rñ.probandũ eſt q tales poſſeſſiones erant in bonis pupilli . Item quod tales poſſeſsiones tantum reddiderunt omni anno. Item q dicti fructus peruenerũt ad tutorẽ:& hæc eſſet probatio plena.Primũ probatur ex inuentario,vel alio modo de facili.Secundũ & tertiũ poterit ꝑbari per ſeruos,factores,& laboratores ipſius pupilli:vt.ff.de ad mi.tut.l.ad inſtruendam.& de tut.& ra.diſt.l.j.§.de ſeruis.Et eſt aduertendũ q iſti tales factores,& laboratores exonerant ſe, & ſic videntur teſtificari in cauſa propria.& ideo puto q hoc caſu ſit ſpeciale in odium tutoris,qui librum non exhibet : vt dicitur in d.§.de ſeruis.ibi:cũ neq; inuentarium proferant remedio vti debere : ſed ſi poneremus quod tutor confiteretur fructus ſibi non datos à laboratoribus & colonis integrè, ſed negaret tot,

8 quot dicit pupillus : tunc coloni eſſent idonei teſtes. † Sed an iudex poſsit committere aliquibus vt videant, & diſcutiant quot poterant eſſe fructus poſſeſsionum quolibet dictorum annorum , & eorum relationi credere. puto poſſe adhibere eos, qui negotiorum pupilli notitiam habent, & ab eiſdem inſtrui & credere:vt ff.de rebus eorum.l.magis puto.§.in primis . & C. de vſu.& fru.lega.l.aduerſus.& ff.ſi cui plus quam per legẽ Falcidiam.l.j.§. cum dicitur. & de conditione & demonſtratione. l.ſi cui libertas. An autem iſti tales ſic poſiti debeant iurare, vide.ff. de vend.inſpi.l.j.§.j.in gloſſ.j.ibi tangitur,& not.in l.iuriſiurandi.C.de teſta.fact. tamen quod ſic.C.de fide. inſtrum. l. comparationes.& de ſecun.nup.l.hac edictali.§.illud . Quid ſi iudex primus voluit tales examinationes dare,nec voluit iuſiurandum deferre?Reſpondeo,ſi iudici appellationis videbitur,

9 per eũ corrigi poterit. †Quæro , qualiter debet eſſe compoſi-

b tus[b] liber rationum?Rñ.ſingulariter omnia debẽt inſeri,vt ex tali fundo,à tali colono,tãtũ tali anno.nõ em̃ debet ĩ genere ſumma poni,& ſic vt poſsit reperiri veritas,vel falſitas:vt ff.de cõdi.& dem.l.antep.& C.de ſuſcep.l.neminẽ Si igitur alterrationẽ ediderat,nõ vł edi,qa intelligi nõ põt:vt ff.de eden.l.argẽtarius.§.edi.



a ℭReſpondeo.No. q dicit Bar.& ita etiam cõſuluit do . Salluſti.do . Gul.de Peruſio in conſil.ſuo q incipit,plura obijciuntur.in ij.dubio.in j.col.cui cõſ. ſe ſubſcripſerũt do.Benedictus de Bacis de Peruſio.& allega.ꝑ conſulẽtẽ & do.Abb.Panor.incip.& ſi ſatis copioſè per primũ cõſulẽtẽ. quæ cõſilia originalia cũ ſigillis & ſubſcriptiõib⁹,manu ꝓpria ſunt penes me Thomã . T.

b ℭ Qualiter debet eſſe cõpoſit⁹.No . q dicit Bar.hic,q ſemꝑ alle . & ita ipſum alle.d.Pet.de Anch. in cõſ.ſuo q inci.hic edite.q nõ eſt ĩpreſſum & do.Bar . Soci.in cõſi. cxlix:in j. vo.in ij.co.in cã Ambroſij.& in cõſ. cxc. in ij.vo.incip. memini me pluries in j.co. & And.Barb.d.l. tutor q repertorium.in pri.ff.de admini.tut. & do. Salluſtius de Peru.in dicto cõſ.q inci.plura obijciunt. in ij.dubio.in ij . col. cui ſe ſubſcripſerũt dom.Abb.Panor.et do.Benedi.de Bacis, vt ſ.Thomas.

Si teſtator dicit q relinqt filię ſuę quinq; ratiõe legitimę etiã ſi nõ dicat,& eã hęredẽ in eis inſtituo:q valet teſtamẽtum:quia ſic videtur relinquere,ſ.ratione inſtitutionis.

1 *Verbum relinquo filiæ pro legitima,intelligitur iure inſtitutionis.*
2 *Si adeo ab inteſtato,q uideor repudiare ex teſtamento.*

## CONSILIVM CLI.

c MArſilius[c] inter cætera ſic diſpoſuit in ſuo teſtamẽto: Itẽ reliqt ratiõe debiti iure nature.paulellę &c. cõtra teſtamentũ qđ valet opponit̃:qa iſta filia non eſt inſtituta neq; ex hęredata.ſunt em̃ iſta verba: Itẽ relinqt Paulellę ſuę filiæ quinq; libras legitimę debitę iure naturæ reliqt,&c.nec eſt aditũ,& eã ĩ ipſis hæredẽ inſtituo.Sed his nõ obſtãtibus,ego Bar. de Saxo ferrato legũ doctor,licet minimus,ſaluo ſemp cõſilio melius ſentiẽtis,dico teſtamẽtũ valere,& eſſe relictũ dictę filię iure ĩ-

1 ſtitutiõis:q ſic ꝓbo.†Certũ eſt q debita iura naturę nõ poſſunt relinq,niſi iure inſtitutiõis:vt §.illud.in auẽ.vt cũ de app.cog . vñ de neceſsitate includit iure ĩſtitutiõis id, q fuit relictũ ꝑ illa verba,cũ illo iure ſit debita,& nullo alio iure iſta de neceſsitate intel

d ligunt̃[d]. ſicut cũ dico aliquẽ fideiuſsiſſe,vel ſimpliciter fuiſſe ſtipulatũ:vt l.ſciẽdũ.ff. de ver.ob.& inſt.de inut.ſti.§.ſi ita ſcriptũ . Itẽ ſi aliqs inſtituit ſeruũ ſuũ hæredẽ,vel ſuũ tutorẽ,nec fecit mẽtiõnẽ de libertate: itelligit̃ etiã libertatẽ reliqſſe,ſine qua nõ põt habere hr̃ditatẽ: vt l.fi.C.de neceſ.ſer.hęre.inſti.

2 Itẽ † in aditiõe hæreditatis ſi adeo ab inteſtato videor repudiare ex teſtamento, ſine qua repudiatiõe nõ põt adiri ab inteſtato: vt l.j.in fi.ff.de acq. hęre.ita in ꝓpoſito iſta verba cũ dico,debita iure naturæ, de neceſſitate includũt iuris inſtitutionẽ.cũ illo iure ſit debita.hęc poſſẽt ꝓbari multis alijs ex emplis.& ita vr̃ mihi Barto. de Saxoferra.

## CONSILIVM CLII.

e ET ego[e] Franciſcus Tigrini legũ doctor de piſis,& nũc legẽs in ſtudio Peruſino,ſaluo ſemper cõſilio ſaniori cõſulo vt ſ.dictũ eſt ꝑ d.do . Bartol. excellẽtiſsimũ legũ doctorẽ. Nã verbũ relinquo,eſt verbũ cõmune:vt ĩ auth.de triẽte ſemiſ.§.j.l.hac edictali.C.de ſecun.nup.et l.fi.de ſa.ſan.eccle.q̃uis Dy.dicat cõtrariũ & male,q ſit verbũ cõmune,in l.nã q ff.ad Treb.quia dicit cõtra ꝑallegatã legẽ , Modò ſit verbum relinquo, ſit commune , habet ſe ad directam inſtitutionem,& ei conuenit.ſed l.dicit ibi,teſtator certo modo teteſtatus eſt.& videtur eo modo teſtari ꝑut neceſsitas imminet : ar.l.Gallus.de libe. &

c ℭMarſili⁹. Et ita alle.do.Pet.Phil.Cor. in l.humanitatis . in iiij.co.C.de impu.et alijs ſubſti. al's inci. conſultus ſup dicto pũcto tm̃ valet vnũ dicẽdo.& ita incipit in cõſi.lxxv. ſecũdũ ordinẽ Peru.ĩ iij. pte de vlti. volũ . & ita alle.do.Iaſo . in auẽ. nouiſsima. ĩ viij.co. C.de inof.te.et alex. in cõſ.l.in vij.vol.ĩcip . in cã & lite in vlt.col.& in l . nã q ſ.nõ omnes.in ij. co. ff.ad Tre.& in l.j. ff. ad l.Fal.in ij.co. & ĩ l.humanitatis.in l . j. co.C.de impu.Tho.

d ℭDe neceſsitate ĩtelligũt̃ . No . q dicit Bar.hic q ſi pr̃ relinquit centũ filiæ pro ſua legitima vel Falcidia, intelligit̃ relinquere iure inſtitutionis . adde q de iſto cõſ.Bartol.meminit Bal.in auth.vnde ſi parẽs.C.de ino.teſt . et vide Iaſ.in auẽ.nouiſsima.viij.colũ.in verſi.quid aũt ſi pr̃. C.de inof.teſta . vbi examinat q̃ſtionem Bar.hic,an ſit vera. tãdẽ tenet cõtra Bar . q dicit d.Ale.aperta fronte ſe conſuluiſſe cõtra Bar.ĩ cõſ.lxx. ĩ ij.vo.viſo cõſ.et cõtra Bar.conſuluit d. Petr.de Gin.de Eugubio,qđ eſt inſertũ j.ĩ cõſ.cliij.q̃uis & vltra Iaſo.vide Ale. in cõſ.l.ĩ vij.vol.incip.ĩ cã & lite.ĩ vlti. col.& ĩ l.his verbis. ĩ add.Bar.ff.de hęre . inſt.& ibi ſcripſi.& vide do.Phil.Deciũ in l.humanitatis.in ij col .C . de impu . & alijs. ſubſti . & vide quæ ſcripſi j.in cõſi. cliij.Thomas.

e ℭEt ego.Iſte. dom. Franſ. ſe ſubſcripſit conſ.Bar. de quo vide Phi.Deciũ ĩ l.humanitatis in ij.col.C. de ĩpu.& alijs ſubſtit.& dixi.ſ.in cõſ.precedẽti.Thom.

a ¶Quamuis. Iſtud conſiliũ non eſt Bar. ſed do. Pe. de Geneſi de Eugubio ſingularis doct. tẽpore Bart. qui de directo cõſuluit contra Barto. & do. Fr. Tigrini & no. ꝙ ſecundũ iſtã opi. multi doc. conſuluerunt. vide Iaſo. ĩ auť. nouiſsima. in vij. co. C. de inoffi. teſta. de qua quæſtione vide etiã do. Philip. Corne. in conſi. ccxcviij. in j. volu. incip. ante omnia. in iij. co. & in cõſi. xxxv. in ij. vol. in caſu iſto. ĩ iiij. col. & in l. humanitatis. in iiij. colũ. C. de impu. & alijs ſubſtitutioni. Tho. Diplo.

b ¶Marit⁹. De iſto cõſ. Bar. vide Iaſ. in l. fi. in ij. co. & ſeq. C. de iure deli. & ibi ſcripſi ĩ additio. & Ale. in l. ſi fundũ. circa fi. ff. ad leg. Falc. & in l. iuris ignorantia. in ij. col. C. qui admit. in ver. vltimò tene mẽti, & vide apoſtil. dom. And. Barba. in d. l. fi. in prin. in addi. Bar. C. de iure deliberan. & d. l. ſi fundum. circa fi. ff. ad legẽ Falci. in apo. Alex. tho.

c ¶Proclama generale. Vide plenè per Iaſo. in d. l. fi. in iij. col. ĩ ver. quinto requiriť. C. de iure delib. tho. Diplouata.

poſth. ergo verbum relinquo, videtur directò appoſitum iure inſtitutionis. Præterea lex dicit ꝙ in dubio quis videtur eligere viam in teſtando, per quam ſua iudicia nõ irritentur: arg. l. ſi miles. ff. de mili. teſta. Modò cùm hæc dicat, iure naturæ &c. facit ꝙ verbum cõmune in dubio interpretamur directum: arg. eorum quæ not. in l. centurio de vulg. & pup. facit ꝙ no. Ia. de Are. in l. il la inſtitutio. de hær. inſtit. De his bene ſum contẽtus, cũ multa ſuperflua poſsit allegari q̃ omitto. data Peruſij die xx. mẽſis Maij.

Iſtud conſilium eſt contrarium ſuprà dictis duobus.

## CONSILIVM CLIII.

Qvamuis a maximi doctores ſubtiliſsimè moti fuerint: tamen contrarium iura volunt contra ipſorum dicta, viſis tamen eorum ſubtilibus conſilijs, & multis alijs allega. videtur mihi Petro Ghienſi de Eugubio ꝙ dicta eorũ ſunt contra ius: vt in auť. vt cũ de app. cog. §. aliud quoq; capitulum. no. C. de inof. te. auť. nouiſsima. Voluit em̃ lex ꝙ filius habeat relictum ſub noĩe hæredis cauſa honoris: vt l. filium. §. ſi legata. ff. de lega. præſt. Et qđ allegatur in contrariũ ꝙ debita iure naturæ non poſſunt relinqui verum eſt de iure: tamen poſſunt de facto, vt fuit hic in propoſito: & tunc teſtamentũ vitiatur. Nã de iure non põt relinqui ſine corruptione teſtamẽti, vt hic fuit factũ. Sicut dicimus ꝙ teſtm̃ non põt fieri, niſi cũ ſeptẽ teſtibus, eſt verũ tñ de iure vt valeat: ſed bene põt fieri de facto cũ paucioribus, vt iura dicũt: ad ꝙ multa exempla poſſent induci, ꝙ ſuperfluũ eſſet adijcere. Nec ob. illud ꝙ dicitur in l. ſciendũ. quia illæ loquuntur de ſolennitate intrinſeca, q̃ verborũ prolatio apta eſt comprehendere, & inducere, vt no. Dy. C. de contra. & commit. ſtip. l. j. ergo &c. Nã verbum relinquo, appoſitum vniuerſitati denotat inſtitutionẽ hæredis, vt ſi dicat relinquo omnia bona mea tali: vt de teſta. mili. l. diuus. §. fi. Nã idem eſt dicere hæredẽ facio, vel tibi bona mea relinquo: vt ibi & no. in l. his verbis. ff. de hære. inſti. in prin. ſed vbi verbum relinquo, non apponitur vniuerſitati ſed certæ rei vel quantitati, vt in propoſito fuit: tunc ſecus eſt: vt l. Lucius. §. filiam. de leg. ij. Nec ob. l. fi. C. de neceſ. ſer. hære. inſti. quia ibi nõ poteſt eſſe vnũ ſine alio, ſed in propoſito bene poteſt relinqui aliqđ filio aliquo titulo iure inſtitutiõis. Nec ob. etiã l. illa: qa illud procedit ex neceſſaria conſequentia, & propter compaſsibilitatem contrariorum. Præterea ſi legitima vel debita iure naturæ non poſſet relinqui filio, niſi iure inſtitutionis: & ꝙ præſumetur dicto iure eſſe relicta, ſuperflua eſſet iuris prouiſio, quæ dicit iure inſtitutionis debere relinqui. Pręterea, vbi lex inducit certam formã ſeruari debere, ſi nõ ſeruatur illa forma in gñe: nõ valet ꝙ agit: & C. de iure delib. l. ſcimus. cum ſi. §. ſi verò poſtꝗ. Nec ob. ſi dicatur ꝙ verbũ relinquo, ſit commune: quia verũ eſt quando apponitur vniuerſitati: quia poteſt denotare hæredis inſtitutionem, & appoſitum rei ſingulari non poteſt hoc denotare, vt ſ. dictum eſt. ſed in propoſito fuit adiectum rei ſingulari: quia certæ quantitati: ergo non poteſt denotare hæredis inſtitutionem: quia in incertis, non certus eſt locus coniecturis, vt dicunt iura vulgaria. ergo eſt commune, quia diuerſa ſignificare poteſt ſecundum naturam relicti, cui apponitur: ergo &c. Et datum fuit hoc conſilium die vij. Iulij.

Si mulier hæres inſtituta fecit inuentarium, ſed non cum debita iuris ſolennitate, ſcilicet non vocatis legatarijs ſpecialiter, nec adhibitis teſtibus loco legatariorum abſtantium: an ſufficiat ſibi, vt poſsit extrahere Falcidiam. Item ſi conueniatur à legatarijs & creditoribus vltrà vires hæreditatis, poſſet ſe excuſare ꝓpter iuris ignorantiam, cùm agat de damno vitando.

1 ☞ *Inuentarium non ualet quando legatarij, & alij quorum intereſt non fuerunt citati, & non ſufficit generale proclama.*
2 *Mulier quando certat de damno euitando, an poſſet ſe excuſare prætextu ignorantiæ.*
3 *Denunciatio quando & quibus perſonis eſt facienda.*
4 *In confectione inuentarij an requiratur ſimplex denunciatio uel citatio.*
5 *Lex iubens aliquem uocari, debet intelligi, id eſt, citari.*
6 *Iudex non eſt neceſſarium quod interſit confectioni inuentarij.*
7 *An de ſubſtantia & forma inuentarij ſit quòd legatarij uocentur.*
8 *Beneficium inuẽtarij, an ſit indiuiduum, ita quod ſi ſit peccatum in uno totum reddatur nullum.*
9 *In confectione inuentarij an debent adeſſe tres teſtes.*
10 *In confectione inuentarij requiruntur teſtes bonæ opinionis & famæ.*
11 *Notarius debet ſe ſubſcribere inuentario, & an requiratur ſpecialis ſubſcriptio.*

## CONSILIVM CLIIII.

b Maritus b fecit hæredem vxorẽ & multa legata reliquit. poſt eius mortem dicti ſui mariti, hæreditatem cum inuẽtarij beneficio adiuit, & inuentarium fecit: ad cuius inuentarij confectionem quidã ex legatarijs teſtamenti, qui erant in ciuitate, vocati non fuerũt, neq; citati fuerunt: tamen fuit factũ quoddã generale proclama, ꝙ ſi quis crederet ſua intereſſe, compareret, &c. & mulier quæ fuit ignara literarum notarium adhibuit, qui ſe ſubſcriberet loco ſui qui non ſubſcripſit ſecundùm formam iuris, & inuentario prędicto non adhibuit tres teſtes ſpecificè loco legatariorum abſentium: eſt tamen verum ꝙ in ipſo inuentario adhibiti fuerũt teſtes ſex, & vltra idonei, & bonæ famæ, & opi. Modo quæritur de duobus. Primò, vtrum dictum inuentarium valeat de iure, ita ꝙ mulier poſsit retinere Falcidiam. Secũdò vtrũ dicta fœmina hæres inſtituta cùm ſit fœmina. poſito quòd à creditoribus & legatarijs conueniatur, poſsit ſe excuſare propter iuris ignorantiam,
1 cum certet de damno vitando. †Circa primum quod inuentariũ de iure valeat. videtur poſſe de iure probari: quia ad dictum inuẽtarium per generale proclama fuerunt citati illi, quorũ intereſſe poterat: quę citatio videtur ſufficere: vt C. de anna. excep. l. vt perfectius. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Item, quia non valet citatio neceſſaria in figura iudicij, ſed ſola conuocatio, ſeu denunciatio ab hærede, vt in authen. de hæred. & Fal. §. cum dicitur. col. j. quæ denunciatio ſeu conuocatio ſatis videtur
c eſſe facta per generale proclama. c In contrarium videtur quod non valeat: quia debuerunt legatarij nominatim vocari, ſeu citari. Videtur enim ſolennitas inducta per l. fi. C. e. tit. ergo ipſa nõ ſeruata non valet inuentarium: & hæres tenetur inſolidum: vt l. ſcimus. §. & ſi præfatam. C. de iure deli. nec ſufficit generale proclama, vbi certus eſt aduerſarius, & ipſius haberi poteſt copia, vt ff. de libe. agno. l. j. §. j. & quod ibi no. & eſt caſus in l. ſi curatoris. C. de iure delib. Item hoc denotat ille §. hoc illo addito debent vocati agnati legatariorum, ſi ipſi non ſunt. Pró hoc, quia loco abſentium debet certus adhiberi, qui inſpiciat, & interſit: et aliàs non valet: vt in authen. ſed cum teſtator C. ad legem Falc.
2 †Ad ſecundũ quæritur, vtrum mulier poſsit ſe excuſare prætextu ignorantiæ, cum certet de damno vitãdo. Videtur quod ſic, per l. regula. ff. de iur. & fac. igno. etiam ſi erret in iure. In contrarium videtur: quia in damno vitando ita ſubuenitur viris ſicut mulieribus: vt no. glo. in d. l. regula. ſed viris non ſubuenitur, ſi præfatam ſolennitatem non ſeruauerint: vt d. §. & ſi pręfatã &c. Item quantum ad creditores poſſet dici ꝙ per generale proclama excuſata eſt mulier: ſed quantum ad legatarios, qui ex hoc ipſo teſtamento dependent, qui poſſunt ſpecialiter vocari, non ſufficit generale proclama, ſecundum ea quæ no. ſecundum Inno. in c. cum in tua. extra, qui ma. accu. po. & in c. dilecti. aliâs dilecte. extra, de excep. cum etiam non fuerunt adhibiti alij tres teſtes, vt loco legatariorum & creditorum abſentium intereſsẽt vt l. ſancimus. §. ſi verò abſunt. Nec eſt curandum ꝙ in dicto inuentario fuerũt adhibiti ſex teſtes, ſicut in alijs inſtrumentis: vt in authen. de fide inſtru. col. vj. qui ſunt adhibendi ad ſolennitatẽ ipſius inuentarij & cõfectionẽ, vt loco creditorũ, & legatariorũ abſentium, ne quid maligni per hæredẽ cõmittatur: & de hoc habent deponere: vt in d. §. ſi verò abſunt. & iſti tres teſtes tenẽt locũ legatariorum, & creditorum abſentium, qui non venerunt vel alium pro ſe non miſerunt, vt ibi colligitur. Reſpondeo ergo ad ſecundum, ꝙ dicta mulier non poſsit ſe ex ignorantia excuſare, cũ tractet de dãno vitando. Tex. eſt in. §. ſi verò. ĩ auť. de hære. & Fal. ibi: omni perſona & ver. ſeq. iuncto. §. ſeq. eo. tit. Ex quibus colligitur ꝙ non excipitur niſi pupillus. Voluit em̃ illa conſtitutio ſolum iuuare minorem, dando ei reſti. ratiõe minoris ætatis, & non ſexus fœminei: vt ibi, & l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de mino. vbi gl. intelligit illum §. & per Cy. in l. ſcimus. §. j. C. de iure delibe. ſic & aliàs in ſimilibus amiſsionibus priuilegiatis, minor ætas mulieris, & non ſexus. l. fi. C. ſi aduer. deli. nõ ob. l. aut qui aliter. ſ. alle. imò facit pro: quia in primo debet denunciare ſibi: ſed vbi non eſt cui denuncietur, tunc amicis, vel
3 procu. vel domeſticis. †Præterea, ibi ſpecialiter enumeratur cui denuncietur. ſed vbi copia eius haberi non poteſt: tunc amicis. Et eodẽ modo rñdeo ad l. vt perfectius. puta, generale proclama locũ habet, vbi tales ſunt perſonæ q̃ poſſunt veriſimiliter ignorare. quod non eſt in legatarijs, vt. ff. de tranſactioni. l. non eſt ferẽ
a dus. a. †Sed ſuper punctis ſuperius denotatis ſubtiliter intuendo
4 eſt aduertendum ad primum, an ſit verum dicere ꝙ in cõfectione inuentarij requiratur citatio: an ſufficiat ſimplex conuocatio & denunciatio facta per hæredem ꝙ legatarij interſint ad vidẽdum confici inuentarium, & dicet aliquis ꝙ ſic, per tit. in auť. de hære. & fal. §. illo ver. vbi iubet conuocari omnes legatarios. Si ergo debet citari: ergo intelligitur ex commiſsione iud. in forma iudicij: vt l. hæc autem. §. rectè. de feudi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & C. ſi vt ſe ab hære. inſti. auť. ſi omnes. C. de his qui ve. æta. impe. l. j. ibi conuocatis teſtibus idoneis, intelligitur de requiſitis à iudice: vt l. præſenti. C. de epiſ. & cle. & l. ij. C. de decu. lib. x. ibi: decurionibus ſolenniter conuocatis, &c. Breuiter contrariũ puto de iure dicendum, & puto ꝙ ſufficiat conuocatio ſeu denun-
5 ciatio facta abſque iudice. †Et eſt ſciendum ꝙ quando actus geritur eſt neceſſe fieri cũ iudice: quia iudex habet interloqui vel iudicare aliquid permittendo vel prohibendo. & tunc ſi lex iubet aliquem vocari, debet intelligi. i. citari. & ita loquitur §. non defendi. & l. alle. ſ. Quandoq; actus, qui geritur non eſt neceſſe ꝙ fiat cum iudice: quia non habet interloqui vel ſententiare aliquid permittendo, vel prohibendo: & tunc aſſumitur conuocatio, denunciatio, vel proteſtatio vt interſit ad actum qui geritur: & ita loquitur caſus, de quo modò quęrimus. Eſto enim ꝙ quis adeat iudicem vt interſit in confectione inuentarij: tamen ſuper iſta confectione per iudicem nil eſt faciendũ concedẽdo vel negando hæredi: & hoc eſt verum. Probat tex. in d. §. illo. ibi dum ſubdit in conteſta. miſſus, &c. non ꝙ appellet quãdã proteſtationẽ. Et ſic poteſt intelligi d. l. ij. C. de decu. lib. x. Dico ergo quod hæc proteſtatio fit ſolũ ad hunc actum, vt conueniant legatarij. Præterea nec illa l. ſancimus. nec in corpore, de hære. & Fal. diſponitur ꝙ iudex debeat adeſſe: ergo citatio propriè in figura iu-
6 dicij non requiritur. †Dico etiam ꝙ in confectione inuentarij tutoris, lex non dicit quod iudex debeat adeſſe: bene tamen dicit ꝙ tutor debet adminiſtrationem ſuſcipere per decretum iudicis, antequam res attingat & ita loquitur l. tutor. de admi. tuto. & l. legitimos. de legi. tu. & l. fin. arbi. tu. Concludo ergo quod citatio in figura iudicij neceſſaria non eſt: item nec eſt neceſſarium ꝙ
7 iudex interſit confectioni inuentarij. †Sed eſt aduertendum: poſito quod legatarij, & alij non ſunt in forma iudicij citandi & requirendi, vt dixi: an extra formam iudicij debent requiri nominatim, & ſpecialiter, & expreſsè: an ſufficiat generale proclama. Et dico quod quando quis venit vocandus ad aliquẽ actum: eſt talis conditionis, qui poteſt intentum vocantis ſeu vocari facientis tollere, & impedire: & tunc debet ſpecialiter vocari. Ita loquitur l. ſi curatorem. C. de iure delibe. ff. de ven. inſpi. l. j. §. j. Quandoque ille, qui venit vocandus ad actum, qui geritur, non eſt illius conditionis: ſed ſolùm eſt vocandus vt actus, qui geritur, fiat legalior, & ad hoc aſsiſtat. & ita eſt in caſu noſtro: nam legatarij & creditores ſolùm ad hoc vocantur, vt præſto ſint confectioni inuentarij. Vnde aut hæres fecit inuentarium legaliter, & vocatus nil poteſt ſibi dicere. Aut facit minus legaliter omittendo ponere res hæreditarias: & tunc contradictio legatariorum & creditorum non impedit voluntatem hæredis: ſed bene fateor quod poſtea potuit redargui hæres probando ſuum delictum: & pœnã legitimã patietur, non ꝙ inuentariũ non valeat: vt d. l. ſcimus. §. in litem aliàs. §. licet de iure deli. ſecundũ opi. cõiter approbatã, pro iſto caſu puto ꝙ ſufficiat gñale proclama: vt C. de diſtr. pig. alias de lui. pi. l. ſi eo tpe. intelligendo ꝙ ibi non ſit modicum preiudicium ꝙ generatur ibi, & hic in confectione inuẽtarij firmat ibi Old. & alij doct. hoc tenent. Pręterea, tex. in §. illo. ſimpliciter requirit cõuocationẽ ſed conuocatio quædã fit noĩatim, q̃dam generaliter: vt in fi. C. qđ cũ eo. l. generaliter. & l. noĩatim. ff. de condi. & demonſtr. & l. ij. de libe. & poſth. excuſatus eſt ergo hr̃s ſi nõ facit l. noĩatim. licet generaliter, maximè cum diſpoſitio §. illo. ſit odioſa. qđ patet: quia procedit pœnam imponendo: ergo debet pati interpretationem extenſiuam, aliàs oſtenſiuam, etiã ad generalem conuocationem: & non ad ſpecialẽ, per quam odium generatur. Ad prædicta. l. ij. C. de noxa. cum ſi. ſufficit ergo generale ꝓclama. Ad ꝙ facit ꝙ no. Inn. extra, de maio. & obe. c. fin. ꝙ ſi non fuiſſent legatarij noĩatim citati, non obfuiſſet. quãtò ergo minus ſi non oĩno, ſed
8 quidã gñaliter, & quidã ſpecialiter fuerũt vocati. †Secũdò principaliter eſt vidẽdũ vtrũ actus vel bñficium inuẽtarij ſit indiuiduũ, ita poſito ꝙ quo ad aliquos ſit peccatũ in forma, nõ valeat: & qa ad alios, cũ qbus nõ fuit peccatũ in forma valeat: & ſit diuiduũ, & vr̃ ꝙ ſit indiuiduũ. Primò, qa in terminis iſtis vr̃ text. in corpore e. ti. ĩ §. ſi verò nõ feceriť. ibi: dabat em̃ pœnã ei & ſubdit ex qbus cautè oĩa agat, nil poterit dãnificare. inqt ergo ꝙ ſi ĩ aliquo ꝙ requiriť, eſt peccatũ, ꝙ totũ perit bñficiũ. Præterea, cũ aliqua formaliter requirũť ſi eſt peccatũ circa vnã totũ actũ, reddit nullũ: vt l. cũ hi. §. prætor. ff. de trãſact. & l. j. C. de fide inſtr. & iure haſt. fiſ. li. x. ergo nõ valet quo ad præſentes, ſeu quo ad vocatos. Rñ. primò: qa fuerũt oẽs, ſaltẽ oẽs realiter vocati. Pręterea nõ vr̃ verũ ꝙ ſaltẽ quo ad præſentes nõ valeat, vt de vnoquoq;. poſt prin. ff. de re iud. Facit l. etiã. §. j. de mino. & quod not. Inno. extra, de ꝓcu. c. j. verſi. ſi verò. Põt aliter intelligi. Nã tres notat caſus: Qñq; qs totaliter l. cõtẽnit, ſ. nullo mõ cõficiẽdo inuẽtariũ. Qñq; qs totaliter legẽ obſeruat faciẽdo inuẽtariũ implẽdo ipſius formã. & iſti caſus ſunt indubitati. Qñq; qs habuit ꝓpoſitũ legẽ nõ contẽnere, ſed eius voluit adipiſci bñficiũ: ſed dubitãdo in ipſius intellectu verbũ æquiuocũ aſſumpſit ſcđm vnũ intellectũ: & tũc nõ eſt veriſimile qđ lex ſit impia q̃ voluit hæredẽ tã modico peccato incidere in tã magnã captionẽ, & de ſuo tm̃ oĩbus creditoribus & legatarijs refundere cogeretur, & tenereť: ar. l. cũ prolatis. ff. de re iu. & qđ ibi not. Intelligam ergo dictum §. in eo qui nullũ fecit inuentariũ, nõ in eo qui fecerit, & aliquid omiſit: ar. l. j. §. ex hoc edicto. de ven. inſpi. maximè cũ ius legatariorum in nullo læſum ſit. vt d. l. ſcimus. §. licentiam. & d. §. illo. & iſte in-
9 tellectus inhæret ratiõi, & eſt æquus. †Ad aliã partem, qua diciť
b quod tres teſtes b debuerunt adhiberi per auť. ſed cum teſtator. ergo per ſe debuerunt adeſſe, & adhiberi: vt l. hæredes palam. §. fi. de teſt. cum ſi. reſpondeo, & dico quod hoc non procedit. Nã dico quod de iure C. requirebantur duo teſtes cuiuſcunque cõditionis: vt l. ſcimus. §. ſi autẽ. hodie eſt à dictis legatarijs abſen-
10 tibus hoc plus quia requiruntur tres teſtes ad minus. † Item requiritur quod ſint aliter conditionati, ſcilicet, bonæ opinionis, & famæ, & ſubſtãtiam poſsidentes, & locupletes: at hic nedum tres interuenerunt, ſed vltra ergo &c. Hoc probatur clarè in d. §. illo. coniuncta l. ſcimus. ſic intelligit gloſ. in d. l. ſcimus. §. ſi autem. ſuper ver. cæterorũ. Præterea, tex. in auť. ſed cum teſtator. non dicit ꝙ loco legatariorum abſentium vltra numerum duorum hoc requiratur. abſit quod dicitur, facit d. l. hæredes. vbi ſi ſunt plures adhibiti, licet nõ dicat adhibens, adhibeo: adhuc ni-
11 hilòminus valet quod agitur. †Ad vltimum quod obijcitur qđ notarius ſe non ſubſcripſit ad perfectionem, & non dixit ſpecialiter à dicta domina mãdato & nõ habito, non inſiſto: quia patet quod ſe ſubſcripſit pro dicta domina ſeu pro ipſius dñæ abſentia. Item ea quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe. Barto.

a ¶Non eſt ferendus hucuſq; eſt cõtingẽtia facti cũ qbuſdã allegationibus. mõ ſequiť cõſiliũ Barto. ſed ſup punctis. Th. Diploua.

b ¶Tres teſtes. Iſtæ ſubtilitates de cõſuetudine nõ ſeruantur, aliàs vix poſſet fieri inuentariũ, ſecundũ Bal. in d. l. fi. in fine prin. & incip. in confectione inuẽtarij. in j. vo. & ĩ cõſ. xxxv. in iiij. vol. incip. inuẽtarium hæredis. Th. Diplo.

Si quis donet omnia bona ſua Titio, ſi cõtingat eum decedere ſine filijs, vel ſi continget filios ſuos mori etiam ſine filijs: & dicit ꝙ mater ſua hoc ſibi mandauit. & ipſe ratificat ex nunc à tempore mortis ſuæ, reliquit filium, qui obijt ab inteſtato ſine filijs: an bona iſta debent venire ad matrem iſtius filij vxorem illius donantis, vel ad donatarium hæredem, qui fecit teſtamentum & donationem ſibi.

1 ¶ Heres hæredis teſtatoris eſt hæres.
2 Verbũ quod refert ſe ad præteritũ non ad præſentẽ ſtipulationẽ, quomodo intelligitur.
3 Copula, & plenam repetitionem inducit.
4 Coniuncta quando poteſt accipi pro diſiuncta uel ſoluta.

## CONSILIVM CLV.

FActi contingẽtia proponitur ſub hac forma Cobbatius quondã Nicolai de Tuderto olim filius, & hæres dictæ dominæ Blondæ dixit, & ſponte confeſſus fuit, & recognouit ꝙ præfata domina Blonda olim ſua mr in vltimis cõſtituta voluit, & mãdauit, diſponẽs de bonis ſuis, ꝙ ſi dictus Cobbatius decederet ſine filijs ex ſe natis ꝙ bona ſua omnia deuoluerentur, & pertinerent ad Menotium Bentij fratrem ſuum conſobrinum, & filios ſucceſſiuè: idẽque Cobbatius tanquam filius & hæres dictæ dominæ Blõdæ matris ſuæ, volens agnoſcere, ratificare, & approbare voluntatẽ vltimam dictæ matris ſuæ, voluit ac etiam donauit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos ex nunc, prout ex tunc, eidem Menotio præſenti, ſtipulanti & recipienti, & cognouit voluntatem ſuæ matris prædictæ, quam aſſeuerat eſſe veram, & ratã, & gratam, & firmam habere perpetuò, & in nullo cõtrafacere, vel venire per ſe, & hæredes ſuos omni tempore. quinimo ex cauſis prædictæ donationis voluit ꝙ omnia ſua bona dictæ ſuæ mřis ſi contingeret ipſum Cobbatium mori ſine filijs legitimis ex ſe natis, deueniant ad ipſum Menotium: & ipſa bona promiſit eidem Menotio præſenti, & ſtipulãti integraliter omnia & ſingula per ſe, & ſuos hæredes reſtituere & reddere in euentum conditionis prædictæ. & ſi contingeret etiam ipſum, & filios & filias ſuas decedere ſine filijs ex ſe natis ipſa bona omnia promiſit reddere Menotio ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus in euentũ cõditionis prædictæ. poſtquã dictus Cobbatius ex dicta Andreola vxore ſua filium nomine Marcutium ſuſcepit, & in vltimis condidit teſtamentum ſuum, in quo Marcutium filium ſuũ ſibi vniuerſalem hæredem inſtituit: & ipſo filio ſuperſtite diem clauſit extremũ. qui quidẽ Marcutius patris hæres ab inteſtato nullis relictis filijs matre ſua ſuperſtite defunctus eſt. Modò quæritur, & in dubium reuocatur de bonis hæreditatis dictæ dominæ Blondæ, ad quem pertineant, an ad præfatam dominam Andreolam matrem, & hæredem dicti Marcutij: an ad Menotium vigore & poteſtate dicti fideicommiſſi, recognitionis, & donationis, & aliorum in prædictis contentorum. Et videtur dicendum bona prædicta, de quibus quæritur excluſo dicto Menotio pertinere totaliter ad præfatam dominam Andreolam matrem dicti Marcutij: ex eo quia ſecundum propoſita dicta bona à d. Blonda mediante perſona Cobbatij prædicti, & Marcutij in dictam dominam Andreolam matrem Marcutij hæreditario iure tranſlata fuerunt. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. in prin. ff. de re. iur. l. omnia ferè. nec refert an immediatè an per longã ſucceſſionem quis hæres exiſtat: vt C. de lit. iur. l. is qui rationem

1 §. alias. C. de ver. ſig. l. ſcimus. quod accidit: †quia hæredis hæres teſtatoris eſt hæres. C. de hæred. inſti. l. fi. Nec obſt. recognitio, & alia pacta. s. in themate propoſita: quia prædicta omnia proceſſerunt cõditionaliter, valet ſi Cobbatius decederet ſine filijs, &c. Sed cum tempore mortis Cobbatij ſuperfuerit ei filius, cõditio fideicommiſſariæ contenta in inſtrumento dictorum pactorum deficit. C. de condi. inſer. l. j. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. in pri. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis autem. Nec obſt. ſequens clauſula in tali ſtipulatione pactorum quod inſtitutio inſerta ibi: & etiam ſi contingit ipſum & filios & filias decedere ſine filijs legitimis ex ſe natis quod ipſe bona omnia promiſit, & cõuenit reddere, & reſtituere ipſi Menotio ſtipulanti pro ſe & ſuis hæredibus in euentum conditionis prædictæ, &c. quaſi huiuſmodi promiſſio fuerit ſub alternatiõe, videlicet ſiue Cobbatius, ſiue Cobbatij filius deceſſerit ſine filijs legitimis exiſtat ſi conditioni euẽtus, &c. ad quæ multifaria patet reſponſio. Primò per verba dictæ clauſulæ non videtur aliqua promiſſio vel obligatio principaliter induci. Nam dicitur, & etiam ſi contigerit ipſum & filios ſuos, &c. & quod bona ipſa omnia promiſit &c. ſic huiuſmodi obligatio non poteſt competentem inducere promiſſionẽ in

2 præſenti factã, †ſed potius de præterito. Et hoc eſt propter verbum ibi appoſitum & inſertum, quod quidem ad præſentem ſtipulationem adaptari non poteſt, ſalua ratione recti ſermonis. ff. de auro & arg. leg. l. Plautius. in fi. ſed de præterita ſtipulatione matris non conſtat. ergo &c. arg. C. de edend. l. ſi quis in aliquo. Secundò, quia etiam quod illud verbum non eſſet appoſitum, ſiue ſcriptum, ſtipulatio præmiſſa iuris efficacia caret: cum nulla in ea re ſtipulationis, vel promiſſionis cauſa inſeratur: vt ff. de doli exce. l. j. §. circa. & C. de non nume. pec. l. generaliter. in glo. quæ incip. ſ. venditionis. &c. accedit. ff. man. l. ſi procuratorem. in prin. ibi: vniuſcuiuſq; contractus initium ſpectandum eſt. &c. ff. de prob. l. cum de indebito. §. fi. ibi: cauſas explanauit, &c. Nec ob. in hoc puncto ꝙ in præcedenti clauſula inſtrumẽti prędicti fiat mentio de cauſa donationis irreuocabiliter inter viuos, q in ſequenti debeat intelligi eadem donationis non eſt cauſa repeti

3 ta, per l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de ver. obli. † & maximè propter copulam & quæ plenam repetitionem inducit. ff. de fun. in ſtru. l. Seiæ. §. Caio. quia licet in ſuperiori clauſula Cobbatius vſus fuit verbo donationis: non tamẽ propterea poteſt dici mera & ſimplex donatio: vt ff. loca. l. ſi vno. in prin. & ibi no. & accedit ꝙ ſignificatio verborum accipitur, & aptatur ſecundum ſubiectam materiam ſuper qua verba exprimuntur: & non ſecundum propriam verborum ſignificationem. ff. de reg. iu. l. non videtur data. & plenè ibi no. & ſic cùm illa verba, donationis. &c. in prima clauſula adiecta meram donationem non inducant: multominus tacita ipſorum verborum repetitio poſſet inducere donationem. Nã quoties expreſſum eſt inualidum: nec valet tacitũ: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi ſpõſus. §. ſi maritus. & ff. de ſer. ru. prædi. l. itẽ §. fi. & ibi no. Tertiò, quia ſi expreſſa cauſa donationis foret inſerta, & recta ſtipulatio concepta: debet tñ de iure dici cõditione ipſius donationis defeciſſe. Dicũt enim verba concepte ſtipulationis: & etiã ſi cõtigerit ipſos filios, vel filias ſuas decedere ſine filijs ex ſe natis. &c. Et ſic appareret ꝙ conditio eſt copulata: & copulatiuè proceſſum, ad cuius exiſtentiã vtrũq; requiritur: & alterũ interuenire nõ ſufficit. ff. de ver. obl. l. ſi quis ita ſtipulatus. in prin. de cõdi. inſti. l. ſi hæredi plures. Cũ ergo in propoſito themate nõ interuenerit vtrũq; Cobbatium, & filium Cobbatij

4 mori ſine filijs: ergo &c. † Nec poteſt dici ꝙ cõiuncta accipi poſſit pro diſiũcta, vel ſoluta. Primò: quia hoc contingit cauſaliter: vt l. ſæpe. ff. de ver. ſig. & hic caſus non eſt in l. ſæpe. vel alia lex: ergo remanet ſub regula: vt l. cõmodiſſimè. de lib. & poſth. Item cũ in verbis non verſatur ambiguitas, nõ admittitur quæſtio voluntatis. ff. de lega. iij. l. ille. §. cũ in verbis. ſed in propoſito verba copulata ſunt clara & aperta. Idẽ in dubijs à verbis non eſt recedendũ: vt l. non aliter. de leg. iij. & l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exerci. Itẽ non põt ſumi pro diſiũcta, vel ſoluta: quia repugnaret mẽs & votũ dicti Cobbatij. Nã Cobbatio decedente ſine filio, & ſuperſtite nepote admitteretur Menotius donatarius excluſo nepote eſt poteſtate alternationis, vel orationis, in qua ſufficit alterum ꝙ eſſet abſurdũ & abſonũ & contra veritatẽ, & votũ Cobbatij. Nec enim videri debet ꝙ proprijs ſucceſſoribus extraneos anteponat: vt C. de fideic. l. cũ acutiſſimi. in fi. & accedit vnde liberi. l. ſcripto. in fi. & de bo. dã. l. cũ ratio. quinimmo ſi omnia prædicta neq; cõiũcta, neq; diſiũcta prolata eſſent in cõtractu pdicto, deberent tamen pro cõiunctis accipi ex mẽte pronunciantis: vt ex prædictis apparet per d. l. cũ acutiſſimi. cũ ſi. ergo multò fortius vbi mens & verba cõcurrũt. ff. de reg. iur. aliàs de re milita. l. in eo quod plus. §. niſi. & ibi no. & ſic ceſſat oppoſitio. Ex præmiſſis ſatis eſt de iure probatum ꝙ dicto Menotio excluſo bona prædicta, de quibus quæritur, integraliter pertinere debent ad præfatam dominam Andreolam. Bartol.

Si teſtator reliquit certã rem vni, & facit eum hæredem in ea dem re: & voluit eum amplius petere non poſſe: & inſtituit in reliquo ſuæ hæreditatis ventrem ſuæ vxoris hæredem vniuerſalẽ, ſi eſſet prægnans: ac eo mortuo reperitur quod vxor non erat prægnans: an hęreditas tota debeat deuenire ad inſtitutum in præfata certa re, tanquam ad hæredem vniuerſalem: vel ad alios proximos, tanquam ab inteſtato ſuccedentes.

1 ¶ Inſtitutus in re certa, & ꝙ plus petere nõ poſſit, nõ habetur loco hæredis uniuerſalis
2 Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.
3 Repugnantia uel prolixitas ſi colligitur in teſtamentis, teſtamentum eſt nullum.

Si leges



4 Si leges aliquid diſponunt, an & quando teſtator poteſt aliud diſponere.

## CONSILIVM CLVI.

2 TItius fecit teſtamẽtum, in quo inter cætera reliquit Ioanni nepoti ſuo fundum: & ipſum Ioannem in ipſo fundo ſibi hæredem inſtituit & voluit quod plus de bonis petere non poſſit: & ventrem vxoris ſi prægnans eſſet, & ad lucem peruenerit, vniuerſalem hæredem inſtituit. moritur teſtator: & vxor non eſt prægnans. Ioãnes vult totam hæreditatem. Seius frater Ioannis & nepos dicti teſtatoris dicit teſtamentum non valere, & ab inteſtato cum Ioanne fratre ſuo ſuccedere debere, quæritur quid iuris, Pro Ioanne facit: quia inſtitutus fuit in re certa, &c. l. j. §. ſi ex fundo. & l. ſi ex

1 facto. ff. de hære. inſti. no. C. eo. l. quoties. † Contrarium eſt veri

b tas: quia teſtamentum non valet propter hæc verba ꝙ plus de bonis ſuis petere non poſſit. Nam quod dicitur, inſtitutus in re certa habetur loco hæredis vniuerſalis: eſt verum, niſi voluntas teſtatoris manifeſtè refragaretur. Tex. eſt expreſſus. ff. de hæred. inſti. l. quoties. §. ſi duo. ſed hic eſt huiuſmodi: ergo non eſt locus illius hæredis, ſed legatarij: & ſic teſtamentum nullum, cum non habet hæredem. de his quæ in teſta. delen. l. proxi. Inſti. de leg. §.

2 ante hæredis. † Præterea, teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi: & ſic prohibere ne portio vacans accreſcat inſtituto ex re certa, ſeu portione. tex. eſt ſecundum vnam opi. in d. §. j. & in gloſſ. Præterea tex. eſt expreſſus de iſta quæſtione rectè intelligendo, de iniu. teſta. l. pe. & de li. & poſth. l. poſthumus. ver. nam & cũ duobus. quod ſic declaro: Si duo ſunt inſtituti, ex quibus poſthumus eſt exhæredatus: & alij duo ſubſtituti, ex quibus poſthumus eſt præteritus: certum eſt quod teſtator dando ſubſtitutum prohibuit ius accreſcendi: quia ſubſtitutus præfertur coniuncto C. de fideiuſſo. au. hoc amplius. & not. de acqui. hære. qui proximi. ſi qua portio vnius ex inſtitutis defecit non poteſt venire ad alium coniunctum hæredem: quia teſtator deinde ſubſtitutionem prohibuit. Item ad ſubſtitutum non poteſt peruenire: quia gradus ille non valet: & ſic ne decedat pro parte inteſtatus, totum teſtamentum reducitur ad cauſam inteſtati. Hoc expreſſè tenet gloſſ. in d. ver. nam & cum duobus. & hoc eſt in relictis dictæ B. ita in propoſito teſtator prohibuit ne totum accederet inſtituto, ex re certa totum teſtamentum eſt irritum. non ob. ſed his cum dicitur l. pe. quia infra inſtituti fuerunt inuicem ſubſtituti: ideo ſubſtitutio valuit: aliàs noluit ius accreſcendi inter eos adimere, ſed augere: & ſic poſſet vendere alias venire iure inſtitutionis, iure accreſcendi. caſus eſt de impube. & alijs ſubſtit. l. teſtamento. ff. de acquir. hære. l. ſi quis hæres not. glo. Dy. eo. tit.

3 nec his. §. hæres. † Præterea, quando ex verbis teſtatoris colligitur prolixitas vel repugnantia, teſtamentum eſt nullum l. ſi Titius. de condi. inſtit. ſed hic eſt huiuſmodi: ergo &c. quia dicit, plus de bonis ſuis petere non poſſit. Aut enim petit illud tantum: & tunc eſt nullum: quia decederet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Aut totum peteret, & caderet. concluditur ergo quod inſtitutio eſt nulla. Nec ob. de hære. inſt. l. ſi ita quis hřs inſtitutus fuerit excepto fundo. quia verba, inſtituo te hæredem, excepto fundo, hoc importãt, i. in fundo te nõ inſtituo. non enim prohibet extãte lege, ſeu iure tacitè accedere. Sed ſi expreſſè diceret ꝙ fundũ petere nõ poſſet, vel prohiberet, & ſic voluntas teſtatoris contradiceret: & tũc non valeret. d. §. ſi duo. & dictis iuribus non ob. ſi dicatur, nemo poteſt facere qđ leges

4 non habeant locũ in ſuo teſtamẽto. l. nemo. de leg. j. † Quia quędam ſunt leges, quæ aliud de neceſſitate diſponunt, vt qđ teſtamentum habeat ſeptẽ teſtes: & tũc teſtator non poteſt cõtrariũ: imò teſtamentum eſt nullum: vt ibi: Quædam ſunt leges, quæ aliud diſponunt, ſupplẽdo defectum voluntatis defuncti, vt in caſu noſtro, ſi teſtator non fecit hæredem vniuerſalem lex præſumit qđ voluit eum quaſi in parte inſtituere totum hæredem: ideo totum ſibi dat. Sed ſi apparet manifeſtè teſtatorẽ voluiſſe contrarium: tunc ceſſat legis præſumptio in d. l. imò totum irritatur: quia non poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt dictum eſt. Simile lex introducit quòd in conditionibus, quæ conſiſtunt in non faciendo, cautio Mutiana habetur pro implemento conditionis. lege, Mutianæ. de condi. & demonſtratione. Sed ſi apparet teſtatorem aliud ſenſiſſe: tunc ceſſat cautio Mutiana, poſito quòd ex hoc irritetur diſpoſitio libertatis, quæ eſt ita fauorabilis. ff. de man. teſt. l. fi. Item ſimile: lex vult qđ expreſſio conditionis, quæ tacite ineſt, nõ ſuſpendit. hoc verum, niſi appareat teſtatorẽ aliud voluiſſe. l. conditionibus. §. j. de cõdi. & demon. Concluditur ergo dictum teſtamentum nõ valere iure teſtamẽti. & ſic ab inteſtato dicti Ioannes, & Seius æqualiter ſuccedere debent. Barto.

a ¶ Titi⁹. Add ꝙ iſtud cõſ. Bar. nõ eſt completũ, ideo vide cõſ. in ij. volu. incip. Iacbutius. nu. lxxxij. & ibi eſt etiam cõſ. collegij Piſarum. & ibi ſcripſi. Tho. Diplo.

b ¶ Contrariũ eſt veritas. Vide Bart. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæredi. inſti. & s. in conſil. xlviij. incip. Gall⁹ Fallopi. & ibi ſcripſi. & vide do. meũ in iure Canonico, do. Petr. de Embald. de Pe. i c. Raynutij⁹. in lxvij. col. de teſtamen. Thoma.

An in caſu auſ. bona damnatorum. C. de ſen. paſ. veniant collaterales. Itẽ an fiſco trãſmittantur ipſo iure bona damnatorũ, vel requiratur aditio: & an bona damnati trãſeãt ad matrem, & alios aſcẽdentes & deſcendẽtes ipſo iure: vel requiratur aditio. Item in quibus caſibus hæres nõ repræſentet in totum perſonam defuncti. c

c ¶ In nomine dñi. Vide de materia auſ. bona dãnorũ. C. de ſenten. paſ. Angel. de Are. i tracta. maleſi. I ver. & ei⁹ bona publicamus. i xiij. col. & ſeq. Tho. Diplo.

1 ¶ Verbum ex latere, poſitum in authẽ. bona damnatorũ an debeat ibi eſſe.
2 Bona damnatorum an ipſo iure acquirantur fiſco.
3 An idẽ iuris ſit in matre, & cæteris deſcẽdẽtibus, ꝗ eſt fiſco.
4 Quod eſt cauſa præmij legalis concurrens in perſonam defuncti, non tranſit ad hæredes.
5 Seruus non poteſt habere hæredes.
6 Caſus, in quo hæres, non repræſentat perſonam defuncti.
7 Hæres licet teneatur ultra uires bonorum hæreditatis, tenetur tamen ad omnia ad quæ tenebatur defunctus.

## CONSILIVM CLVII.

c IN nomine domini amẽ ſuper his quæ s. dicta ſunt, & conſulta ſuper puncto præfa

1 to. † in primo dubio videlicet an verbum ex latere, poſitum in auſ. bona damnatorum. C. de ſen. paſ. debeat ibi eſſe, vel non ſatis ſufficienter perſuaſum eſt, per conſultores prædictos ꝙ ibi eſſe non debeat. & hoc eſt veriſſimum vt patet ex tex. libri Nouellarum, cuius verba ſunt hęc: Nullius autẽ bona publicari debeant, niſi q neq; deſcẽdẽtes neq; aſcendentes habeant hypo. tñ eorum de noibus creditis, & dotibus. ſin autem dotes non habeat vxor ſtatutã quartã partẽ ex rebus damnati habeant aſcendentes autem vſq; ad tertiũ gradum vocanẽ: iſta ſunt verba tex. in Nouellis ad literam, ex quibus ſatis liquet venientes ex latere non eſſe admittendos: & pro hoc in caſu propoſito tanꝗ

2 non exiſtentes matri non obſiſtunt: vt s. dictum eſt. † Super ſecũdo dubio: quia mater nõ agnouit dicta bona, an ad hæredes trãſmittat, plus dubitationis eſt, & hoc examinãdum eſt ſuper duo dubia. Primò, an fiſco damnatorum bona acquirantur ipſo iure, an opus ſit agnitione. Secundò an idem iuris quod eſt in fiſco ſit in matre, & alijs deſcendentibus, & aſcendentibus damnatorum, qui hodie vocantur per dictam auth. Ad primum oportet videre quod fiſcus augeat agnitiõe: vt C. de bo. damna. l. fin. vbi dicitur quòd non poſſunt agnoſci, niſi principe iubente. Ad idem ff. de fideicom. liber lege iiij. §. eadem conſtitutio. & verſi. ſeq. qui inci. certũ. & ea. l. §. ſuper. bona. & ꝙ hoc ff. de don. l. quoties. in fi. ſecũdum primã opi. poſitã in gloſ. quæ eſt ꝙ fiſcus non repræſentat perſonã agnati, antequã cognoſcat bona priora, ſicut ibi patet. In contrarium eſt dicendũ ꝙ non ſit neceſſaria agnitio. & iſta eſt veritas. Nam gl. in. l. j. §. an bona. ff. de iure fiſci hoc diſputat, & finaliter determinat ꝙ quando bona deferuntur fiſco iure hæreditario, vt ꝗ eſt hęres inſtitutus: tunc eſt neceſſaria aditio: ſed ſi ex alijs cauſis bona ſunt ſoluendo, & fiſco aliqđ quæri poteſt: ad fiſcum pertinent ipſo iure, vt dicitur in text. in d. §. an bona. & probatur eod. tit. l. non poſſunt. & C. de bo. vacã. l. vl. Nã in eo ꝙ tex. dicit ꝙ bona iuſſu Principis occupẽtur. glo. intelligit, ſcilicet, de facto. Nã de iure nõ eſt opus: cũ ipſo iure ad fiſcum pertineant. Et per hoc eſt rñſum ad illã l. & eodẽ modo ad d. l. iiij. de fideicõmiſſ. lib. & eodem modo ad glo. quæ eſt in l. quoties. de noua. Vel eſt dicendum ꝙ dicta glo. non bene loquitur, & melius loquitur eo. titu. de noua. l. nouatio. vbi dicit quod aliud eſt, quem habere ſucceſſorem ex delicto, aliud ex lege ex teſtamento, quaſi dicat, ille, qui ſuccedit ex delicto, quòd repręſentat eius perſonam, cuius bona habet: vt d. l. quoties. in fin. qđ eſt verum, vt j. dicam, & ſic concluditur ad fiſcum bona ipſo iure

3 pertinere † Ad ſecundum, an idem iuris ſit in matre & alijs

a ℭPrædictæ. Adde ꝙ hoc conſiliũ non eſt domini Bart. ſed Fran. Tigri. de Piſis. imò Bar. cõſuluit. ſ. in conſi. cxxix. quidam habuit vxorẽ. & do. Fr. de Piſis cõſuluit de directo contrarium: & iſtud eſt illud conſil. quod eſt inſertum hic tamen pro conſil. Bart. alle. do. Phil. Dec. in l. nõ hoc. in fi. C. vnde legi. & ibi videas. ad quẽ me remitto. Th. diploua.

deſcendentibus, qui vocantur per d. aut. du
biũ facit: quia videtur ꝙ prædicta ſint ex
priuilegio fiſci. ergo non debeant trãſire ad
illos: & ſicut ibi dicitur ꝙ in matre, & in a
lijs ſit neceſſaria agnitio. quod ſi non fecit,
ad hæredẽ nõ videtur tranſmittere in huius
iuris varietate. Nam de hoc videtur tex. de
iure fiſci. l. traditio. §. ad heredes. & §. ſequẽ.
vbi de bonis fiſco delatis in primum certã
partem dat lex deferenti ſe. Et cũ dicitur ꝙ
tranſmittat ad hæredem dictum præmium
antequam habeatur & antequã fiſco bona
adijciantur: ita in propoſito, cũ propter ſan
guinis charitatem det parentibus, dicta bo
na tranſibunt ad hæredes anteꝗ̃ apprehen
dantur. Et ſi dicatur ꝙ in d. §. ad hæredes. & §. ſeq. iam cõſtabat
de agnitione defuncti, qui ſe detulerat, vel deferendi animũ ha
bebat. Rñ. ꝙ non ſequitur, ſi defert vel deferendi animũ habet:
ergo vult præmiũ. Sicut non ſequitur ꝙ qui implet conditionẽ,
videatur velle hæreditatem: vt. ff. de inof. teſt. l. quemadmodum.
4 †Ex quo concluditur ꝙ eo ipſo ꝙ illud, qđ eſt cauſa prẽmij lega
lis, concurrit in perſonam defuncti, non tranſit ad hæredes: licet
præmiũ non ſit agnitum. ſed in oppoſito cauſa prẽmij legalis eſt
ipſa coniunctio ſanguinis charitas, vel ſi qua ſit alia cauſa iuſta
locum habent iura prima d. gloſ. matris præmium tranſmiſit ad
hæredes ſine agnitione. Caſus eſt in d. §. ad hẽredes. & §. ſeq. hoc
etiam probatur, ſicut iſta bona quæ debebant venire in fi. cum
propter damnationem, non poſſunt concedi alteri ad eius poſtu
lationem, ſed ſolũ proprio motu principis. Iſta autem confeſsio,
quæ fit per aut. vt nulli iu. eſt quẽdã largitas principis facta pro
prio motu, & conſtat ad nullius poſtulationem: ergo debet trãſ
ire ad hæredes vſque ad alias agnationes. nam largitates priuato
rum tranſeunt ad hæredes ſine agnitione alia. l. illa. C. de do. &
ſic multò magis largitas imperialis, quæ debet habere pleniſsi
mum robur, & multa priuilegia ſortitur: vt C. de bo. quæ lib. l. cũ
5 multa. †Præterea, hoc eſt verum, niſi leges deficerent. Probatur
ratione: Nam vt. ſ. dictum eſt, bona mea non tranſeunt ad hære
des: quia ſeruus hæredes habere non poteſt. quod ſic demonſtra
tur. Nil aliud eſt hæreditas quam ſucceſsio in vniuerſum ius ꝙ
defunctus habuit. l. nihil. ff. de ver. ſig. ſed qui decedit ſeruus, ni
hil habet tempore mortis: meritò non habet hæredem. Fallit in
capto ab hoſtibus propter fiſcum, aliàs fictionem legis Corne
6 liæ. †Ex quo ſequitur vnum, quod licet hæres repræſentet per
ſonam defuncti: tamen in caſu propoſito non poteſt perſonam
repræſentare defuncti quo ad ius ciuile, & poſſeſsionem, q̃ nul
la erat tempore mortis: & hic eſt caſus in d. l. quoties. ff. de noua.
7 in fi. †Ex quo ſequitur aliud, ꝙ licet hæres teneatur vltra vires
bonorum hæreditatis: quia repræſentat perſonam defuncti, tene
tur ad omnia, ad quæ tenebatur defunctus: cũ fiſcus, vel alius,
ad quem talia bona deueniunt, non tenetur vltra ꝗ̃ dicta bona
ſint. Cùm enim non repræſentet perſonam, non tenetur ad one
ra perſonalia, ſed ſolũ tenetur quatenus bona patiuntur: & ideo
dicitur in d. l. non poſſunt. de iure fiſci ꝙ ſi bona non ſunt ſoluen
do non poſſunt ad fiſcum pertinere. & idem in matre eadem ra
tione: quia in ius fiſci ſuccedit ex principis largitione, vt dictum
eſt. Ex hoc ſequitur tertium, videlicet ex cauſa inquiſitionis di
ctorum bonorum non poſſunt habere vt commodè acquiratur,
& tranſmittatur: ſicut legatum eſt agnatione aliqua, non autem
requiratur conditio ſicut in hæreditate: vt l. ſi hæreditatẽ. ff. man
da. Ex quibus concluditur, dicta bona tranſire ad hæredem ma
tris ꝗ̃tuncunq; non adita. Et ita dicimus & conſulimus nos Frã
ci. Tigri. & Bar. de Saxoferrato legum doctores, & in fidem cõ
ſuetum ſigillum apponi fecimus.

g ſVper hæreditate^g dominæ Nicolæ de Aſsiſio dubitat an filij diuerſorum fratrum, nõ extantibus aliquibus patruis, ſuccedant in ſtirpes, an in capita, vel econuerſo. fuit q. olim inter Azo, ex vna parte, & Accur. ex alia. dicebat Azo eos vocari in capita. Ita no. in Summa de legi. hær. gl. recitat eo. in auč. ceſſante. in quo videt reſidere gl. inſti. de leg. agn. ſucc. §. hoc etiã. quod videtur probari per illũ tex. per l. lege. in fi. C. de legi. hære. ff. ſi pars hære. pe. l. fi. in fi. & de ſuis & legi. l. poſt conſanguineos. §. hæreditas. Accur. cõſuluit de facto contrarium, vt ego conſilia ſua vidi, & bona glo. ſentit in d. auč. ceſſante. vt d. l. j. in fi. ſi pars hære. pe. in gloſ. ſuper verbo, hæreditatis. & in glo. ſuper verbo, vendicatus. dicens iura antiqua Digeſtorum corrigi in hoc per authen. Sed Mod. quidam doctores tenent opi. Azo. vt Goffre. eius diſcipulus in titu. de bono. poſſ. vnde cognati. §. fi. quare Specul. in titu. de ſucceſ. ab inteſt. recitat, & nil firmat Iaco. de Areti. & Dy. in authenti. ceſſante. Iaco. But, ibidem tenent opinion. Azo. quod ſuccedant in capita, & ſolum



ſolum ſuccedant in ſtirpẽ, qñ cũ patruis per auč. prædictã. Item quia tũc ſuccedũt cõtra ius cõe cum patruis, qui ſunt ꝓximiores in gradu ad defunctũ debẽt præferri: vnde hoc priuilegium nepotũ, vt in loco patruũ ſuccedãt. ſed qñ inter ſe ſuccedunt remanẽt iura antiqua correcta. Et hoc videt innuere tex. de hære.
1 quæ ab inteſt. §. reliquũ. circa fi. ibi: tale priuilegiũ, &c. † Ego aũt inter tantorũ varietates ab opi. Accur. nõ diſcrepo, imò eã vt veriſsimam teneo. primò per text. quẽ ipſe alleg. in d. auč. de hære. quæ ab inteſt. §. ſi verò fratres. ſecũdò per caſum eo. tit. §. illud. & ibi Ioan: de Bel. qui §. præcedit. §. ſi verò. vbi expreſsè dicitur in tex. ꝙ quando nulli ſuperſunt maſculi vel fœminæ, filij fratrum ſuccedunt in loco parentũ ſuorũ, qui erant in ſecũdo gradu: & excludũt alios, qui ſunt in tertio gradu licet ipſi ſint. hoc eſt quod dicitur in d. auč. ceſſante. ver. his aũt. aliàs eſt in auč. hi aũt poſt fratres ex vtroꝗ, &c. Apparet etiam ex prædictis ꝙ qñ ſuccedunt cũ his, qui ſunt pares in gradu, ſuccedunt in locũ patris eorũ: & ſic in ſtirpes. Præterea ꝙ inter ſe habent iſtud priuilegiũ probatur: qa ſi aliud diceres, ſequeretur ꝙ licet quo ad patruos ſuccederẽt in ſtirpes: tñ inter ſe fieret diuiſio in capita, vt in hoc exẽplo, defunctus eſt Titius relicto fratre, ex fratre vno nepote, & ex alio fratre duobus nepotibus, ille frater habet tertiã, nepotibus remanẽt aliæ duæ partes, ꝗ deberent inter ſe diuidi in capita, ſecundũ dictã opi. & ſic quilibet tertiã: qa nõ vtitur priuilegio inter ſe. Et hæc cõſequẽtia probat per tex. in fi. ff. de vulg. & pup. §. cũ plures. Hoc aũt eſt falſum: vt in §. reliquũ. quia quilibet vocat in eam partẽ, quã pater eius accepturus erat Ergo manifeſtè concluditur ꝙ nepotes vtuntur iſto priuilegio inter ſe. Eſt enim priuilegiũ ei, qui eſt vnus, ꝙ habeat tantum, quantum duo ex alio fratre. & hoc eſt veriſsimum.

An inſtrumenta confecta per notarium infamem valent vel ne. Et concluditur quòd ſic, ſi non eſt priuatus officio notariatus: maximè ſi non eſt condemnatus ratione ſui officij, & an infamia repellat à dignitate ipſo iure.

1 *Condemnatus ex inquiſitione an ſit infamis.*
2 *An notarius condemnatus ex forma ſtatuti excuſetur ab infamia.*
3 *Sententia lata abſente reo an excuſet ab infamia.*
4 *Inſtrumenta à tali notario confecta, quia publicè exercuit tabellionis officium, utrum ualeant.*
5 *Officium notariatus an ſit ſibi interdictum, dato ꝙ ſit infamis.*
6 *Geſta coram tali notario nunquid ualeant.*
7 *Infamis utrum poſsit eſſe teſtis.*
8 *Teſtis & notarius utrum ante uel poſt iuramentum efficiantur infames.*
9 *Notariatus non eſt dignitas, ſed officium & munus.*
10 *Infamia an & quando repellat à dignitate ipſo iure.*

## CONSILIVM CLXXIIII.

a ſEr Ioannes^a de Caſtro durati de Tuderto fuit inquiſitus de falſo ꝙ extraxerat duas chartas de lib. cõmunis Callij: & de hoc fuit condẽnatus in certa quãtitate: & ſententia fuit lata in concilio, eo abſente ſecundũ formã ſtatuti: deinde reuerſus ad caſtrum eius per multos annos officiũ notariatus exercuit. quæritur an eius inſtrumẽtis perhibeat fides vel nõ. In iſta q. multa examinãda occurrẽt.
1 Primò † an cõdemnatus ex inquiſitione ſit infamis. & glo. tenet ꝙ non: vt ff. de ſuſpe. tu. l. iij. & ibi Cy. idem no. glo. C. de ſuſpec.
b tu. l. ſi. & Cy. ibidẽ tenet^b: & dicit expreſsè ꝙ põt conficere inſtrumẽta. Idẽ videtur notare glo. C. de mo. mul. l. j. & Spec. in tit.
2 de ſen. §. j. ver. quid de iſtis. † Secundò veniret examinandum an ideo ꝙ dictus notarius fuit cõdẽnatus ex forma ſtatu. excuſetur ab infamia. & Dy. & alij cõmuniter tenent ꝙ ſic, ſ. ꝙ excuſetur, nec ſit infamis: qa condẽnatus condemnatione ex lege: ergo
3 &c. vt l. ceſſat. de act. & ob. Iſtud reperitur Dy. conſului. † Tertio veniret examinandũ: qa d. ſententia fuit lata in concilio abſen-
c te reo: an ideo excuſet ab infamia?^c videt ꝙ non infamet de iure. Et ita tenet Spec. in tit. de ſen. §. j. ver. quid de iſtis. Ad qđ fa-
4 cit l. fi. C. de requi. re. † Quartò veniret examinandũ an ideo valeant dicta inſtrumẽta: qa officiũ notariatus publicè exercuit ꝑ tempora, poſito ꝙ nõ poſſet. Et glo. tenet ꝙ ſic, in auč. de tab. §. pe. in glo. mag. quæ inci. hoc eſt ar. &c. in fi. glo. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi tabellio perdit officium. Tamen omnia dubia prædicta ſatis communia ſunt: ideo ea tetigiſſe ſufficiat, & nihil in prædictis, vel in aliquo prædictorum aliquid firmo: quia ſi tenore dictæ inquiſitionis diligenter inſpicimus, dictus notarius fuit cõdemnatus de falſo nõ commiſſo in officio notariatus: nec in eo ꝗtanquã notario eſſet ſibi cõmiſſum: nec aliquid vt notarius falſi
d ficauit, ſed vt alius ſimplex reus.^d † Ideo
5 poſito ꝙ eſſet infamis, an per hoc officium notariatus ſit ſibi interdictũ. Ex hoc dico ꝙ officiũ notariatus nõ eſt ſibi interdicendum, imò põt facere inſtrumẽta. qđ probo primò per gl. ſi aliquid. de ſuſc. & arca. lib. xj. vbi expreſsè dicit ꝙ nõ põt exercere officiũ illud, in quo deliqt: aliud aũt officium exercere ꝓhibitũ non reperit. Secũdò probatur p l. ſi quis ex argẽtarijs. §. j. ff. de edẽ. vbi ille, ꝗ eſt aliàs humilis, & deploratus, edit rationes, & fidẽ faciũt. & gl. ꝗ eſt ibi, ꝙ dicit notario non credi, loquit qñ deliquit in officio, ſed hic nõ deliquit in officio: ergo &c. Tertiò ꝓbatur: Certũ eſt ꝙ hęretici ſunt ipſo iure infames: vt de hære. auč. Gazaros. & no. de ſum. tri. l. j. in fi. ſed conſtat ꝙ officiũ tabellionatus interdicit hęretico: deinde cũ per annũ ſteterit in excitatione: & extũc, &c. vt C. de hęre. auč. credẽtes. Ex quibus colligit ꝙ infamis põt conficere inſtrumẽta, vt in hæretico ante annũ. Itẽ ſpeciale eſt ꝙ in hæretico poſt annũ: ergo &c. & illud ideo qa licet infamis, non tñ in of-
6 ficio deliquit. † Quartò ꝑ ſimilitudinẽ iudicis ordinarij. Nã licet infamis ſit: tñ geſta corã eo valẽt: nec cõtra ea põt opponi talis exceptio, niſi fortè in officio deliquerit, & propter hoc ſit priuatus: vt C. de ſena. l. ij. de iudic. l. cum prætor. ad legem. Iul. repe. l. eadẽ. §. hac. l. & hoc expreſſe no. ꝑ Inn. in c. ſuper Abbatia. in gl. mag. in ver. in ordinarijs. extra de of. dele. ita in ꝓpoſito, licet ſit infamis, nõ tñ ex delicto cõmiſſo in officio: & cũ ab officio nõ ſit remotus, & ſic valent geſta per eũ. Et plus tenet Spec. ꝙ etiã ſi falſum fecerit inſtrumẽtum, nõ vitiatur aliquod inſtr̃m ꝑ eũ factũ, niſi ꝑ ſñiam ab officio ſit remotus. de iſtr. edit. ℣. qđ ſi tabel-
7 lio. † Reſtat vt rñdeamus qbuſdã obiectioni bus, ex qbus iſta deciſio ^eapparebit clarior. primò: infamis nõ põt eſſe teſtis: ergo nec inſtrã cõficere: ar. l. Domitius. ff. de teſ. Rñ. hoc ar. nõ ꝓcedit. Nã qdã repellunt à teſtimonio, ꝗ nõ repellunt à cõfectiõe inſtri, vt in pr̃e & filio emãcipato, ꝗ nõ pñt teſtificari inuicẽ: vt. C. de teſ. l. parentes. tñ ꝑ eo filio pr̃, et econuerſo põt cõficere inſtrã pub. vt in l. impuberẽ. ff. de fal. no. ꝑ Dy. de au. tu. l. qđ diximus. in fi. Ratio, qa inſtr̃m nõ nitit ſola authoritate notarij. licet ibi ſint teſtes. ſed teſtimonium nitiẽ ſola authoritate teſtis. facit qđ no. in d. l. parentes. † Præterea, hic no-
8 tarius iurauit primò officiũ ꝙ eſſet iſamis, poſtea fuit rogatus: ſed in teſte ſi prius iura-
f uit, ^fpoſtea an depoſitionẽ efficit infamis, et deponeret, fortè dictũ eius valeret: qa tempus iuramẽti debet iſpici: vt l. ſi qñ. de teſ. §. j. ver. qd ſi teſtis. ergo in ꝓpoſito debet valere inſtr̃m. Itẽ põt obijci qa infamia repellit à dignitate: vt. C. de digni. l. j. & l. quoties. & ibi not. qđ ipſo iure. ergo & hic ab officio.
9 † Rñ: qđ officium notarij non eſt digni-
g tas^g, ſed munus quoddam. Ita no. C. ꝗ mil. non poſ. l. fi. in j. glo. lib. xij. facit de decur. l. vniuerſos. & ibi no. lib. x. Fateor tamen qđ ſunt quidam notarij ꝗ habẽt dignitatem, vt

a ¶Ioannes. Iſtud cõſi. ſecundum ord. Peru ſi. eſt in nu. xxxiij. et inci. ſer Ioã. de caſtro dirupti. & eſt in nu. iudiciorũ quod cõſi. alleg. à doct. & maximè à Iaſo. in l. ſi qs ex argentarijs. §. j. in fi. ff. de eden. Tho.

b ¶Ibidẽ tenet. Vide Io. Cal. in conſi. j. ici. iudex ex officio. ſ. tit. de accu. & addẽ Bar. ſ. l. infamem. in prin. ff. de pub. iud. Tho.

c ¶Excuſetur ab infamia. Adde eundem Bar. in l. j. & in d. l. in famẽ. ff. de pub. iudi. & vide ibi in addi. ꝑ Alex. de Imo. cui ad de Pau. de Caſtr. in cõ. cxcviij. ſuper hoc puncto. & vide quæ dixi in cõſi. cxj. inci. quærit. vbi Bar. ponit. & videas Pau. de Caſt. in cõ. cciij. ponitur in facto & in cõ. ccvij. ſuper primo. et in cõſi. ccxxiij. ſuper eo. in pe. col. & adde bar. in l. iij. §. hac lege ff. ad le. Iul. repe. vbi Bar. dicit omnia, quę ponit in hoc cõſil. & vide plenè per Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. in vlt. co. ff. de eden. cũ concor. de q bus per eum. cui adde Pau. de Caſt. in d. cõſilijs, & Io. de Plata in d. l. ſi aliquid. ſ prin. & adde ꝙ notario damnato de falſo poteſt reſeruari iſtrumentorum cõfectio. de quo per Bart. in l. ſi quis in prin. teſtamenti. §. miles. ff. de leg. iij. & in l. diu⁹. ff. de iniur. et in l. ex militari. ff. de mili. teſt. & in l. militibus. vbi Moder. C. de teſt. mili. Tho. Diplo.

d ¶Alius ſimplex re⁹. Vide Iaſ. in l. Barbarius. in xvj. col. ff. de offic. præto. Tho. Diplo.

e ¶Iſta deci. Vid bar. in conſilio. lxxvij. & ibi ſcripſi in addi. & Ioã. de Platea in l. j. C. de infa. lib. x. Thomas.

f ¶Iurauit. Teſtis ſi primò iurauit, & poſtea efficitur infamis ante depoſitionem, valet ei⁹ dictũ. qđ no. & vide Ioan. And. in regula, ſtatũ legitime. de reg. iur. in vj. in mercu. & vi de doct. in c. teſtimonium. & ibi Feli. in iiij. col. de teſti. & in c. licet cauſam. ſ. xvj. limitatione. de proba. Tho.

g ¶Notariatus nõ eſt dignitas niſi in nota. principis. Adde in quantũ Bar. dicit qđ notarius non ſit dignitas, ſed munus quoddam, per gloſſ. in d. l. fi. quam ꝑ fin. reputat Ang. de Are. in §. fi. Inſti. de. exce.

adde gl.in l.præſes.C.ſi ſer.aut libertus.lib.xij.& adde etiã Bar.in d.l. vniuerſos.& Ol.Lau.in cõ.lxxv.qui poſsit creare.circa me.& Gaſp.de Cal. in cõſi. ij.inci.ſpurius notarius.in ti.de fide inſtr.& ideo infert qđ ſpurius põt eſſe notarius.de quo tñ p And.Sic.in rep.rub.extra de fide inſtru.in xiij.col. & Car. alex.in c.per venerabilẽ.in prin.qui filij ſint leg.in antepe.col.ꝟſicu.ſed primò quæro an ſpurius,& adde ꝙ ĩ regno Apuliæ villani, & alij, q vilis ſunt cõditionis non põt effici notarij & tabelliones:vt ĩ l.fi.in fi. de no. mili.in cõſti.regni.Et addẽ ꝙ licet notariat⁹ non ſit dignitas tñ eſt ars:vt p Ang.de Peru.ĩ cõ. xxxiij. ſuprà dicta prima in ij.col. Item notariatus eſt officiũ ſcđm And.Sic. ĩ ſuo trac.de p̃ſtã. Card.in j.q.j. partis princi. in viij.col.poſt Ang.in cõſ.xxxij.& iõ ĩfert qđ ſi de officio ẽ ſoluẽda gabella, eſt etiã ſoluẽda de notariatu. Et adde qđ offm̃ notariat⁹ eſt publicũ authoritate & vtilitate & iõ qcqd lucraẽ notari⁹,dr̃ eſſe quaſi caſtrẽſe, ſcđm Bal.in l. fori.C.đ aduo.diuer. iud.Vide tñ pulchra bona de officio notarij, ꝙ ſit quaſi diuinitus ꝓmulgatũ p Rodori Hiſp. ſuo Speculo humanæ vitæ.li.j. c.xiiij.et plura ſcripſi in lib.meo de p̃ſtantia doc.in vij. li.in ij. priuil.doc. in ver.circa ſcđm dubium,an notariatus ſit dignitas.& inquãtũ Bart. vult ꝙ notari⁹ principis habet dignitatẽ. p tex.ĩ d.l.j.C.de mãda.prĩ. de quo p Iaſ. in rub.C.de ꝓcu.ĩ fi. adde Bar.in l.eadẽ.§. hac lege. ff. ad l. Iul. repet.Bal.in c.qm̃ cõtra falſam.in vj.co.đ ꝓb.& Do.de ſancto Ge.in phe.ſexti.in §. fi.& Lud.Ro. ĩ ſing. ſuis.& vide pulchrũ tex.in l.p̃clarũ.C.de primicerio.li. xij. & ibi Bar.in j.no notat qđ notarij principis habẽt nobilẽ militiã. & de intellectu d.l.j. C.de mã.princi.vide gl.mag.ĩ c.nobiliſsimus.lxxxviij.diſ.& Ang.de are.in d.§.fi. & plenè p And.Sic.ĩ ſuo trac.de p̃ſtã. car. in j.q.ij.partis prĩ. & inquãtũ dixit Iaſ.ĩ d. ru.de medico principis qđ habeat dignitatẽ, vide And.Sic.in d.trac.de p̃ſtã. car.in j.q.j.qõ.prin.in xxij. col.vbi dicit ꝙ eſſe coquũ principis eſt dignitas.alle.Bal.in c.j.de feu.guar.& ibi pro dicto peregrino & ſingulari exclamat.Tho.Diplo.

notarij ſacri palatij:vt C.de mand.princ.l.j. ſi non dignitas:ergo infamia nõ repellit:vt Inſti.de exce.§.fi. & ſic partes ſuas ſponte poſſunt eũ aſſumere in notariũ, ſicut ĩ arbi-
10 bitrium.ff.de arb.l.Pedius.in prin. †Pręterea,non eſt verum qđ infamia repellat à dignitate ipſo iure,niſi in quibuſdam caſibus,& grauibus delictis:vt no.per Inn. extra,de exceſ.præla.c.inter dilectos.& de his debet intelligi gl.in d.l.quoties.Bar.

Si ſtatuto cauetur ꝙ adulter puniaẽ certa pœna:nũc licitum eſt adultero facere pacem cum marito adulteræ,& minuere pœnam ſtatuti, nec debet facere pacem cum vxore adulterata:qa non dicitur iniuriata.

1 *Pax an poßit fieri ſuper adulterio: & an adulteri gaudeant beneficio ſtatuti.*
2 *Super adulterio an ſufficiat habere pacem cum marito tantùm.*
3 *Probationes contra adulterum an præiudicent mulieri.*

## CONSILIVM CLXXV.

a Omine Poteſtas[a] terræ Rochæ cõtratæ quæſiuiſtis an liceat pacẽ facere ſuper crimine adulterij,vt habeat locũ remiſsio certæ partis condẽnatæ ex forma ſtatuti, & ſ. an ſufficiat pacẽ fieri cũ vno tm̃ coniugũ,an re-
1 quiraẽ ꝙ fiat pax cũ vtroq;. †Sup primo dico ꝙ ſup adulterio põt fieri pax, & adulteri gaudẽt beneficio ſtatuti.Non ob. C.de trãſac.l.trãſigere.Nã ſciendũ eſt ꝙ qñ trãſ-
b actio[b] fit de re dubia,& lite incerta,fit ad impediendũ ꝓceſſum,ne amplius ſup tali crimine ꝓcedaẽ.& hoc nõ licet ſuper crimine adulterij:vt d.l.tranſigere.idem in ſimplici pacto,vt ibi.Quædã eſt pax & concordia, per quã rãcor,qui eſt in animo iniuriati,reijciẽ,nec per hoc ꝓceſſus impediẽ,licet pœna minoreẽ ex forma ſtatuti : iſta pax in omni maleficio eſt licita. Inſti.de iniur. §. fi. de pac.l.fi.& l.ſi tibi.§.quædã.Et ꝙ de adulterio poſsit fieri pax,eſt tex. exp̃ſſus. C. de adul.auẽ.ſed hodie. ad literã, & in corpore vñ ſumiẽ. Vnde licet marito iniuriato per adulterũ vxoris,recõciliare ſibi eã.qđ nihil
2 aliud eſt q̃ pacẽ facre. †Super ſcđo dico
c ꝙ ſufficit pacẽ habere cum marito[c] tãtum. Ipſe eſt enim ille q principaliter iniuriatur, & qui oĩbus præferẽ in iniuria vindicanda: vt ff.de adul.l.ij §.fin. vbi eſt caſus.& C.de adul.l.quãuis adult.Cũ muliere enim non põt fieri pax,cũ nõ poſsit dici iniuriata : qa in volentẽ factum eſt. Præterea, ipſa de hac iniuria nõ p̃t cõqueri accuſando adulterium:quia ſocia criminis:vt C.de lib.cau. l.ſi filium ix.q.iij.c.veni.ergo ab ea non requiritur remiſsio,apud quam nõ eſt huius iniuriæ proſecutio:arg.de iu.deli.l. ait præ-
3 tor. †Præterea probationes factę contra adulterũ,non præiudicant mulieri: vt l.denunciaſſe.§.fi.de adul.mulier verò non cõquæritur ſe adulteratam vel iniuriatam: & ſic ab ea non eſt rẹquirẽda pax: quia ſcđm hoc ſequitur ꝙ confiteretur ſe adulteratam vt l.qm̃.de his qui no.infa. In contrariũ facit l.j.C.de rap.virg.& in auẽ.de rap.mul.et quod no.per Dy.in c.ſcienti. de reg. iur.in primo contrario.li.vj.ſed illud verũ in muliere rapta.ſecus in ſimplici adulterio. Bar.

Si iudex citat ad audiendum ſentẽtiam ante horam nonam , & reperitur eadẽ die, an præſumatur ſententia lata eadem hora vt valeat.& qd de alijs terminis ſtatutis ad aliquid faciendum.

1 *Verba iudicis ſtatuentis terminum parti ut ueniat ad audiendum ſententiam ante nonam, quõ intelligantur.*
2 *Citatio facta , utputa tali die, qua hora dici intelligatur facta.*
3 *In dubijs præſumitur pro iudice.*

## CONSILIVM CLXXVI.

d Luries[d] cõtingit & variè iudicatum eſt, ſi iudex ſtatuerit terminũ parti ad audiendũ ſñiam ante nonã in tali die : poſtea reperiẽ ſñia lata tali die:an ſñia valeat.Placeat ergo ſcribere qd ſentit veſtra dñatio.Frã.Citeronus de Eugubio aduocatus,&c. Reuerende dñe,queſtio eſt ſatis dubia:ad eius declarationẽ tñ ſcribo qđ ſentio.Quãdoq; alicui ſtatuiẽ terminus ad aliqd, qđ p ipſum terminũ debeat explicari,cui terminus ſtatuiẽ vt ſtatuo tibi terminũ ad ſoluẽdũ ante calẽ. tũc niſi p̃terita die calẽ.non põt aliqd peti: vt l.q ante calẽ.& l.eũ qui ita.§.ante calẽ.ff. de ꝟ.ob.licet ibi gl.ſe inuoluat in intellectu iſtorũ ꝟborũ.Qñq; ſtatuiẽ terminus ad aliquid,qđ eſt faciẽdũ per aliũ in præiudiciũ eius,cui terminus ſtatuiẽ:vt ſtatuo tibi terminũ ꝙ venias auditurus ſñiam,&c.iſto ca-
e ſu terminus debet habere diẽ & horã[e] limitatã:aliàs terminus eſſet nullus:vt l.aut qui aliter.§.j. ff. qđ vi aut clã. & in prima hora

iniuriaẽ,adde tex.in c.j.in prin.q.mo.feu.ami.& ibi Bal.in v.col. ex quo adulterans vxorẽ dñi,vel exercẽs ſe turpiter,priuaẽ feudo:& adulterãs iniuriaẽ feudo.& adde ꝙ nihil eſt deterius q̃ de hoĩe fieri ſeruũ vel adulterũ. l. codicillis. §.pe.ff.de leg.ij.vbi quo ad ipſum virũ deterius eſt ipſum fieri bechũ q̃ occidere ꝓpriũ filiũ.de quo vide Car.Alex.in c.ij.ĩ ij.col.de ſpon.& Bal. in l. fi.in x.col.ff.de fer.vbi videas. & de hoc cõſil. vide etiã Firma.ĩ ſuo reper.in ver.pax qb⁹ in ver.xij. licet nõ alleget prædicta.Tho. Diplo.

d ¶Pluries.Adde ĩquãtum Bar.hic vult qđ ſi iudex ſtatuat terminum ad audiendũ ſñiam die craſtina ante nonam,nõ põt ferre ſententiã dicto die quacunq; hora. Ale. de Imol.in d.l.ſi ante calendas.in vlti.q.ff. de ver. ob. refert hoc conſi. Barto. & dicit multa contra ipſum Bar.& ꝙ nõ eſt vera opi.eius,ex quo ſecũdum ipſum præſupponit Bart. ꝙ citatio debet cõtinere horã, per d.l.aut qui aliter §.j. qđ quidẽ eſt falſum:qa ſufficit dies, p c.cõſuluit.de of.dele.& in d.c.j.de iudi. vt ibi per eũ. Ad qđ eſt aduertẽ. qđ Bart. præſupponit qđ fuit citatus cũ hora limitata, ſ. ante nonã: & tũc debet expectare ante nonã finitã, per tex.in d.l.aut q aliter §. fi. ff.qđ vi aut clã. & ideo ſi ꝓnũciaſſet alia hora,ſñia eẽt nulla.& Barto.in d.§.fi. no. & ita ſequiẽ hoc dictũ Bar.Fel.in d.c. cõſuluit. cum cõcor. ibi traditis.in j.col. ¶Secundo.adde inquantũ Bar.vult qđ dictio ante nonã, intelligaẽ,ſ.finitã.vñ ſi qs ꝓmiſit ſoluere Titio ante mẽſ.Iañ.non poſſet cogi ad ſoluẽ. niſi añ fin.mẽ. & ita alle.iſtud cõſ.ad hoc Iaſ.in d.l.q añ calẽd. in ij.col.tñ doc. ibi tenent cõtrariũ, attẽto cõi vſu loquẽ. vt ibi per Iaſo.Sed aduerte ꝙ Bar. non loquiẽ in hmõi terminis, & in actu explicã.p partẽ ſed explicã.p iudicẽ: qa in actu explicã. p partẽ debet ſolui ante no.inchoatam,ſed in explicã.per iud. intelligiẽ ante nonã cõple.& ſic debet expectare nonã cõpletam nec ante illã horã valet ſñia lata,per tex. quẽ alle.in d. l.aut q aliter.§.fi.ff.quod vi aut clam.& ſic Bar.hic non facit ad q. ad quã alle.do.Iaſ. & adde ꝙ ſicut dictio ante mẽſ.intelligiẽ ante men.cõpletum & mẽſ. inchoatum:ita & dictio poſt.de quib⁹ vide plura per doc.in c.cũ tu.de teſt.& ibi Feli.in vj.co.& in l.inſulam.ff.ſo.ma.& vide in lxj.diſt.c.epm̃.& xxxiij. diſt.c. ſi quis poſt & in l.cũ anterioribus.C.de temp.app. quæ nota. pro concordia teſtium. de qua per Imo.in c.inter corporalia.in xij.col.per gloſſ.ibi, de tranſlatio.præla.Tho.

a ¶Poteſtas.Aliàs incip.quæſitũ eſt.aliàs quæro an liceat.aliàs poteſtati terræ Rochæ & eſt in vol.ſcđm ord. Peru.nu.xij. & duplicatum nu.xxx, Tu vide Bar.in l.licitatio.§.qđ licite.in fi.& ibi ſcripſi.ff.de pub.Tho.

b ¶Tranſactio.Nota qđ Bar.hic vult qđ licet in crimine adulterij non ſit licita tranſactio & pactũ,vt l.tranſigere.per rõnes alle.ibi per doc.& hoc ad finem impediendi ꝓceſſus criminales,tñ poteſt fieri pax vt remittaẽ rãcor animi,& inimicitia,ſcđm Bar.hic & idẽ ſequiẽ Bar.in l.tranſigere,ĩ ij.lec.in vlt.col.vbi infert hoc cõ.& ſequunẽ d.Alex.d.Ant.& Iaſ.in d.l.trãſigere.in ij.co. & ponit Nellus in iij.par.ſecũdi tp̃is.in q.xij.& ponit ẽt Io.Bap.Seue.& ſequitur in d. l.trãſigere.in xiij.co.An aũt ſi extaret ſtatutũ qđ de adul.nõ poſsit fieri pax, an poſsit fieri cum attentãte adulterium,vide Bal.in cõ.xxvij.punctus ſuper quo.& in conſi.xxx.inci.punctus.in ij.vol.Tho.Diplo.

c ¶Marito.In eo qđ dicit Bar.ꝙ pax debet fieri cũ viro : qa ipſe principaliter

e ¶Diem & horam,Iſtud conſi.alle.doc.& præcipuè Felynus in c. cõſuluit.in j.col.de offi.dele.vbi alle.tex.& ibi Bar.in l.aut q aliter.§.fi.ff.qđ vi aut clã & vide ibi concor.& maximè in iij. col.vbi dicit ꝙ vtile eſt in inſtr̃o apponere horã.Adde dicta And.Sic.in d.c.cõſuluit.in xv.col.& Iaſ.in l.j.§. editiones. in j.col.in fi.ff.de edẽ.& in l.j.in ij.col.ff.ſol.ma.vbi ponunt plures concord.et ibi ꝙ rõne horæ inſtr̃m eſt prius altero,&c.& vide Fel.in c.j.in vlt.col.de iu. vbi alle.hoc cõ.Bar.et eſt in nu.ſcđm ipſum lxxxj.& fir.alle.in ſuo rep.ĩ ver. terminus ad ſñiam.& vide etiam Fel.in c.ad petitio.in viij.col.in fi. extra, de poteſt



põt actus celebrari,nõ expectato ꝙ trãſeat:vt ibi patet,& in l.fi.
1 in fi.eo.ti.†Nũc ad ꝓpoſitũ ſtatuit idẽ iudex terminũ parti ꝙ veniret,cras añ nonã ad audiendũ ſñiam.dicta ꝟba debẽt intelligi ante nonã,ſ.finitam,ſic in ipſa hora nona.aliâs dilatio eſſe nulla.
2 Et hoc†eſt qđ dicit gl.in l.oẽs.de ver.ob.ꝙ ſñia debet dari in veſperis:qa citatio facta tali die debet intelligi vltima hora diei iudicialis,quę eſt hora veſperarũ:vt in §.ſedebũt.in auẽ.de iud.Facit extra de offi.iudi.dele.c.cõſuluit. Cũ igitur in ipſa dilatione dicta verba intelliganẽ de ipſa hora nona:& ſic verba intelligũtur ſecũdũ naturã eius,ſuper quo adijciũtur:vt l.ſi ſtipulatus.de vſu.& l.dãni infecti,quidã.de damno infec.Præterea ad hoc vrget ratio:quia magis ſolennitas extrinſeca præſumitur,quã verborũ prolatorũ natura cõprehẽdit , vel eſt apta comprehẽdere, vt no.per Dy.in l.ſciendũ.ff.de verb.ob.Sed iſta verba, ante nonã,poſſunt intelligi ante nonam ſcilicet inchoatã: & ſic ſententia eſſet nulla.Itẽ poſſunt intelligi,id eſt , ante nonã ſcilicet fini-
a tam,[a] & ante cõpletam,vt dixi,& not.in d.l. eũ qui.§.q autẽ.& expreſsius de verb.ob.l.ſtipulationes in diẽ.§.ſi quis.in gl.ſ. finita.&c.Cũ ergo natura verborũ ſit apta cõprehendere iſtam horam nonam:ergo &c.niſi probetur cõtrariũ:vt d.l.ſciendum.& quod ibi not.Præterea,ſecundũ vnũ intellectũ ſententia valet, ſecundũ alium non:ergo &c.vt l.quoties.de reb.dub. & de ver. obl.l.quoties.Præterea hic intellectus vitiaret: ergo vt idem ſer-
3 mo.de reg.iur.† Pro hoc quod dicitur ꝙ præſumitur pro iudice in dubijs,ſed hic eſt dubium:ergo &c. Barto.

Si teſtator hæredẽ inſtituit matrẽ in certa quantitate,& prohibuit ne amplius peteret:aliâs ꝙ caderet à legato, vel hæreditate ac poſthumæ eius reliquit pro dote etiam certam quantitatẽ, & ei pupillariter ſubſtituit:tũc ſi naſcatur poſthuma mortuo teſtatore,& poſtea moritur poſt mortem teſtatoris tota hæreditas defunctæ per eam tranſmittitur ad eius matrem : quia teſtator mortuus eſt ab inteſtato,ex quo in totum non reliquit hæredi.

1 *Subſtitutio de poſthuma filia an ualeat, cum ipſa ſola non reperiatur in teſtamento hæres uniuerſalis.*
2 *Ius accreſcendi, an poßit prohiberi à teſtatore.*
3 *Ius accreſcendi non poteſt peruenire ad ſubſtitutum.*
4 *Teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quãdo ex uerbis teſtatoris colligitur prolixitas ſeu contrarietas.*
5 *Verba, inſtituto te excepto fundo, quid importent.*
6 *Subſtitutio uulgaris tacita an requirat aditionem.*

## CONSILIVM CLXXVII.

b Athiolus[b] Gratioli fecit teſtamentũ, in quo reliquit dñæ Margaritæ matri eius xj. aliâs xij.ſolidos,& in his ſibi hæredẽ inſtituit, & iuſsit
c eam eſſe tacitam,& contentã:& ꝙ plus de bonis ſuis[c] petere nõ poſsit vel habere:& ſi plus peteret,cadat ab ipſo legato.Itẽ iudicauit,& reliquit filiæ naſcituræ ſi vnica naſcereẽ de vẽtre ipſius dñæ Angelæ eius vxoris,quæ dicitur eſſe prægnans ex eo, xij.ſimiles ſolidos,& in his eã dotauit.& j.ſequitur.Itẽ iuſsit,& voluit ꝙ ſi naſcereẽ vnica filia,& moreretur in pupillari ætate,vel quãdocũq; ſine filijs legitimis ſibi hæredes vniuerſales inſtituit Cecũ & Angeluciũ fratres ipſius teſtatoris pleno iure. & j. ſequiẽ. Quòd ſi filius maſculus naſcereẽ ex dicta dña Angela, inſtituit eũ hæredẽ vniuerſalẽ.Contingit ꝙ mortuus eſt teſtator, deinde poſt eius mortẽ ex dicta Angela eſt nata vna filia, quæ aliqbus diebus vixit,& mortua eſt ſuperſtite matre,& auia paterna : deinde mortua eſt auia,& nũc dicta domina Angela petit hęreditatẽ dictæ Margaritæ,dicens ſibi deberi ex pſona ſuę filiæ poſthumæ.Ex aduerſo cõtra dicti fratres ſubſtituti tam vigore ſubſtitutionis,q̃ vigore auiæ paternæ dictæ poſthumæ, q̃ erat ma-
1 ter dictorũ ſubſtitutorũ:quæriẽ quid iuris. †Ad hanc quęſtionem examinandã prius oportet videre de viribus ſubſtitutionis de ipſa filia poſthuma,an valeat,cũ ipſa ſola nata in teſtamento non reperiaẽ hæres vniuerſalis.& vr̃ ꝙ ſic:qa hęres inſtitutus ex re certa habeẽ loco vniuerſalis hæredis,ſi nõ reperiaẽ alius inſtitutus:vt l.j.§.ſi ex fundo.de hær.inſti.& l.ex facto.eo.ti.& C.eo. ti.l.quoties.In contrarium vr̃,& iſta eſt veritas , ꝙ inſtitutio illa non valuit propter illa verba,& plus de bonis ſuis petere nõ poſſit,& ſi plus peteret:ergo &c.Nam ad id ꝙ diciẽ, ꝙ inſtitutus in re certa habetur loco vniuerſalis hæredis,eſt verũ, niſi voluntas teſtatoris manifeſtiſsimè refrageẽ:vt l.quoties.§.ſi duo.ff.de hære.inſti.vbi eſt expreſſus tex.Cum ergo hic expreſsè dixerit ꝙ plus petere non poſsit, apparet ꝙ non eſt loco vniuerſalis,ſed loco legatarij:& ſic eſt teſtm̃ qđ non habet hęredem,& ſic nullũ:vt l. ꝓximè. ff. de his quæ in teſ.delen.& Inſtitu.de le.§.ante hæredis.
2 †Præterea,ꝙ teſtator poſsit ꝓhibere ius accreſcẽdi,& ſic prohibere ne portio vacãs accreſcat ſubſtituto in certa re ſiue portione,eſt tex.ſcđm vnam opi.ff.de vſufr.l.dñs §.j.& ibi no.ff.de iniuſ.rup.& irri.teſt.l.j.de lib.& poſthu.l.poſt ver.nam & cũ duobus. qđ ſic declaro.Si duo ſint inſtituti, ex quibus poſthumus eſt exhæredatus, & duo alij ſubſtituti,à qbus poſthumus præteritus eſt:certũ eſt ꝙ teſtator dando ſubſtitutũ ꝓhibuit ius accreſcẽdi:qa ſubſtitutus pręferẽ coniuncto:vt C.de fideic.auẽ.hoc amplius & no.de acq.hære.l.q patri.Si igitur portio vnius ex inſtitutis deficit,nõ põt venire ad alium hæredẽ coniunctũ:quia teſtator dan-
3 do ſubſtitutum ꝓhibuit. †Item ad ſubſtitutum nõ poteſt peruenire:quia gradus ille nõ valuit:& ſic decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Et hoc expreſsè gl. intelligit in d.ver.nam & cũ duobus.& iſte eſt intellectus l.j.ĩ prin.de iniuſ.te. Ita ergo in propoſito,cũ teſtator ꝓhibuit ne totũ accederet inſtituto ex re certa:totum teſtamẽtum eſt irritum ad caſum,qui ponitur in d. l.j.Rñ.nõ obſt.quia ibi fuerũt inſtituti inuicem ſubſtituti, vnde eos ſubſtituendo inuicem noluit teſtator inter eos ius accreſcẽdi adimere,ſed augere,vt ſic poſsit venire,vel iure inſtitutionis,vel de iure accreſcẽdi.Caſus eſt C.de impu.& alijs ſubſt.l.teſtm̃.ff.de
4 acq.hær.l.ſi quis hæres.eo.ti. †Præterea, qñ ex verbis teſtatoris colligiẽ ꝓlixitas, ſeu repugnantia,tunc teſtamentũ eſt ipſo iure nullum:vt l.ſi Titius.de cõdi.inſtit.ſed hoc eſt huiuſmodi,ergo &c.Dixit enim ꝙ plus petere nõ poſsit:& ſi plus peteret, cadat ab ipſo legato.Aut enim vult illud tantum: & teſtamentum eſt nullũ:quia decederet pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.Si verò aliud tm̃ peteret:à toto caderet. Concludiẽ ergo ꝙ inſtitutio nulla eſt,nõ obſtãtibus prædictis,de hær.inſti.l.ſi ita qs hęres
5 ĩſtitutus excepto fundo,&c.†q̃a ꝟba,inſtituo te excepto fundo,hoc important,id eſt in fundo te nõ inſtituo.non aũt ꝓhibet poteſtatem legis ſiue iuris tacitè accidere . ſed ſi expreſsè diceretur ꝙ fundũ hæres petere nõ poſsit:& ſic volũtas teſtatoris manifeſtè cõtradiceret:tunc nõ valeret:vt d.l.quoties §.ſi duo.& dictis iuribus.Non obſ.ſi dicaẽ ꝙ non põt facere ꝙ leges nõ habeãt locum in ſuo teſtõ:qa q̃dã ſunt leges, quæ aliquid de neceſsitate diſponũt,vt qđ teſtm̃ habeat ſeptem teſtes,& ſimilia:tunc ſi teſtator vellet cõtrariũ,non poſſet,imò teſtm̃ eſſet nullum:vt d.l.nemo põt. Quædã ſunt leges q̃ diſponunt aliqd ſupplẽdo defectũ volũtatis defuncti,vt in caſu propoſito, ſi teſtator non fecit hæredem vniuerſalẽ:lex præſupponit eum,quem ex parte inſtituit , in totũ hæredem:& ideo totũ ſibi dat.Sed ſi apparet manifeſtè teſtatorem voluiſſe cõtrariũ: tunc ceſſat præſumptio iuris,vt dictis iuribus,imò totũ teſtm̃ irritaẽ : quia non põt p parte decedere teſtatus,& pro parte inteſtatus,vt dictũ eſt. Sicut lex introducit qđ in

accu.vbi alle.hoc cõſi.& ibi plura ponit. & vide Iaſo. in l.j.§. creditum.in ij. col.ff. ſi cer.pe.Tho.

a ¶Finitã. Vide Bar. in l.inſulã.§. fructus. & ibi adde ff.ſo.ma. & Ale.in d.l.qui ante calendas.ff.de ver. ob.& in l. Gallus.§. ille caſus.in v.col.ff. de libe.& poſthu.& in l. j. §. creditum.in j.col. ff. ſi cer.pet.& Angel. in conſil. cclxxiiij.

b ¶Mathiolus. Vide apoſt.in l.pen. in fin. C.de hæredi. inſti.in ver. inſtitutionis. & Alex.qui Alle.Bart. hic,& in l.quoties.§. ſi duo. & ibi dixi.ff. de hær.inſti.in addi. Bar.& aliàs inci.Faciolus Guicolli.et vide Alex.in d. l. quoties.in pe.col. in fi.& And.Barb.in l. quid ergo. ff. de iniuſto, rup.& irrito teſta.in addi.Bart.& nota ꝙ inſtitutus in re certa habetur loco hæredis vniuerſalis , niſi voluntas teſtatoris hoc repugnet:vt puta dicẽdo ꝙ plus petere nõ poſsit de ſuis bonis,&c. Tho.Diplo.

¶ Pro cõcordia aduerte q; d. Alex. in l. quoties.col.fi. C. de hær.inſti.alle.Bar.tenere in l.quoties.§. ſi duo.ff.de hær. inſtit. qđ ius accreſcẽdi poteſt per teſtatorẽ prohiberi. & tñ contrarium alleg. tenere in hoc conſi.clxxvij.ſalua tamen reuerẽtia. do.Alex. Bar.contra dicit ſi inſpiciaẽ Bar. vbi tñ inſtitutũ in re certa habere ius accreſcẽdi intelligi debet vbi nõ prohibeẽ expreſsè.et ita loquitur in d.l.quoties. in l.ex facto.la iij. ff.de hær.ĩſti.ſed ſi exp̃ſsè vetuerit teſtator,nullibi dicit Bart.ꝙ non poſsit . & ita loquiẽ in d.§.ſi duo.p̃terea, aduerte ꝙ Bart. non mereẽ allegari cõtrarius in alio ſuo cõſil. qđ inci. Mathæolus gratioli. nã ibi nõ loquiẽ in ꝓprijs terminis : qa quæritur de vigore illorum verborum, dominã,vſufructuariam,&c.&, vt ſ.dixi,Bar.vbi tenet inſtitutam in re certa &c.intelligi debet vbi non prohibeẽ expreſsè. Ita Bart.in l.ſi quis priore. in fi. per illum text. ff. ad Trebel.

c ¶ De bonis ſuis.Vide Bart.in l.quoties. §.ſi duo.ff. de hæred. inſti.& ibi Alexã.in l. prima. apoſt. vbi alleg.Bart.hic, & vide Bar.in cõſ. xlviij. Gallus.Tho.

a ℭ Peruſinus. Vide Alex. in l.ſi infanti. in vlti.col.C. de iur. deli. in princ. & ibi Iaſo.in vlti.colū. & Bar.in conſi. cxxxij. domina Cæcilia. & in cōſi. cxxxiiij.Titius.in ij.vol.& vide apoſt.in d.l.cū antiquoribus.in fi. Tho. Diplo.

b ℭ Martinus. Vide apoſt.in l.j.ff.de libe. et poſth.& ī l.ſi quis in fundi vocabulo. ff.de lega.j.& Deciū in l.j.C.de pac nu.vj. Tho.

c ℭ Baroncius. Vide Alex.in l.eius.ī j.col. & ibi apoſtillā. ff. ſi cer.peta.Tho.

d ℭ Appellauit Claudium. Vide Bartol. conſil. ccviij. ex facto proponitur. & ibi dixi. Tho. Diplo.

conditionibus,quæ cōſiſtunt in nō facien-
do,cautio Mutiana habetur pro implemen
to conditionis,vt l.Mutianæ.de cōd.& de.
Sed ſi apparuerit teſtatorem aliud ſenſiſſe:
tūc ceſſat cautio Mutiana: poſito quòd ex
hoc irritaretur diſpoſitio libertatis,quæ eſt
ita fauorabilis.ff.de ma.teſt. l. fi. Item ſicut
lex diſponit quòd expreſsio, conditionis
quæ tacitè ineſt, non ſuſpendit: hoc verū,
niſi appareat teſtatorem aliud voluiſſe:vt l.
in conditionibus.§.j.ff.de cōd.& dem.Con
cluditur ergo inſtitutionem dictæ poſthu-
mæ eſſe nullā:& idem eadem ratione de in
ſtit.facta de matre dicti teſtatoris. Secun
dò reſtat videre de iuribus: ſubſtitutionis:
& ſi quidem dicti fratres volūt venire ex vi
gore dictæ ſubſtitutionis pupillaris:& non
poſſunt:quia nō poteſt ex teſtō. nec potuit
adiri hæreditas,vt dictum eſt: ergo non va
let ſubſtitutio pupillaris: vt l.ij.§. adeo. de
vul.& pup.Aut nolunt venire ex vigore ta
citæ vulgaris: & ſimiliter non poſſunt ex
opi.Dy.& aliorum, qui dicunt quòd taci-
ta vulgaris requirat aditionem:vt l.quod ſi filius.de capt.& poſt
li.reuer.quod tenet Cy.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſubſt. et
6 in materia vulg.& multi alij. † Sed poſito quod requireretur
aditio:tunc adhuc idem adducit: quia illa poſthuma nō reperi-
tur inſtituta taliter quod adire poterit,nec exhæredata:ergo teſta
mentū eſt nullū:vt l.poſthuma.de lib.& poſthu. Præterea, talis
ſubſtitutio vulgaris cœpit dependere ex inſtitutione poſthumę
rupta:ergo inſtitutione poſthumæ rūpitur ſubſtitutio: vt l.iij.§.
fi.& ibi no.de lib.& poſth.& de iniuſ.rup.teſt.l.nam ſub condi-
tione.§.j.Concluditur ergo dictum teſtatorem inteſtatum deceſ
ſiſſe:& ſic dicta filia hæreditatem tranſmiſit ad matrem: vt C.de
ſuis & legi.l.apud hoſtes.Et ſic dico ego Bart.
Si hæreditas eſt delata pupillo, & eius hæres ſciebat, ſed non
adiuit per vij.annos à morte pupilli,nihilò minus pupillus tranſ
miſit ius deliberandi propter ſcientiam tutoris, per l.cum anti-
quioribus.C.de iure deli.& quid ſi nō erat tutor, & de remedio.

1 ☞ *Participium ſciens,quid ſignificet.*
2 *Hæres pupilli in caſu huius conſilij, quod remedium habere poſsit.*

CONSILIVM CLXXVIII.

a PErusinus[a] quidam deceſsit,cui
ſuccedebat quidam pupillus infans, extraneum ha-
bens tutorem, qui ſciuit mortem dicti Peruſini, ex hæ
reditate pupillo delatā.deinde deceſsit pupillus intra vij. annū
à die mortis defuncti primi. Quæritur vtrum ad hæredē ſuum
dictus pupillus tranſmiſerit ius deliberandi,ſecundum l.cum an
tiquioribus. C.de iure deli.Iſta quero habet dubium: quia cum
d.l.cum antiquioribus.requirit quod hæres ſciat quod ſit hæres,
ad hoc vt ius deliberandi tranſmittat, ſed hic infans non poteſt
eſſe ſciens:quia eius ætas quicquid videt ignorat: ergo &c. ſed
tamen puto quod ſcientia tutoris ſufficiat:vt l.ſi ex legati cauſa
cum l.ſeq.de verb.ob.& de lib.cau.l.non ſolum.§.fi.& hoc verū
ſi tutor ſuperuixiſſet tēpore mortis pupilli.& propter eius ſcien-
tiā fingeretur pupillus ſciens.Si autem nō eſſet tutor, qui ſciret
1 Peruſinū deceſsiſſe, habet dubium. †Circa quod aduertendū
eſt quod d.l.cum antiquioribus.dicit ſi ſciens,quæ qualitas de-
bet attēdi,& eſſe tpe mor.vt l.in delictis.§.ſi extraneus.de nox.et
de teſt.mil.l.cū titius.cum tale participium ſi ſciens,ſignificet tē-
pus verbi cui adijcitur,vt d.ll.ergo cum tempore mor.pupilli in
q.propoſita non erat tutor,non poteſt fingi tutore ſciente deceſ
ſiſſe:ergo non tranſit ius deliberandi. Debet enim ſcientia eſſe
certa tempore mortis:vt arg.ff.de acq.poſ.l. Pompeius. §. non
2 autem.quod ibi not. †Sed dubitatur quod remedium poſſet
habere hæres pupilli. Reſpondeo: petat reſcriptum ſecundùm
formam l.Pantonius.ff.de acqui.hære.& ita tenet Iaco.de Aret.
in l.qui duos.de reb.dub.in addi.parua.Barto.
Quando notarius in inſtrumento ponit nomen proprium et
appellatiuum,& poſtea ponit tantùm in promiſsione nomen ap
pellatiuum: an propterea vitiatur inſtrumentum ſi conſtat. de
corpore.Item ſi mater,et filij impuberes moriātur ſimul in igne,
quis præſumitur primò deceſsiſſe,an mater vel filij.

1 ☞ *Idē eſt dicere Titius de Aſinellis,& Aſinellus.& Seius Baroncius,& de Barōcia.*
2 *Error in nomine proprio an & quando non uitiet inſtrumentum.*
3 *Stipulatio inutilis quando habetur pro utili.*
4 *Decedente matre unà cum filijs caſu fortuito,ut puta igne,præſumitur quod filij prius deceſſerint.*

CONSILIVM CLXXIX.

b MArtinus[b] Baroncij Venture,
aliàs vocatus de Varone,de diſtrictu Rochæ fuit con
feſſus ſe habuiſſe ab Andrucio Iacobi de Seraconis de
ſaxo.pro dote Diuitiæ ſuæ ſororis,dicto Martino in vxorem le
gitimè copulatæ c.lib. &c. deinde ſequitur in dicto inſtrumen-
to.quas dotes dictus Baroncius in ſe recipit cum omni pericu-
lo incendij,ruinæ,et cuiuſsibet fortuiti caſus:et ipſas dotes totas
& integras ſine aliqua diminutione, qn̄cunq; dictum matrimo-
niū diſſolueret morte dicti Baroncij ſine filijs aut cū filijs dictæ
Diuitiæ decedentibus in pupillari ætate, promiſit realiter reſti-
tuere.&c.& hæc omnia plenius continentur in inſtrumento re-
ſcripto manu,bonitate conſueti notarij.deinde accidit quod di-
cta Diuitia habuit aliquos filios impuberes, & cum caſtrum
Rochæ incenderetur, illa Diuitia in illo igne ſimul cum dictis
filijs impuberibus ſimul,& eodem tempore perijt. nunc dictus
Andrucius repetit à dicto Martino dictas dotes, & pro funda-
mento ſui iuris producit inſtrumentum prædictum. quæritur
1 an dictus Martinus de iure teneatur dicto Andrucio. † In
qua quæſtione debet primò videri an ex dicto inſtrumento di-
ctus Martinus Vani de Baroncijs fuerit confeſſus ſe recepiſſe:
poſtea dicit,quas dotes dictus Baroncius &c.& ſic primò dici-
tur de Martino & poſtea dicitur de Baroncio:& ſic eſt repugnā
tia:ergo &c.vt in recaſuris.vbi repugnantia.contrarium dico,ſ.
quod dictus Martinus ſit obligatus. & hæc eſt ipſa veritas. Et
hoc ſic oſtēdo:Sicut ille qui eſt de Aſinellis vocatur Aſinellus.
vt no.per gl.C.de teſ.l.ſi quis in nomine.ita ille qui eſt de Baron
cijs poteſt vocari Baroncius.Sed in prima parte continetur qd̕
dictus Martinus eſt de Baroncia: ergo poteſt vocari Baron-
cius.ſi ſic:ergo bene facit notarius, qui in proſecutione inſtru-
menti eum vocauit hoc nomine Baroncius: & per hoc apparet
quod in dicto inſtrumento nulla eſt repugnantia: & ſic in dicto
inſtrumento dictus Martinus de Baroncijs remanet obligatus.
2 †Præterea poſito quod dictus Martinus non poſsit appella-
c ri Baroncius:[c] tamen ex dicto inſtrumento eſt obligatus.hoc ſic
oſtendo:Si error in nomine proprio non vitiat inſtrumētū,ſi de
corpore conſtat,vt.Inſti.de le.§.ſi quis in nomine.& C. de teſ.l.
ſi quis in nomine.C.de leg.l.ſi Fortidianū.& ff.de leg. j.l. ſi quis
in fundi vocabulo.vel maximè quando eſt error notarij ſcribē-
tis:vt C.de teſti.l.error.ergo in caſu noſtro,ſi dictus notarius er-
rauit in dicto nomine Martini,talis error non vitiat inſtrumen-
tum: cum ex ſerie inſtrumenti appareat, ꝙ noluit de Martino
ſentire,cū appellauit Baroncius:& ſic cōſtat de corpore Marti-
ni ſentire,cū appellauit Baroncius:nam cū dicitur in inſtrumen
to quandocunq; matrimonium morti dicti Baroncij &c. patet
quod de Martino voluit ſentire, cum in dicto inſtrumento de
nullo alio matrimonio fiat mentio, niſi de cōtracto à dicto Mar
tino. Præterea,nos reperimus multas.ll.ſeruantes illum mo-
dum loquendi,quem notarius prædictus ſeruauit.Nam in prin
cipio vocat aliquem Publium Mæuium,poſtea vocat eum Mæ
uium:vt ff.de ali.& cib. leg.l.Caio.Seio.in princi. ſic etiā illum,
d quem appellauit Claudiū[d] Iuſtum,appellat eū ſolū hoc nomine
Iuſtū:vt d.l.Caio.§.pater.& C.de leg.l.j.Sic etiam eū quem vo-
cauit primò epiſcopum,eū poſtea vocat archiepiſcopum: vt C.
de epiſ.& cle.l.cū clericis.in princ.Sic ergo dico in propoſito, ſi
notarius eum primò appellauit vno nomine,& poſtea alio, hoc
3 non debet vitiare inſtrumentum. †Præterea hoc oſtendit ita
clarè quod non debet modo aliquo in dubio reuocari. In dicto
inſtrumento continetur,quod Martinus fuit confeſſus ſe dotem
recepiſſe: ponamus quod in dicto inſtrumento nihil amplius
continetur: vel ponamus quod ibi eſt ſtipulatio, ſed eſt inu-
tilis aliqua de cauſa. Certè ius vult quod ſi non eſt ſtipulatio,
quod intelligatur:& ſi eſt inutilis,quod habeatur pro vtili:vt C.
de rei vxo.actione l.prima §.primo.Quo ergo colore dici poteſt.
quod



a ℭ In caſu reſtitutionis.Vide Pau.de Caſt.in conſi.ccj.ad primū quæſitum.in j.col.& Bar.in l.qui duos. §.cū ī bello.& ibi bar.So.ff.de reb.du.& ibi ſcripſi in addi.me. & Maria.Soc.ī cō.xcvij.tempore Iubilei.& Fel.in c.capitulum. in antepe.col.de reſcri.& Bal.in conſi.ccccxxxix.in cauſa vertente.in j. volu. Tho.Diplo.

ꝙ dictus Martinus nō ſit obligatus, nō videor: nec videri pōt.
Nō eīm poſſet inſtrm dotale ita ineptè fuiſſe vel eſſe cōfectū.ꝙ a
4 iure nō ſuppleat:vt d.l.j.§.j.de rei vxo.act. † Secūdò eſt videre
ī queſtiōe prefata an euenit caſus reſtituēdę dotis,vel nō.Et hoc
manifeſſe oſtēdo ꝙ caſus reſtituēdę dotis aduenit.Aut eīm certū
eſt ꝙ filij tpe ignis deceſſerūt antè ꝙ̄ mater:aut certū eſt ꝙ mater
antè ꝙ̄ filij:aut dubitatur qs eorum prius deceſſerit.Primo caſu
qn̄ filij deceſſerūt antequā mater:tūc nullū dubiū ē qn cōſtat matri
moniū ſolutū ſine filijs liberis: & ſic tam ex forma inſtrumenti
quā de iure cōmuni dos eſſet in caſu reſtitutionis,& de hoc nō
eſt dubiū.Secūdo caſu quādo certū eſt ꝙ mater deceſsit antè ꝙ̄
filij:& tūc ſimiliter ex forma inſtrumenti dos eſt in caſu reſtitu-
tionis:quia inſtrumētum dicit,ſine filijs,vel cum filijs,vel in pu
pillari:& in iſtis oībus non eſt neceſſe allegare. Aut eſt dubium
quis eorū prius deceſſerit: & hic eſt caſus noſtræ q. & hoc caſu
præſumendum eſt ꝙ filij primò deceſſerint,cùm eſſent impube
res.Caſus eſt in terminis noſtris ff.de pac.dot.l.inter ſocerum.in
prin.& de reb.dub.l. ſi mulier. & ſic matrimonium eſt ſolutum
a ſine liberis. ergo dos eſt in caſu reſtitutionis.[a] Et hoc dico ego
Bartolus de Saxoferrato Iuris vtriuſque doctor.
Si poſſeſsio ſit æſtimata,& appretiata,ac allibrata in libro cō
munis,& poſtea deueniat ad clericum quocunque titulo: tunc
clericus nō tenetur ſoluere collectas,vel datia ratione illius, ni-
ſi in fraudem ipſarum ſit in clericum alienata. Item an commu-
nitas poſsit imponere collectas.

1 ☞ *Datia & collectæ an poſsint imponi per commune ſine permiſsione Principis.*
2 *Tales collectæ,& datia quid munus eſt ordinarium uel extraordinarium.*
3 *Munus extraordinarium aliquod utrum poſsit imponi clerico.*
4 *Collecta habenti honorem imponi non poteſt.*
5 *Statutum ceſſat quandocunq; ſtatuitur quid ratione perſonæ ſeparatæ.*

CONSILIVM CLXXX.

b SI aliqua[b] poſſeſsio æſtimata,&
allibrata,ſeu appretiata in libro cōmunis, nunc deue-
niat in aliquem clericū ex quocunq; titulo, an debeat
ſoluere collectas imponendas ſicut ſui anteriores debebāt,quæ
1 ritur quid iuris. † Ad quam quæſtionem primò oportet videre
c an per cōmune datia ſiue collectæ[c] poſſunt imponi.Et videtur
ꝙ non ſine permiſſu Principis.vt C.de exac. trib.l.j. lib.x. & de
excu.mun.l.placet. In contrariū videtur ꝙ ſic:vt C.de oper.pu-
bli.l.omnes.& l.ij.Secūdò dico ꝙ collectā generalē cameræ fiſ-
cali applicandam nemo poteſt imponere ſine permiſſu Princi-
pis, vt in præalle.l.ſed collectam ſpecialem vnaquæq; ciuitas,
vel vniuerſitas pro neceſsitate ſibi incūbenti imponere pōt: vt
d.l.omnes.De hoc habemus gl.not.ff. quod cuiuſq; vniuer.l.j.§.
2 quod ſi nemo.in gl.ſuper verbo,proconſul.† Tertiò oportet vi-
d dere an illæ collectæ ſint munus ordinarium[d] vel extraordina
rium.Et videtur ꝙ ſit ordinariū:vt C.de anno.& tribu.l.omnes
omnino.li.x.& de iud.l.j. eo.li.econtra dico ꝙ eſt munus extra-
ordinariū.Nā quod non ponit̃ lege,ſenatuſconſulto vel conſti-
tutione Principis extraordinariū eſt:vt C.de va. pu. mu.l.j.li.x.
& ff.de vac.mu.l.in oneribus §.q muneris.Nec obſtāt iura con
traria:qa loquūtur in pdijs prouincialibus,vt no.in d.l.oēs om-
3 nino.ſecus in Italicis,vt no.C.ſine cen.vel reli.l.fi.† His præmiſ
ſis in q. ꝓpoſita dicendū videt̃ dictos clericos nō debere ſolue-
re dictas gabellas,ſeu collectas niſi in fraudē collectarū facerēt
poſſeſsiones in eos trāsferri.hic,oſtēdo ꝙ nullū munus extraor-
dinariū clerico pōt imponi:vt C.de epiſ.& cleri.l.j. ſed collecta
eſt munus extraordinariū,vt ſ.probaui:ergo &c.Præterea licet
de iure cōmuni clerici teneātur ad ordinaria tributa pro poſſeſ-
ſionibus quas poſsidēt:vt C.de epiſ.& cle.l.de his.tamē per con
ſti.Fed.hodie ad nulla tenent̃.eo.ti.aut̃.itē nulla cōitas. & ita te
net dicta glo.fi.in d.l.de his. Præterea collecta eſt munus quod
imponit̃ perſonis pro patrimonio:ſed tale munus nō poteſt im-
poni niſi ſubiectis tantū hoc eſt ciuibus,& incolis: vt ff.de mu.
& ho.l.reſcripto.§.fi.in tex.& glo.quæ expreſsè ponit exēplū in
collecta.& idē no.C.de anno.& trib.li.x.ſuper rub. ſed certū eſt
clericos nō eſſe ſubiectos: ergo eis collecta imponi non poteſt.
Præterea in aliquibus ciuitatibus eſt hoc ſpeciale vt talia mune
e ra nō exigant̃ à poſſeſsionibus non ſubiectis:[e] vt l.fi.ff.de mu. &
ho.Præterea,illud eſt ius ſingulare: ergo in cōtrariū eſt ius com
mune:vt ff.ad mu.l.j.in fi.& de legi.l.ius ſingulare.Præterea,po
ſito ꝙ nulla lex hoc diceret,hoc oſtēdo per
rationē:Certū eſt ad ſolutionē alieni debiti
neminē poſſe vrgeri:vt C.ne vxor pro ma.
l.fi.& per totū ti.ne fil.ꝓ pat. Sed ſi diceres
clericos debere ſoluere collectas:iam pone
res eos cogi ad ſolutionē alieni debiti. Nā
ciuitates nō poſſunt imponere collectas,ni
ſi pro earum neceſsitatibus,vt ſ.dixi.nō eſt
dubiū ꝙ ipſa neceſsitas nō obligat,niſi ſub-
iectos:ergo cōcluditur manifeſtè tātùm nō
ſubiectos nō debere cogi ad ſolutionē,niſi
4 ſic cogant̃ ad ſolutionē alieni debiti.† Præ
terea,habēti honorē collecta īponi nō pōt:
vt ff.de mu.& ho.l.honorē.& ibi no.ſed cer
tū eſt,clericū aliàs clericatū eſſe maiorē alio
ſeculari honore: ergo &c. Illud aūt qd̕ di
xi,niſi in fraudē collectarum fecerint.ꝓbat̃
C. de ſac.ſan.ecc.l.ſacroſan.& l.q ſub præ-
textu.& de epi.& cle.l.de his clericis.Ad il
lud ꝙ poſsit dici ī cōtrariū, & primò ad id
qd dicit̃ res debere trāſire cū onere ſuo: er-
go &c.Rn̄.illud onus ſoluēdarū collectarū
ꝙ non inhæret rei rōne ipſius rei, ſed rōne
ipſius pſonæ:vt d.l.reſcripto.§.fi.& ſ. eſt o-
ſtēſum.Qn̄ ergo res nō eſt talis pſonæ q̃ ad
collectā teneat̃,nec ipſa res tenebit̃,nec ob-
f gabit̃[f].l.j.C.ſine cēſi.vel reli.qa illa loquit̃ in
prædijs ꝓuincialib.tributarijs, ad cuius tri-
butionē tenent̃ rōne pſonæ,vt dixi:& ſic ſe
parata pſona remanerēt libera prædia. Nā
5 qn̄cūq; † aliqd ſtatuit̃ rōne pſonæ ſeparatæ
ceſſat ſtatutum:vt ff.de leg.ij.l.Titia Seio.§.
vſuras.& ſol.ma.l.maritū.& l.ſeq.Facit ex-
tra,de reg.iu.priuilegiū pſonæ.li.vj.& ꝓba
tur hoc ad literā ff.de aqua quo. & æſti.l.j.
§.permittit̃.Præterea,cū iā pſonalis obliga
tio nō ſit ꝓpter pſonā clerici,vt ſ.oſtēdi: q̊-
modo pōt remanere res obligata nō video,
vt ff.q.mo.pig.vel hy.ſol.l.itē liberat̃.ī prin.
Ex prædictis patet rn̄ſio ad oīa quæ poſ-
ſent dici ī cōtrariū.Nā oīa loquunt̃ in præ-
dijs tributarijs,& onerib.merè realibus, &
ſic loquit̃ C.de mu.pa.l.ij. li.x. Ita loquit̃.l.
fi.§. pr̄imoniorū.& gl.ibi poſita ff.de mu.et
& ho.& ita loquitur extra,de cen.c.j.in glo.
lib.vj. Bart.
Si arbiter mādauit Titio ꝙ locaret fun-
dū mihi certo modo,& fecit,& poſtea vēdi
dit:tūc ſi emptor nō vult ſtare illi locationi,
nō cōmittit prim⁹ locator pœnā cōꝓmiſsi.

1 ☞ *Pœna inſerta an committatur contra locatorem,an inſerta in inſtrumento locationis,an in compromiſſo.*

CONSILIVM CLXXXI.

g PRæcipit arbiter[g] vt
vnus alteri fundum locaret certa
mercede,& inſtrm locatiōis face
ret ſecūdū cōſetudinē Peruſinā, ꝙ factum
fuit.deinde locator fundū vendidit,& em-
1 ptor nō vult ſtare colono †:q̃rit̃ an cōtra lo
catorē cōmittat̃ pœna inſerta ī cōꝓmiſſo,q̃
eſt magna:an pœna inſerta in inſtrō loca-
tionis quæ parua eſt.Dico pœnā cōpromiſ
ſi nō cōmitti:qa locādo, & inſtrm locatio-

b ℭ Si aliqua. Aliās in ci.pūctus qōnis breuiter talis eſt, ſi aliqua.& de iſto cōſil. Bar.vide in l.ſcripto §.fi.& ibi apoſti.Alex.de Imo.ff.ď mu.& hono. vbi ſcripſi ī apoſt.mea ad Bar. Et vide de iſto cōſil. Bar.Iaſ.in l.placet. ī pe.& vlt.co.C.de ſacroſan. ec. & in l.fi.ī viij.& ix.colū.C.de pac.& Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in xxviij.col.& ſeq.de cōſti.Tho.

c ℭ Datia ſiue collectæ.Vide Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ ī xxviij. col. & ſeq. de cōſt.& Iaſ.ī l.planè.ī pe.& vlt.col.C. de ſac.ſan. ecc.& ī l. fi.C.de pact.in viij. & ix.co.& eundem Bar.ī l.reſcripto.§.fi. ff.de mune.& ho.& ibi apo.Ale. & meā vbi oīno videas.Th.

d ℭ Ordinariū. Quid de gabellis & vectigalib⁹, an ſint onera realia, vel perſonalia,vide Bar.in l. j.§. j.ff.de vecti.Tho.

e ℭ Subiectis. Quid de reb⁹ foreſiū exiſtētib⁹ in territorio, an poſsit fieri p ſtatutū ꝙ foreſes debeāt ſoluere collectas:rn̄deo ꝙ pt fieri p ſtatutū ſup eis,vt ad aliqua onera teneant̃: quia ſūt ī iuriſdictiōe ſtatuētiū:licet dn̄i eorū nō ſint,p/no.p Inn.ī c.poſtulaſti.ď fo.cō. pe.& p Bar.ī l.cunctos populos. circa mediū.C.ď ſum.tri. & fi.cat. de conſuet. Anglię.q̃ bn̄ faciūt, ſed cū ſint ī manib⁹ clericorū nō pōt fieri:quia tā ipſi q̃ eorū bona ſunt exēpta à iuriſdictiōe laicorū.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. Ideo eſt neceſſe qd̕ fiat antequā ad eos ꝑueniat,vt not.Bar.in l.reſcripto.§. fi.ff. de mune.et ho.& Bar.ī hoc cōſ.ī laicos verò pōt fieri poſtquā ēt ſūt in eorū dominio. & ita vr̃ ſentire Bal.ī l. iubemus nullā.C.de ſacroſanc. ecc. & ita Pau.de Ca.ī d.§. ſciēdū.in quadā apoſtil. manu ꝓpria ꝙ habuit de facto, & ita vbiq; ſeruatur.Et ſic debet intelligi ꝙ no. Bar.in l.j.C. de iudi. li.x.omnino videas. & p gl.in rub.C. de muneri.patri.ī fi.et p Bar.ī l.cū neq;.C. de incolis. vbi videas. Thomas. Diploua.

f ℭ Nec obligabitur. Vide Fel.in c. verum. in vlt.col. in ver. vltimo ſigna.in prin.& in ij.limitatione.de foro competen. Tho.Diploua.
g ℭ Præcepit arbiter.Vide Bart.in l.in numerationibus in fi.ff.de ſolu.vbi facit mentionē de hoc cōſilio.& ibi vide Ale.ī addi,vbi alle.iſtud cōſ.Bar.& vide

ubi . sed talis modus not[andum] qd in hac q[uaestione] contrarium est tenendum vt resoluit ant. gomez in 1. ...



Bart.in l. ſi fideiuſ.§. meminiſſe.& ibi Ale.in j.col.in fin.ff.de le.j.vbi all.iſtud cõſ. & ibi plenè de hac materia.Tho.

a ℂDomina . De iſto cõſ.facit mẽtionẽ Alex.i l.Titio centũ.§.j.ff.decõdi.et demõ. & Alex.et Iaſ. i l.ij.i ij.col. C. de inſti. & ſubſt. & ibi vide de intellectu Bar.in hoc conſil . & adde hic. Tho.Diplo.

b ℂSeu conditio. Vide ꝙ i fin.no.Bar.in d.l. Titio cẽtum.§.j.ff.de conditio. & demon. & ibi ſcripſi . Tho. Diplo.

co ꝙ fama per ſe ſola põt eſſe ita vehemens ꝙ fieret indiciũ ſuffi
ciens: vt l. ij. §. Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Quandoq; enim fa
b ma per ſe [b] ſola ſufficit ad plenã probationẽ: vt de iure do. l. vbi.
ff. ſol. mat. l. ſi conſtãte. & ibi per Dyn. melius. de flu. l. j. §. j. & C.
ſol. matr. l. ſi quidẽ. & ibi no. Poſſet tamen eſſe fama ita debilis ꝙ
non faceret indicium, ſed ſolũ probaſſet ad coadiuuandum al's
probationes: vt l. iij. §. eiuſdem quoq; Principis. ff. de teſta. & tũc
non ſufficeret. & cum hac diſtinctione debet intelligi. l. de mino
2 ribus. §. tormenta. ff. de q̃o. dicit famam debere inſpici. †Hoc aũt
an fama ſit ita vehemens vel non, facti eſt. & hoc eſt quod dicũt
doct. hoc eſſe in arbitrio iudicis, vt dicit Cyn. in d. l. fi. in caſu au
c tem propoſito vbi eſt fama cum dicto [c] illius officialis, qui hoc
cum iuramento depoſuit: dico ex his duobus fieri ſufficiens in
dicium. Caſus eſt ſi bene inſpiciatur. C. de diuor. auť. hodie. & in
corpore vnde ſumitur. Bartol.

Si vnus eſt ſtipulatus nomine meo ſibi centum dari, antè q̃
cedant mihi actiones, poſſum debitorem liberare.

1 ☞ *Habens utiles actiones liberat debitorem.*

## CONSILIVM CXCII.

d STipulatus eſt [d] aliquis nomine
1 meo ſic centum ſibi dari ex aliqua cauſa. †ego illũ de
bitorẽ liberaui anteq̃ mihi actio cederet ab illo ſtipu
latore. Quæro an potuerim, ita ꝙ ille ſit ſecurus. quid vobis vi
deť. Ioã. aduocatus de Caſtello videť mihi ꝙ ſi quidẽ ille eſt ſti
pulatus nomine veſtro in illis caſibus: in q̃bus alteri acquiritur
actio ſine ceſsione, ꝙ tunc ſine dubio potuiſtis liberare. Ille enĩ
qui habet vtiles liberat: vt l. ſi cum emptore. in princ. ff. de pact.
& quia non poteſt agere ſine veſtri voluntate: vt ff. de procu. l.
ſi proc. meus. Si verò fuerit de caſibus, in quibus vobis ſine ceſ
ſione nõ acquiritur: tunc idem puto: quia potueritis liberare, ita
quod debitori nata eſt exce. doli ſaltẽ, vt d. l. ſi cum emptore. ſe
cũdũ vnam Lecturam. & ff. de do. except. l. apud celſum. §. man
dauit. in gloſſa: ſuper verbo, excipiendum. Vbi autem dicit, vel
dic ꝙ aut ego feci pactum &c. pro hoc eſt a
caſus expreſſus in l. mulier bona. §. fi. ff. de
iure dot. Pro hoc, quia vos poteſtis agere
contra illum, vt debitorẽ liberet, vel aliud
faciat, prout vobis videbitur: vt l. idemque.
§. ſi cui mandauero. ff. manda. Et ita vide
tur mihi Barto. de Sazoferra. ſaluo ſemper
meliori iudicio.

Qualiter debet concludi quando peti
tur remiſsio mercedis ex cauſa iuridica. Itẽ
an conductor tenetur purgare foſſatum
fundi quod nocet fundo. Item ſi locator di
cit fundum damnificatũ ex culpa, vel ne
gligentia conductoris, qualiter teſtes de
bent probare culpam vel negligẽtiam. Itẽ
quomodo conductor petit remiſsionẽ mer
cedis ex duabus cauſis, quarum quælibet
ſufficit, an ſufficit probaſſe vnam.

1 ☞ *Libellus qualiter debeat concludere quando petitur remiſsio mercedis ex cauſa iuridica.*
2 *Conductor an teneatur purgare foſſatũ quod nocet fundo.*
3 *Teſtes qualiter debeant probare culpam uel negligentiam. Locatori dicenti fundum damnificatum culpa uel negligentia conductoris.*
4 *Conductor petens remiſsionem mercedis ex duabus cauſis, quarum quælibet ſufficit, an ſufficiat probare unam.*

## CONSILIVM CXCIII.

e COmmune [e] lucigna
ni locauit quoddam pratum qđ
vulgariter diciť Padule. ex quo
facto ex his quæ poſtea ſecuta ſunt omiſſo
ordine conſilij ibi dati, & ait breuiter infe
rendo quod ibi erat vtile. Ex hoc themate
plura dubia oriuntur. Primò, qualiter de
beat concludi in libello dum petitur remiſ
f ſio mercedis. Secundò an conductor [f] te
neatur mundare, & purgare foſſata, quæ
ſunt in fundo conducto, vel quæ ſunt cõ
munia vicino, vel alia quorũ repletio fun
do nocet. Tertiò, ſi locator ponit fundum
damnificatum eſſe culpa vel negligentia
conductoris, & teſtes hoc dicunt nulla fa
cta expreſsione, quo fuit in cõmiſſa culpa,
vel negligentia, an culpa vel negligentia
ſit probata ex duabus. Quartò ſi conductor petat remiſsionem
cauſis, quarum quælibet per ſe ſufficeret, & vnam tantum pro
1 bat, an debeat obtinere. †Super primo dubio, & in hoc conſiſtit
an debeat peti ꝙ iudex ipſe remittat, vel vt condemnet partem
ad remittendum, not. ff. loc. l. ex conducto. §. ſi ius. & l. ſi vno. §. fi
na. & C. eod. l. licet. & l. ex empto. & extra eod. c. penul. vbi dici
tur remiſsionem faciendam: non tamen à quo, vel qualiter ibi di
citur. Puto autem altero de duobus modis poſſe cõcludi, vel ꝙ
petat locatorem ad remiſsionem faciendam. Hoc probatur ff. lo
ca. l. ſi quis domum. §. fi. cum l. ſequen. & l. ſi in lege. §. fina. Facit
ff. de libe. leg. l. quod mihi. Secundus modus eſt vt petat pronun
ciari ipſum non teneri ad mercedem præſtandam, ſeu vt locato
ri ſilẽtium imponatur. hoc probatur ff. de vſufru. lega. l. quoties.
§. ſi colono. & ibi conſequenter vt mercedes præſtent, &c. Ex
quo tex. ſatis colligitur illa concluſio me non teneri ad præſtan
das mercedes de ſilentio imponendo. Facit ff. de libe. leg. l. Au
relius. §. centum. in ſua glo. & iſtos modos concludendi tangit
gloſſa in l. licet. C. locati. in gloſſa parua. ſuper verbo, cui. ſi bene
2 inſpiciatur. †Super ſecundo videtur quòd colonus non tenetur
mundare, niſi ſit actum ſicut nec facere: vt ff. loca. l. ſi in lege. §. ſi
domus. & in glo. ſuper ver. efficeretur, Econtra videtur vt tenea
tur: vt l. prædia maritima. §. fina. de fun. inſtru. vbi dicitur quòd
talia legata aliàs foſſata cedunt vẽditioni: ergo eodem modo lo
cationi: quia eiſdem regulis fulciuntur: vt l. ij. ff. loc. Sed conclu
dendo dico ꝙ primò debet inſpici conſuetudo regionis, an con
ductores hoc conſueuerunt facere vel non. Ea enim quæ ſunt
in conſuetudine videntur deducta in conuentionem: vt C. loc.

a ℭDomino paci. Vide Cornel. in conſil. cxcviij. in ij. volu. in vlti. col. viſa inquiſitione et per Fran. Butarũ in ſuo tracta. de indicijs, et tortura. in prin. in xiiij. col. ver. an fama publica. & vide Auguſti. de Arimino in addi. Ange. in trac. malefi. in verſicu. fama publica. in xiiij. col. Tho. Dip.

b ℭFama per ſe. De hoc conſil. meminit Bar. in l. ij. in §. pe. ff. de excu. tut. in lec. noua impreſſa. Tho.

c ℭFama cum dicto. Vide præfatum do. Fran. in d. tract. de indicijs. verſi. an fama publica. Tho. Dip.

d ℭStipulatus. De hoc cõſ. meminit idẽ Barto. in l. apud celſum. §. mandauit. ff. de doli exceptio. & ibi vide Alexã. in addit. & Pau. de Caſtro. facit mẽtionẽ de iſto cõſi. in l. poſſeſsio. §. fi. ff. de acquirẽ. poſ. Tho.

e ℭCõmune. De hoc cõſi. meminit Alex. in l. ſi vt certo. §. nũc videndũ. in fi. ff. commod. in apoſtilla. & Alexan. in l. litora. in apoſtil. & ibi ſcripſi. ff. de cõtrahen. empt. & idem Alex. in cõſi. c. in j. vol. ſuper primo caſu. in iij. col. & in l. diuus. in iij. colũ. ff. de re iudi. & in cõſi. lxxj. in vij. vol. in cauſa & lite vertente inter Nicolaũ. in fine. & in conſi. xliij. in vj. vol. Tho.

f ℭAn conductor. Vide Ang. de Are. in §. riparum. inſti. de rerum diuiſi. & Bar. in l. litora. ff. de contrahen. emp. Tho. Dip.

l.circa.& de ędil.edi.l.quod ſi nolit.§. quia
aſsidua.de aqua plu.arcen.l. ſed ſi prius.§.
j.Vnde cõſulo ꝙ aduocatus actoris vel rei
pro quo talis vſus facit & conſuetudo, de
hoc facit ſuam poſitionem. Si verò de hoc
non apparet:eſt animaduertendum tũc an
purgatio ipſius foſſati pertineat ad perpe-
tuam vtilitatem rei: quia rarò mundantur:
& tũc nõ ſpectat ad colonũ:quia eſt impẽ-
ſa neceſſaria,quã etiã vir repetit ab vxore.
a ff.de impẽ.l.impẽſæ.ibi:aggeres,[a] &c. quia
aggeres in rebus dotalibus ſunt : idẽ eſt di-
cere ꝙ foſſata:vt d.l.prædia.§. ſi ita legatũ.
Si verò illa purgatio fieret ad præſentis tẽ-
poris vtilitatẽ, & omni anno fortè debeat
fieri:& pertinet ad colonũ:quia talis impẽ-
ſa debet cũ fructibus cõpẽſari:vt l.iij.§.j.ff.
de impẽ.Pręterea ad colonos pertinet cul-
tura prædij:vt ff.loc.l.ſi merces.§.conditio.
ſed hoc pertinet ad fundi culturam:vt ff.de
aqua plu.arcen.l.j.§.de eo opere. ergo &c.
Et prędicta intelligo ſiue foſſatũ ſit fundi
locati,ſiue ſit ſibi cõe cũ alio, vel ſit omni-
no alterius,eo caſu quo habet ius purgãdi:
3 vt colligit.ff.de aqua plu.ar.l.ij.§.j.& ij.†Su
b per tertio dic ꝙ talis poſitio ſit incerta [b] ,&
dicta teſtiũ ſimiliter ſunt incerta:& ſic tan
quã incerta nõ concludunt: quia qñ culpa
obijcitur alicui ſiue agendo ſiue excipien-
do,ſiue denunciando:debet obijci certa &
c limitata [c] agendo:vt patet.ff.de iniu.l.præ-
tor.in prin.ff.de accu.l.libellorum. in prin.
cum ſi excipiendo expreſſum eſt extra, de
elec.vt circa.lib.vj.de teſti.c.pręſentium.e.
li.circa denunciationẽ.ff.de adul.l. denun-
ciaſſe.§.quid tamen.& quod vi aut clam.l.
aut qui aliter.§.j.Item confeſsio vel poſitio
incerta nullius eſt effectus:vt l.certũ.ĩ prin
ci.ff.de cõfe.& de interro,actio.l. de ętate.
4 §.nihil.†Super quarto dico ꝙ debet obtine
re.Pro hoc expreſsè text.cũ gl.extra,de re-
ſti.c.ij.& hoc eſt propter quod vtilis cumu
d latio eſt:quia ſi ex vna cauſa ſuccũbat [d] qs,
põt obtinere ex alia:vt not.in l.edita. C.de
eden.& per Dy.in c.nullus pluribus.extra
d : reg.iur.lib.vj.Nec obſtat ꝙ poſſet dici ꝙ
videtur ſe aſtringere,vt extra,de prob.c.li-
cet cauſam.quia illud valet qñ in vna ea-
demq́ue ratione ponitur vnum qualifica-
tiuum ipſius:vt in exemplo ipſius capituli.
ſecus ſi ponũtur plures orationes ꝑ ſe ſepa-
ratæ:vt in caſu noſtro.Et ita dico ego Bar.
de Saxoferrato.

An cõiunctus rogatus dare pro anima
illis perſonis,quibus videbitur, inſtituẽdo
ſpurium, præſumatur rogatus de reſtituen
do incapaci,ex quo omnia bona ſibi relin-
quebat.

1 *Fraus teſtatoris an præſumatur propter coniunctionẽ perſonæ.*
2 *Fraus teſtatoris an præſumatur,quia reliquit omnia bona uxori,rogans eam ut reſtituat quibus ſibi uidebitur.*
3 *Vxor teſtatoris an cogatur reſpondere poſitioni crimino ſæ,per quam detegeretur alicuius turpitudo.*
4 *An quis cogatur reſpondere per ſacramentum an deliquerit uel non: & quis ſit modus probandi fideicommiſſum.*
5 *An uxor prædicta aſſumpſerit in ſe tacitam fidem de reſtituendo fideicommiſſum ſtatim, an poſt eius mortem.*

## CONSILIVM CXCIIII.

e Ecus de [e] ſpoleto habet vnum
filium ſpuriũ cõdidit teſtm̃,in quo vxorẽ ſuã inſtituit
ſibi hęredẽ eãq; rogauit ꝙ poſt mortẽ ſuã daret pro aĩa
ſua illius perſonis,quibus ſibi videbit. qui teſtõr deceſsit nullis
alijs relictis,niſi dicto filio ſpurio:& vxor eius hæreditatẽ adijt.
deinde dicta vxor teſtatoris cõdidit teſtm̃,in quo quaſi oĩa bo-
na viri ſui reliquit dicto filio ſpurio teſtatoris. deinde dictus fi-
lius ſpurius mortuus eſt ante dictam vxorem: dicitur modo di-
ctam vxorem fuiſſe tacitè rogatam de reſtituendo illi ſpurio.Ex
f iſto themate [f] quæritur primò an præſumatur tacitè dictam vxo
rem fuiſſe rogatam de reſtituẽdo illi ſpurio : ex eo ꝙ ſic coniun-
cta erat defuncto,quia vxor.Secundò an pręſumatur tacitè ro-
gata,eo ꝙ quaſi omnia bona dicti viri reliquit dicto ſpurio.Ter
tiò ſi prædictæ pręſumptiones non ſufficiãt, an dicta dña poſ-
ſit cogi rñdere poſitionibus factis ſuper hoc, ſ. an ſit rogata, vel
non. Quartò poſito ꝙ probetur ꝙ ſit rogata , an ex eo ꝙ dictus
ſpurius deceſsit ante vxorem prohibeant̃ bona in fiſcũ deferri.
1 Iſta dubia colligo ex themate prædicto.† Super primo puncto
dico ꝙ licet propter cõiunctionẽ perſonæ facilius fraus p̃ſuma
tur:tñ hoc ſolũ quo ad præſumptionẽ nõ ſufficit.ff.de his qui.vt
indi.l.fi.in prin.de bonis lib.l.pe.circa prin.& §.j.in quibus legi-
2 bus eſt caſus.†Sup ſecundo puncto plus dubij eſt. Primò videt̃
hoc ſufficere ad fraudis pręſumptionem:quia reliquit oĩa bona:
vt l.oẽs.§.Lucius.ff.de his quæ in frau.cre.& l.ꝗ teſtm̃.cũ ſua gl.
ff.de ꝓba.Præterea,eo ſpurio & reperto, poſtea bona patris poſ
ſidere p̃ſumitur fraus ꝙ ei pater ꝑ interpoſitã ꝑſonã reliquerit:vt
C.de nat.lib.l.j.vbi videt̃ tex.& vbi de hoc ponit Ia.de Bel. vnã
ſuã diſputationẽ ꝓbat̃ C.e.l.iij.§.fi.Sed certè licet p̃dictę p̃ſum-
ptiões multũ vrgẽt:tñ ex hoc nõ credo ꝓbari ipſam tacitè fuiſſe
rogatã,quod maximè ex eo percipit̃ ꝙ in teſtõ expreſsè fuit ro-
gata poſt mortẽ ſuã reſtituere illis perſonis ꝗbus ſibi videt̃.Cùm
ergo expreſsè roget̃,licet ꝑſona cui debet fieri reſtitutio nõ no-
minet̃ tñ nõ dicit̃ tacitè cogata:vt l.nõ intelligit̃.in prin.& §.j.de
iure fiſc.& ibi no.Pręterea cũ dicta dña teneat̃ ex cã fideicõmiſ-
ſi eligere ꝑſonas,& eis reſtituere nõ poterit eligere ſpuriũ:qa illi
ꝗ capiunt ex iudicio iſtius vxoris rogatę vident̃ capere à defun
g cto:vt l.vnũ ex familia.§.j.de le.ij.[g] ſed ille ſpurius nõ põt capere
ex voluntate patris,vt iura vulgaria dicũt:ergo &c.Ad quod fa
cit C.de do.cã mor.l.quod cõditio.& de vul.& pu.l.ſi is qui.Vñ
teſtõr nõ vr̃ eã rogaſſe de reſtituendo illi ſpurio. Præterea cum
fuerit ſibi cõmiſſum ꝙ eligat vt ſibi videbit̃ , intelligit̃ ad arbi-
triũ boni viri:vt l.fideicõmiſſum.de le.j.& l.fideicõmiſſaria liber
tas.ff.de fide.lib.ſed bonus vir nõ daret ſpurio:ergo &c.Nec ob
de le.j.l.Lucius.vt ibi no.in gl.Pręterea ibi teſtõr ſentit de certo
hoĩe,hic nõ.& iõ nõ fuit data ſibi fides de reſtituẽdo nõ capaci.
ſed ſi hæres eligeret indignũ,malè faceret:vt l.cũ ꝗdã.ff.de le.ij.
3 †Sup tertio an poſsit cogi rñdere dubiũ facit : qa iura canonica
dicũt ꝙ qs nõ deberet ſe ꝓdere,vt j.allegabo. Itẽ dicũt gl.nr̃æ ꝙ
iſtis interrogatiõibus,ꝑ quas alicuius turpitudo detegit̃, nõ de-
bet cogi reſpondere.vt not.ff.de iureiu.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.&
de except.rei iu.l.ſi autem.in prin.Sed contra.dico ꝙ reſponde-
4 re tenet̃.hoc probat̃ per iura ciuilia.† Primò vbi qs cogit̃ per ſa
cramentum reſpondere an deliquerit vel nõ:vt ff.re.amo.l.Mar
cellus.§.j.& de iniur.l.lex Cornelia.§.hac lege. & de iureiu.l.iij.
§.j.& quod ibi no.Hoc habemus expreſſum in caſu noſtræ.q.ff.
h de iu.fiſ.l.non intelligitur.§.tacitè [h].in gloſſ. parua, quæ dicit vt
per confeſsionem &c.vnus ergo modus probandi tacitè fideicõ
miſſum eſt per confeſsionem.& ſic ſatis innuit de hoc fieri debe
re interrogationem.Præterea,hoc videtur expreſſum in l. vbi.q
tenetur reſpondere per iuramentum an poſsideat vel dolo deſijt
poſsidere:vt ff.de noxa.l.quoties.§.prætor.de rei vend.l. ꝗ p̃to-
rio.in prin.Facit ad hoc optimè gloſſ.ff.de offi.aſſeſ.l.j.ſuper ver
bo,poſtulationibus.vbi aliquis interrogatur de ſua turpitudine,
& cogitur reſpondere.Nec obſtat illud quod Canon. dicunt
quòd verum eſt etiam ſecundùm eos : quia in his crimini-
bus quæ impediunt retentionem beneficij tenetur quis re-
ſpondere. Ita tenet Specu.in titulo de poſition.§.xviij. inci-
pi.conſiderandum.verſiculo lix.& Innocent.de elect.capit.du-
dum.& de accuſ.capit.inquiſitionis. Sed in propoſito tale cri-
men impedit retentionem beneficij : quia iſta Domina ſi hoc
commiſit eſt indigna tenere hæreditatem,& poſsidere mala fi-
de.& teneretur de fructibus.C.de his qui.vt indig.l.fi.ff.e.l.eum
qui tacitum.ergo manifeſtè concluditur eã cogi huic poſitioni
reſpondere.Nec ob.quod not.in l.qui iuraſſe.§.ſi pater. & l.ſi à
te.ff.de rei ven.quia illud ideo,quia per illas interrogatioẽs ex-
aminaretur.

a ¶Ibi : aggeres.Vide Bar.ĩ l.pe.& ibi doc. ff.de ĩpẽ.ĩ re.dota.'fa. & in l.p̃dia.§.ſi ita legatũ. vbi ſcripſi ĩ addi.ff.de fundo inſtru. Tho.Diplo.

b ¶Poſitio ſit incerta. Vide Bar.in l.ꝗ iuraſſe.& ibi apoſti. ff. de iureiurand.Tho.

c ¶Certa & limitata. Vid ꝑ ale.ĩ l.ſi vt certo.§. nũc videndũ.in fi.ff.cõmo.& in cõſi. c.in j.vol.Tho.Dip.

d ¶Ex vna cauſa ſuccũbat.Vide Fel.ĩ c.ij.in xij.col.de reſcrip. & Alex.in l.diuus. ĩ iij. co.de re iud. Th Di.

e ¶Cecus.De iſto cõſ. meminit Bal.ĩ cõſ.lxxv.ĩ iij.vo.ĩci. videt̃ & Ale.in l.intelligit̃. §.tacita.in addi. Bar. ff.de iure fiſci.et Flo. ĩ l.p̃tor ait.ff.de nox. act.& ale.ĩ l.fi.in vj. col.in ver.poſitioni.ĩ add.bar.ff.de his qb⁹ vt ĩ dig. vbi alle.hoc cõſ.ꝑ cõſ.bal. ſed vt ibi ſcripſi eſt cõ. bar. & ita ꝑ cõſ.Bar.alle. idẽ Ale.in d §.tacita. Tho.Dipl.

f ¶Ex iſto themate.Vide Bal.ĩ d.cõſ.lxxv. ĩ iij.vo. vbi cõſuluit ꝑ iſtã doc.bar. vt ibi per eũ.& vide Bald. ĩ cõſ.ccxlj.incip.ſpurio ĩ ij.vol.& ĩ conſi. lxx.ĩ j.vol. ꝗo eſt.& Io.fir.ĩ ſuo reperto.ĩ ver.antepe. & Bñdi. de barris de Peru.in ſuo trac.de na.lib. & Bar.vero.ĩ ſua caute. lxiiij.& vide apoſti. Pau.de caſt.manu ꝓpria ĩ d.l.fi.ff.de his ꝗbus vt indig.& vide Bar.ĩ l.ꝗ hęr.ff.d reb. dub.& ꝗd ibi not.& ꝑ Bar.in l.ſi his q. de vul.& pu.& Bar.ĩ l. eã quã. poſt mediũ. C.de fidei.& in add. Spe.ĩ §.nũc verò.aliqua.ĩ addi.ꝗ inci. ad iſtũ finẽ.& in ver.ſed quid erat in præla.in addi.ꝗ inci. cõtinua. hęc alia ꝗo. & Bal.ĩ id ꝗd pauperib⁹. vꝰſ. xxij.C.de epi.& cle. Tho.

g ¶De le.ij. Vide bar. in l.fi.ĩ iij. col. verſi. ali⁹ modus.ff. de his quib.vt indi.vbi ſcripſi poſt Ale.Th.Di.

h ¶§. tacitè. Vide ibi Alẽxand.in addi. ad Bart.& Flor. in d.l. prætor ait.ff. de noxa.actio.Tho.



aminaretur.poſt quod deciſa eſt ſñia,vel iuramẽto,quod iudex
pati non debet.l.ſi duo patroni.§. idem Iul.in fi.ff.de iureiuran.
5 †Super quarto puncto dico ꝙ eſt conſiderandũ diligenter an di
cta domina aſſumpſerit in ſe tacitam fidem de reſtituendo fidei
con.ſtatim:an de reſtituendo poſt mortem ipſius dominæ. Pri-
mo caſu , licet ille ſpurius ſit defunctus antèꝗ ipſa domina re-
ſtitueret:nihilò minus habet locũ ius deferendi in fiſcum, vt ex-
preſsè colligitur.ff.de iure fiſci.l.edicto.§.extat.Si verò fuit roga
ta reſtituere poſt mortem ipſius dominæ: & tũc quia dictus ſpu
rius deceſsit ante diem legati cedentem,non poteſt deferri in fi-
ſcum:vt l.fi.in fi.ff.de his quibus vt indign.quia tempus in quo
cedit inſpicitur:vt l.non intelligitur.§. quando autem.ff.de iure
fiſci. Bartolus.

Si aliquid datur à duobus in ſolutum creditori pacto appo-
ſito de reuendendo intra certum tempus:& tunc vnus eorum
vult reemere pro parte,& alter non,an ille qui recipit tenetur ſi
bi reuendere.& concluditur ꝙ non.

1 *Emptor emens aliquid à duobus in ſolutum cùm pacto de reuẽdendo, uno eorum uolente reemere pro parte altero non,an teneatur.*
2 *In legatis fauorabilis ſit interpretatio pro legatario contra hæredem.*

## CONSILIVM. CXCV.

a Ngelotus [a] & Andreolus dede
runt dominæ Margaritæ inſolutũ medietatem vnius
molendini,pro certa quãtitate pecuniæ, hoc pacto ꝙ
dict.dña teneat̃ eis reuẽdere intra duos an.ſi voluerint reemere.
Nũc vnus vult reemere ꝑtẽ ſuã alter nõ.ꝗrit̃ an illa teneat̃ reuẽ-
1 dere†Sup hoc pũcto videt̃ de iure dicẽdũ ꝙ dicta dña reuẽdere
non teneatur:cùm datio inſolutum fuit facta vna quãtitate ſeu
vno precio:vt l.ꝙ autẽ.§.fi.& l.ſeq.quod ſi vno.ff.de in diẽ ad-
dic.vbi eſt caſus noſtræ q.Nam veriſimile eſt contrahentes vo-
luiſſe vel totam reemere,vel totam retinere:non ꝙ pars tm̃ rema
neret apud eam:vt d.l.quod ſi vno.in prin.& de ſo.l.ſi quis aliã.
Præterea qñ in perſona duorum ponitur conditio ſeu facultas
aliqua quæ conſiſtit in faciendo,vel miſtim dando,vel faciẽdo:
tunc nõ poteſt impleri per vnum pro parte:vt ff.de manu. teſt.
l.ſi ita fuerit.in prin.& §.quæſtio hęc. & quod not.C. de condi.
inſer.l.ſi plures.ſed in iſta quæſtione in perſona duorum eſt ap-
poſita conditio,ſeu facultas quædam ſi voluerit reemere,& ma
ximè conſiſtens in dando & faciendo:vt l.conſilio.de cur.fur.&
ibi not.ff.ſi cer.peta.l.certi condictio.in iiij.gl.ergo non poteſt di
uidi.& per vnum pro parte impletur. Non obſtat l. legatum.ff.
de condi.& demon.& l.fi.eo.tit.quia ibi loquitur in conditioni
bus quæ conſiſtunt in merè dãdo.hic ſecus,vt dictum eſt. & qa
2 ibi loquitur in legatis,vbi†fauorabilis fit interpretatio pro lega
tario cõtra hęredem ſcriptũ,qui certat de lucro,vt regulariter fit
in teſtamẽtis,hic verò loquitur in contractibus,in quibus men-
tem contrahentium inſpicimus, vt totũ apud eũ remaneat,aut
nihil:hęres verò ſiue totum,ſiue pars apud eũ remaneat,ſemper
lucratur:arg.pro illa ratione.ff.de contrahen.emp.l. fundus ille.
& quod ibi not.Nec obſtat ff.de verb.obli.l.eadem.§. Cato.vbi
dicitur ꝙ factũ diuiduum põt pro parte impleri:quia poſſumus
dicere ꝙ ſit factum indiuiduum.Nam in contractu venditionis
venit in obligatiõe rẽ tradi.l.exempto.in prin.de act.emp.ſed rẽ
tradi dicitur factũ indiuiduũ:vt l.ſtipulationes nõ diuiduntur.
ibi:fundum tradi,&c.ff.de ver.obl.Præterea,ibi loquitur quan-
do factum eſt in obligatione:hic verò non in obligatione,ſed in
conditione,vel facultate quadã ex parte Angeloti,& Andreoli
ergo conditio non debet ſcindi,ſeu diuidi:vt l.cui fundus.de cõ
di.& demon.vt ſ.probatum eſt.Concluditur ergo dictam domi
nam non poſſe cogere reuẽdere partem illius rei ſibi datæ in ſo-
lutum.& ita dico ergo Barto.

An legatus Cardinalis in certa prouincia poſsit concedere iu
riſdictionem vni ciuitati in caſtris pertinentibus ad aliam ciui-
tatem . & caſu quo non poſſet, an ſi factus poſtea papa confir-
met,valeat confirmatio quam facit ex certa ſcientia. Item ſi in
prima conceſsione dicit ꝙ facit tanquam rector illius prouincię
& in confirmatione dicit ꝙ confirmat id quod fecerat tanquam
legatus,an propterea vitietur confirmatio. Item an generalis cõ
firmatio referatur ad omnes ſpecies comprehenſas ſub genere.
Item quando in priuilegio fit mentio ciuium , an comprehen-
dantur Comitatẽſes. Item na p̃ſcriptio in præfato caſu iuuet:&
an debet dominus illius ciuitatis cui factũ
eſt præiudicium agere contra ciuitatẽ quę
præſcripſit dicta caſtra an contra caſtra.

1 *Conceſsio facta per Rectorem Marchiæ Ancoñ.uni ciuitati in quibuſdam caſtris ad aliam ciuitatem ſpectãtibus,an ualeat.*
2 *Conceſsio prædicta licet prius fuerit inualida, ſi confirmetur poſtmodum per Papam,ualet.*
3 *Diuerſitas uerborum exiſtens in conceſsione & confirmatione prædicta,an habeat uitiare.*
4 *Confirmatio generalis an referatur ad omnes ſpecies comprehenſas ſub genere.*
5 *Mentio ciuium in priuilegio conceſsionis facta compræhendit etiam comitatenſes.*
6 *Dictio ciuitas,quot modis capiatur.*
7 *Præſcriptio ſeu poſſeſsio quam habet commune Cameriñ. an iuuet ipſum in aliquo.*
8 *Ciuitates & caſtra prædicta cum quaſi poſsideantur à dicto communi,an poſsint conueniri & moleſtari à duce Spoleti.*

## CONSILIVM CXCVI.

b Iuitati Camerinẽ [b] .
prouinciæ Marchię cõceſſa fuit
per dominum Sinibaldum titu-
lo ſancti Laurentij in Lucina diaconum
Cardinalem plenaria iuriſdictio in quibuſ-
dam caſtris & villis , inter quæ ſunt quæ-
dam caſtra , quæ dicuntur eſſe in ducatu
Spoleti.& hoc conceſsit vt rector Marchię
Anchonę qui dominus Sinibaldus poſtea
factus Papa , & vocatus Innocentius ter-
tius,dictam donationem & conceſsionem
confirmauit per hæc verba : Conceſsiones
omnes & ſingulas , quas fecimus ciuitati
Cameriñ.prouinciæ Marchiæ Anchonæ
dum in ea legationis officio fungebamur,
authoritate apoſtolica confirmamus.& di-
ctum commune fuit in poſſeſsio.dictæ iu-
riſdictionis octuaginta annorum, & vltrà.
Nunc dictus dux Spoleti facit requiri ali-
quas ex dictis vniuerſitatibus,quas dicit in
ducatu eſſe,et ab eis petit ꝙ in ſua curia re-
ſpondeant,vt in ciuilibus & criminalibus.
& quòd faciant exercitium , & alia quæ
faciunt ſubditi.quęritur quid iuris.Ex hoc
puncto plura dubia oriuntur.Primò an cõ
ceſsio facta per dictum dominum Sinibal
dum rectorem Marchiæ valuerit. Secun-
dò,poſito ꝙ non valuerit , an confirmatio
poſtea facta per eundem Papam poſtea factum roboret.Tertiò,
quia in conceſsione dicit rector in confirmatione vt legatus di-
cit,dum legationis officio fungebamus , an hoc vitiet. Quartò,
quia dicta confirmatio non refert ſe ad certam conceſsionem,
ſed dicit ſimpliciter conceſsiones,quas fecimus,&c. an hoc im-
pediat.Quintò,quia in cõfirmatione dicitur,cauſas ciuium no-
ſtrorum,vtrum referatur ad cauſas comitatẽſium.Sextò an poſ-
ſeſsio,quam habet commune Cameri.releuet dictas vniuerſita-
tes poſſeſſas . Septimò an præfatus dux debet agere contra di-
1 cta caſtra vel contra ciuitatem Camerineñ. † Super primo an
conceſsio facta per dictum dominum Sinibaldum rectorem
Marchiæ valeat. Dico quòd non, quia rectores prouinciarum
tales conceſsiones facere non poſſunt. Caſus eſt. ff. quod vi aut
clam.l. prohibere.§. plane.facit C. de tranſactionibus. l. præſes.
de pactis.l.pactum curatoris.cum ſimilibus . in regibus tamen
qui ſunt hodie per mundum per conſuetudinem iuriſdictionis
eorum aliud puto,& videtur caſus extrà,de re iudicata. capitu-
lo, Abbate ſane. verſiculo , ſed ad hæc. libro vj. Non eſt ergo
idem in pręſidibus prouinciarum,qui non habent tantam iuriſ-
dictionem. Pro hoc facit:quia præſes abdicare à ſe non poteſt iu
riſdictionem,niſi in manibus ſuperioris:vt l.pen.ff.de offic.prę-
2 ſi.†Super ſecundo,ſcilicet,an per confirmationẽ poſtea factam
roboretur.Dico ꝙ ſic,vt d.l.prohibere.§.ſane.verſi.ſed ſi à prin-

a ¶Angelotus. Vide per Bar.vbi facit mẽtionẽ de hoc conſi. in l. ſi quis aliam. in fi. prin.ff.de ſolu. & ibi ſcripſi in addit. & in l.qui vſusfructus.ff. de vſufru.leg. in fi.et ibi Alex.in addi.vbi etiam plura ſcripſi poſt Alex.& Barto. in l.vxorẽ.§. agri plagij.in fi. ff. de leg.iij. & vide Io.fir. in ſuo reperto.in verſi. emptor retrouendens.in verſi.iij. & in verſic. obligatus.in ver.cxviij. & vide in ſimi. Bal. in l.fi.in ij.colũ. ibi : ſed pone. C . de ædil. actio. & in l.fi. in pen.col.C. de iure do.& do. Anto.in c. cũ rationabilis . in ij. col.de excep.& Ange.de Are.in §.in duplũ. in pe.col. Inſtit. de actio.Tho. Dip.

¶ Pro intellectu l. legatum.§. fina.ff.de condi. & demon. & l.fi.eo. titu.

b ¶Ciuitati Camerinen. Vide Barto. in l. prohibere.§.planè.in fi.ff. quod vi aut clã. & ibi ſcripſi & in l. deinde.§. hic antẽ interdictum.in fi.et ibi Alex.in addi.ff.de libe. exhiben.& And. Barba.in l. nõ intelligitur.in prin.ff. de iure fiſ.in addi. Bar.& Bal.in c.j. ꝗ feu. dar. poſ.in vſi.feu. & ibi doc. & vide plenè ꝑ Ioã.de Ana.in conſi. lxxxj. per totũ viſo inſtrumento . & ibi Ludo.Bologni.ĩ addi.& do. meũ Anto. Corſetum in ſuo tracta. de p̃tãte regia.in iiij.q. & Feli. in c.ad audiẽtiam. in ij . col. de pręſcri.& do.Ale. in l.quamquam. circa mediũ.C.de teſta. mili.& in cõſil. xcij. in vj.volu. & profectis.in viij.col.Tho.

cipe.& qa non eſt dubium principem poſ-
ſe quibus vult ordinariam iuriſdictionem
concedere ſiue priuatis hoībus ſiue ciuita-
tibus, vt ff.de iur.om.iu.l.more. & l. qa qđ
ibi not. Facit quod not.in corpo.de defen.
ciuita.§.iuſiuran.& quod ibi not. in fi.ma-
gnę gl.vbi no.de priuilegijs cōceſsis ab Im
peratore Federico Lumbardis. Ad idē.ff.
de cē.l.j.& l.fi.vbi ponuntur quædā ciuita
tes, quibus ſimilia priuilegia ſunt conceſſa.
& de eius poteſtate diſputare ſacrilegium
eſt.C.de ſacrile.l.ij.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ
dicta confirmatio fuit facta in forma com
muni, & ſic non valet: vt extra de confirm.
vti.vel inuti.c.examinata. quia non eſt ve-
rum ꝙ fuit facta in forma communi. Non
enim fuit dictum ſicut prouidè factū, &c.
a ſed confirmatio fuit facta ſimpliciter[a] &
ex certa ſcientia.& ſic id qđ eſt inualidum
confirmat. extra, de confir.vti.vel.inutil.c.
ij.& not.de conſti.c.cū acceſsiſſent. & per
Abb.& Io.And.& Archi.co.ti.c.j.libr. vj.
Præterea, cùm dicta conceſsio fuerit facta
per ipſum Papā: tunc rectorem Marchiæ
debet dici cōfirmationem factam fuiſſe ex
b certa ſcientia,[b] cùm de ſuo facto faciat men
tionem in quo ignorātia nō præſumitur.ff.
ad Velleia.l.ꝗꝗ. & de acqui. hære.l. cùm
falſum. Facit quod no.de noua.l.ſi quis de
legauerit, & de leg.j.l.fi res obligata. cū ſi.
Sed cùm papa aliquid ex certa ſcientia di-
c ſponit, videt̃ omne obſtaculū tollere[c]: vt ff.
de excu.tut.l.idem Vlpia.§.j.& de re iud.l.
quidā conſulebat. Ad idem facit quod no.
C.de appella.l.eos.in gl.quæ incipit, nā an
te,&c.C.qui admit.ad bon. poſſ.l. bonorū.
ibi: ſciēs,&c. Facit quod no.per gl. & doc.
3 C.ſi contra ius vel vtilia.pub.l. fin.†Super
tertio, quia in cōceſsione dicitur, vt rector
in confirmatione dicit̃, cū legatiōis officio
fungeremur. an hoc vitiet. Et videt̃ ꝙ ſic:
quia nō videt̃ loqui de ea conceſsione, ꝗ
fecit vt rector. Sed dico ꝙ nō obſtat. quia
ille, qui eſt rector prouinciæ, poteſt dici le-
gatus: vt l.penul.ff.de offi.præſi. & ſic fun-
gitur legationis officio. Caſus ergo videtur
in præalleg.l.pe. Præterea, nomen rectoris
ſeu præſidis eſt generale, & vt comprehen
dat omnes alios rectores legatos quocūꝗ
nomine cenſeantur: vt ff.de offi.præ.l.j. Cū
igitur de alia conceſsione non appareat, ad
illam debet referri, vt ſtatim dicā, cùm ver-
ba confirmationis hoc patiantur, vt dictū
4 eſt.†Super quarto, quia dicta confirmatio
non fuit facta per relationem ad certā con
ceſsionē, nunquid vitiet. Et fortè poſſet di
ci ꝙ ſic: quia fortè papa ſenſit de alia cōfir
matione quā ſit iſta, quæ producitur. econ-
trario dico ꝙ cū nulla alia appareat, de iſta
debet intelligi papam eſſe locutum.ff.de iu
re fiſci.l.non intelligitur.in princ. & §.j.ſe-
cundùm veram opi. ibi teſtator dicit, rogo
quòd detis ea quæ petijt. intelligitur loqui
clarè de his quę apparent petita in teſtamē
to: nec intelligit̃ loꝗ de eo quod non appa-
ret. Ad hoc facit quod not. ff.de exceptio.
rei iudic.l.ſi quis ad exhibendum. pro hoc
facit: quia in confirmatione dixit in conceſ
ſiones omnes, & ſingulas. vñ poſito ꝙ illa
cōceſsio appareret: etiam illa intelligit̃ cō-
firmata ex vigore illorū verborū gñalium:
vt l.ſi ſeruitus.de ſerui.vrb.prędio, & C.de
præſcriptio triginta annorum.l.omnes.de legatis.iij.l.ſi chorus.
5 cum ſimilibus†Super quinto: quia in conceſsione dicitur, cau-
ſas ciuium, an trahatur ad cauſas comitatenſium. Ad quod dico
quòd ſic. Primò quia ſi quis verba dictæ conceſsionis inſpexe-
rit, ibi hoc dicit̃ expreſsè. hæc enim ſunt verba conceſsionis cir-
ca fi. in quo diſtrictu & dictis villis & caſtris & hominibus &
etiam omnibus quæ ad commune Camerñ. pertinent plena-
riam iuriſ.concedimus. ſicut aliqua ciuitas plenius habet. Appa
ret ergo ꝙ iuriſdi. quam habet in ſuo ciues conceſsit in ſuos Co-
mitatenſes. Præterea poſito ꝙ non eſt etiam expreſſum. probat̃:
quia appellatione ciuium continentur etiam comitatenſes: vt ff.
ad munici pa.l.q ex vico.coniuncta l.omnes.C. de in col.libr.x.
Præterea, idē eſt dicere, ciues Camerincēſes, & Camerīēſes: vt ꝓ-
bat̃ ff.admu.l.j.ſed illeq eſt de comitatu, dicit̃ cameri.vt d.l.q ex
d vico[d]. vbi gloſ.dicit de Virgilio. ergo cōitatēſes ſunt ciues. Præ
terea, qñ aliquid relinquitur ciuibus, non debetur tm̃ illis q ſunt
intra muros, ſed omnibus: ideo admiſtratores Reipu. capiunt vt
ff.de rebus dub.l.ciuibus.& ff.de le.ij.l.Lucius.§.ciuibus. & ſic
6 patet quòd comitatenſes continēt̃ur.†Præterea, ciuitas ponitur
aliquando pro loco muris circundato, & muro finitur: vt l.ij.de
verbo ſigni.& l.alphenus.e.tit.extra, de ſenten.excō.c.ſi ciuitas.
lib.vj. Qñꝗ ciuitas ponitur pro coadunatione hominum, & tūc
continentur etiam ruſtici. Caſus eſt in l.fi.ff.de nundi. ita in pro-
poſito. Nec obſt.extra de reſcript.c.Rodulphus. quia fateor ꝙ
appellatione eorum, qui ſunt in diœceſi, non continentur ciues
illi, qui ſunt de ciuitate, ar.C.ne ruſti.ad vllum obſe. aduo. l.j.li.
xj. ſicut etiam appellatione comitatenſium non continentur illi,
qui ſunt de ciuitate. Sed appellatione ciuium bñ continent̃ co-
mitatenſes, niſi ciuis poneretur ad differentiam comitatenſis: qa
7 tunc ponerentur vt ſeparatæ ſpecies. † Super ſexto[e], an poſſeſ-
e ſio, quam habet cōe Camerñ. ipſum releuet in aliquo: dico ꝙ ſic.
Primò, quia ſi conceſsio ſeu ꝓuilegium in aliquo deficeret, cur
ſus tanti tēporis habet roborare: vt C.de fun.pa.l.fi.lib.xj. Item
in alio: quia cùm ciuitas Camerñ. ſit de prouincia Marchiæ, &
à rectore Marchiæ imponantur onera perſonalia, & etiam rea-
lia ꝗ imponunt̃ ꝑſonis ꝓ rebus: illa onera, potuerūt imponi etiā
pro rebus, quas hñt extra Marchiā: quia ſicut Camerñ. poteſt
in Marchia pro illis rebus conueniri: vt l.fi.in fi.de pręſcrip.lōg.
tēp.& C.vbi in rē actio.l.fi. ita poterit etiā his oneribus ꝗ impo-
nuntur ꝑſonis ꝓ rebus grauari: cū dicta ciuitas Camerñ. in hoc
à dicto duce ducatus grauari nō poſsit: cùm non ſit prouinciæ
ſuæ: vt ff.de mu.& ho.l.reſcripto.§.fin.& not.C.de mu.pa. ſuper
rub. Nec ob.quod not.C.de muli.& in quo lo.l.j.lib.x. imò facit
pro, ſi bene aduertat̃. Nam pro poſſeſsionibus, quas alibi poſsi-
deo, non imponitur mihi onus. Ratio quia alibi teneor ſoluere
contributiones & tributa, vt ibi no. ſed pro prædijs Italicis non
ſoluuntur dicta tributa, cum ſint libera, vt C. ſine cen. vel reli.l.
fi.& ibi not. ergo patet ꝙ illa rō ceſſat. & ſic in loco domicilij.
8 imponetur perſonæ & rebus alibi poſitis†Super ſeptimo dico
ꝙ cùm dictæ vniuerſitates quaſi poſsideatur à communi Came
rñ.& illi communi faciant omnem ſubiectionem, vt in thema-
te proponitur, dictus dux ducatus nō poteſt conuenire illas vni
f uerſitates, vel moleſtare. ſed cōmune camerñ. debet agere[f] co-
ram iudice competenti. non enim ille, qui poſsidetur, ſed ille q
poſsidet, debet cōueniri: vt ff.de lib.ho.exhi.l.j.& quod no.ff.de
rei ven.l.j.§.per hanc. Facit ff.ad muni.l.de iure extra de ma. &
obe.c.inter quatuor. facit de præſcript.c.auditis.& de proba.ca.
licet cauſam & de reſti.ſpo.c.Piſanis. Cū ergo ciuitas Camerñ.
ſit conuenienda, quæ non eſt de prouincia ducatus, ergo pro di
ctis præſtationibus dux ducatus non eſt iudex cōpetens. Bart.

Si notarius omiſit ſcribere diem in inſtrumeto, an inſtrumen
tum vitietur, & an poteſt poſtea ponere.

1 ☞ *Dies non appoſita in inſtrumento publico manu notarij ſcripto an uitiet inſtrumentum.*
2 *Notarius ductus errore in conficiendo inſtrumento omittit quid de ſolennitate, uel die poſt per aliquod ſpatium recordatur de die, an poſsit illam apponere.*

## CONSILIVM CXCVII.

g Reperitur[g] inſtrumentum publi
1 cū ſcriptū manu notarij, ī quo dies† nō fuit appoſita, an valebit.

a ❡Simpliciter. Aduerte ꝙ iſtud eſt verum in confirmatione ſpeciali ſecundùm doc. in l.& quia.ff.de iur. omnium iudi. & vide Archi.xij. diſtinc. præceptum. in generali autem confirmatione. vide docto.& maximè Bal.in l.j.ff. de his qui ſunt ſui vł alien.iur. & Bart.in l.diuus.§. nec generalem.ff.de fal.Tho.

b ❡Ex certa ſcientia. Nota ꝙ Bartol. hic vult, ꝙ non eſt neceſſaria expreſsio ex certa ſcientia per papā, quando conſtat ex narratis: vide plures concordan. pro & contra per Felinum in c. cùm inter priorem. in j.colū. de exceptio.& vide do. Vita. Neapo. in ſuo tract. clauſularum. in clauſula, ex certa ſcientia.& domi. Philip.Deci.in conſi.cxcj.in cauſa quæ agatur. in ij.colū. & Ioan.de Ana. in conſilio lxxxj.& in cōſ. xciij. in pe.col. vbi videas. Tho. Diplo.

c ❡Omne obſtaculū. Nota quod dicit bar. hic, quòd quando papa cōfirmat quid ex certa ſcientia, tollit omne obſtaculum. vide plures concord. per Felinum in c.cū inter priorem. in iiij. colum.de excep. vbi videas, et ponas hic. Tpo.Diplo.

d ❡L. qui vico. Vide plenè de materia in cap.ſignifican.de reſcrip. & in l. nulli.§. quòd ſi in vico.C.đ epiſc.& cler. & vide Alex, in l.ij.ff.de ver. ſing.in addi.Bar.& ī cōſi.xxvj.in vj. vol. viſo themate & his ꝗ.in fin.& in rubr.ff. ſolu.matr.in iiij. col. vbi plenè de hac quęſtione Bar.Tho.

e ❡Super ſexto. Not. quod dicit Barto.hic ꝙ poſſeſsio longiſsimi tēporis corroborat priuilegium ſeu conceſsionem inualidam. Tho. Dipl.

f ❡Debeat agere. No. quod poſsidens & non poſſeſſus eſt cōueniendus. Tho.

g ❡Reperitur. Adde quòd do. Franc. Tigrini cōſuluit in iſta materia inſimul cū Bart. & ita eſt ſubſcrip.do.Franc.ſecundùm ordi.Peruſi. in ij.parte cōtractuum, in conſi.xxiij.vbi ſic ſcriptum reperi. Bar. & Franc.tigri. conſuluerunt. & vide Iaç. Butr.& Cyn.in l.Imperator. de ſta.ho.& Spec. in tit.de inſtr. edi.§.inſtrumentum. verſic.quid ergo. & verſi.ſeq.vbi pleniſſimè. Tho.



valebit. Et videt̃ ꝙ nō: qa dies eſt de ſubſtātia ſiue de ſolēnitate
inſtrumēti. Vnde ſi deeſt, dicitur non valere: ar.in aut̃.vt prępo.
not.Impe.colla.v.& in aut̃.quib. mod.na.effi.legi.colū. vij.§.ad
hęc.C.de apo.pu.l.j. lib.x.C.de diuer.reſcrip.l.iij. & de cōtrahē.
& commit.ſtip.l.optimam. E contrà videtur ꝙ valeat: vt in j.cō-
ſtitutione.C.verſi.vt ita cū.& C.de iuſti.Codice confir.§.fi.ver.
& ei.& ſi quid deficiat de ſolennitatibus, non tamen vitiatur ne
gotium: vt ff.de ven.inſpi.l.j.in fi.C.de teſta.mili.l.milites. ff. de
a integr.reſt.l.diuus, Diſtingue[a] an ſit tale negotium ꝙ debeat fie
ri in ſcriptis omnino, aut non. Primo caſu ſi erat tale quod omni
no ſcripturæ ſolennitatem exigebat, & dies deſit: dico res nō va-
lere: vt de fi.inſtr.contractus. Si autē ſcripturæ ſolennitates non
exigebat, ſed ad hoc fuit facta charta, vt id, quod factum erat, ꝓ
babilius probaretur: & tunc videtur dicendū ꝙ charta valeat.ff.
2 de fid.inſtru.l.j.& l.pe.ff.de pig.l.contrahitur.† Sed quid ſi tabel
lio fecit inſtrumentū, & omiſit aliquid de ſolennitatibus errore
lapſus, & poſtea per diem vel per annū ille, cui facta eſt charta,
non habet illam diem, vel ſolennitatem: dicit tabellio ego recor
dor illa die qua fuit factum inſtrumentum, paratus ſum ponere:
nunquid poteſt? Videtur ꝙ ſic: quia veritas ſcripturæ poteſt pro
bari per ipſum authorem, qui fecit: vt C.ad leg.Cor.de fal.l.ſi qs
decurio. Circa hoc vide Ia.But.et Cy.in l.Imperator. de ſta.ho.
& in Spec.in tit.de inſtr.edi.§.inſtr.ergo publicū.ver.quid ergo
& ver.ij.vbi plenius. Bar.de Saxoferrato.

Inſtitutio facta hæredi à patre ſub conditione poteſtatiua va
let, & conditio habetur pro non adiecta, & habetur inſtitutio ꝓ
pura: puta, ſi filia naſcatur, & intrauerit monaſterium, aut ſe
maritauerit.

1 ☞ *Inſtitutio facta à patre hæredi ſub conditione poteſtatiua ualet, & conditio habetur pro non adiecta.*
2 *Ius authenticorum non corrigit iura Digeſtorum in conditione caſuali, uel miſta.*

## CONSILIVM CXCVIII.

b In nomine domini[b] noſtri
Ieſu Chriſti, eiuſꝗ matris glorioſæ virginis Mariæ to-
1 tiuſꝗ curiæ cœleſtis, amen† In q. prædicta omiſſa nar-
ratione facti gratia breuitatis iuxta morem Legiſtarum ſecun-
dùm ea quæ proponerentur, videtur modò de iure dicendū te-
ſtamentum dicti Hug. tenere debere. Ratio, quia ipſe inſtituit
ventrem vxoris ſuæ ſub conditione duplici, ſ.ſi fœmina filia na
ſcatur, & ſi ingrediatur monaſterium, aut ſe maritaret: quæ con-
ditio eſt poteſtatiua: vt l.j.C.de inſtit. & ſubſti.l.in teſtamento.
la ij.ff.de condi.& demō.& ſic iſtis conditionibus à iure reiectis
remanet ſubſtitutio tanquā pura: vt l.quoniam in prioribus. C.
de inoffi.teſt. quæ loquitur in poteſtatiua conditione, non in ca-
ſuali vel miſta. Probo, Primò per principium d.l. quæ loquitur
in teſtō vatido olim per querelā rumpendo. & hoc probatur ra-
tione in prin. ibi poſita, quæ magis debet attendi ꝗ dictum, vt
l.cùm pater.§.dulciſsimis.de lega.ij.& de calum.l.hæc actio. de
acqui.poſ.l.ſi is quod omnino.& de iure pa.l.adigere.§. quāuis.
cū igitur in prin.d.l.in tali teſtamēto rūpendo olim per querelā
loquitur: ergo & ſequens prīcipium d.l.in eo debet intelligi: qa à
primordio tituli, &c. vt ff.de iur.& fac.igno.l.ij.§.licet.C. de im-
po.lucr.deſcrip.l.j.li.x.& hoc probat apertè totus tenor d.l. quo
2 niam in prioribus. ſi bene aduertantur eius verba.† Hoc etiam
probo: quia d.l.refertur ad l.omnino.pręcedentem, quę in tali te
ſtamento loquitur. Igit̃ iſta ſic debet intelligi.ar.in aut̃.de filijs
ante dota.inſt.na.§.fi.col.vj. Item hoc probat d.l.omnino. vnde ſi
non præterit: quia iura nullitatis teſtamentorum in ſua firmitate
conſeruat: nec aut̃.corrigit iura vetera in conditione caſuali, vel
miſta, vbi olim teſtm̃ erat nullum: ergo & hodie: vt C. de inſtit.
& ſubſti.l.ſi pater.ff.de hæredi.inſtit.l.ſeruus quoꝗ. Et cum hac
diſtinctione poteſt ſeruari quod not.in d.§.& licet Cyn. de hoc
facit dubitando magnam filateriam. in d.l.ſi pater. nec ob.opin.
mea.l.ita dubitari.ff.de hęre.inſti. quia dico ꝙ in conditione po-
teſtatiua, quæ pendet ex ſola filiæ voluntate, non corrigitur.d.l.
in ea. quæ non reſpicit factum extrinſecum, vt hic. Item nō ob.
ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.j.§.qui ſub conditione. quia dico ꝙ talis
inſtitutio dicitur pura quo ad hoc vt valeat. verè conditionalis
eſt quod ad moram, & onus & conditiones. quod apparet aper-
tè: quia tollitur per dict.l.quoniam in prioribus. & ſic remanet
inſtitutio tāquā pura. hoc ſentit. Gul.in d.l.quoniā in prioribus.
Et ita cōſului in ciuitate Veronę poſtꝗ Pa
duā acceſsi.& ꝑ hoc ceſſat l.cōmodiſsimè.
& l.cùm ſub conditione. & l. poſthuma.ff.
de lib.& poſth.Ray.de Forli. in eodem fa-
cto.& contra. Bar.

Si vnus facit fieri falſam relationē nota-
rio, & ꝓpterea notarius fecit falſum inſtru
mentum, an debet puniri de falſo: & caſu
ꝙ ſic, an debet puniri bis de falſo, ſ.de falſa
relatione & falſo inſtrumēto, vel debet du
plicari ſibi pœna ſtatuto attentato de publi
candis pœnis.

1 ☞ *Quid ſit falſitas.*
2 *Faciens fieri falſam relationem notario, qui poſtea fecit inſtrumentum falſum an ueniat puniendus.*
3 *Pœna prædicta ſi uenit imponenda an debeat duplicari ratione duplicis falſitatis.*
4 *Statutum loquens de pœna duplicanda in maleficijs quæ in palatio cõmittuntur, de quibus maleficijs intelligatur.*
5 *Accuſatio noua remanente prima, an inducatur ex huiuſmodi ſtatuto de pœnis duplicandis.*
6 *Quis de eodem crimine non debet ſæpius puniri.*

## CONSILIVM CXCIX.

c Tudertinus[c] quidam
veniens corā iudice dixit notario,
ſe ꝙ talis nūcius retulit ſe citaſſe prout in
hac ſchedula continet̃ præſente nuncio &
confitente ſchedula non perlecta, & nota-
rius nullius malignitatis conſcius, ita ſcri-
pſit. nūcius & caruit dolo: & ob hoc ille Tu
dertinus conſecutus eſt à iudice pronūcia-
tionem quā optabat. deinde repertum eſt
& confeſſatum per eum ꝙ vnus de conten
tis in dicta ſchedula nō fuit citatus. Ex hoc
inſurgunt duo dubia. Primò an veniat pu-
niendus tanꝗ fieri faciens falſum inſtru-
mentum, vel tanquam fieri faciens falſam
relationem, vel non. Secundò ſi veniat puniendus, an veniat du
plicanda pœna ex vigore ſtatuti loquentis quod pro maleficijs
1 commiſsis in palatio pœna duplicetur.† Circa primum eſt ſcien
dum quid ſit falſitas: & licet lex dicat ꝙ falſitas nil aliud eſt quā
immutatio veritatis. in aut̃.de inſtru.caut.& fide.in princ.& etiā
Dialectici dicunt ꝙ omne non verum eſt falſum: tamen ſecun-
dū legiſtas hoc non eſt verū: quia non omne non verum nō eſt
falſum, ſed requiritur dolus in committente: vt C. de falſ.l. nec
exemplum. Item non omnis non dicens verum etiam doloſè di
citur committere falſum: vt l.quid ſit falſum.ff.de fal. tex.in d.aū
then. debet intelligi ſi fiat dolo, & adſint aliæ qualitates quæ re-
quiruntur à lege, vt probat̃ in d.l.quid ſit falſum. Hoc ſentit glo.
in d.aut̃. cùm allegat d.l.quid ſit falſum. Hoc præmiſſo dico hūc
nō poſſe puniri, tanꝗ fieri faciens inſtrumentū falſum; quia fal-
2 ſum inſtrumentū nō eſt factum, cū notarius caruerit dolo. † Itē
nec tanꝗ fieri faciens falſam relationē, cū nuncius nō commiſit
falſum, cū dolo caruerit. Cùm igitur principalis nō cōmiſerit fal
ſum: nec iſte poteſt teneri tanꝗ fieri faciens; vt l.ſi is.§.ſi Titium.
ff.de fur. Non ob.l.ſi quis id quod.§.doli.ff.de iuriſd.om.iu. quia
ibi principalis albū corrupit, licet dolo caruerit: hic vero princi-
palis non commiſit falſum ex eo ꝙ dolo caruit, vt ibi not. Nec
obſt.ff.ad legem Corne.de ſica.l.nihil.cum gl. in exemplo quod
ponit de furioſo: quia tunc etiam homicidiū pōt cōmitti ſine do
lo, licet nō puniat̃: quia homicidiū eſt hominis examinatio: vt l.
ita vulneratus.ff.ad l.Aqui. Nec obſt.C.plus va.qđ agi. ꝗ quod
ſimul.cō.l.ñ.vbi tex.ponit in terminis falſitatē: & tñ vocat ibi il-
lud inſtrumētū falſum: quia fateor ꝙ illa ſchedula, quā ipſe ſcri-
pſerat, erat falſa: nec de hoc inquirit̃, nec de hoc quærit̃, ſed an fe
cit fieri falſum inſtrumētū ex eo ꝙ fecit notariū ſcribere; & ideo
lex alibi iſtū actū deceptionis non vocat falſum inſtr̃m: vt C.de
re.ali.nō alie.l.ij. Cōcludit̃ ergo ꝙ tāꝗ fieri faciēs falſum inſtr̃m
vel falſam relationē nō veniat puniēdus de falſo: verum quia iu
dici obrepſerit, nō veras citatiōes oſtendēdo. & ſic per obreptio-

a ❡Diſtingue. De iſto cōſi. vide Bar.in cōſ. ccxviij.inci.ex facto propoſito. & ibi ſcripſi.& Bal.in l.j.C.de nouo Codi. cōpo.& de materia vide Ange.in cōſi.cccxij. inc. viſis omnibus. poſt principium. Tho.

b ❡In nomine domini. Adde ꝙ iſtud cōſi.non eſt Bar. ſed do. Ray.de Forli. qui cōſuluit cōtra cōſ.Bar. & cōſiliū Bar.nō eſt impreſſum, ſed īprimetur in ij.vol.in cōſi.lxx. incip. pater in ſuo teſtamēto.& cōſi. ſequēs eſt etiā do. Ray. & ibi ſcrip. & Bart.in l. ſi pater. C. de inſti.& ſubſti. facit mentionē de hoc cōſi. & ibi vide Iaſ. in xviij.col.Tho.

c ❡Tndertinus. Vide Bar.in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & in l. ſi mulier. §. ſi ſeruus.ff.rerū amo. vbi facit mētionē de hoc cōſilio & dicit ꝙ ēt Fran.Tigri.cōſuluit. & vide Alexā.in dictis locis in addi. & maximè in d. l. ſi qs obrepſerit.& Feli.in c. quoniā contra falſam.in xxiiij. col.de prob. cui adde Bart. hic & vide plures cō cordan.per Alexā.in conſi. lxij. in iij. vol. in cauſa accuſatiōis. & in conſi.lxxiiij. in j. vol. incip. viſo teſtamēto. in xiiij. col. Tho.Dip.

a ℭ Querit̃. Vide bar.
in l.Titius cẽtũ.§. Ti
tio genero.& ibi ſcri
pſi in addi.ff.de cõd.
&demõ. Th. Dipl.
b ℭ Querit̃. Vide Bart.
in l.nõ ſunt ĩ fi.& ibi
ſcripſi.ff.de ſtatu ho.
& in l.ij. & ibi Ioã.de
Imo.& doc.ff.de pu.
iudi.& vide bal.in c.
j.de noua forma fide
in vſi.feu.et ĩ aut̃.ſed
nouo iure.in j.col.C.
de ſer.fu.& in l.data.
in xv.co.C.qui accu.
nõ poſ.in verſ.& idẽ
in eo.& doct.ĩ c.j.de
cor.viciat.& in c.pſ-
byterũ.de clerico æ-
gro.& Ãng.de Are.ĩ
tra.male.ĩ ꝟ.mẽbrũ.
& vide Bart. in ſeq.
conſi. Tho.
c ℭ Sed quæritur.Vide
Bar.in l.ij.ff.de pub.
iu.& ibi vide apoſt.
meã.&vide q̃ ſcripſi
ſ.in pcedẽti cõ.Tho.

nem ſnĩam pro ſe cõſecutus eſt: ideo tenet̃
pœna falſi:vt ff.de fal.ſi quis. vbi caſus ſin
gularis:& qa huius falſitatis pœna non eſt
adiecta in ſtatuto ; ideo imponitur pœna,
vt in alio ſtatuto cauet̃ procedendo de ſi-
milibus ad ſimilia:vt ad ſimilitudinẽ faciẽs
fieri falſam relationẽ vel alio mõ,vt ſibi vi
3 debit̃.†Super ſecũdo dico ꝙ talis pœna nõ
venit duplicãda.Ad quod oſtẽdendũ ſciẽ
dũ eſt ꝙ tale maleficiũ,ſ.per obreptionem
aliq̃d obtinere cõtra aduerſarium nõ põt
cõmitti,niſi in palatio vbi ius reddit̃ ſecũ-
dũ morẽ maiorũ:vt l.pe.de iuſt.& iur.cùm
ſit cõtentioſa iuriſ.vt l.à procedẽte.C.de di
la.& l.ij.§.dies.q̃s or.in bo.poſſ.ſer.de bon.
po.l.ij.§.ſi cã cognita, ſed alibi,q̃ per obre-
tionẽ aliquid obtinere non valeret:vt di-
ctis iuribus,& ſic nõ eſſet falſum punibile:
4 vt l.ſi quis legatũ.ff.de fal.† Hoc pręmiſſo
dicimus ꝙ ſtatutũ quod loquit̃ de pœna
duplicanda in maleficijs quę cõmittuntur
in palatio,debet intelligi de maleficijs,quę
indifferenter poſſunt cõmitti in palatio, &
extra:ſed ſi in palatio tantùm,vt in caſu propoſito: tũc nõ debet
duplicari vigore illius ſtatuti.Quod oſtendit̃ primò:quia ex na
tura generalitatis eſt ꝙ ad caſus,in quibus ſpecialiter prouiſum
eſt,non porrigitur,vt l.ſanctio legũ.de pœ.de ver.ſig.l.doli clau
ſula.cũ ſi.Cùm ergo huic maleficio quod de neceſsitate fit in pa
latio,ſit impoſita pœna ſpecialis ſtatuti loquẽtis de his generali
ter quæ in palatio cõmittuntur:ad hoc ſe non extendit dicti ſta
5 tuti diſpoſitio.†Secundò probat̃ ſic. aut dicis ex hoc ſtatuto de
pœnis duplicandis induci nouam accuſationẽ prima remanen-
te.vt l.quoties.de act.& ob.& tunc in inquiſitione ſeu accuſatio
ne ſimpliciter formata videt̃ electa illa via,ex qua minor pœna
imponitur:vt l.ſi præſes.& l.ſi de interpretatione. ff.de pœ.& ſi
ſtatutum imponit pœnã ſimpliciter,punitur. Aut dicis non in-
troductam nouã accuſationem,ſeu nouũ modũ agendi, ſcilicet
pœna qua puniebat̃ ex prima accuſatione ratione cuiuſdã qua-
litatis ſentitur augeri.ſicut dicimus in §.ſi detracta.& hoc eſt ve
rius:nõ tñ curo hoc examinare: quia tunc in iſto maleficio iſta
augmentatio non poteſt habere locũ, quia ſic ceſſat ibi qualitas
quæ poteſt adeſſe & abeſſe.& probatur. ff.de contrahen. emp.l.
pacta conuenta.& quod ibi not.de ver.ſign.l.ſi quis aliud. Ad
6 iſtum ergo caſum ſtatutum non porrigitur.†Tertiò probat̃ ſic.
De eodem crimine non debet quid ſæpius puniri: vt l.ſenatus.
de accuſa.& l.pe.in fi.nau.cau.ſtab.cum ſi.ſic eiuſdem qualita-
tis non debet ſæpius reſpectus haberi:vt l.habebat.in prin.de in
ſti.& de in rẽ ver.l.filius.in fi.ſed in propoſito primum ſtatutũ,
quo imponit̃ pœna ſimpla habita conſideratione loci,ſ.palatij:
quia impoſsibile eſt cõmitti alibi,ſed ſi ex vigore ſecundi ſtatu-
ti & propter locum duplicaret̃,iam hoc haberet̃ reſpectus eiuſ-
dem qualitatis:quod erit abſurdum,vt dictis legib.ergo ſtatutũ
non debet ſic intelligi:vt l.ſcire.§.aliud.de excu.tut.Quartò ſic.
Agri limitati non recipiunt agmentum alluuionis : vt l.in agri.
de acqu.re. do.ſic delictũ limitatum loco,certè ratione loci am-
plius non recipit augmentum.Bartol.

An legatum pro dote factum filiæ vel alteri, poteſt peti ſta-
tim,id eſt ante nuptias,vel poſt.& concluditur ꝙ ſic.

1 ☞ *Legata filiarum pro dotibus ipſis relicta, utrum ſtatim debeantur & peti poſsint an debeat expectari ætas nubilis.*
2 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda ſecundùm communem uſum loquendi.*

## CONSILIVM CC.

a QVęritur ᵃde legatis filiarum eis
factis pro dotibus,vtrum debeantur peti poſsit incõ
tinenti an debeat expectari ætas nubilis.Iſta quæſtio
pendet multũ ex forma ſtatuti ciuitatũ quę conſueuerunt diſpo
nere ꝙ filiæ ſint contentæ dotibus. & ideo niſi dicta ſtatuta vi-
1 deantur,rectum reſponſum dari non poteſt.†Sed de iure com-
muni loquendo conſtat ꝙ inquantum dicta dos relicta eſt vſq;
ad legitimã portionem debitam iure naturæ ipſis filiabus, dos
peti poteſt incontinenti abſq; aliqua dilatione: vt l.quoniam in
prioribus.de offi.teſt.in eo verò quod eſſet vltra legitimam : eſt
aduertendum:quia aliud eſt ſecundùm propriã ſignificationem
vocabuli de iure communi ſcripto : aliud ſecundùm communẽ
vſum loquẽdi,q̃ in ciuitate eſſe cõſueuit.Nã de iure ſcripto cùm
dos nõ poſsit eſſe ſine mr̃imonio.vt de do.ante nup.l.fi.in prin.
legatũ p dotibus habet cõditionẽ,ſeu diẽ nuptiarũ: vt C.de nu.
l.ſancimus.ff.de iure do.l.ex ſtipulatione. & ſic debet intelligi l.
Titio genero.ff.de condi.& demon.& idem licet quidam illum
text.aliter intelligant.& hoc probatur expreſsè.C.ad Treb.aut̃.
niſi rogati.& in corpo.vnde ſumitur. hoc expreſsè patet ꝙ reli-
ctum nomine dotis habet in ſe conditione nuptiarum verũta-
men cõis vſus loquendi aliter ſe habet in quibuſdam partibus,
quod cùm in facto conſiſtat,in iudicio debet probari.In quibuſ
dam enim partibus dicitur dos patrimonium mulieris etiam nõ
nuptę:vt cùm dicimus,talis mulier habet dotem bonam,licet ſit
puella,virgo vel vidua.& etiam cum dicimus de ingrediẽte mo
naſterium, talis mulier dedit monaſterio bonam dotem.& ſi. ſe
primi iudicis. nam cum poſsit ſententiam
confirmare ſi inueniret eam à iudice com-
petẽte latam:ergo & infirmare : cum cuius
eſt confirmare , eſt & infirmare.& qui po-
teſt condemnare, poteſt abſoluere.xiij.diſ.
inferior.& dominus voluit idem eſſe ius li
tigandi & abſoluendi.de pœni.diſtin.j.ver
bum igitur in hoc caſu non eſt dubitandũ,
&c.Præterea,ſi clericus litigaret coram iu
dice ſeculari,& opus eſt ei appellare:debet ad alium iudicẽ ma-
iorem ſecularem appellare:vt ij.q. vj.c. non ita in eccleſiaſticis.
vt ibi eſt glo.ordi.& allegatur iſta gl. in corpore auť.de ſan.epi.
§.ſi tamen imperium.col.ix.Bart.

Si commune vendat gabellam pro certo pretio vni,& ſtatu
to ipſius cauetur quòd de quolibet contractu debeat ſolui ga-
bella:tunc ipſum cõmune de prædicto contractu debeat etiam
ſoluere gabellam prædictam pro parte ſua:& cõtrahens ſecum
etiam.

1 *Commune habens ſtatutum dicens ꝙ pro quolibet contractu ſoluatur gabella , an uendens gabellam teneatur ſoluere eam de prædicto contractu.*

a ¶Fratres. Vide Bar. in cõſil.xv.in ij. vol. & ibi ſcripſi & in l. fin.C.de ſucceſ. edic. Tho.
b ¶Clericus. De hoc conſi. vide plenè per And.Sic. ĩ c.ij. in pe. col.de fo. cõpe. & ꝓ opi.Bar. vide Ro.in cõſi.ccxcix. in ꝓpoſita cõſultatione & Ioã.de ana. in c.poſt miſerabilẽ.in iiij.col. de vſuſ.& Pe.đ anc. in regula, ea quæ de regu.iur.l.vj.& Phi. Dec.in cõſi.vl.in pe. col.inci.dubitať principaliter. in cõtrariũ vide Spe.in tit.de reconuẽ.§. nũc dicam⁹. verſ.ſed nunqd incidenter. vbi inquit ꝙ iudex ſecularis cognoſcit de cauſa ſpirituali,& contra clericũ qñ de plano cognoſcit, & abſq; cõtradictione , vt quia clericus cõfiteť.& vide plures concor.per Alexã. in l. Titia. in iij.colũ.ff.ſol.mat.& pleni⁹ per Phil.Dec. in d.cõſi.vlt.in j.col. & adde Io.Calde. in cõſi.xij.in tit.de iud. vbi plenè incip.ſi clericus.vide Phil.Frã. in c.dilec. ĩ c.j.iiij.co. de appel.& Lan.Brixi.in c.qm̃ contra falſam.in ver.cõfeſsiones.de proba. in ver. quæro Petrus. & in ver. quæriť vlterius. vbi plenè de dicto Spec.& vide Pet. de Anc.ĩ cõſi.cxxxviij. viſis.in ij.col.& Ale. in l.ij. in iij.colũ.ff. ſi quis in ius. voca. nõ ie.& in cõſi.cxlix.in vj.vol. inci. in cauſa inquiſitionis.& apoſtil.in l. edicto. ĩ prĩ. in j. gloſ. C. de edic. diui Adriani. tollen. Quid aũt ſi clericus citat clericum inuitũ corã iudice ſeculari, & fuerit lata ſententia abſolutoria , an valeat: vide Fede.de Se. in conſi.xc. caſus talis eſt & Petr. de Anch. in c.ij. de foro cõpe.vbi cõcludit ꝙ ſententia nõ valet & eſt nulla.& facit mẽtionem de conſi.Bar. licet ipſum non allegat vide Alex. in locis ſuprà dictis. Th. Diploua.

2 *Diſpoſitio ſtatuti generaliter loquens de quolibet cõtractu non poteſt reſtringi.*
3 *Fiſcus,qua de cauſa non ſoluit uectigal ſeu gabellam.*

CONSILIVM CCXXVI.

a C Auetur ſtatuto.[a]
1 Montis polciani † ꝙ de quolibet
contractu, in quo fuit factum
inſtrumentum,ſoluantur gabellario taxæ
groſſæ quatuor denarij pro libra,duo vide
licet pro qualibet parte:modo cõmune di-
b ctæ terræ [b] vendidit alteri gabellam bladi
pro certo pretio. Quæritur,nunquid com-
mune debeat ſoluere gabellario taxæ groſ
ſæ pro dicto contractu duos denarios pro
libra,qui ſibi contingũt in parte. Et primò
videtur ꝙ commune non debeat quod ſic
probatur:In generali ſermone ſeu obliga-
tione non videntur obligata, quæ quis ve-
riſimiliter non eſſet obligaturus:vt ff. de pi
gno.l.obligatione.ſic etiam in iſta diſpoſi-
tione non videtur veriſimile ꝙ commune
voluerit ſtatuere contra ſeipſum. Pro hoc
videtur caſus in l.licitatio. aliàs, locatio. §.
fiſcus.ff.de publi.& quod ibi no. per Dyn.
pro hoc eſt illud generale,ꝙ in generali ſer
mone non intelligitur perſona loquentis.
Econtra videtur ꝙ poſito ꝙ ipſum cõmu-
ne de iuris rigore eſſet abſolutum à ſolutio
ne,debet tamen ſoluere:& ſe legi ſubmitte
re,ſicut Imperator:vt l.digna vox. C.de le-
2 gi.& inſti.de inoffic.teſta.in fi. † Secundò
quia iſta diſpoſitio generaliter loquitur, vi
delicet de quolibet contractu nullum exci
piendo:ergo eam reſtringere nõ poſſumus
vt l.de prætio.ff.de publi.cum ſi.& iſta vi-
detur veritas.Non obſtant prædicta ar. &
primò ꝙ hoc eſt veriſimile commune vo-
luiſſe ſe obligare propter æquitatem,quam
debet habere Princeps ſubmittendo ſe le-
gibus.Item quia militibus quandoq; com-
munia conſtituunt maiores expenſas,vt il-
li,quibus ſoluatur ſalariũ, ſoluant inde ga-
bellam,vt illa gabella tribuatur in aliã cõ-
munis vtilitatem.& ſic trahunt ex vna cau
ſa:& ex alia remittunt. ſicut poſſumus hic
dicere,vt commune velit ſe obligare ad ſo
lutionem gabellę:vt ex ea percipiat minus
3 pretium ſiue mercedem. †Ad §.fiſcus : rñ-
detur dupliciter. Primo, quia ratio quare
fiſcus non ſoluit vectigal, eſt:quia genera-
lis diſpoſitio iuris cõmunis,qua pręcipitur
ſolui vectigal,diſponit debere ſolui de om
nibus quæ portantur de vna terra in aliam
terram gratia communis vſus:vt l. cõmiſſa
ff.de vec.ſed fiſcus nunquam mercatur : er
go non debet ſoluere.Præterea,dico & ali-
ter ꝙ ibi ſit caſus pro iſta parte. Si enim fiſ-
cus vigore generalis iſtius diſpoſitionis vl
lege cõmiſſa non teneatur ſoluere,non fuiſ
ſet neceſſaria diſpoſitio illius.§.fiſcus.pro
dicto fiſco.Si dicam in caſu noſtro ſub ge-
nerali prouiſione quòd ex quolibet cõtra-
ctu &c.continetur commune:niſi ſpeciali-
ter excipiatur.Pro hoc facit tex.ibi dum di
cit,immunis quaſi dicat,licet de iure com-
muni ſit adſtrictus:tamen eius fauore ei cõ
cedimus hanc immunitatem.Pro hoc facit
quia licet municipium,in quo colligiturve
ctigal,debeat habere iſtam immunitatem:
non exciperetur tamen à ſolutione,ſi ipſe portari faciat res. Nõ
obſtat quod dicit Dynus ibi,ꝙ nemo poteſt plus iuris in alium
& c.Nã verum eſt quòd contra tertium nõ poſſum alicui trãſ-
ferre plus iuris quam habeam:ſed contra me ſic.Nunquam re-
peritur ꝙ ego ſim mihi obligatus,& tamẽ poſſum me alteri ob-
ligare.& ſic in propoſito.licet cõmune non faceret ſibi obliga-
tionem ſoluere:tamen potuit ſe gabellario obligare. Ad ſecun-
dum de emptore nunquid debeat ſoluere partem ſuam,nullum
dubium recipere videtur.videtur enim caſus in l.licitatio.§.fin.
ff.de publi.

CONSILIVM CCXXVII.

C Apitaneus patrimonij fecit
vnam conſtitutionem ꝙ nulla ciuitas , caſtrum , vel
villa eligeret Poteſtatem aliquem ciuitatẽ.ſub certa
pœna.De iſto conſi.vide ſ.in conſi.cxxxvj.

Si inquiſitio,vel accuſatio eſt formata contra vnum de per-
cuſſione,& ipſe confitetur,ſed non adiecit tẽpus percuſſionis,
nec locum. Item dicit ſe feciſſe ad defenſionem ſuam,an ſentẽ-
tia iudicis condemnatoria valeat.Item an publicatio teſtium fa
cta per iudicem non examinatis teſtibus alijs,qui prius iuraue-
rant,valet.& an iudex poteſt refrænare teſtes ꝙ non examinen
tur poſtquam ſunt recepti.Item an valeat publicatio teſtiũ par-
te non citata legitimè:& an citatio facta in carcere valeat,& nõ
peremptoria ad audiendam ſententiam.

1 ☞ *Sicut confeſſio delicti non continens locum,nec tempus,non ualet:ita libellus & ſententia.*
2 *Confeſſio conditionalis an,& quando ualeat.*
3 *Publicatio teſtium non debet fieri,niſi prius omnibus examinatis teſtibus.*
4 *Iudex non poteſt procedere in cauſa teſtibus iuratis,& non examinatis.*
5 *Publicatio teſtium ipſo iure eſt nulla,parte non præſente,nec legitimè citata.*
6 *Sententia eſt ipſo iure nulla parte peremptoriè non citata.*

CONSILIVM CCXXVIII.

c C Atharina [c] accuſauit Ritã quòd
certo loco,& tempore in inquiſitione contentis, ipſa Rita per-
cuſſit ipſam Catharinam.ipſa Rita reſpondens accuſationi cõ-
feſſa fuit,non tamen adiecit locum,& tempus,& dicit ſe feciſſe
ad ſui defenſionem.& dato termino ad probandum ſuas defen
ſiones recommendata in carcerem fuit.recepti fuerunt teſtes ſu
per accuſatione:quorum nullus probauit contra ipſam Ritam:
imò probant pro ipſa Rita.Dicit enim vnus ꝙ vidit Catharinã
cũ naſo ſanguinolento exire de domo Ritę.pro parte autẽ Ritę
datis articulis,& productis teſtibus,inter quos fuit Bartolutius
Ioannis,& Bucius Cocti intra terminum ad defendendum da
tum iudex iuratis dictis duobus teſtibus,& examinatis pronun
ciauit teſtes haberi pro apertis & publicatis.Pro parte autẽ ritæ
non fuit legitimè probatum quo ad defenſionẽ Ritæ.ſuper om-
nibus tulit ſententiã dominus Poteſtas contra Ritam,vt cõfeſ-
ſa,& non probata defenſione.quæritur an ſententia ſit iuſta vel
1 iniuſta.†Et ꝙ ſit iuſta,defendi non poteſt in aliquo, præſertim
cũ confeſſio Ritæ locũ cõmiſſi maleficij nõ cõtineat , nec tem-
pus,vt patet in rñſione ſua,& ſicut libellus debet continere pręd
dicta:ita confeſſio ſeu reſponſio.& talis debet eſſe ſententia , vt
probaẽ in l.libellorũ.ff.de accu.ij.q.viij.c.fi.ff.cõmuni diui.l.vt
fundus.C.de fideic.li.l.fi.extra,de accu.c.qualiter.& de ſimo.c.
licet.Liquere eñ debet maleficiũ commiſſum.prout,& ſicut in
accu.c.continetur,vt ff.de adul.l.dicere.cũ ſi. ſed ſententia non
2 conformatur accuſationis vt dictum eſt:ergo &c.†Secundò [d] qa
d dicta confeſſio non fuit pura,ſed cõditionalis, ſ.ꝙ ad defenſam
fecerat,ſed cũ qs purè non confitetur,ſed conditionaliter, licet
non probet conditionem,abſolui debet, niſi de puritate probe-
tur per eum qui dicit:prout plenè probatur & no.in l.ſi quidem
C.de excep.per Cy.in l.j.C.de cõfeſ.in ver.xiij.& per Spe. in ti.
de confeſ.§.item.Apparet ergo quòd ipſa Rita fecit ad defen-
ſionem,& cum moderamine inculpatæ tutelæ,& non ad vindi
3 ctam,ſed vim vi &c. †Quartò,quia duo teſtes iurauerunt.et
admiſſi fuerunt,non tamen depoſuerũt,& propterea nõ debuit
publicatio fieri teſtium ſine illis non examinatis , prout probatur in c.cauſam.& ibi per Inno.extra,de dilat. niſi ad depoſitio-
nem detur dilatio,vt probatur.ff.de tab.exhibend.l.locum.§.qd
4 ſit prohibere. †Nec poſſet iudex procedere in cauſa, teſtibus
iuratis & non examinatis:nec poſſet poſt iuramentum refræna-
re ex quo admiſit:vt l.in concedendo.ff.de aqua pluuia arcẽda.
ff.de neg.

a C Caueẽ ſtatuto.aliàs inci. ſtatuto ciuitatis cauetur.Tho.

b C Dictæ terræ. Vide Bald.conſi.xj. iij.lib. B.Land.

c C Catharina. Vide apoſt.in l.cũ de inde bito.ff.de teſti.in ver ſi.aliquis.Tho.

d C Secũdò.No.ꝙ dicit Bar. hic ꝙ ſi qs cõfiteẽ delictũ.ſed ad ſui defenſionẽ &c. licet nõ ꝓbet ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ, debet abſolui : niſi probeẽ homicidiũ et delictũ cõmiſiſſe purè:& nõ ſub cõditione.ꝙ no. ad ea q̃ tradit Bart.q videẽ ſẽtire cõtrariũ in l.Aureli9. §.idẽ q̃ſiuit. ff.de li.le.ad cui9 veritatẽ vid̃ Iaſ.in l. vt vĩ in iiij.col.& ſe. ff.de iuſti.& iure.cui add̃ bar. hic.et hmõi deciſionẽ Bar.hic ad de et Ab.Panor.in c. auditis.ĩ pe.co.de p̃ſcri. quã ſequiẽ Ia.in d.l.vt vi.in v. col.& Fe.in d.ca.auditis in xx.col.& in c. cũ venerabilis.in v. col.de excep.& in c. ſignificaſti iu pe.col. de homi.et plenè ꝑ Frã.de Areti.in l.ſi qdẽ.ff.de except.& plenè dixi in addi.ad Ia.ĩ d.l.vt vĩ.in eo aũt qd' dicit Bar.ĩ fi.ꝙ exiſtẽs in carcerib9 nõ põt citari.& ꝓceſſus & ſñia cõtra ipm lata ẽ nulla.add̃ Bar.ĩ l.ij.ff.de in ius vo.& Pau.de ca.in cõſ. xlj.viſis actis.et cõtrariũ tenet ipſemet Bar. in l.is q re9.in vl.co. ff.de pu. iu.cũ cõcor.de qbus ꝑ Iaſ.in d.l.ij.in prin. in iij.colũ.ff.de in ius vo. tñ cõcludẽter dico,& ita cõſului & obtinui bis ſemel in cã dñi Pãdulfi d̃ Cõlẽnucijs I. V.D.eximij.& alia vice in cã Frã.Becij ſoceri mei, q oẽs fuerũt incarcerati ſine cã ab Illuſt. d.Io.Sfortia.ꝙ p̃dicta intelligunẽ, vide licet ꝙ iſta duo copulatiuè cõcurrãt ꝙ carcerat9 iuſtè ſit. & ſui culpa:& ꝙ poſſit cõparere ꝑ ꝓcuratorẽ. Ita Paul.de Caſ.in l. ij.§.ſi qs ĩ iudicio. ff. ſi quis cauti.' & in l. quæſitũ. ff.de re iud. & in l. qñq;. ff. de in ius voc.ubi hoc etiã ſequiẽ Alex.& Frãc. de Aretio.in conſilio cxxxij . cõſultiſsime domine & ita fuit iudicatum per Guliel. Lambertellũ de For liuio tunc Piſauri locũ tenentem produce Borgia Valentino. Tho. Diplouata I.V.D.



ff.de neg.geſt.l.Pomponius ſcribit. & ſi poſſet hoc non refrenã
do fecit,ſed arbitrariè,& de facto,& inordinatè. nõ obſtat huic
ꝙ iudex mandauerit teſtibus ꝙ deponerent intra certũ terminũ
nõ enim negligentia illorũ teſtium debet eſſe dãnoſa dictæ Ri-
tæ,alteri enim per alterũ nõ debet iniqua afferri cõditio. de ali.
iu.mu.cau. fac.l.j.de aqua plu.arcen.l.j.§.de eo.& de regu.iur.l.
non debet.nec potuit ad publicationẽ ꝓcedere prius,vt dictum
5 eſt.†Quinto ꝙ ipſa publicatio eſt nulla ipõ iure,nec aliqua cau
ſa valet:quia non præſente parte,vel citata Rita legitimè.Nam
cũ in vinculis eſſet,fuit citata.Et ꝙ in vinculis foret, probaẽ per
recõmendationẽ de ea factam,tempore reſpõſionis apud cuſto
dem carceris:& ſic non eſſet in poteſtate ſui venire, cũ impedi-
retur per ipſum iudicem:ideo nunq; contumax dici poſſet: vt l.
contumacia.§.contumaciæ.ff.de re iudic. & l. de vnoquoq;.§.j.
& l.ſed ſi per prætorem.in prin. & ſic non valet quod factũ eſt,
vt d.l.de vnoquoq;.§.j.Sexto,quia locus porrectionis accuſatio
nis nõ apparet in ipſa accuſatione nec proceſſus,& actus,qui tñ
certi eſſe debent,ſicut & in cæteris actibus iudicialibus,& mini
ſterijs:vt C.de tabu.l.generali.lib.x.C.de contrahen.& commit.
6 ſtip.l.optimam.extra,de re iud.c.Abbate ſanè.lib.vj.† Item ſen
tentia eſt ipſo iure nulla:quia parte non citata perẽptoriè : & qa
in carceribus erat.Et ita conſulo ego Bart.

An appellatione filiorũ in ſtatutis comprehendatur filius na
turalis tantũ,& vulgo cõceptus & adulterinus, vel inceſtuoſus
cõcludiẽ hic ꝙ non. Itẽ an appellatione fratris carnalis compre
hendatur ſoror carnalis:vel appellatione filiorum fratrũ cõpre-
hendantur filij ſororũ.& cõcluditur ꝙ non.Item circa primã q.
concluditur ꝙ appellatione filiorũ indefinitè comprehenditur
filius naturalis tantùm:licet non ſit legitimus. alij tamẽ legitimi
ſuprà dicti non comprehenduntur.

1 ☞ *Appellatione filiorum in ſtatutis quales filij ueniant.*
2 *Lex non eſt ad improprium trahenda ubi poteſt operari ſecundùm propriũ uerborum ſignificatum.*
3 *Filij uulgò quæſiti an contineantur appellatione filiorum:& ſimiliter inceſtuoſi,nefarij,& adulterini.*
4 *Soror an comprehendatur appellatione fratris.*
5 *Filiorum appellatione continentur quinq; filiorum genera.*
6 *Mater an poßit uocari in ius etiam à uulgo quæſitus.*
7 *Filius regis naturalis,qui non poteſt eſſe rex,non debet in domo regia baptizari.*

CONSILIVM CCXXIX.

a C Auetur [a] ſtatuto quòd quæli
bet perſona,cui relinquiẽ in vltima voluntate,pro ga-
bella ſoluat certã quantitatẽ pecuniæ:de prędictis aũt
excipiuntur filij,& filiæ nepotes , matres & filij fratris carnalis,
& fratres ſiue ſorores carnales , &c. Ex quibus verbis inſurgit
dubitatio.de duobus.Primò de quibus filijs ſit intelligendum.
1 Secundò an appellatione fratris carnalis contineatur ſoror.†Et
circa primũ videtur dicendũ ꝙ ſecundũ ſtrictã & propriã ſigni
b ficationẽ intelligendũ ſit de legitimo & naturali. [b] Nã ꝑut iura
dicũt,filiũ eũ diffinimus,q ex viro & vxore naſciẽ:vt l.filium.ff.
de his,q ſunt ſui vel alie.iur.& l.q ſemper.§.pater. de in ius voc.
& hoc vbi ſimpliciter & abſolutè de filio fit mentio ſine alio ad
iuncto,ſicut eſt in themate præmiſſo ꝓponiẽ,& habeẽ in auẽ.vt
li.ma.& auiæ.§.ad hoc.colũ.viij.Sed an de naturali tantũ poſsit
intelligi,& de illo,q ex concubina ſuſceptus eſt, q̃ donec vixit,
ſtetit aſſociata in æſtimatione cõcubinę:& in domo dubitato af
fectu,& cũ ꝓteſtatione,&c.vt in auẽ.qui.mo.na. effi. ſui.§. ſi qs
autẽ.& l.in concubinatu.ff.de cõcu. Et vr̃ ꝙ ſic quãtũ ad certos
reſpectus. & incertis caſibus vnà cũ filijs ſuis , etiã legitimis &
naturalibus ſuccedãt:vt l.pe.C.ad Orfi. & etiã ſine eis:vt Inſtit.
eo.tit.§.itẽ quæſitũ.ad alimenta:& eorum partibus in certis caſi
bus,& certa parte ſuccedant,vt in prææalle.ti. quib.mod.na.effi.
ſui.§.diſcretis.& §.ſeq. Item in quodã alio caſu pietatis intuitu:
vt habeẽ in l.vxor.§.codicillis.in fi.ff. de leg.iij. Item in quibuſ-
dam caſibus,in quibus talibus filijs ſubſtitutus excludatur:vt l.
ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.aliàs aũt minimè cõpre-
hẽdi videẽ:vt C.de inſti.& ſubſti.l. generaliter.§.fi. Dum ergo,
vt ex præmiſsis apparet,in certis caſibus tantũ,& quo ad certos
reſpectus tantũ,dictus filius naturalis tantũ,loco naturalis & le
gitimi habeaẽ:ſequiẽ ꝙ in certis caſibus prædicta regula,quę in
contrariũ eſt inducta per d.l.filiũ.cũ concor.prælle.firma,& ſo
lida maneat:& per cõſequens exceptio di-
cti ſtatuti,quę filium à dicta gabella exclu
dit & eximit , locum non habet in filio na-
turali:arg.in auẽ.de non alic.§. vt autem &
ff. de teſta. mili.l. tribunus.§. cum aliquis.
Ad hoc facit quod not.Ioã. And.extra,de
bap.& eius effe.c.j.in cle.Ad idẽ: quia quo
ad cõmodũ filiorũ naturales filij non ſunt
filij,quo ad honorẽ parentũ ſic. Et ita ſolet
no.in l.j.ff.de reg.iur.& per Dyn. extra.eo.
tit.in procemio.Ad huiuſmodi cõfirmatio
2 nẽ accedit † qa lex vbi põt operari ſecundũ
ſignificatũ propriorũ verborum, nõ eſt ad
impropriũ trahẽda:vt l.verbis ciuilibus. &
l.in pupillari.& ibi no.ff.de vul.& pup.& l.
librorũ.§.qd' tñ Caſsius.ff.de leg.iij.& l.nõ
aliter.& l.Scęuola.& qd' ibi no.ff.ad Treb.
ſed ſtatutũ ipſum põt operari ſecundũ pro
priũ ſignificatũ,ſecũdum qd' eſt : ergo &c.
De huiuſmodi genere perſonarũ modicũ
eſt curandũ,cũ maximè hodie ex tali coitu
nati rariſsimè inueniunẽ.vt in facto eſt no-
3 tum. †Quid de vulgo q̃ſitis,id eſt de his,
qui ex publica & vulgari meretrice nati
ſunt.Et certè hi multò minus q̃ naturales
tantũ filiorũ appellatione cõprehendunẽ,
cũ nec patrẽ cẽſebanẽ habere : vñ ſolẽt filij
ſpurij appellari.Inſti.de nup.§.ſi aduerſus.
ibi:itaq;.& de legi.agna.ſuc.§. vulgo.Idem
de inceſtuoſis,nefarijs,& a dulterinis:vt in
prææalle.§.ſi aduerſus.Inſti.de nu. quinimò
nõ ſunt digni appellari filij , nec à parenti-
bus alẽdi,nec eis poſſunt ſuccedere, vt bre
uiter dicã:& omni beneficio legis prorſus
ſunt excluſi.C.de ince. nu.l. ſi quis inceſti.
circa prin.ibi:ſed neq; vxorem , neq; filios
ex ea editos habere credantur. in præal. auẽ.quibus modis nat.
effi.ſui.§.penul.& C.de natu.lib. auẽ. licet.in fi. Concludo ergo
quòd dicta regula de filijs legitimis intelligenda eſt de natura-
4 libus,& legitimis tãtum. † Circa ſecundũ videẽ dicendũ prima
c facie ꝙ appellatione fratris contineẽ ſoror [c]. ff.de pac.l. tres fra-
tres.ff.fa.ercis.l.Lucius.in prin.Et ratio , qa maſculinũ concipit
fœmininũ.ff.de leg.iij.l.qui duos mulos.& de ver. ſig.l.j. Econ-
tra videtur ꝙ nõ:cũ in dicta parte ſtatutũ loquatur in maſculo:
& ſic ad fœminã non debet extendi, ſed de eo,ſ. fœmineo ſexu
in dicta parte pro omiſſo eſt habendũ:& ſic cum de ſororis filio
in ſtatuto nõ diſponitur,dicendũ eſt ſecundũ regulã poſitam in
prin.dicti ſtatuti q̃ eſt vt ad ſolutionẽ dictæ gabellę teneatur.ff.
ſol.matri.l.ſi vero.§.de viro.& pręalleg.§.vt autẽ. ſed vt primus
punctus clarius poſſit videri,allegaẽ in contrariũ ꝙ dicta exce-
ptio intelligi poſsit,& in fauorẽ ſuum extẽdatur ad filios natos
5 de concubina,quæ donec,&c. † Et ſic certũ eſt ꝙ appellatione
filiorum continentur quinq; genera filiorũ,vt in auẽ. quib. mo.
nat.effi.ſui.§.palam.& ita ſummat Azo in d.tit.§.j. Præterea au
tem habent aliquam exceptionẽ ꝙ aliqui ex prædictis non ſunt
digni nominari filij,vt in præal.tit.& §.remanet ergo ꝙ natura-
les ex concubina ſint,& nominentur filij:vt in auẽ. de non alie.
§.vt autem.ad idem facit quòd filiorum appellatione continen
tur ex nobis deſcendentes.ff.de verbo.obli.l.liberorum.§.Papi.
& qui ex maſculo,& fœmina procreantur , filij dicuntur etiam
ſine nuptijs:vt ff.de iuſti.& iur.§.ius autem.Ad idem : quia ſta-
tutorum intellectus magis circa ea,quæ ſunt facti verſatur,quã
circa ea,quæ ſunt iuris.extra de conſti.c.j. lib.vj. ſed conſidera-
tio verborum quantum ad ea, quæ ſunt facti reſpicit naturales:
ergo etiam hic de naturalibus intelligi debet. Ad idem facit qd̃
not.per doc.C.ad leg.Iul.maic.l. quiſquis.§. filius. vbi tenentur
crimine læſæ maieſtatis non nati de legitimo matrimonio:dum
modo tunc temporis ſint nati. Sed ſi illud eſt ibi quantum ad
pœnã:multò magis quantũ ad beneficiũ:qa fauores ampliandi,
& odia reſtringẽda ſunt: & in hoc ſtatuto eſt fauorabilis iſta ex
ceptio,quantũ ad illos,quos lex nõ ꝓſequiẽ,vt odioſos,licet nõ
faueãt in aperto:ergo includaẽ ſub diffinita etiã indefinitè ꝓlata

a C Caueẽ.Vide Alex. in l. ex facto.§. ſi qs rogatus.ff. ad Treb. & ibi vide in addi. meis & vide apoſti. Andr.Barba.in l.tres fratres .ff. de pact. in lec.Bar.Thomas.

b C Naturali . Quod imò appellatiõe filij nõ cõprehendaẽ naturalis in ſtatutis tenuit Pau.de Caſt.cõſil.lxxix.Io.de Imo. in Cle.j. de baptiſ.& Pe.de Anc. ibi, & in cõſi.lxxvij. Ang. verò cõſ.xxx.inci.dña. Frãciſca.tenet idẽ qd̃ do.cõſulens.ſ.in proprijs terminis & idẽ in fortioribus terminis in ſpurio,d. Benedi.de Plumbino cõſ. ccliij.qd̃ eſt inter cõſilia Ange. maximè qñ verba ſtatuti ſunt naturalia , vt puta ſi filius,ꝙ tunc veniat ſpurius.contrariũ tñ cõſuluit Ang. conſi. ſeq. & ſpurius nõ cõprehẽdaẽ ille dictarũ opi.verbis verior videbitur colligere ex his q̃ no.per nouiſsi. in l.ſemper.& ĩ l.parentes.de in ius voc. Et an appellatione fratris veniat ſoror, vide Ale. cõſi.xcvij. ij.lib.Bernar.Lan.

c C Soror.Vid̃ in l.tres fratres.ꝑ bar.& doc. vbi ſcripſi.Thomas.

Pro intellectu Bart. in §. ſi quis.i auf. qb° mod.natu. effi.ſui.
a ¶Iacobe. Adde qđ iſtud conſilių ſecundũ ordinẽ Peruſinũ eſt in.j.parte iudicio rũ,nu.xxxv.& vide Iaſ.in l.j.in ij.col. ff.ſi quis cauti. vbi plenè de iſto cõſi. Bar.Th.
b ¶Rũ.adde ꝗ not. de Bar.in cõſ.cclvij. qri tur an elapſo.& quæ ibi ſcripſi.& qđ not. Bar.in l.ſi cui legeſ.ſ ſi.ff.de leg.j.& l.ſi in diẽ.ff.de cõditi.& de mon.& Bal.in l.j.in iij.co.verſi.ſed hic q̃ro.ff.ſi qs cautioni.et vide Bart.Soci.in dicta l.ſi in diẽ.ff.de cõdi.& demõ.poſt Frãci.de accoltis in d.l.ſi cui.in vltima co.ff.de leg.j.& vide Franc. de Are.i dicta l.ſi cui vbi cõcludit,circa ꝗ aut arbiter demõſtra uit initiũ tẽporis:puta qa dixit hĩc ad mẽ ſem,& tunc aut pars ignorauit laudũ,impedimẽto iuris,et nõ cedit tẽpus niſi à die ſcientiæ,vt l. ſi quis ignorãti.§.vlti.ff. ad ſyll.& facit.l.ſcimus §.donec.C.de iu. deli.aut impedimẽto fa cti.puta qa nõ interfuit laudo: vel qa nõ fuit ei notificatũ: nõ tñ impeditur de iure ſcire:tũc cedit tẽpus ignorãti:qa currit ab initio demõſtrato vt hic & l.qui duos.§.j. ff.de ma.teſt.& adde ad ipſum,ꝗ iſto caſu puto ꝗ poterit petere reſtitutionẽ ex iuſta cauſa &c.l.j.in fi. ff.ex qui.cau.m ai.& ff.qđ vi aut clã.l.ſem per.§.hoc interdicto. aut ſecundũ do. Frã. nõ demonſtrauit ini tiũ:qa nõ dixit hinc, ſed dixit intra menſem ſimpliciter, vel dixit in menſe proxime veturo, & tũc intelligit à die ſcientiæ vt C.de appel.authẽ. hodie & qđ ibi not. & d.l.iij.§.ſi qs hæres.ff.de ſtatu.libe.qa an tequã ſciat,nõ videt poſſe,vt l.j ff.de calũniato. & in dubio tẽpus incipit cedere à die quæ alios habet vt d.l.iij.§.ſi quis hæredis.Tho.
b ¶Notificauit parti. No.ꝗ notificatio laudi,ſi fit à notario,ſuf ficit ſi nõ dat copiã ſi nõ petat.vide Lud. Ro.in cõſi.vj.incipit cõ dicta.& Ale. in cõ ſi.xcv. viſis proceſſibus.i pe.col.in ij. vo. & bar.& doc.in l.nõ ſolum. §.morte.ff.de no.ope.nũ. & ibi Alex.in antepe. col. & Card.Flo.in cle.cãm in xxj.& xxij.q.de electione.Tho.Di.
d ¶Nõ feciſti.No ꝗ hęredes prohibiti diuidere ſub pœna poſ ſunt volẽtes diuidere addę Old.in cõſi.cc. xlj. factũ tale eſt.vid Io.firma. in ſuo rep. in ver.hæres prohibi tus.in verſ.iiij. T.D.
e ¶Dñs Io. Vide Ale. in conſ. clx.vj.volu. inci.viſo ac diligẽter in ij.col.nu. iiij. in fi. & Bar.in c.ſi. in col. ij. de pec. clerico. & Ale.in l.ſi filio. §.ſi.ſ pe.col.in ſi.ff.ſo.ma. & Bart.in cõſi. lxiij. & ibi ſcripſi.Tho.

vt ff.de le. ij.l.ſi pluribus.& l.ſi pretio.cũ ſi. & hanc parte tenet Accur.in l.parentes.de in ius vo. Nõ obſtant allegata in cõtrariũ. nã l.filiũ.loquitur de naturali, & legitimo, quod patet:quia eſt in titu.in quo quęrttur de iure patriæ poteſtatis,quod eſt propriũ ciuiũ Romanorũ patriũ in filios:& tũc diffinit & declarat quis eſt filius tũc,ſ.in poteſtate.certè bene reſpondetur ꝗ eſt ille, qui 6 naſcitur ex matrimonio.† Diffinitio autẽ ſi liȷ eſt illa,de qua dixi ſ. ſed lex declarat ꝗ mater nõ poteſt vocari in ius,etiã à vulgo quæſitis.ſed pater certus eſt,quem nuptiæ demonſtrant.non autẽ diffinit quid ſit pater.Itẽ non excludit ꝗ ille,qui quærit filiũ ſine matrimoniũ,nõ ſit pater,ibi etiam no. non obſt.auf.ma.& auiæ.§.ad hæc quo ve 7 nit ad declarationẽ l.filium.præalle.† Non obſtat quod no.auſ.qui.mo.nat.effi.ſui.§.ſi quis aũt defunctus.quia pro teſtamẽto eſt illa,& ſit ad hoc vt ſciri poſſit qui nõ ſunt legiti. Nõ obſ. quod no. Io.And.extra,de bap.& eius effe.in Cle.quia loquitur de regibus,& principibus.& filiȷs eorum in quo caſu filiȷ poſſũt in regno ſuccedere,& principali:quia regalis dignitas, & principatus non competit niſi filiȷs qui regnare poſſũt, & principari:et eis datur regnũ cauſa beneficiȷ.Si ergo filius nõ poteſt eſſe Rex:ergo non debet in domo baptizari: quia ceſſante cauſa ceſſat effectus.Non obſt.l.iij.C.ad l.Iul.de adul.quia illud non excludit quod non ſint legi.ſed in illo caſu facit lex differentiã inter naturalẽ tantum,& legitimos, ſicut in aliȷs iuribus:vt l. generaliter. C. de inſti.& ſubſti.ff.ad Trebe.l.ex facto.§.vni. cum ſi.vel fortè illa ſolutio nõ eſt vera,nec colligitur ex dictis legibus. Sed contrariũ videtur verum:quia de commodo filiorũ tractatur cum de tutela ipſorum tractatur: & quo ad illum punctum habentur pro filiȷs:quia matri filiorum tutelam, &c.quando mulier tute.offi.fun. poteſt.in authẽ. ibi poſita Bar.

A quo tempore currit tẽpus laudi,quo mandatur quod intra quindecim dies debeat pars aliquid facere. Itẽ an notificatio facta parti ſufficiat,ſi per notariũ tãtũ, & non dedit copiam parti. Item ſi vtraque pars venit contra laudum,an vtraque tenetur ad pœnam,vel altera,an nulla.

1 *Verba quòd intra quindecim dies proximos Titius debeat ſoluere decem in laudo poſita,quomodo intelligãtur.*
2 *Notarius notificans parti laudum datum,& non aliter oſtẽdens inſtrumentum,an incidat in pœnam.*

## CONSILIVM CCXXX.

a Omine Iacobe, primò vos quęritis ſi arbiter laudauit ꝗ Titius debeat dare Seio intra quindecim dies proximè futuros.decem,& Titius ignorans nõ dedit: demum à tempore ſcientiæ fuit in mora per plures dies an inciderit in pœnã. †Ad qđ reſpõ.b ꝗ dicta verba intra.xv.dies debeant intel- 1 ligi à diẽ lati laudi,& ſcientiæ.caſus eſt. ff. de ſtatulib.l.iij.§.ſi quis hæredi. abſurdum enim eſſet aliter intelligere,vt l. in diem. in prin.de condi.& demon.vnde ſtando per xv.dies poſt ſententiam.eſt in mora, & in- 2 cidit in pœnam.†Secundò per vos quęrit laudatum eſt ꝗ debeãt ſibi ad inuicem facere finem,& quietationẽ:vnus fecit quietationem coram notario.& notarius notifi c cauit parti,ᵈ& non aliter oſtẽdit inſtrumẽtum.an incidat in pœnam:reſpondeo. ſufficit ſi notarius nunciat:nec debet copiam dare,niſi petatur.de electio.cap.cauſam in cle.inſtrumentum autem non habet autoritatem niſi à notario.ſufficit enim ſi notarius nunciauerit:nec tenetur oſtendere,vel dare inſtrumentum,niſi fuerit petitum.Itẽ d aduertendum:quia ſi tu nõ feciſtiᵈ mihi finem:nec ego tibi:neuter incidit in pœnam vnde in prædictis multũ aduertas &c.bar.

Rector parochialis eccleſiæ non poteſt etiam pro ſuis neceſſitatibus,& debitis iam cõtractis obligare fructus eccleſiæ percipiendos,poſt obitum ſuum.Item in quibus habet plus vſufructuarius quam clericus in bonis eccleſiæ.

1 *Fructus eccleſiæ percipiendi,an poſſint obligari à rectore pro ipſius neceßitate et debitis iam contractis poſt obitum ſuum.*
2 *Vſufructuarius an & quando faciat fructus ſuos.*
3 *Prælatus non poteſt locare rem eccleſiæ uſque ad tempus,quod ſe extendit ad ſuum ſucceſſorem.*

## CONSILIVM CCXXXI.

c Ominus ᵉIoannes Monachus monaſteriȷ.S.Petri,et prior obedientiarius alterius eccleſiæ,ad dictum monaſterium ſpectantis dum eſſet infirmus:ea infirmitate qua obiȷt,conceſſit cuidam ſuo fratri ſecularí fructus percipiendos de poſſeſſionibus dictæ eccleſiæ.eo anno poſt mortem dicti rectoris & hoc quia ipſe rector fuit cõfeſſus dictum ſuum fratrẽ ſatisfeciſſe quibuſdam creditoribus, & etiam medicis quibus ſe fore obligatum confeſſus fuit:dein-1 de fuit mortuus ante recollectionem fructuum. †Nunc quæriť an dicti fructus de iure pertineant ad dictum fratrem rectoris. dico ꝗ non:licet clericus vel prælatus eccleſiæ æquiparantur vſurario vel vſufructuario. verũtamen minus habet in fructibus etiam perceptis de bonis eccleſiæ quam etiam omnino dñs fructuũ perceptorũ.niſi quantũ ad fidelẽ. & debitã ſatisfactionem prout latè dicit de hoc per Archi.extra de reſcri.ca.ſtatutũ circa 2 fi.li.vj.†Præterea, certum eſt ꝗ vſufructuarius nõ facit fructus ſuos antequã ſint,à ſolo ſeparati:& in horreo recõditi ſint.ff.q.mo.vſufru.amit.l.ſi vſufructu.inſtit.de re.diui.§.itẽ verò cũ ergo minus iuris habet prælatus:& rector in fructibus bonorũ eccleſiæ quã vſufructuarius:concluditur ꝗ ſicut vſufructua.non poteſt alienare,nec facere fructus ſuos qui percipiẽdi ſunt poſt 3 eius mortẽ:multominus poterit prælatus.†Præterea:certum eſt ꝗ prælatus non poteſt rem eccleſiæ locare in tẽpus quod ſe extendat ad tempus ſui ſucceſſoris,niſi pecunia eſſet verſa in vtilitatem eccleſiæ.& not.per Barto.extra ne præla.vi.ſuas. c.vlt.ſic in caſu propoſito conſtat ꝗ pecunia non eſt verſa in vtilitatem eccleſiæ.Præterea ſi concedimus dictũ contractũ valere, ſequeretur ꝗ ſi quis haberet aliquod beneficiũ modici fructus,ꝗ non ſufficerent ſibi ad victum poſſit pro ſua ſuſtentatione vendere fructus pro centum annis:& pecuniam vertere ad ſuas neceſſitates:& in ſuum victum in præiudicium ſucceſſoris,ad quẽ pertineret ſolum murorum cuſtodia:quod eſſet abſurdum.ergo nõ eſt permiſſum:vt l.prima.& l.nam abſurdum.ff.de bonis libert.

De l.cũm antiquioribus.C.de iure deli.an ſcientia patris.ſꝗ hæreditas ſit delata ad filiam ſuam impuberem,ſufficiat ipſi filiæ ad tranſmittendum ius deliberandi ad proximos.& concluditur ꝗ ſic:tamen ſi pater prædeceſſit filiæ,& poſtea filia moriatur:ex quo tempus eius mortis neſciuit,non tranſmittit.

1 *Scientia patris ſufficit ipſi filiæ ad tranſmittendum ius deliberandi ad proximos de adeundo hæreditatem.*
2 *Ius deliberandi tranſit ad hæredes patris,ſicut alia iura hæreditaria tranſeunt.*
3 *Aditio hæreditatis inducitur in tenendo,& diſtrahendo bona hæreditaria.*
4 *Pater neſciens tempus mortis filiæ,& ſic moriens ante filiam,an tranſmittat ius deliberandi ad hæredem.*





## CONSILIVM CCXXXII.

a Omina Cæcilia ᵃdeceſsit ſuperſtitibus ſibi Thomaſo marito ſuo de dña Bartola matre dicti Thomaſi & ſuperſtitibus ſibi dña Goliaca & conceſſa infantibus ſuis & dicti Thomaſi filiabus, & ſuperſtitibus dña Franc.& dña Ioana ſororibus dictæ dñæ Cæciliæ.deceſſit Goliaca ſua & dicti Thomaſi filia,in infantili ætate ſuperſtitibus Goliaca cũ dicto Thomaſo ſuo patre: & dña Bartola ſua auia paterna:& Conceſſa eius ſorore & Ioanne ſuo patruo.poſt hæc deceſſit do.Thomaſus ſuperſtitibus eidem dicta dña Conceſſa eius filia:& dicta dña Bartola eius matre:cũ dicto Ioãne ſuo fratre per quẽ Thomaſum hæreditas dictæ Goliacæ adita nõ fuit: qui Thomas ſciuit mortẽ dictæ Cæciliæ & dictæ Goliacæ ſuæ filiæ:& morti vtriuſꝗ ipſarũ præſens fuit : ac etiã dictus Thomaſus inſtituit ſibi hæredẽ dictã dñam Bartolã eius matrẽ,ꝗ Bartola hæres dicti Thomaſi habuit penes ſe res dotales dictæ dñæ Ceciliæ:videlicet lectũ,cophanos & pãnos dictę dñæ:& de ipſis rebus vẽdidit:& nunc parte ipſarũ rerũ habet & poſsidet.ſubſequenter deceſsit dicta Conceſſa in infantili ætate nõ adita hæreditate dictæ Cæciliæ ſuæ matris ſuperſtite eidem dicta dña Bartola ſua auia paterna & dictis Franciſca & Ioana ſuis amitis, & dicto Ioãne ſuo patruo. ꝗrif modo ad quẽ vel ad quos hæreditas dictę Cæcilię ſit ꝗſita,vel pertineat.In noĩe dñi 1 amẽ.†In q.prædicta aduertẽdũ eſt illud qđ poniť, dictũ Thomaſum ſciuiſſe mortẽ dictæ Cæciliæ ſuæ vxoris: cũ cñ eſſet legitimus adminiſtrator filiarũ ſuarũ:ꝑpter ſcientiã eius ipſæ filię videnť ſciuiſſe:ſcđm qđ dicimus de ſciã tutoris:vt ff. de vſuſc.l. ſequiť.§.ſi pupilli.de verb.obli.l.ſi ex leg.cauſa,de bo.ꝗ lib.l.cũ nõ ſolũ.in fi. ꝑpter quã ſciẽtiã quælibet dictarũ filiarũ decedẽs 2 trãſmittit intra annũ ius deliberãdi, & adeundi hæreditatem matris ſuæ:vt C.de iu.deli.l.cũ antiquioribus. †Hoc præmiſſo aduertendũ ꝗ iſtud ius deliberãdi etiã ad eũdẽ tanquã ad hæredẽ tranſmittit:& trãſiens ad hæredes:ſicut alia iura hæreditaria trãſeũt ad hæredes dicti patris.ff.de pe.hære.l.itẽ vidẽdũ.§.fi.& qđ ibi not.p glo.Ex his apparet ꝗ ſicut dictus Thomaſus pater habuit ius adeũdi hæreditatẽ dictæ dñæ Cæciliæ ex perſona dictę Goliacæ decedẽtis ante eũ tã ex iure ſpãli, ſ. patris ſibi cõpetẽti per l.ſi infanti.C.de iur.deli. quã etiã de iure cõi ex virtute iuris deliberãdi trãſmiſit ad dictã dominã Bartolã, ſicut ad quẽlibet aliũ hæredẽ,p d.l.cũ antiquioribus.ita iſtud ius adeundi de iure cõi ex virtute iuris delib.tranſmiſit ad dictã dominã Bartolam 3 eius matrẽ hæredẽ ex teſtõ. †Patet ergo manifeſtè ꝗ dicta dña Bartola habuit ius adeũdi hæreditatẽ dictæ dñæ Cęcilię:ex perſona dictæ Goliacæ intra annũ,ſed intra illũ annũ adiuit, vt ſtatim dicã:ergo apparet ꝗ dicta hæreditas dictæ dñæ Cæciliæ ꝑ parte dictæ Goliacæ pertinet ad dictã Bartolã. Quod aũt adiue b rit,apparet ex his ꝗ̃ ſ.ponunť.Nã bona ᵇ dictæ dñæ Cæciliæ tenuit:& qdã ex his diſtraxit ꝗ citra ius & nomẽ hæredis fieri nõ poſſunt:ergo inducit aditio:vt l.ꝑ hærede.§.Papi.ff.de acq.her. 4 l.j.& ij.C.de repu.hære.†Reſtat vt videamus qđ iuris ſit de hæreditate dictæ dñæ Cæciliæ ꝑ portiõe dictæ Cõceſſæ ſuæ filiæ decedẽtis poſt mortẽ dicti Thomaſi ſui patris. Et cõſtat ꝗ dicta c Conceſſa ius delib.nõ habuit,neq; ad ſuos hæredes tranſmiſitᶜ. Nam tẽpore,quo dicta conceſſa deceſſit,non habebat patrem, nec tutorem,nec aliũ adminiſtratorem legitimũ : & ſic non põt dici ꝗ deceſſerit ſciens verè:quia infans erat, nec fuit ſciens,qa adminiſtratore carebat.Nec poteſt dici ꝗ propter ſcientiam patris tranſmittatur ius delibe. quia l. cũ antiquioribus. requirit ꝗ quis ſciens deceſſerit,hoc eſt, ꝗ ſcientia ſit adiuncta tempore mortis. Vnde ſi pater vixiſſet tempore mortis dictæ Conceſſæ trãſmiſiſſet dictũ ius,prout dictũ eſt ſ.in præcedentibus.Sed qa pater antè deceſſit,& ſic dicta ſcientia facta non fuit coniuncta morti dictę Conceſſę,nõ potuit trãſferre ius deliberandi.Et ad hoc ꝗ ſcientia debuerit eſſe coniuncta morti, facit ff. de noxa.l. in delictis.§.ſi exceſſus.& de teſta.mil.l.ſi Titius. Cũ igitur ipſa Cõceſſa nõ adiuit hęreditatẽ dictę Cęcilię ſuę matris, nec aliųs ſit,ꝗ poſsit ex eius perſona,apparet ꝗ ipſius Cõceſſę portio accreſsit dñę Bartolę quę habet portionẽ Goliacę:vt ff. de ſuis & le.l.ſi ex legi.ſi ex pluribus.vbi eſt expreſſum.Et ſic cõcludiť ꝗ hæreditas dictę Cæcilię in totũ pertinet ad dictã Bartolã auiã paternam dictorum pupillorum. Et ita conſulo Bart. Et idem conſulo ego Franciſcus Tigrini.

Si ſtatuto cauetur ꝗ præſtans auxilium ad delictum,puniatur in mille libris : tunc præſtans opem ad homicidium cõmiſſum per plures non tenetur niſi pro vno auxilio,& non pro multiplici.

1 *Statutum puniens in mille dantem auxilium delinquẽti,an ſi pluries dederit huiuſmodi fauorem, puniatur una,an uerò multiplici pœna.*
2 *Connexitas plurium actuum ad eundem finem tendentium, incurſum unius pœnæ tantum operatur.*

## CONSILIVM CCXXXIII.

e Ege municipali habetur ꝗ præſtans auxiliũ ad delictum cõmittendũ,puniať in mille libris:& plures ſimul in perſona Titiȷ homicidiũ cõmiſerunt.Sempronius eis præſtitit auxiliũ.Ad prædicta quęriť an dictus Sempronius puniať in mille pro qualibet percuſsione.Nã ad pluralitatẽ delictorum ſequi debet pœna plurificata vt l. nunquã plura.ff.de priua.delic.& l.relegati. de pœ. & l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.de adul.l.j.§.an- 1 tepe.ff.ad Tur.† Item cõtrariũ dico ꝗ vna pœna ſolum veniat puniẽdus , ac ſi vnum tantũ ſolũ fauorẽ præſtitiſſet. Nam qđ operať multipliciter cõnexitas in eadem perſona,operať concurſus.vnde ad idẽ tẽpus in idẽ delictum in diuerſis perſonis ꝗ̃ cõicato cõſilio,& cõiter ad delinquendũ proceſſerunt,vt no.colligiť in l.Sempronius.§.ſi in 2 ſepulcro.ff.quod vi aut clam.†Sed cõnexitas pluriũ actuũ ad eundẽ finẽ tendentiũ operatur ꝗ vna pœna ſit tantũ impoſita:vt l.illud in fi.ff. ad l. Aquil. & ſic vna pœna pro omnibus imponať. Pro hoc facit l.ij.ff. de his qui deie.vel effu.& l.j.§. hominibus coactis.ff.vi bo.rap.& l.itẽ apud Labeonẽ. §.ſi curauerit.ff.de iniu.& hoc in l.ſi i rixa. ff.ad l.Cor. de ſica. Et ita dico , & conſulo ego Barto.

An omiſsio inuentariȷ priuet hęredem Trebellianica, ſicut Falcidia.Item an tunc debet extrahi ęs alienum.

1 *Omißio inuentarij priuat Trebellianica ſicut Fal.*
2 *Inuentarium qua ratione inductum fuit,& in cuius beneficium.*
3 *Non eſſe,& non apparere,idem important.*

## CONSILIVM CCXXXIIII.

d Ena Mactarelli ᵃ fecit teſtamentum,& inſtituit hęredes ſuos duos filios,ſer Andreã,& Antonium:& eis ſubſtituit, vt in inſtrumẽto eius cõtinẽť ſcripto manu ſer Andreę notariȷ,in ipſo teſtõ talem vltimã voluntatẽ fecit ꝗ ſi prędicti filiȷ ambo deceſſerint ſine liberis,voluit ꝗ eius hęditas, & bona oĩa deuenirẽt ad Petrũ ſuũ fratrẽ.modò Andreas in vita ſua de bonis, & hęditatibus iſtius Lenę vendidit vltra dimidiã,& demũ poſtea mortuo Antonio in pupillari ętate iſte Andreas fecit teſtamentũ, & in ſuo teſtamento onerauit ſuã hęreditatẽ debitis etiã legatis, & Petrũ prędictũ ſuũ fratrẽ fecit hęredẽ pro parte, & nihil vltra reliquit in ſua hęreditate quã ſua bona quę fuerant Lenę,quę debebãt deuenire in Petrũ,ꝗ non ſunt dimidia hęreditatis dictę Lenę : & fecit etiã d. Andreas codicillos,in quibus etiã reliquit tertiã partẽ ſuorũ bonorũ mobiliũ & immobiliũ cuidam Pipo. demum poſt prędicta d.Petrus intrauit tenutam,& poſſeſsionem dictorũ bonorũ dictę Lenę ꝑ parte ſibi debita , pro teſtõ Lenę dictę poſt adiuit hęreditatẽ dicti Andreę,cũ beneficio inuẽtariȷ,& nõ cõſtat de inuẽtario. Quęriť modò ſi dictus Petrus debet hęc iſta

a ¶Domina Cæcilia. Afs incip. factũ tale eſt,do.Cęcilia. & de hoc cõſ.cxxiij.in ij. vol.incipit,Titius.et Alex.l.cũ antiquioribus.C.de iure deli. & ibi vide apoſtillã ad Bar.Tho.
b ¶Nam bona. Nota ꝗ per retentionẽ & venditionẽ rerũ hæreditariarũ inducitur aditio pro infante, Thomas.
c ¶Tranſmiſit. Nota ꝗ infans carens pr̃e, vel alio legitimo adminiſtratore,nõ põt di ci ſciẽs verè, vel ſi ciẽ:merito non tranſ mittit . Sed an ſcientia tutoris, qui non ſatiſ dedit, vel inuentariũ nõ fecit, ſufficiat ad ius deliberandi tranſ mittẽdũ.videť ꝗ ſic, per l.ſi.C.de tutõ. & cura.qui non ſatiſde. Item nota ꝗ ſufficit ſciẽtia primi heredis licet ſecũdus hr̃s deceſſerit ignorans ſecundũ Bar. per l.videamus.ff.quod mę tus cauſa.Bald. verò tenet in l.ſi infanti.ꝟ. tertiò quęriť.C.de iure deli.ꝗ ſcientia tutoris non ſufficiat:iõ ibi videas.Thomas.
d ¶Lena Mactarelli. Adde ꝗ cõtrariũ cõ ſuluit Bar.& ſic retu lit in cõſi.ij.incipien. dño Io.Arduini. & ibi ſcripſi plura de iſto cõſi.Bar.de quo vide Iaſ.in l.Marcellus.nu.lxj.ff. ad Tre. & Cor.i cõſ.ccciij.in j.vol.incipit , plura, in iiij.col. & Ioan.de Ana.in cõſi.vj. in ad di.Ludo. Bolo. in ij. col.Tho.Diploua.

a ℭLapus. Aliàs inci, quidā noīe Lapus.et ita alle. d.Iaſ.in auť. ex cā.C.de li.præter. in iiij.co.I verſ.tertiū dubiū.& vide Bart, ſ.in cōſi.xiij. inci.ex facto.in pe. col. & in conſi. ccx.in nomine dñi amē, oē illud & I d.auť. ex cā.in ij.col. et ibi vide apoſtillā. & in l. j.in fine.C.de poſt.hære.inſt.& ibi apoſtillā.& in l. j. in iij.colū.in v.q.& ibi apoſtillā And.Barb. ff.de iu. codi.& vide plenè per do.Iaſo. de hoc conſi.in authent. ex cā in pe.co. in ver ſicu.ſed ſuccedit alia. Thomas,

b ℭSecundò an legata. Breuibus: qa hæc in locis vulgaribus ple niſsimè examinātur vltra,ea quæ ibi habenť addite Paul.de Ca. cōtrariū tenentē plenè rñdentē oībus ſ.alleg.conſil.lviij.et ſeq.Ang.conſi. xcvj. incip.Pet.de vrbe ve teri tenet opi. Bar.de qua ſ.& in cōſi.ciiij. incip.in Dei nomine hęc q. habet duo dubia. ī quibus cōſilijs dicit ꝙ cū hæc q. eſſet de facto Peruſij ꝙ oēs doct. ciues, & forenſes cōſuluerunt vt ſ. & in conſi. etiā ſuperiorib⁹ cc.& ccvj.Ber.Lan.

c ℭIn caſu prædicto. Vide plenè per Iaſo. in d.auť. ex cauſa. in iiij.col,in ver.ſecūdū dubiū.C.de libe.ꝑte. & Bart.in d.conſilio ccx.Thomas.

bona iure verborū ſcriptorum in teſtamen
to dictæ Lenæ,cùm non ſit tibi tantū ꝙ ſit
dimidia pars propter venditiones factas ꝑ
dictum Andream, viſo teſtamento dictæ
Lenæ,& ſi habere debeat partem de dictis
bonis,nūquid dare debeat tertiam partem
dicto Pipo.viſis codicillis dictæ Andreæ,
cū in bonis & hæreditatibus dicti Andreę
nihil aliud ſit quā dicta bona quæ debeant
eſſe Petri,vigore teſtamēti dictę Lenę &c.
Viſo puncto prędicto,& comprehenſis in
eo examinatis,videť de iure dicendū nul-
lā deductionem fiēdam debitorum, vel ali
cuius Trebellianicæ per dictū Petrum hę-
redem debitorem Nam Trebellianicæ tūc
poteſt fieri deductio vbi hęres feciſſet inuē
tarium.Si autem inuentarium non fecit, te
netur de ſuo cōplere.§.ſi verò nō fecit. ibi:
complebit legatarius.in auth.de hæred. &
1 Fal.& no.in l.ſi pecunia.de leg.ij.† quæ ſo
lennitas omiſſa inuentarij priuat Trebellia
nica ſicut Falcidia.nam Falcidia eſt nomē
comprehendens Trebellianicam,vt no. in
auť.vnde ſi parens.C.de inoff.teſta.ſed lex
priuat Falcidia propter omiſsionem inuen
tarij:vt l.ſcimus.§.& ſi præfatam.C.de iure
delib.& in auť.de hære.& Falci. §. ſcimus:
2 ergo & Trebel.†Præterea,ratio inducens
inuentarium,& eius beneficium fuit,vt vi
deatur ratio eorum,quæ teſtator dimiſit in
patrimonio ſuo tempore mortis ſuæ,vt hæ
res fraudari non poſsit,vt prætalle.§.ſcimus
& §.ſi verò abſunt.de hære.& Falci.ſed ro
gatus hæres de reſtituendo ita teneť ad iſtā
rationem fideicōmiſſarijs vniuerſalibus,ſi-
cut & legatarijs particularibus, & credito-
ribus,& bene no.in l.tale.§.Titius. de con-
di.& demon.& not.tenetur per Moder. in
auť.ſed cū teſtator.C.ad l.fal.& in addi.ſpe
cu.noua refert Cy. ſecūdum Richar. Mal.
& tenet do.Ia.de Bel.in lectu.in auť. de hę
re.& Fal.§.ſi verò abſunt.& per Goff.in li
3 bellis in tit.de legi.& ſena.conſul. †Et ideo poſito ꝙ iſte Pe-
trus poſsit dici rogatus de reſtituendo vniuerſum quod igitur,
vt Trebellianica retineri poſsit:vt in l.nam quod in fi.& l. cogi.
in prin.ad Trebel.& §.generaliter. Nec obſtat quod dicitur fe-
ciſſe inuentarium;quia idem ſunt non eſſe,& nō apparere : vt l.
in lege.ff.de contrahen.emp.Sed ſi conſideramus relictū factū
Pipo tertiæ partis bonorum mobilium , & immobiliū:iſtud fuit
legatum tertiæ partis dictarum rerum,nec fuit commodū actio
nū,nec cōmodum immobilium: quia actiones & obligationes
ſunt ſpecies per ſe: nec eſt mobile,vel immobile: vt l. quantum
bonis.& de re iudi.l.à diuo pio.§.in vēditione.& Spe. hoc tenet
in ti.de fruc.§.j.ver.ſed pone ꝙ prælatus quod autem hoc caſu
non debet fieri detractio æris alieni,eſt caſus.ff.de vſuf.lega.l.fi.
prout loquitur de legato certarum rerum,prout eſt hic ex eo qđ
dixit,mobilium & immobilium.Præterea,dictum fideicommiſ
ſum erat debitum ipſi hęredi,à quo relictum eſt ipſi Pipo,& ſic
non poteſt deducere ꝙ teſtator poteſt legare rem hæredis pro
parte,ſiue in totū:vt l.vnum ex familia.§.ſi vnum. & §. ſi duos.
de leg.ij.Pręterea,cum inuentarium nō confecerit,tenetur prę-
ſtare ſolida legata,etiam ſi vires hæreditatis excedāt: vt C. ad l.
Fal.authen.ſed cum teſtator.Bar.

Si in teſtamento pręteritur poſthumus,& ſubſtituitur extraneus alijs filijs cum clauſula codicillari,ſi nō valet iure teſtamēti,&c.licet poſtea moriatur poſthumus,non venit ille ſubſtitutus etiam per fideicommiſſum,nec legata in tali teſtamento valent.& authen.ex cauſa non habet locum hoc caſu.

1 *Clauſula codicillaris an extendatur ad caſum,quando naſcitur poſthumus , de quo non fuit cogitatum.*
2 *Facere codicillos ſimpliciter,& dicere,ſi non ualet iure teſtamenti,diſsimilia ſunt.*
3 *Legata an debeantur per auth.ex cauſa.caſu quo de poſthumo non fuit cogitatum.*

## CONSILIVM CCXXXV.

a LApus[a] fecit teſtamētum,in quo
ſibi ſuos filios inſtituit hæredes,quos habebat demum morientibus
iſtis filijs & matre eorum,idem Lapus accepit aliam vxorē
ex qua habuit filios.moritur Lapus nullo alio condito teſtamē
to,niſi dicto primo teſtamēto,in quo de poſthumis nulla eſt ha-
bita mentio:niſi ꝙ ſubſtituerat dictis primis filijs quendā ſuum
agnatum.Primò quæritur an mortuis dictis filijs poſthumis di-
ctus agnatus hæres ſcriptus hęreditatē petere poſsit,vt ex fidei-
cō.venientibus ab inteſtato,propter clauſulam codicillarem,ſi
b non valet iure teſtamenti,&c.Secundò an legata[b] & ſcripta in
teſtamento debeantur.Et videtur ꝙ ex vigore dictorum verbo
rum,ſi non valet vel valebit,&c.ſcriptus hæres non poſsit pete-
c re fideicom.nec legata debeantur in caſu prædicto.[c] quod pro-
1 bo rationibus & legibus.†Sicut per teſtatorē inſeritur clauſula,
ſi non valet,vel valebit,&c.ita in teſtamento militis eſt de iure
clauſula,ſi nō valet,vel valebit,&c.iure cōmuni valeat iure mi
litari:vt ff.de teſta.mili.l.iij.ſed in teſtamento mili. hæc clauſula
non extenditur ad caſum,quando naſcitur poſthumus, de quo
non cogitauit:vt C.de teſta.mili.l.ſi cum vel in vtero.ergo eod.
modo in propoſito.Secundò per rationē.l.ſi nunquam C.de re-
uo.do.ſicut filij natiuitate reuocatur donatio iā facta:multò ma
gis legata & fideicom.Tertiò per tex.de vulg.& pup.l.ex facto
ver.igitur etiam.vbi expreſsè dicitur ꝙ nō eſt veriſsimile teſta-
torem vel principē de hoc caſu cogitaſſe,vt voluerit filios naſci
turos ex ſe hæreditate priuare:ergo &c.Item per tex. de iure co
dicil.l.fi.vbi dicitur ꝙ nō eſt veriſimile prædicta reliquiſſe,ſi de
filijs cogitaſſet.Non obſtat l.ſi quis cū nullum.ff.de iure cod.qa
ibi teſtator expreſsè voluit legata debere A.quia aliàs ab eo q ſi
bi futurus eſſet hæres abſq; alia cōditione:vnde eius poſthumū
bene videtur ſubſtituiſſe tacitè,vt ibi dicitur in text.qđ hic non
eſt:imò poſthumus eſt præteritus:& vt præteritus rūpit:& ſic vi
detur eū fideicō,grauaſſe.Hoc probatur:quia ſicut dicta verba,
ſi non valet vel valebit,&c.hoc important,ſeu operantur, vt in
cā inteſtati illo teſtamento,ſeu codicillis ius prioris teſtamenti
rūpatur:vt de teſt.mili.l.quærebatur.in prin.vbi tex.expreſsè di
cit ꝙ verba hæc important,vt quibuſcunq; modis, vel conditio
nibus teſtator voluit hæredes,& legatarios habere:ex teſtamen
to ſolum hoc immutat quod prius debebatur iure directo:nunc
debeatur iure fideicōmiſſo.& nil aliud per dicta verba additur:
ſed non eſt dubium ꝙ vigore talis teſtamenti teſtator voluit in-
ſtituere hæredē,ſi poſthumus,de quo non cogitauit, naſceretur
vt ſ.probatū eſt in milite teſtāte.illa enim verba,ſi nō valet &c.
hoc important,vt ex eo caſu quo teſtator voluit eū habere iure
inſtitutionis,qđ eſt ſi poſthumus non naſceretur : quo caſu ha-
beat ſi teſtamentū contigerit non valere:vel ex defectu ſolenni-
2 tatis vel ob hæreditatem nō aditā.†Ex hoc etiā apparet ꝙ aliud
eſt facere codicillos ſimpliciter,aliud eſt dicere,ſi nō valet iure
teſtamēti &c.& per hoc non obſtat l.ſi quis cum nullū. nec ob.
quod dicitur ꝙ poſt natiuitatē poſthumi teſtator ſuperuixit tan
to tēpore ꝙ potuiſſet mutare teſtamentū ſi voluiſſet.nā hæc alle
gatio tollitur per l.iij.C.de inof.teſt.nā illa coniectura tūc aſſu-
mitur quando alij filij ſunt inſtituti.ſecus quādo extranei,vt ibi
patet in fi.& etiam per rationem:quia poſito ꝙ teſtator hoc vo-
luiſſet in illo medio tempore:tamen iſta voluntas non fuit legi
tima,nec facta coram ſolenni numero teſtium.& ſic nullus va-
loris:& prædicta quantum ad illud quod quęritur.ſ.de viribus
3 illius clauſulæ,ſi non valet vel valebit,&c.† Supereſt videre an
legata debeantur vigore auth.ex cā.C.de libe.præter.Circa qđ
omiſsis diſputationibus breuiter ſcribo quod ſentio , ſcilicet ꝙ
legata non debeantur dicto caſu:cum teſtator de poſthumo nō
cogitauit;quia ſicut hodie conſeruantur legata per authent.non
obſtante præteritione:ita olim in teſtamento obſeruabantur te-
ſtamenta:ſed tunc non porrigebantur ad prædictum caſum qñ
pręterijt poſthumus , quoniam non cogitauit: vt d.l.ſi cum vel
in vtero.de teſta.mil.ergo &c.Item per rationem.l.ſi nunquam.
C.de reuocan.dona.quia ſi reuocatur donatio per natiuitatem
poſthumi:multò magis legatà.Præterea eſt text.in corpo.vt cū
de ap.co.§.ſinaūt hęc obſeruata nō fuerint.ex ratione text.dicit
eñ nullū exhrdatis liberis generari pręiudiciū.& ſequiť ne filij
falſis accuſationibus cōdēnētur.hoc refertur ad exhęredatos in
ſerta,



ſerta cauſa,non tamen vera.vel ſi falſo accuſantur , & ſequitur,
vel aliam cōſcriptionē in parētum ſubſtantijs pertractis,hoc re-
feratur ad eos quos teſtator pręterijt ſcienter.nā circūſcribere eſt
per dolum aliquem decipere:vt ff.de in integ.reſti.l.j. & ibi not.
ſed in eo quē teſtator ignorabat nō pōt committi dolus, vel cir-
cunſcriptio.vnde verba auť.non referantur . Concludit ergo ꝙ
legata non debeantur hoc caſu. Bar.

An promittens ſub certa pœna ꝙ Berta contrahet matrimonium cum aliquo teneatur ad pœnam ſi hoc non potuit facere.

1 *Promittens factum alienum ſub certa pœna quod nō potuit adimplere ex parte ſua, an ob hoc incidat in pœnam.*
2 *Difficultas ſtipulationis impedit pœnalem commiſsionem in ſtipulatione contentam.*

## CONSILIVM CCXXXVI.

a MArtinus[a] promiſit ſe facturū
b & curaturum[b] ꝙ Berta contraheret matrimoniū cū
P.cùm adhuc eſſet in pupillari ætate:& hoc ſub certa
pœna aduenīēte tēpore pubertatis. Martinus fecit quicquid po
tuit ꝙ Berta nuberet dicto P.ſed nō potuit hoc facere. quæritur
an Martinus incidat in pœnam,ad quā ſit obligatus ex tali pro-
1 miſsione.†Et facit dubium:quia ſi tantū iuraſſet Martinus hoc
facere,excuſaretur à ſacramēto,faciēdo quod poterat. extra, de
ſpon.c.ſicut.& c.ex literis.Item,quia ſolet dici ꝙ difficultas pro-
bationis nō liberat quem à pœna cōuētionali: vt l.continuus.§.
cū illud.ff.de ver.obli.Dico ꝙ licet difficultas nō impediat com
2 miſsionem ſtipulationis quo ad illud†quod in ſtipulatione prin
cipaliter deducitur,vt d.§.illud.tñ difficultas impedit cōmiſsio-
nem pœnalem ſtipulationis ſecundū verum intellectum . quod
probať ff.ad l.Rhod.de iactu.l.ſi vehenda.§.pe.& fi. & eſt caſus
in l.ij.ff.ſi qs cau.licet glo.dicat ꝙ in iudicijs eſt ſpeciale:ſed ma-
lè dicit.& quæ ſit ratio quòd difficultas impedit cōmiſsionē pœ
nalem ſtipulationis,non autem principalem,colligitur per l.res.
§.pe.de leg.j.& l.apud Iul.§.ipſius quoq;.& hoc puto verum.&
ſic intelligit Dy.§.illud.ſed ſi bene inſpiciatur eſt caſus in præal
lega.l.ſi vehenda.§.pe.in fi. Barto.

Si mater dotans filiam ſtipulatur ſibi dotē reſtitui ſoluto matrimonio,morte viri cum filijs,& ſine filijs: an mortua filia cum filijs debet habere eandem dotem vel cedat lucro viri: quia fuit iſte caſus omiſſus in ſtipulatione.

## CONSILIVM CCXXXVII.

MAter dedit dotem pro filia,ſtipulata eſt ſibi dotem reddi ſoluto matrimonio morte viri ſine filijs.contingit ꝙ eſt ſolutū matrimoniū morte viri cum filijs, &c. De iſto cōſilio vide ſupra in conſi.cxxx.

Teſtamentum occulti excōmunicati valet:publici vero non. & hic quid de teſtamento vſurarij.

1 *Teſtamentum excommunicati occulti & publici an & quando ualeat.*
2 *Prælatus publicè excommunicatus non confert beneficia.ſecus ſi eſt occultus.*
3 *Teſtamentum uſurarij manifeſti an & quando ualeat.*

## CONSILIVM CCXXXVIII.

c EXiſtens[c] Petrus publicè excō
municatus & denunciatus per eccleſias ciuitatis Pe-
ruſij,& pœna aggrauata dicta excommunicatione ꝑ
præceptum factum ex parte ordinarij,multis perſonis de ipſius
parochia & contrata,vt eidem nullatenus participare debeāt in
commeſtione,potu,loquela,& alijs:condidit teſtamentū & quę
ſitum fuit & reuocatum in dubium,an eius teſtamentum vale-
ret,vel non.vetus eſt querela an teſtamentum excommunicati
valeat.& hincinde variæ ſunt opin. quas recitat Archi.extra,de
ſen.excom.c.pia.li.vj.no.Inno.extra,de ſen.excō.c.cum volun-
tate.& Pe.de San.tenet ꝙ teſtamētū excōmunicati valeat.Hoſt.
in d.c.pia.& Gra.in ca.canonū.magiſtros ſub hac diuiſione &
diſtinctione ad conſonantiam reducunt:videlicet ꝙ prima opi.
affirmatiua procedat in occulto excommunicato:ſecunda verò
opi.procedat in publico excommunicato.et huius diſtinctionis
1 multæ rationes aſsignantur.†Prima ratio eſt: quia ſi rectè inſpi-
ciantur rationes & iura quæ pro prima opi.inducuntur, cōmu-
niter procedunt,& reſpiciunt perſonam excommunicati occul
ti.Rationes & iura pro ſecunda opi.inducta reſpiciunt,& proce
dunt contra publicè excommunicatum,& non contra occultū.
Et huius diſtinctionis euidēs ratio eſt:quia
licet excommunicatus ſit extra eccleſiam:
tamen ſi eſt occultus,non propriè cenſetur
extra eccleſiam,eo ꝙ nō euitatur ab eccle-
ſia,& ſecum participadū eſt : & peccat qui
eum in publico vitiat,& prodit ſocio : ideo
non eſt mirum ſi eius teſtamentum valeat.
Publicè excommunicatus eſt omnino vi-
tandus,& quantum ad ſe,& alios,extra ec
cleſias eſt cenſendus.ideo omne beneficiū
ex lege proueniens , & deſcendens eſt ſibi
denegandum.Pręmiſſa probantur vij.q.ij.
ſi tantum.extra,de ſen.excō.cū non ab ho-
mine.in auť.de priui.do.§.quia enim dedi-
mus.col.viij. Præterea, in multis ſimiliter
hæc diſtinctio probatur.Cōſtat enim ꝙ re
ſcriptum impetratum à publico excōmu-
2 nicato nō valet:ſecus ſi ab occulto.†Itē pręlatus publicè excōmunicatus nō cōfert be
neficia:& ſi cōfert,non tenet collatio.ſecus
ſi occultus. Itē nō valet inſtrumentū à no-
tario publicè excōmunicato cōfectum.ſe-
cus ſi occultè.Et multa alia poſſunt reperi-
ri ſimilia.Prædicta probantur extra, de re-
ſcrip.c.j.li.vj.& quod ibi no.per Archi ex-
tra,de re iudi.c.ad probandū . & per id qđ
no.Inno.extra,de dolo & contu. c. verita-
tis.& Io.And.extra,de ſen.excom.c. decer
nimus.& c.licet.eo.tit.li.vj.quod c.optimè
facit.Nam ibi dicit ꝙ excōmunicati per de
nunciationē à legitimis actibus repelluntť.
& hæc videť opi.Arch.in d.c.pia.vbi dum
dicit ꝙ iura nō plus arctāt excommunica-
tum,niſi ꝙ euitetur & repellatur,ita ꝙ eius
3 teſtamētū non valeat. †Sed quid de vſura-
rio manifeſto,an eius teſtamentū valeat?Dic ꝙ non,niſi de vſu
ris ſatisfaciat,vel de ſatisfaciendo cautionem exponat ſecundū
formam illius c.quanq;.de vſuris.lib.vj.& Hoſtien.not.in c.pia.
de quo in auť.credentes.C.de hæreticis.Bar.de Saxoferrato.

An teneatur reddēdo rationem tutor conſignare pupillo res deſcriptas in inuentario.

1 *Tutor an teneatur conſignare pupillo omnes res in inuentario deſcriptas.*
2 *Tutor non tenetur de caſu fortuito.*

## CONSILIVM CCXXXIX.

d PRoponitur[d] quod Archolus
Gotfredi de Tuderto aſſumpſit tutelā Simonis & Mat
thæi violenter pupillorū,qui Archolus inuentarium fecit , & in
inuentario poſuit certas domos poſitas in comitatu Peruſij, &
aliquas poſſeſsiones poſitas in comitatu vrbis veteris , & etiam
turrim quæ olim fuerat domini Griſpondi cum omnibus adia-
centibus.proponiť etiā ꝙ ſi dictus tutor dictas domos poſitas in
ciuitate Peruſij poſſedit.tamē dictorum bonorum poſſeſsio fuit
occupata per quoſdam nobiles de Tuderto,etiam ciues Peruſi-
nos tēpore guerræ ciuitatis tuderti,quo tēpore dictus Archolus
nō patiť pariter venire ad ciuitatē Peruſij.proponiť etiā ꝙ aliarū
poſſeſsionū ſ.ſcriptarum dictus Archolus nunq; habuit poſſeſ-
ſionem:nunc tempore reddendæ rationis,petitur ab ipſo archo
lo per dictos pupillos ꝙ reponantur in poſſeſsionē dictorū bo-
1 norum cū ea in inuētario poſuit.quæritur quid iuris† Ad prædi
cta reſpōdeo,ꝙ licet dicať in l.fi.in prin.C.arb.tu.ꝙ ea quæ ſcri-
pta ſunt in inuētario,faciāt fidē cōtra tutorē,adeò ꝙ nō admittiť
probatio in cōtrariū:tñ illud debet intelligi, quatenus ſignifica-
tio verborum neceſsitatē importat,& nō vltra.Non enim debet
à ſignificatione verborū recedi:vt l.nō aliter.de le.iij. & §. ſi is q
nauem.l.j.ff.de exerci.ſed ſi bñ dicti inuētarij verba inſpiciantť,
dictus Archolus non aſſeruit ſe dictas res inueniſſe, nec ad eius
manus peruieniſſe:ſed ſolū aſſeruit illas in hæreditate eſſe qđ pōt
eſſe ſine poſſeſsione:vt l.rō in bonis.de acq.re.do.& ipſe q dicta
bona in inuētario poſuit;licet dicta verba interpretari , vt l.ſi qs
intētiōe.de iudi.Sufficit ergo dicto Archolo ꝙ ipſe tpe reddēdę
rōnis oſtēdat inſtra & iura,ꝑ q̄ appareat dicta bona eſſe in dictā

a ℭMartinus.vide barto.& doc.in l. Titia. ff.de verb.obli.Tho. Diplo.

b ℭCuraturum. Vide cōſi.cxxij. & cxciij. & cclxxix . Bernar. Landr.

c ℭExiſtens . Addite iſtis plenè Ang.cōſi. x.inci. in Dei nomine in cauſa prędicta. & vide Fede. conſi. lxxij. & vide Alex. de Imo.in l. ſi quæra mus.in fi. ff. de teſta. in addi.Barto.addas hic.Tho.diplo.

d ℭProponiť.Aliàs in ci.Cicholus. & ſecū dum ordinē Peruſi. eſt in j.parte iudiciorum. nu.xliij. & adde ꝙ Ioan. Firma.in ſuo reperto. in verſi. tutor reddit rationē. & in ver.vij.dicit ꝙ tutor debet reſtituere pupillo, & eū ponere in poſſeſsionem oīm bonorū in inuētario deſcriptorū. & alle.Bar. in iſto cōſi. tamen in rei veritate Bar. dicit cōtrariū ꝑ l.fi.C.arbi.tute.de cu ius intellectu vide Bar.Soci. in cōſi.lxj. inci.in præſenti conſulta. in j. col. & Iaſ. in l. nemo pōt. in ix. col.de leg.j. & Ang. de Are.in §.pręterea. el ij. in xxviij. col.In ſti.de exceptio.Tho.

a ¶ Pater filio. vide de hoc conſil. plenè per Ale. i. l. cẽturio i xx. co. & vlti. ff. de vul. & pup. & vide And. Barb. in. l. precib⁹. in j. addit. ad Bar. C. de impu. & alijs ſub. & in l. lucius. in ij. colũ. I addi. Bar. ff. de vul. & pupil. Thomas.

hereditatẽ iure dñij, vel quaſi: licet nõ iure poſſeſsionis tenetur aſsignare poſſeſsionẽ ex vigore dicti inuẽtarij, cũ eas ad ſe peruẽniſſe vel inueniſſe in bonis inuẽtarij nõ aſſeruit. quãtũ verò ad dictas domos poſitas in ciuitate Peruſij, quæ occupatę dicunt, videtur ſufficere dicto tutori, ſi dictas domos reaſ-
2 ſignet, & de occupatione fidẽ faciat. † Non enim tenetur tutor de caſu fortuito: vt l. quicquid. C. arbi. tut. ſed dicta occupatio, vt ꝓponitur, eſt caſus fortuitus: cũ nulla poſsit ei culpa imputari: vt l. contractus. de reg. iur. Ad ꝙ præſupponit ꝙ ꝓpter guerras & inſidias ad ciuitatem Peruſij accedere non poterat: propterea ab omni culpa videtur excuſari: vt lege ij. §. ſed & ſi qs. et §. ſeq. ff. ſi quis cautio. Bartolus.

Ad hoc vt heres incidat in pœnam propter non ſoluta legata requiritur quod fuerit interpellatus.

CONSILIVM CCXL.

Proponitur quòd viſo teſtamẽto Frãciſconi, in quo cõtinetur ꝙ reliqt Claræ filiæ ſuę cẽtũ libras &c. De iſto conſi. vide s. in conſi. xxix. Dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, talem ſubſtituo, & volo ꝙ ad ipſum deueniãt bona mea: deceſsit teſtator eo mortuo decedit dictus eius filius in pupillari ætate, vtrum ſubſtitutus directò ſuccedat directò impuberi, an per fideicommiſ.

1 ☞ Subſtitutio facta hoc modo, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo talem: an dicatur fideicommiſſaria.
2 Subſtitutio dubia an, & quibus concurrentibus interpretanda ſit pro directa.
3 Verba ſubſtituo, deuenio, & peruenio, cum ſimilibus, ſunt communia.
4 Verbum ſubſtituto, eſt magis directum quam verbum, deuenio.
5 Subſtitutio quando eſt fideicõmiſſaria qua actione uti debeant ipſi fideicommiſſarij.
6 Teſtator non poteſt pro anima de alieno largiri.
7 Conceptus unicus colligitur ſecundum unicum loquendi modum ſubſtituendi.

CONSILIVM CCXLI.

a Pater filio impuberi hæredem ſubſtituit hoc modo, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs vno vel pluribus talẽ ſubſtituo, & ad ipſum volo qđ deueniãt bona mea. deceſsit teſtator. eo mortuo decedit dictus filius eius in pupillari ætate. querit vtrũ ſubſtitutus directò ſuccedat ĩpuberi taꝫ pupillariter ſubſtitutus: an verò dicta ſubſtõ
1 ſit fideicõ. † Et dico ꝓdictã ſubſtõnẽ fideicõmiſſariã eſſe, vt no. Accur. C. de impu. & alijs ſubſtõ. l. ꝓcibus. in gl. q̃ inci. ſecus dicerẽ. & ff. de vul. & pupil. l. cẽturio. in gl. magna ver. aũt dixit. & inſti. de pupi. ſubſt. §. extraneo. in gl. ꝙ ſemp. idẽ tenet Ia. de Are. in d. l. ꝓcibus. in addi. ſua. ver. ſi verò vtatur. de verbo. cõi, idẽ Cy. ibidẽ & Ia. Bu. d. Azo in Sũma, eo. ti. idẽ no. extra. de teſt. c. Raynu. hoc tenet Dy. in diſtinctione ſubſtitutiõis quã ponit in l. Lucius. ff. de vul. & pupil. & Odof. & multi alij doct. eſt verũ ꝙ aliqui tenẽt cõtrariũ. & alle. gl. quę eſt inſti. de pupil. ſubſti. §. qua ratiõe in fi. mag. gl. ſed illa intelligitur q̃n teſtor vtitur diſtributiõe tẽporũ, vt no. in d. l. ꝓcibus. vel illa gl. hoc nõ dicit qa nõ dicit ꝙ in pupillari ætate facta per verbũ ſubſtituo, ſit directa. ſed per verbum hæres ſit: quia eſt merè directum. & prædicta ſunt vera maximè vbi mater eſt in medio: quia fauore matris dubia ſubſtõ interpretatur cõtra eũ hr̃dẽ, vt no. de iſti. & ſubſti. l. vl. in d. l. ꝓcibus. & d. l. cẽturio & d. §. qua rõne. & C. de teſt. mil. l. in teſtõ. in gl. expreſſe tex. c. j. extra de teſt. lib. vj. quia vbi ſubſtõ facta fuit per verbũ merè directũ, ſ. per verbũ moreretur, prima enim ſubſtõ ibi facta & ſecunda etiam ſubſtõ ibidem facta fuit per verbum inſtituo, vt ibi patet. Verbum enim inſtituo, eſt merè directũ, vt ff. de hę. inſt. l. j. §. ſi ex fundo. & §. ſequitur. ff. de teſt. mil. l. quæreba
2 tur. ff. de vul. & pupil. l. ij. & Dy. in d. diſtin. † Et ſi dicatur ꝙ ſubſtitutio dubia interpretanda eſt fore directa: vt d. cap. ſi pater. & no. de vul. & pu. ſubſti. l. verbis ciuilibus. ibi, reſpondetur quod illud verbum duobus cõcurrẽtibus videlicet ꝙ conueniat verbis ſubſtitutiõis & perſonis hoc eſt, qđ ſit facta per verba, quę prius adaptentur ad directam ſubſtitutionem quã ad fideicõ. vt ibi patet. & ita intelligitur gl. d. l. verbis ciuilibus. nam in l. fin. C. de hæ. inſti. per quam l. gl. ſe fundat, erat verbum merè directũ, ſcilicet, hæres eſto. ideo trahitur ad directã ſubſtitutionem. Non ob. l. centurio. nec l. verbis ciuilibus. quia in qualibet earum fuit facta ſubſtitutio per verba merè directa vt ibi patet ſub ver. directò. & in gl. parua poſita ſuper illo ver. in d. l. verbis ciuilibus. j. j. gloſſ. quia ita facta fuit per verba, ille ſit hæres, licet gloſſ. in l. precibus. ſuper hoc dicat cõtrariũ: ſed in hoc ab omnibus reprobatur: quia eſt contra d. l. cẽturio. ſecundũ Dy. & alios. & prædicta etiam tenet Ray. de Forli. & Gul. de Cu. in d. materia ſubſti.
3 † Iſtud aũt quod dixi de verbo ſubſtituo, idem dico de verbo, deueniat, ſeu perueniat, & his ſi. quia cõmunia ſunt vt patet: qa in eorum proprio ſignificato ſtant æquè in ſignificatione directę: ergo verba ipſa ſunt communia. vnde iudicandũ eſt de eis ſecundũ ſubiectã materiã & rationem adiuncti. ſicut de verbo ſubſtituo. nec etiam aliter eſt dicẽdum de verbo deueniat, quod eſt cõpoſitum ex de, & veniat, quã de verbo perueniat, ꝙ eſt cõpoſitũ ex per & veniat. de quo verbo perueniat, eſt lex expreſſa quæ adaptatur ad fideicommiſſum: vt ff. de le. iij. l. fideicommiſſa. §. hæc verba. ff. ad treb. l. hæredes mei. §. cũ ita. & C. de fideicõ. l. cũ virũ. vbi reſtitutiones cõtinentur appellatione verbi perueniat. ergo fideicõmiſſum cõtinetur ſub iſto ver. idẽ ꝓbatur in auf. de reſti. fideic. §. manifeſtum in princ. col. ix. Preterea lex dicit, quod hęreditas dicitur aduenire: quando ex teſtamento defertur hæreditas directè per fideicõmiſſum, vt. ff. ad trebel. l. j. poſt prin. & ff. de fideicõ. her. ꝑ totũ. preterea expreſſum eſt ꝙ verbũ
4 deueniat, arctatur ad fideicõmiſſum, extra de teſta. c. Ray. † Preterea, magis eſt directũ verbũ ſubſtituo, q̃ verbũ deueniat: qđ patet. Nam ſubſtituo propriè exponitur, i. ſub conditione inſtituo: vt ff. de vulg. & pup. ſubſti. l. j. ff. ad l. Falci. l. in rõne. §. quod vulgo. & §. ſi filio. & tñ in caſu prædicto trahitur ad fideicommiſſum, & exponitur ſuſtõ, i. ſecũdi hęredis ſtatutio: vt ff. ad Treb. per totũ. & C. eo. ꝑ totũ. ff. de leg. ij. l. vt heredibus. & l. cũ patro-
5 nus. cũ ſi. † Ex quibus euidẽter cõcludit, ſubſtitutionẽ prædictã eſſe fideicõmiſſariã. & fideicõ. nõ poſſunt vti actione heredi. ſed hereditaria tantũ facta reſtitutione, vel habita pro facta: vt ff. ad Trebel. l. cũ hereditas ex fideicõ. Nõ obſtat quod no. per Inn. in c. Raynaldus. vbi dicitur ꝙ verbũ deueniat, eſt directũ: qa verũ eſt q̃n forma inſtituẽdi hoc importat, vt quia dixi teſtator, ſi deceſſerit in pupillari ætate. tunc eñ ratione adiũcti hoc importat. aliàs accipitur verbũ directũ, i. deprecatiuũ: vt C. communia de leg. l. ij. ſed non facit ad propoſitũ. & eo modo loquitur C. de teſt.
6 l. omniũ. cũ ſimi. † Prędicta confirmo, maximè in eo caſu vbi teſtator pro anima ſubſtituit: quia cauſa ſubſtituendi eſt determinata ad certa bona, ſcilicet, ad bona teſtatoris tãtũ: qa ſibi ſoli teſtator vult prouidere: qa animæ ſuę tãtũ cõſiderationem habuit nec eñ pro anima ſua potuit de alieno largiri. j. q. j. c. non eſt putanda. & xiiij. q. v. Imolans. & quia cauſa legandi reſtringit ſignificatum verbi: vt C. de condi. & demõ. l. cũ talis. §. legato. cui ac-
7 cidit totum illud generale. † Ratio reſtringit dictum, hoc eſt brocardum, ſi quis nõ credit prędictis verbis, credat rationibus qa vnam ſubſtitutionẽ fecit vnũ ſubſtituẽdo, & certum: & iterum vnus cõceptus colligitur ſecũdum vnicũ loquẽdi modũ ſubſtituendi: & etiam ſi pluribus caſibus teſtator loqueretur, niſi deferrent ipſi caſus naturali ſpecie, vt verbi gratia: ſi teſtator diceret ſiue dormiens ſiue non, talem ſubſtituo. vnica tantum eſſet ſubſtitutio: vt ff. de ver. obli. l. qđ dicit. Itẽ. ff. de leg. j. l. planè. in prin. & qđ legitur & no. ff. de proba. l. quinquaginta. facit. ff. de lib. & poſthu. l. cõmodiſsimè. et C. de poſthu. hęre. inſti. l. vlti. in fi.

a ☞ Auia poſt matrem debet eſſe tutrix ſine dubio ſi uoluerit, cæteris legitimis & datiuis excluſis.

CONSILIVM CCXLII.

Prout ſuprà ſcriptum eſt & cõſultum in primis cæteris alijs dubijs, idem dico & conſiulo ego Bar. de Saxoferrato per eaſdem rõnes. attamẽ ſuper tertio puncto fuerunt multæ opi. quia q̃n ſunt alij legitimi
1 præter auiam, † ſed q̃n poſt matrẽ venit auia: tunc ſine dubio ipſa volens, & non negligens debet eſſe tutrix omnibus alijs legitimis, & datiuis excluſis. Soli enim teſtamentarij ipſi auiæ præferuntur: vt in auf. vt lice. ma. & auiæ. & quãdo mu. tu. offi. fun. po. & in corpore vnde ſumitur. Vnde in propoſito iſtam auiam dico præferendam. & etiam ſi eſſet locus datiuo, ipſa auia debet omnibus præferri.

1 ☞ Hic erat duplicatum conſilium numero tali, uidelicet ccxliij.

Si pater



Si pater ſubſtituit filio ſuo per hæc verba, ſi deceſſerit in pupillari, vel poſtea quandocunq; ſine filijs: tunc eo caſu fiat de domibus ſuis vnum hoſpitale, & vna capella, &c. Item ꝙ alia bona ſua eſſent dicti hoſpitalis, & capellæ, conuertẽda ad perpetuum Dei & pauperum commodum, an per iſta verba dicitur teſtator ſubſtituere filio impuberi directè, ita ꝙ matre filij excluſa veniat hæreditas ad hoſpitale. Item de illis verbis, relinquo vxorẽ meam dominam & vſufructuariam, quid ſignificent.

1 ☞ Patre ſubſtituente filio ſi deceſſerit in pupillari ætate, uel ſine filijs, quæ ſubſtitutio ſit.
2 Subſtitutio fideicommiſſaria, poteſt fieri intra tempora pupillaris ætatis.
3 Subſtitutio tempore pubertatis facta eſt ne directa pupillaris, uel pupillaris expreſſa.
4 Subſtitutio directa quando dicatur, & quando fideicommiſſaria, & nu. 8.
5 Hæres grauatus de reſtituendo ſi reſtituit, non deſinit eſſe hæres, & duo inſolidum non poſſunt hæredes exiſtere.
6 Appellatione ſubſtitutionis ſimpliciter directa intelligitur.
7 Subſtitutio uera & certa admittitur contra matrem, & præſertim ad pias cauſas.
9 Teſtator præſumitur ſcire: & ſciſſe iura, per quorum ſcientiam ſuum condidit teſtamentum.
10 Vxor relicta domina & uſufructuaria quid debeat habere, alimenta, an uſumfructum.
11 Vxor an reuertatur ad ius commune exiſtente ab initio filio, & patre mortuo, & ſic eſt factus locus ſubſtituto.

CONSILIVM CCXLIII.

a Fvit quidam de Aſiſio inſtituens ſuum hæredem vniuerſalem filium ſuũ, & vxorem ſuam reliquit dominam & vſufructuariã: & ſi filius prædictus deceſſerit in pupillari ętate vel poſtea quãdocũꝗ ſine filijs, voluit, iuſsit, & mandauit ꝙ tunc in dicto caſu fiat de domibus ſuis vnum hoſpitale, & vna capella per ſuos fideicommiſſarios: quæ capella ſic facta habeat pro data & aſsignata fratribus beati Antonij, & ſub eorum protectione: & reliquit filiæ ſuæ vltra dotem ſex flore. cætera verò bona ſint dictorum capellæ & hoſpitalis conuertenda ad perpetuum Dei & pauperum cõmodũ. Quæritur quæ ſubſtitutio ſit iſta facta d. filio pupillo, qui pupillus in ætate pupillari deceſsit. mater petit legitimã, i. debitam iure naturæ, & etiã quartã. Ite qs ſit intellectus illorũ ver
1 borũ dominã & vſufruc. † Ad primũ, q̃ ſubſtitutio ſit illa, & vtrũ mater totaliter excludatur necne. Primò videndũ eſt an dicta ſubſtitutio ſit cenſenda fideicõ. & videtur ꝙ ſic. & hoc ꝓbatur: iſta ſubſtitutio facta verbis directis, ab eo ꝗ poterat ſubſtituere directò, fauore matris exiſtẽtis in medio obliquatur. C. de impu. & al. ſub. l. precibus. in fi. cõiũcta l. cẽturio. ff. de vul. & pupil. & C. de teſt. mil. l. in teſtamẽto. in fi. Ita ergo hic fit. Præterea, tantus eſt fauor iuris ꝙ nedũ verba directa facit obliqua, ſed aliq̃n ſubſtitutũ ex cludit totaliter, ꝗ nõ excludit ſi mater in medio nõ eſſet. C. de impu. & al. ſubſ. l. precibus. C. de inſti. & ſubſt. l. ſi. Præterea, ſi dicta ſubſtõ cẽſeret eſſe directa: iã oĩa bona impuberis deuenirẽt ad ſubſtitutum quaſi ex impuberis teſtamẽto. ff. de vul. & pu. l. ꝙ ſi plures. §. ad ſubſtitutos. & ſic mater repelleretur à luctuoſa hæreditate ſui filij. qđ eſt iniquũ. C. de inof. teſt. nã ſi parẽtibus. & validũ ar. ad hoc coll. C. de impu. & al. ſub. l. humanitatis. in rõne l. Præterea, probo ꝙ etiã ſi mater nõ eſſet in medio, iſta ſubſtõ debeat cẽſeri fideicõ. ꝓmitto aũt ꝙ ſubſtõ fideicõ. põt fieri intra tꝑa pupillaris ætatis. & ſic directa. ff. de leg. j. l. fideicõ. ff. ad Treb. l. Scę-
2 uola. † Præterea, ꝓmitto ꝙ in ſubſtitutione fideicõ. venitur dũ capit bona teſtatoris, & nõ filij. ff. de vul. & pu. l. cohęredi. §. filię. Et ex his ſic infero: Teſtator voluit & potuit ſolũ ſubſtituere in reliqs bonis ſuis, vt apparet ibi: cætera verò bona teſtõris, &c. ergo nõ directò, ſed ꝑ fideicõ. ſubſtituit: qa ſi directè nõ ſubſtituiſſet, ſi teſtõr ad bona ſua tñ, ſed s. & latius ſubſtituiſſet. Et ꝙ illa verba ſignificet bona dũtaxat teſtõris, patet. ff. de reli. l. ij. §. in locũ. & patet ff. de leg. j. l. Stichũ ꝗ meus erit. de au. & arg. leg. l. ſi ita. de leg. iij. l. nup. & l. ꝗ ſuos. & ar. de pig. l. Paulus. Et pro hoc eſt arg. magnũ, ex quo mater extitit in medio. Nã præmiſſa verba teſtatoris bona impuberis cõplecti nõ poſſunt: niſi per interpretatiõnẽ extẽſiuã: ſed interpretatio extẽſiua nõ admittit cõtra matrẽ, vt ꝑ ꝗalle. eſt s. &c. Et cõfirmat: qa in prefatione cõtinetur vt aſſolet, timẽs ne de ſuis ſuum poſt obitũ, &c. per quæ verba videtur patere ꝙ teſtator tantũ de ſuis bonis voluit teſtamentũ ordinare, nec fuit in eius mente ordinare de bonis impuberis. quod vtrũq; feciſſet, ſi voluiſſet pupillariter ſubſtituere. præfationes naq; faciũt nos ſcire & intelligere poſteriora. ff. de hære. inſti. l. ſi. ff. de ori. iu. l. ſi. ff. de edẽ. l. j. §. ſi qs. & §. ſi initiũ. iuxta illud: nam à primordio tituli poſterior formatur euentus. C. de im-
3 pu. luc. deſc. l. j. in prin. † Sed in cõtrariũ ex aduerſo ꝙ dicta ſubſtitutio in tpe puber. ſit directa pupillaris, patet. primò q̃n teſtator ita dicit, ſi filius meus in pupillari ętate deceſſerit, talem ſubſtituo, vel talis ſuccedat.

a ¶ Fuit quidam. Vide plenè de iſto cõſi. per Alex. in l. centurio. in fi. ff. de vulg. et pupil. vbi alleg. hoc cõſi. Bar. Tho. Dip.

Iſta ſubſtitutio eſt pupillaris expreſſa: vt inſti. de pu. ſub. in prin. & no. in prædicta. l. precibus. & in hoc nemo cõtradicit. imò oẽs doc. et gl. cõcor. qa eſt facta in forma pupillaris ſubſtõnis, cui cõpetit &c. ſed vbi cõpetit forma verbis incertis nõ certis, eſt cõie cturæ locus. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. obli. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. de ver. ob. & de exer. l. j. §. ſi is qui nauẽ. l. Labeo. §. ſi verò. de ſup. le. & idẽ ſi teſtator ſic dicat: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit vel moriatur, bona mea ad talẽ deueniãt: vt c. ſi pater. de teſt. li. vj. & vide extra, de teſt. c. Raynal. & vr̃, ſi dicat ſi deceſſerit, & c. bona ſint talis: qa nõ quilibet ſcit dicere, hæres eſto. vt no. l. quoties. C. fa. erc. ſed ſufficiat qualiacũq; verba apta. Rñ. qa leges nõ formæ verborũ impoſitæ ſunt, nec parãt laqueũ, maximè teſtatiõibus. C. de teſta. l. q̃m indignũ. & C. bona in prin. & ar. C. de cõtrah. & cõ. ſti. l. ſcrupuloſam. & l. oẽs. illud eñ nullã haberet dubitationẽ, ſi teſtõr dixiſſet. hr̃s eſto: vel ſua ſint bona. vel ſimilia. ff. de hæ. inſti. l. his verbis. Nã vbi de. dñio loquimur, de directo intelligimus, maximè in caſu fauorabili, & in teſtamẽtis, vbi verba ampliſsimè accipimus: vt ff. ſi ager vecti. l. j. §. qui in ꝑpetuũ. ff. de vſuf. l. ſi procul. & ff. de reg. iu. l. in teſtamẽtis.
4 cũ ſi. † Secũdò patet: qa illa ſubſtitutio eſt directa, q̃n nullo medio defert bona, & ius diuerſum, ex qua tũc exitit, & rõne eius põt hæreditas adiri nudo aĩo, & bono. poſ. petita, & illa eſt fideicõ. q̃n fides alterius eſt onerata, ſicut cũ hæres ſcriptus eſt de reſtituendo grauatus, & vnde hoc nomẽ acceperit, patet Inſti. de fideicom. hære. in prin. & hic ſubſtitutus non capit nomen à ſe ipſo, ſed per reſtitutionem: & hic ſubſtitutus non habet ius adeũdi: ſed poteſt petere ꝙ hæres ſi non vult adire, cogatur adire & reſtituere. & ſi adiuit, & nõ reſtituit, habet pro reſtitutione ſibi facienda actionẽ ex teſtamento. ff. ad Trebel. l. quia poterat. & no. in l. j. & ij. de fideic. hæ. C. ad Treb. l. nõ iuſtã. ff. ad Treb. l. ſi lega-
5 tus. in fi. † Et reſtituta ſibi hæreditate nõ eſt hæres: quia qui reſtituit. nõ deſinit eſſe hæres. ff. de vul. & pup. l. ex teſtõ. §. Iul. de mi no. l. & ſi ſine. §. ſed qđ Papi. & duo inſolidũ nõ pñt hæredes exiſtere. l. qđ cõtra. §. vni duo. ſed effectu quodã nõ eſt hæres. ff. qđ cui eo. l. ſi filius. & qa iſte per aditionẽ, quã fecit hæres, ſentit cõmodũ: qa firmatur in fideicõ. vt C. de fideicõ. l. eã quã. nec põt conqueri ſi hæres Trebellianicã detrahit: qa ex illa hereditate extrahitur regulariter, ex qua Falcidia. & facit inſti. ad l. Fal. in princ. fit quoq; ſubſtitutio directa verbis directis: vt ſi in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit hæres. l. j. ff. de vul. & pup. ſubſt. in prin. ſi deicõ. fit verbis fidei. vbi idẽ teſtator vult ꝙ fideicõ. ſubſtitutus capiat de manu hæredis: vt inſti. de fideicõ. hæ. per totũ. per verba verò cõmunia, q̃n ſit directa ſubſtitutio: vt l. iam hoc iure. de vul. ſub. vbi verbũ ſubſtituo, adaptatur ad directã ſubſtitutionẽ ff. de vulg. ſub. l. Lucius. ſed in fideicõmiſſaria adaptatur ad fideicõmiſ. vnde dicimus ſubſtitutionem aliam directã, aliã fideicõ.
6 † Cùm aũt ſimpliciter dicimus ſubſtitutionem, directã intelligimus: quia verba ſunt intelligenda per prius, non per poſterius. ff. de vul. & pup. l. qui cùm plures. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. j. & arg. d. l. j. §. qui in perpetuũ. de vulg. & pup. Et quælibet ſubſtitutio poteſt eſſe directa: quia directam continet prouiſionem, fideicom. verò onus: vt no. C. de inof. teſt. ex tribus. ſed pater videtur potius in dubio filiæ prouidere, quàm eam grauare: quia pater conſiliũ capit pro filijs ſuis. ff. de vul. ſubſti. l. ſcripto. de lib. & poſth. l. nulla. ff. de vul. & pup. l. cum filio. C. de cur. fur. l. fina. in prin. de ſalute ipſorum eſt ſolicitus. de leg. ij. l. cũ pater. §. mando. quod me. cau. l. iſti qdẽ. & omnia ex voto pater parat filio. ff. de bo. lib. l. vlt. §. j. & ideo rectius dicitur ꝙ ſubſtitutio dubia recipit, cùm poteſt valere, interpretatur directam: vt not. de vulga. ſub. ſti. l. verbis ciuilibus. & eſt expreſſum in c. ſi pater. de teſt. lib. vj. Concluditur ex his dictam ſubſtitutionem, de qua quæritur eſſe directam cenſendam: & ita mihi videtur. nec habet mater con queri de filio: quia nihil filius matri fecit. aut de patre, qui nec in aliquo ei tenetur. ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. & d. c. ſi pater. in fi. Nõ obſtat. l. humanitatis. qa ibi in ex emplaria loquitur, quæ in hoc & in multis à pupillari differt. Non

a ¶Sup ſecũdo. Vide Bar.ſ.in cõſ.clxx.i-cipit, Petr⁹ Matheo li.et ibi ſcripſi.Tho.

obſtat fauor matris in medio exiſtentis: qa
iſto caſu nõ fauetur matri:qa fauor duplex
ſ.patris & impuberis, vincit fauorẽ ſolius
matris . Et ad l.precibus.rñdeo:aut tu ar-
guis ex prin.l.& tũc nõ obſtat:qa fateor qñ mater eſt in medio,
ſubſtitutio vniuerſaliter facta impuberi nõ cõtinet pupillarem
aliàs pręſumptã:vt l.iam hoc iure.qa tacita pręſumpta nõ admit
7 titur contra matrẽ.l.fi.C.de inſtit.& ſubſti.†Sed in caſu noſtro
nõ eſt ſubſtitutio præſumpta,imò vera & certa:ideo admittitur
cõtra matrẽ,& maximè ad pias cauſas,vt eſt hic,& d.c.ſi pater.
& d.§.ſed nec impuberis.Aut tu arguis ex fi.l.precibus.vbi dici
tur ꝙ obligaẽ ſubſtitutio fauore matris.Et nõ obſtat qa loquiẽ
poſt tempora pupillaris ætatis.ſi enim impubes filius deceſſerit,
mater excluderetur:vt in ſecũdo caſu huius legis.Rõ differẽtiæ
eſt:qa intra pupillarẽ ætatẽ iuri cõi valet ſubſtitutio directa:poſt
verò ex priuilegio militis valet iure directò,ſi mater nõ eſſet in
medio:vt l.centurio.ff.de vul.& pupil.ſed qa mr̃ eſt in mdio pri
uilegiũ militis nõ excludit matrẽ directò,vt faceret ius cõe ſed
eligiẽ qdã media via,vt ſubſtitutio obliqueẽ poſt tpa puberta-
tis:& ſic non obſtat.Ad l.in teſtõ.in fi.rñ.ꝙ ibi ius cõe facit pro
8 matre:†qa ſubſtitutio reciproca facta perſonis diſparibus,nõ cõ
tinet ſubſtitutiões diſpares,ſed pares:alˀs eſſet ꝓ parte reciproca
facta,& ꝓ parte nõ reciproca.ꝙ eſt cõtra vim nois & naturã cor
relatiois:vt de acce.l.fi.& hoc cõſiderauit.l.iã hoc iure.§.ſi aliter.
licet ergo miles q fratrẽ & filiã inſtituerit hr̃des,& inuicem ſub-
ſtituit,poſsit fratri iure militari,& filiæ impuberi in ptãte poſi-
tæ iure cõi directò ſubſtituere:tñ quia diuerſo iure põt:nõ videẽ
ſenſiſſe,niſi ꝓbeẽ:qa non poterat pari rõne ſubſtituere.nec enim
ſunt vulgaris & pup.eiuſdem generis & conditionis.Nam in
pupillari venirent etiam bona impuberis: in vulgari non:vt l.cẽ
turio.& ſecundũ hoc in l. teſtamẽto nõ faueret iuri materno ſeu
ſpeciali,ſed iuri cõmuni.vel ſi faueret,qa mater eſt cõtra priui-
legium,non cõtra ius cõmune.& ſic nõ obſtat. Et ad id ꝙ diciẽ
ꝙ ſubſtitutio trahiẽ ad vniuerſum:vt de hæ.inſti.l.j.§. ex fundo.
& l.cohæredi.§.fi.ff.de vul.& pu.& eſt directa ſubſtitutio qñ te
ſtamẽtũ põt incipere à ſubſtituto.ff.de hæ.inſti.l.ſi qs hęres inſti
tuaẽ.Præterea,expreſsio bonorũ teſtatoris nõ in reſtitutiõe, ſed
in modũ demõſtratiõis facta venit.ff.de ſecũ.ta.& ſi dicaẽ , hoc
nõ fuit in mẽte teſtatoris ordinare teſtamẽtũ alij,quã ſibi, vt pa-
9 tet ex ꝑfatiõibus teſtamẽti.†Rñdeo:imò fuit de mẽte à iure prę
ſumpta:qa præſumiẽ ſcire iura,quæ hic dicũt:q̃ iura poſſunt ſci-
ri cõſulẽdo peritiores:præſumiẽ nanq; ꝙ cõſultè fuit teſtatus &
peritè,ex quo ſolẽniter adhibuit & cũ tabelliõe.C.de vſuf.l.j.ff.
de leg.ij.l. codicil.§.vlt Itẽ ex verbis conſtat de mente.ff.de ſup.
le.l.Labeo.§.iterum.& de le.iij.l.ille aut ille.§.cũ in verbis.& ita
10 videnẽ mihi ſuper primo pũcto quę dixi,&c.†Sup ſecũdo a pũ-
a cto,an vxor debeat habere alimenta an plenum vſumfructum,
dicũt doc.aut verò cõſideramus interpretationẽ vulgi,aut natu
rã verborum ꝓlatorũ.nã ſecũdũ naturã verborum ꝓlatorũ loq-
tur.l.ſi Titio fundum.ff.de vſu.le.& de lega.ij.l.Titio.§.j.in fin.
Si verò loquimur ſecundũ ꝙ interpretatur conſuetudo:& tunc
aut filius extat in medio,& debet habere matris alimẽta,vt not.
in l.j.C. ſi mu.ſecũ.nup.& in Spe. qui fi.ſint legi.§.j. ver.ſi quis.
Nam honoris cauſa dominã teſtator videtur vocaſſe, non eam
cohæredem liberè feciſſe,vt habeat totum:vt l.voluit.ff. de vul.
ſub.l.verbis.ſic ff.mã.l.creditor.in fi.cũ ſimile verbum. vbi non
11 extant filij,conſuetudo ceſſat.† Quid ergo ſi filius extitit ab ini-
tio,ſed pater mortuus eſt,& factus eſt locus ſubſtituto:vtrũ mu
lier ad ius cõmune reuertatur?& videtur ꝙ ſic:qa filiorum pri-
uilegium ad hæredes aliter non tranſit tanquam perſonale . l. in
omnibus.ff.de re.jur.l.j.de priui.do.de rit.nup.l.non ſolùm.§.pu
pillæ.cum ſi.In contrarium facit quòd verba teſtatoris cœpe-
runt certo modo interpretari:ergo iſta interpretatio vitiari non
debet:ſicut in ſimili no. in l.verbis ciuilibus.& in l.precibus.qa
ſubſtituti repręſentant inſtitutum,vt eſt ad hoc arg . l.ſi eum .§.
qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& quod teſtator non ſenſerit de iu-
re dominij,vel effectus,ſed de facto potius.ff.de capit.di.l.lega-
tum.facit & videtur eo quod dicit maſſariam,quod eſt nomen
facti adminiſtrationis,non dominij vel iuris . Non ob.l . vxorẽ.
de vſuf.l.j.quia ibi reliquit vſumfructũ ſimpliciter & præciſè:
hic non præterea , ſi conſuetudo interpretaſſe videtur , & vſus
loquendi plus attenditur,quam proprietas modi ſignificandi:vt
no.ff.de l.iij.l.librorũ.§.quod tamẽ Caſsius.Non ob.l.Titio fun
dum.quia ibi fuit legatum alternatiuè certæ rei:hic incertę. Nõ
ob.l.creditor.in fin quia ibi legatum certam formã & dominiũ
continebat:hic incertam,& implicitam,&c.

Si pater habens tres filios inſtituit eos hæredes,& ſubſtituit
eos ad inuicẽ , ſi aliquis eorũ ſine filijs moreretur:an mortuo v-
no ſine filijs,cui ſuccedunt alij,expiret ſubſtitutio quo ad alios,
ita quòd ſi alter eorum poſtea moriaẽ ſine filijs,non veniat fra-
ter?Et concluditur quòd non expirat.Item quid tertius debeat
habere ſuperueniens ex fideicõmiſſo prædicto,an legitima duo
rum debet detrahi,& Trebellianica.

1 ☞*Natura iſtorum diſtributiuorum quiſquis,ſiquis,& aliquis eſt ut licet ſint ſingula ris numeri,tamen ad omnes referuntur.*
2 *Legitima & Trebellianica datis ſubſtitutis quæ debeat deduci.*
3 *Ordo mentis potius attenditur quàm ordo ſcripturæ.*

CONSILIVM CCXLIIII.

Dominus Cato inſtituit Ioã.
M.& Ni.filios ſuos hæredes,& eos ſubſtituit in
hũc modũ,quòd ſi contingeret aliquẽ dictorum
filiorum mori ſine liberis:eo caſu ſubſtituit alios
filios tũc viuẽtes.an mortuo vno filio ſine liberis, & ſic exiſtẽte
cã ſubſtitutiõis in ꝑſonis aliorũ d.ſubſtitutio expirauerit.ꝙ vide
1 tur propterea,qa vſus eſt teſtator verbis ſingularis numeri. † In
contrarium quòd in perſonis aliorũ ſubſtitutio non expirauerit
imò in perſona omnium locum habet.quod ſic probatur:nam
natura iſtorum diſtributiuorum quiſquis ſiquis,& aliquis,eſt
vt licet ſint ſingularis numeri,ad omnes referuntur:vt lege qui
liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.& expreſſum eſt de lega.
j.l.qui filiabus.§.j. vnde licet ſubſtitutioni ſit locus in perſona
primi,poteſt etiam eſſe in perſona ſecundi:ſed in teſtamento di-
cti c.reperitur inſtitutio prædictorum Ioan.& M.ſuorum filio-
rum.& ſubſtitutio facta contingit ꝙ primò extitit caſus mortis
ſine liberis in perſona dicti M.& ſic pars bonorum venit ad di-
ctum Ioan.& N.poſtea euenit caſus mortis in perſona dicti Io.
ſine liberis qui deceſsit ſuperſtite d.N . qui extraneum inſtituit
quæritur quid d.N.habere debeat de bonis domi.Ioan . à patre
2 & à d.M.ſuo fratre prouenientibus.† Ad quæ reſpondetur qd
de bonis quæ d.Ioan.habuit à patre , debet deduci legitima,&
Trebellianica reſiduum debetur d . N . vt l.cohæredi.§.cum fi-
liæ.ff.de vulg.& pup.extra,de teſta.Raynuptius.de bonis verò
quæ d.Io.habuit à d.M.eius fratre primò defuncto,dico ꝙ eſt
aduertendum,nam in dictis bonis partem habuit iure ſucceſ-
ſionis ab inteſtato , vt partem ſibi contingentem de legitima &
Trebellianica d.M.& de iſtis nil debet habere d. N . niſi quate-
nus ſibi Ioã.reliquiſſet:quia cùm habeant iure ſuo, non ex ſub-
ſtitutione,nõ venit in fideicõmiſſum:vt l.qui fundũ.§.qui filios.
ad l.Fal.aliã partẽ habuit iure fideicõmiſsi ſibi debiti ex ſubſti-
tutione paterna.Et de hac eſt videndũ,an veniat in fideicõmiſ-
ſum.& dubiũ facit:quia gloſſ.in l.cũ virum.C.de fideicom.& ff.
ad Treb.l.Marcellus.§.quidã.diſtinguit an primò grauet,ſecũ-
dò roget,an econtra.ſed hic neutrum facit primò:imò vno con
textu verborũ grauat,& prouidet.In eo eñ ꝙ alteri ſuperuiuen
ti ſubſtituit , prouidit ſuperuiuentibus , & grauat morientem.
3 †Circa hoc tamen dico ꝙ ordo mentis potius attenditur quam
ordo ſcripturæ.vt l.cũ pater.§.fideicom.ff.de leg.ij.l.nec enim.et
ibi per Dyn.de ſo.ſed non eſt dubium ꝙ in voluntate teſtantis
hic ordo fuit vt præmorientem grauaret,ſuperuiuentibus pro-
uidit:& filium moriẽtem grauauit de reſtituendo ſuperuiuẽti:
& ſic apparet ꝙ in perſona huius ſecundi primò reliquit ſibi ſe-
cundò grauauit in ordine intellectus & voluntatis teſtatoris.&
ſic totum quod habuit ex fideicommiſſo à primo venit in fide-
iuſ.quod debetur huic ſuperuiuenti & pro hoc videtur caſus ff.
ad Trebel.l.hæredes mei.§.cùm ita.& l.Lucius.§. tres hæredes.
in fi.Huic autẽ opi.cõtradicitur de lega.iij.l.pater.§.quindecim.
ibi enim in eo quod habetur ab hęrede,non videtur fideiuſsiſſe.
Secundò vbi teſtator de parte rogauit:hic verò ſimpliciter.Item
obſtat de leg.iij.l.ſi Titius ex parte.ſed ibi rogauit de parte hære
ditatis:hic ſimpliciter,vt no.per gloſſ. in l.marcellus.§.quidam.
ff.ad Treb.& ibi etiam probat tex.&c.

Explicĩũt cõſilia domini Bar.de Saxoferrato legũ docto.ex-
cellẽtiſ.quorũ numerus eſt ccxliiij.prout ſuperius cõtineẽ &c.

Hæ ſunt



# Hæ ſunt quæſtiones Aureæ diſpu- TATAE PER DOMI. BAR. DE SAXO FER.


1 ☞*Pacta,& conuentiones,quæ non ſunt contra leges,ſunt ſeruandæ,& ſi contra fiat, pœnalis ſtipulatio his adiecta committitur.*
2 *Contractus pacis,an ſit de iure gentium.*
3 *Actiones & obligationes quæ principaliter recipiunt uitæ ſuſtentationem , cadunt in perſonam deportati,& etiam damnati in metallum,licet tales obligationes deſcendant à iure ciuili.*
4 *Exbanniti dicuntur relinquere omittendo.*
5 *Quando aliquod ius reſpicit utilitatem publicam,& priuatam miſtim, ſi illi iuri renunciatur:talis renunciatio ualet,prout reſpicit utilitatem priuatam.*
6 *Fides etiam hoſti ſeruanda eſt.*
7 *Sicut de iure municipali permiſſum eſt occidere bannitum ita permiſſum eſt de iure cõmuni domino corrigere & percutere ſeruos ſuos.*
8 *Facultas pluribus,& uniuerſis conceſſa de iure publico , licet priuatorum pactionibus tolli non poſsit quantum ad omnes:tollitur tamen quantum ad ipſum promittẽtem, ut contra promiſsionem ſuam uenire non poſsit.*
9 *Exbanniti æquiparantur excommunicatis,& excommunicatus deportato.*
10 *Duo ſpecialia non poſſunt in idem concurrere.*
11 *Illud quod principaliter inducitur ad publicam utilitatem . pactione priuatorum tolli non poteſt.*
12 *Facta prius pace inter duos poſtea ſecuto bannimento:tunc exbannitus non obſtante pace iam facta poteſt occidi.*
13 *Exbãnitus pro homicidio habetur pro confeſſo ex forma ſtatuti & cõſuetudine Italiæ.*
14 *Damnatus ad mortem ſtatim efficitur ſeruus pœnæ odioſæ.*
15 *Factum iudicis,& factum contrahentium æquiparantur.*
16 *Exbannitus pro homicidio æquiparatur hoſti,latroni,& deſertori.*
17 *Pari effectu ſunt diligendi,& defendendi patres,& patria,imò maiori patria.*
18 *Contractus ex quo ultro citròque oritur obligatio,ſi interponitur ſuper re alterius contrahentium non ualet,nec ex eo oritur obligatio.*
19 *Nullus per pactum obligatur ad pœnam corporalem.*
20 *Quando duo ſimul competunt,& unum per aliud,unum ſine alio tolli non poteſt.*


QVAESTIO I.

a Lvcanæ a ciuitatis ſta
tuto cauetur ꝙ frangens pacẽ oc-
cidendo,capite puniatur.Alio ſta
tuto cauetur ꝙ exbãnitus pro ho-
micidio poſsit impunè occidi. Ac
cidit ꝙ Titius qui erat pro homici
dio bannitus & cõdemnatus, ꝙ ſi
quo tempore in fortiam cõmunis
peruenerit,capite puniaẽ,fecit pa-
cem cum Sempronio ſuo inimico
non bannito,& promiſerunt ſe non offendere ſub pœna ſtatuti,
& pœna mille librarũ , hincinde ſtipulatione promiſſa.demum
dictus Sempronius interfecit dictum Titium exbannitũ.Quæ-
riẽ an incidat in pœnã ſtatuti,& an dicta pœna pecuniaria ſit cõ
miſſa an nõ.& ꝙ incidat in pœnã ſtatuti,& pœna pecuniaria ſit
1 cõmiſſa,ꝓbaẽ iuribus & rationibus infrà ſcriptis.†Et primò ſic:
Pacta & cõuentiones quæ nõ ſunt contra ll.ſunt ſeruãdæ, & ſi
cõtra fiat,pœnalis ſtipulatio his adiecta cõmittiẽ:vt ſ.de pac.l.iu
ris gentiũ.§.prætor ait.& de his qui no.infa.l.furti.§.mandati.de
cõſti:pe.l.j.in prin.de ver.obli.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.C. de pac.
l.pacta quæ cõtra.& quod ibi no.Sed iſta pax,& cõuẽtio de nõ
offendẽdo nõ eſt cõtra ll.ſed ſecũdũ ll.quæ permittunt vnicuiq;
qualitercunq; redimere ſanguinẽ ſuũ faciẽdo pacta & trãſactio-
nes etiã cõtra publicã vtilitatẽ:vt ff.de bo.eorũ qui ante ſen.ſibi
mor.cõſci.l.j.C.de tranſac.l.tranſigere.et quod ibi no.& de accu.
l.ſi quis homicidij.vbi gl.Si ergo tali exbãnito fuit licitũ facere
talẽ cõuẽtionẽ ad redimẽdũ ſanguinẽ ſuũ: ergo talis cõuẽtio eſt
ſecũdũ legẽ,& cõtra factum eſt:quia committiẽ pœna ſtatuti,&
2 cõuentionalis.†Secũdò probaẽ ſic: Certũ eſt ꝙ cõtractus pacis
eſt iuris gẽtium.ff.de iuſt.& iu.l.ex hoc iure.cõiuncta l.j. de pac.
Itẽ patet ꝙ poſtliminiũ eſt de iure gentiũ,vt ff.de cap.& poſtli.
reuer.l.poſtliminiũ.in prin.& ibi no.Sed poſtliminiũ habet locũ
tam in pace quã in guerra.ff.de capti.l.in bello.in prin.ergo pax
eſt iuris gẽtiũ.Ex hoc ſic arguo.Exbãniti noſtri tẽporis æquipa
ranẽ deportatis,ſecũdũ glo.Inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.relega
ti.& in l.j.de hær.inſti.quod tenet Dy.in l. eius qui apud hoſtes.
§.fi.ff.de teſta.Sed relegati retinent ea quæ iuris gẽtiũ ſunt:vt ff.
de pœnis.l.quidã.ſecundũ quod per eos contractus,qui ſunt iu-
ris gentium,eis quęritur obligatio & actio: a
vt ff.man.l.ſi tibi mandauero.§. is cuius er-
go talis bannitus licitè potuit inire contra-
ctum pacis:& ſic ſi rumpitur,habet locum
pœna ſtatuti, & etiam pœna conuentionis
ipſi cõtractui pacis acceſſoria: vt C.ꝑ quas
3 perſo.no. acquir.l.ij. †Tertiò probatur ſic:
Actiones & obligatiões quæ principaliter
recipiunt vitæ ſuſtentationẽ cadunt in per
ſona deportati,& etiam in perſonã damna
ti in metallum , qui eſt ſeruus pœnæ, licet
dictæ obligationes à iure ciuili deſcendãt:
vt ff.de his quæ pro nõ ſcri. l. ſi in metallũ.
de ali.leg.l.ſi is cui.& l.ſeruos.de cap.dimi.
l.legatis.& ibi no.ibi enim loquitur in lega
to alimentorum quod pertinet ad vitæ ſu-
ſtentationẽ.& eſt iuris ciuilis: quia deſcen-
dit ex teſtamento.ff.de teſta.l.iij. Si ſic: igiẽ
talis promiſsio de non offendendo, & pœ-
nalis ſtipulatio , cũ pertineat principaliter
ad vitæ ſuſtentationem,ne occidatur,com
petit in perſonã huius exbanniti:ſiue æqui
pares cũ deportato, ſiue damnato in metal
lum quod plus eſt:& ſic ſi ventum eſt con
tra,committitur pœna ſtatuti:& cõuentio-
4 nalis.†Quartò probatur ſic:Exbanniti de-
linquunt in omittendo.magis enim viden-
tur exbanniti,& condemnati , quia nõ ve-
nerunt,ꝗ̃ quia malam cauſam habuerunt:
vt ff.de euic.l.ſi ideo.in prin.et de inof.teſt.
l.qui repudiãtis.in fi.& l.Papinianus.§.me
miniſſe.ver.ſed proinde.Sed pœna delicti
in omittendo poteſt priuatorũ pacto remit
ti:vt ff.ad Syl.l.diui.& ibi no.per glo.& di-
cit ergo in quæſtiõe noſtra pœna,quæ prę
ceſſerit ꝙ potuerit impunè occidi,potuit ꝑ
tale pactum remitti:cũ ergo ſit ventũ con-
tra,cõmittiẽ pœna ſtatuti,& conuentiona-
5 lis. † Quintò probaẽ ſic: Quando aliquod
ius reſpicit vtilitatem publicã,& priuatam
miſtim,ſi illi iuri renunciaẽ,renunciatio va
let prout reſpicit vtilitatem priuatã,vt ff.de
procu.l.licet.in prin.et l.nõ cogendũ.§.qui
ita no.per glo.ff.de pac.l.iuris gẽtiũ.§. ſi pa
ciſcar.Sed iſtud ſtatutũ ꝙ exbannitus poſ-
ſit impunè occidi reſpicit vtilitatem publicam,vt prouincia pur
gata malis hominibus remaneat in quiete:vt ff.de offi.præſi.l.cõ
gruit.in prin.& C.quando li.ſe ſine iudi. vin. Item reſpicit vtili-
tatem priuatam iſtius:qui poteſt ſe vlciſci:& inimicũ ſuum occi
dere:iſta ergo renunciatio quæ induci. talem pacem valet quan
tum ad ipſam renunciationem.Si ergo venit cõtra publicam vti
litatem:quia talẽ bannitum interficiat nomine ſuo,non pro iure
Reipublicę,erit cõmiſſa pœna ſtatuti,& conuentionalis.Sed cũ
in quæſtione non ponatur cuius nomine interficit:ius præſumit
ꝙ ſuo nomine:vt ff.de ſolu.l.& magis.cũ aliàs perſona non intel
ligaẽ:vt l.ſtipula.§.Chryſogonus.de verb.obli.ergo vtraq; pœna
6 eſt cõmiſſa.†Sextò probaẽ ſic: Fides ſeruanda eſt hoſti:adeò ꝙ
nulli licet occidere eum:ergo cùm quo habemus pacẽ,multò mi
nus licet,niſi ſolũ ad defenſionẽ ſui corporis:vt ff. de pac.l. con-
uentionum.& de legi.l.fi.& expreſsim.x.col.de pace te.c.j.§.j. ſi
ergo fides ſeruanda eſt hoſti:ergo exbannito:& tunc cũ in quæ-
ſtione noſtra nõ proponatur ꝙ talẽ bannitum interfecerit ſe de-
fendendo,dicendũ eſt eſſe commiſſam pœnã ſtatuti & conuen-
7 tionalis.†Septimò probaẽ ſic:Sicut de iure municipali permiſ-
ſum eſt occidere bannitum:ita permiſſum eſt de iure communi
dño corrigere & percutere ſeruos ſuos,licet nõ cũ magna ſæui-
tia:vt C.de emen.ſeruo.l.j.ff.de his q ſunt ſui vel ali.iu.l.ij. & in-
ſti.eo.§.ſed ſi dñs præſtat ſecuritatẽ,& ꝓmittit nõ offendere ſer-
uum ſuæ facultati præiudicatur:& debet ꝓmiſſa attẽdere: vt C.
de his q ad eccle.cõfu.l.præſenti.§.planè.& in auẽ.de mona.§.ſi
verò in triẽniũ.j.col.de ſan.epiſ.§.ſi qs aũt ad monaſticã.col.ix.à
ſimili ergo in q.noſtra ꝓpoſita valuit dicta promiſsio, & debuit

a ¶Lucanæ. De iſta quæſtione facit mentionẽ Barto.in l.ij.C. qñ lice. ſe ſine iudic. vin. in fin.in l.j.in fi. C.de hær.inſti.& ibi vide doc.& in ij.col. ff.ſolu.mat.in ver.an aũt exbãniti. & in l. eius.§.fi.ff.de teſt. & in l.q vltimo. in princip.ff.de pœnis. & in extraua. q ſint rebel. in verſi.rebellãdo.in pe.col. & in l. ex facto.§. ex facto. in fine.ff.ad Trebellia.& ibi vide Alexã.in l.à diuo Pio. §. ſentẽtiã. in vj.col.ff.de reg.iu. & in l.quid ergo.§.ſi quis duos.ff.de leg.j. & Iaſo in l.j.in pe.colum.C.de hæ.inſt.& vide Sali.i l.j.in viij. col.C. de hære. inſti. & in auẽ. item nulla cõmunitas. in fin.C, de epiſ.& cle. & Pe. de Anch. in conſi.cclxxvj.inci. filio ſuo. in pe.col.& Ang. de Are.in §. cùm aũt. in iiij.col.Inſti. qb.mo, ius pa.pọte ſol.& vi de Bar.in l. q ſeruiũt mihi. & ibi apoſtil. meã.ff.de verb.obli. An aũt bãnitus vni⁹ ciuitatis perdat patriã poteſtatem , vide per Alex.in l. ſi cũ dotem.§.ſi patri.in j. col.ff.ſo.mat.et ſi ſtatutũ diſponit ꝙ bannitus nõ poſsit eximi de banno,niſi habuerit pacẽ ab hærede occiſi,ſi Titius bãnitus ſit hæres occiſi mediãte tertia perſona poſsit ex ſuamet voluntate facere pacem,& eximere à bãno, vide Alexã. in l. cum filio.in vlti. col. ff.de leg.j.Tho.Dip.

obſeruari. Si ergo nõ eſt ſeruata, eſt cõmiſſa pœna ſtatuti & cõ-
8 uẽtionalis. †Octauò probat̃ ſic: Facultas pluribus & vniuerſis cõceſſa, de iure publico, licet priuatorũ pactionibus tolli nõ poſſit quatũ ad oẽs: tollitur, tñ quatũ ad ipſum ꝓmittentẽ, vt ipſe cõtra promiſſionẽ ſuã venire nõ poſſit: vt ff. cõmunia prædio. l. vẽditor. in prin. facit de ſeruit. ruſti. prædio. l. per fundũ. Ita ergo in propoſito: licet per formã ſtatuti ſit cõceſſum omnibus talẽ exbãnitũ occidere: & per pactionẽ priuatorũ tolli nõ poſſit, quãtũ ad oẽs: tñ q̃tũ ad præiudiciũ ꝓmittẽtis debet tenere, nec ipſe poſſet cõtrauenire. Cũ ergo contra fecerit, dicẽdũ eſt cõmiſſam eſſe
9 pœnã ſtatuti in cõuẽtionalẽ. †Nonò ꝓbatur ſic: Exbãniti ęquiparãtur excõicatis: vt x. col. hic finitur lex, deinde incipiũt conſue. re. c. j. Itẽ excõmunicatus ęquiparat̃ deportato, vt no. Inſtit. de cap. diminu. §. minor. & exbãniti deportatis, vt no. in §. relegati. vt dixi §. in ij. ratione: ergo exbãnitus excõmunicato. Preterea exbãnitus fit per cõtumaciã, propter qđ bãnũ quis ſeparat̃ à cõmunione ciuiũ: ita excõmunicato, propter quã quis ſeparatur à cõmunione fidelium: vt in capitulo ex parte in Chriſto. de verborum ſignificatio. ergo eſt bona æquiparatio. Sed certum eſt ꝙ licet excõmunicato celebrare omnem contractum: ſolùm enim eſſe in iudicio ei interdicitur, vt extra, de iudi. c. intelliximus. de ſen. excom. ſi vero. & c. cum voluntate. §. prædicatores. Si ergo à ſimili, exbannito licet cõtrahere, & contractum pacis, & ſtipulationis inire: ſi ergo ventum eſt contrà debet puniri pœna ſtatu-
10 ti, & conuentionalis. †Decimò probatur ſic. duo ſpecialia non poſſunt in idem cõcurrere: vt C. de do. ꝓmiſ. l. j. & l. cũ poſt §. genera. ff. de iure do. & vtrobiq; nota. Hoc etiã probatur in l. ſi qs reum. §. fi. de polli. cõiũcta l. fin. C. de ſacroſan. eccle. Nã ex pollicitatione ſola nõ traſfert̃ dominium in Rempublicam, ne cõcurrant duo ſpecialia, ſcilicet, ꝙ ex pollicitatione teneatur, & ꝙ transferatur dominiũ ſine traditione, ſed in præſenti queſtione ſi cõſideres iſtum potuiſſe impunæ occidi occurrerent duo ſpecialia circa idẽ: videlicet ꝙ poſſit impunè occidi. & poteſt pax rumpi. Ne igitur cõcurrãt iſta duo ſpecialia ꝙ ius nõ permittit, dicendum eſt eſſe commiſſam pœnã ſtatuti & conuẽtionalem.

Cõtra quòd nõ incidat in pœnam ſtatuti, nec pœna pecuniaria ſit commiſſa, probatur infrà ſcriptis rationibus videlicet. primo ſic. Illud ius. quod principaliter inductum eſt in odium alterius, non in fauorem renũciantis, priuatorũ pactione nõ tollitur: vt ff. ad Ma
11 ce. & ibi not. C. de pact. pigno. l. fin. †Item illud quod principaliter inducitur ad publicam vtilitatem, pactione priuatorum tolli li nõ poteſt: vt ff. de pact. l. ius publicũ. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & l. ſi vnus. §. pacta quæ contra. & §. item ne experiar. de re iu. nec ex prætorio plenè nota. in aut. vt ſine prohi. ma. §. quia verò colum. vj. Sed conſtat quòd iſtud ius quòd liceat exbannitum occidere, eſt inductum principaliter odio banniti. Item fauore Reipub. vt ciuitates purgatæ malis hominibus remaneant in quiete: vt C. quando li. ſe ſine iudi. vin. l. ij. & ſic priuatorum pactione tolli non potuit, & per conſequens talis promiſſio nõ valuit. Si ergo ventum eſt cõtra, nõ cõmittitur pœna ſtatuti, nec
12 conuẽtionalis. †Secundò probatur ſic: præſuppoſito pro confeſſati quod verum eſt quòd ſi primò fuit facta pax inter duos: poſtea ſecutũ fuiſſet bannimentũ quòd exbannitus non obſtante pace iam facta poſſet occidi. hoc probatur ff. de verborum obligationibus. lege qui ſeruum. & lege quidam cùm filium. de lega. j. lege quid ergo. §. ſi hæres. de pigno. actio. lege eleganter. in fin. ff. loc. lege quæro. §. inter locatorem. in quibus legibus præcedebat obligatio de non offendendo: & tamen ea obligatione non tenetur ſi offendit ex cauſa legitima. Modò arguo ſic. Hæc eſt regula infallibilis quòd ea, quæ dirimunt contracta, etiam impediunt contrahenda: vt ff. de verborum obligationibus lege inter ſtipulantem. §. ſacram. ij. reſpon. §. pe. ſed exbannimentum ſuperueniens dirimit obligationem pacis iam contractæ, vt ſupra probatum eſt: ergo impedit contrahendam: & ſic ex tali pace non eſt contracta, cùm factum ſit illegitimè non eſt
13 commiſſa pœna ſtatuti, nec conuentionalis. †Tertiò probatur ſic: Iſte fuit exbannitus pro homicidio, vt in quæſtione proponitur: qui exbanniti habentur pro confeſsis ex forma ſtatuti, & conſuetudine Italiæ. qui conſonat lege conſiliarios. C. de aſſeſſo. ff. ad Sylla. l. lex Cornelia. §. poſt ea. Sed lege cauetur quod homicidiarijs, & alijs delinquentibus in grauioribus, nõ eſt dãda fiducia: & ſi datur. non debet ſeruari, vt probatur in authen. de man. princ. §. neque autem homicidis. colla. iij. vbi videtur caſus quæſtionis ſecundùm intellectum gloſſ. licet quidam aliter intelligant. Si ergo fiducia talis data non debet ſeruari: patet qđ licitum fuit talem exbannitum occidere: & ſic pœna ſtatuti nec
14 cõuentionalis eſt cõmiſſa. †Quartò probatur ſic: In quæſtione ponitur quod occiſus erat condemnatus, vt capite puniretur. Tũc arguo ſic. Damnatus ad mortẽ ſtatim efficitur ſeruus pœnæ odioſæ. ſecũdũ verã opi. vt no. C. de do. inter vi. & vxo. aut. ſed hodie. ff. de pœnis. l. qui vltimò. Sed ille, qui eſt ſeruus pœnę quo ad effectum perdit omne ius obligationis iuriſgentium, & ciuilis: vt ff. de pœnis. l. quidã. Hoc etiam patet: quia non poteſt acquirere qa ſeruus: vt ff. de acq. re. do. l. acquiritur. §. j. & Inſti. per quas perſo. no. acq. §. item nobis. de reg. iur. l. ꝙ attinet. Item fiſco non acquirit: quia non eſt ſeruus fiſci, ſed pœnæ: vt ff. de iure fiſci. l. in metallum. & de his quæ pro non ſcri. l. ſi in metallum. Si ergo omnem perdit obliga. ergo in eum nõ cadit contractus pacis, qui eſt iuris gentium: nec pœnalis ſtipulatio, quæ eſt iuris
15 ciuilis: & ſic in nullam pœnam incidit. †Quintò probat̃ ſic. Factum iudicis, & factum contrahentium æquiparant̃: vt ff. mãdati. l. ſeruus ea lege. C. de pac. pign. l. ſi. ſi in cauſam iud. pig. cap. ſit. l. j. ff. de iureiur. l. j. imò maioris authoritatis eſt factum iudicis: vt ff. de iureiuran. l. ij. & ibi no. Sed ſi iudex dixerit in ſententia qđ non eſſet licitum interficere talem exbannitum: talis adiectio nõ valeret, nec hoc poſſet facere, vt ff. de iureiuran. l. non poterit. de inſtu. l. diuus. Nam facti queſtio nõ eſt in arbitrio iudicis, ſed impoſita in arbitrio legis: vt ff. ad Turpil. l. j. §. j. Si ergo non licet iudici facere per ſententiam ꝙ talis exbannitus non offendat: multò magis nõ licet priuato per contractum, qui eſt minoris authoritatis: ergo videtur quòd non ſit commiſſa pœna ſtatuti vel pe
16 cuniaria. †Sextò probatur ſic: Ego equiparo exbannitũ pro homicidio, & hoſtẽ latronem, ſeu deſertorem, ſicut iſte exbannitus non poteſt impunè occidi ex forma ſtatuti: ita ex forma iuris cõmunis põt impunè occidi hoſtis, latro, ſeu deſertor: vt probat̃. ff. ad legẽ Corne. de ſica. l. iij. §. fina. C. quando li. ſe ſine iu. vin. l. j. & ij. & iſta æquiparatio procedit à paritate pœnę: vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quenquam. in fin. Item æquiparatur deſertori. Nam ſicut deſertor dicitur, qui dereliquit militiam, & eſt contumax, & inobediens, vt C. de deſer. lege j. li. xij. ita iſte exbannitus: quia propter ſuam inobedientiam, & contumaciam ſuam ciuitatem dereliquit. Modò ſic arguo: Bonus eſt dolus, qui adhibetur contra hoſtes, ſeu latrones: vt ff. de dolo. lege j. §. non fuit. ergo bonus eſt dolus, qui adhibetur contra exbannitos. licitum ergo fuit fingere cum eo pacem, vt iſto prætextu poſſet eum habilius interficere. ſi licitum: ergo non incidit in pœnam ſtatuti nec
17 pœna pecuniaria eſt commiſſa. †Septimò probatur ſic: Pari affectu ſunt diligendi, & defendendi patres & patria: imò maiori patria: vt ff. de iuſti. & iur. lege ij. de cap. & poſtli. reuer. lege poſtli. §. filius. ff. de mu. & honor. lege honor. §. plebeij. Sed ob defenſionem parentum licitum eſt pacem rumpere: vt x. column. de pa. tenen. §. primo. & ibi not. ergo multò magis erit licitum ad defenſionem patriæ: ſed iſte occidit talem exbannitum defendendo patriam, vt probabo: ergo fuit licitum. hoc ſic probo. Iſte exbannitus exiſtens in contumacia, offendit ſuam patriam. qđ patet: quia ex contumacia pœna imponitur: & omne factum ex quo pœna ſequitur, eſt offenſa: vt ff. de manu. teſt. l. teſtamentum. §. primo. facit. ff. de re iud. l. contumacia. Item inferre pœnam contumacibus eſt defendere iuriſdictionem ciuitatis. Caſus eſt in l. j. in princip. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. Iſte ergo, qui occidit talem exbannitum, intulit ei pœnam contumaciæ: ergo defendit ciuitatem, & ſic fuit ſibi licitum, & ſic non eſt cõ-
18 miſſa pœna ſtatuti nec pecuniaria. †Octauò probatur ſic: Contractus, ex quo vltro citroque oritur obligatio ſi interponitur ſuper re alterius cõtrahentiũ, nõ valet: nec ex eo orit̃ obligatio: vt ff. de cõtrahẽ. emp. l. ſue rei. de pig. act. l. ſi debitor. in prin. de cõdi. in de. l. ſeruum. C. de cõtrahẽ. emp. l. cũ res. & loca. l. qui rem. in quibus legibus dicitur ꝙ emptio vel conditio alicuius rei ſuę non valet. Ratio, quia iſte qui accipit rem ſuam, nihil accipit ab alio: quia res antè erat ſua. Eſſet igitur iniquum quod teneretur dare alteri. Modò in propoſito iſti duo fecerunt contractũ vltro citroq; obligatoriũ. Nam promiſerunt ſe inuicem non offende-
re. ſed



re. ſed iſte Sempronius non exbannitus ex iſta promiſſione nihil recepit: quia etiã ſine vlla promiſſione tenebatur ille Titius eum non offendere. Sed ſi ipſe ex promiſſione tenetur nõ offendere Titium, aliquid daret: quia Titius exbannitus poterat antè offendi. Cùm ergo nihil noui alter contrahentium recipiat. dicẽdum eſt contrahentium pactum non valere: & per conſequens
19 pœna ſtatuti vel pecuniaria non eſt commiſſa. †Nonò probatur ſic: Nullus per pactum obligatur ad pœnam corporalẽ: vt ff. de cuſto. reo. l. diuus. & l. ſi quis reum. & rem rat. habe. l. procurator ad exhibendum. §. fi. & facit quod no. de præto. ſtipu. l. fi. qui ſatiſd. cog. l. j. in fi. quod etiam patet: quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum: vt ff. ad l. Aquil. l. liber homo. in fi. Item per pactum non poteſt quis effici ſeruus, niſi interuenientibus illis quæ no. ff. de ſta. homi. l. & ſeruorum. §. j. ergo multò magis non poterit ſe obligare pœna mortis, quæ pœna inducit ſeruitutem, vt dixi §. in iiij. ratione pro hac parte allegata. Sed hic iſti obligauerũt ſe ad pœnam ſtatuti, quæ eſt perſonalis pœna: ergo non valuit obligatio: & per conſequens non incidit in pœnam ſtatuti. Item ꝙ non ſit commiſſa pœna pecuniaria, probatur ex forma inſtrumenti: Ille ex paciſcentibus incidit in pœnam, qui offendit aliũ: ſed occidere exbãnitum, non eſt offendere, vt probabo: ergo pœna non eſt commiſſa. Hoc probabo. Illud factum dicitur offenſa, ex quo infertur pœna: & econtra, vbi non eſt pœna, ibi nõ eſt offenſa: vt ff. de ma. teſta. l. teſtamento. §. j. ſed ex homicidio exbanniti nulla infertur pœna: ergo non eſt offenſa: vt patet quòd conditio ſtipulationis pœnalis non exiſtit: & ſic pœna pecunia-
20 ria non eſt cõmiſſa. †Decimò probatur ſic: Quando duo ſimul cõpetunt, & vnum per aliud: vnũ ſine alio tolli non poteſt: imò ſublatum remanet virtute remanẽtis: vt ff. de lib. & poſth. l. ſi ita. §. regula. & de adi. leg. l. j. §. j. de vſu & habi. l. per ſeruum. §. j. in fi. ſed in quæſtione propoſita duo ſunt. ſ. ꝙ exbãnitus, ꝙ impunè poteſt occidi, & vnum eſt per aliud: ſed iſti contrahentes egerũt ꝙ vnum ſolum tollatur. i. ꝙ vnus poſſit occidi alieno remanente. ſ. exbannimento, quod fieri nõ poteſt: ideo ſublatũ virtute remanentis exbannimenti perdurat, & ſic poteſt impunè offendi, vt hic patet, ꝙ hoc pœna ſtatuti nec pecuniaria eſt commiſſa.

1 ☞ *Sententia, quæ ſuſpenditur per aliquam conditionem tacitam, uel expreſſam, non inducit capitis diminutionem.*
2 *Excommunicatus an æquiparetur deportato.*
3 *Exbannitus an æquiparetur relegato.*
4 *Exbannitus an æquiparetur excommunicato.*
5 *Exbannitus qui ſecundum formam ſtatuti impunè offenditur, propriè poteſt dici transfuga, & hoſtis ciuitatis.*
6 *Exbannitus, de quo in iſta quæſtione, propter ſuum exbannimentum quid perdat.*
7 *Aliquis transfuga, uel reprobatus ab uno collegio perdit iura propria illius collegij, & remanet in diſpoſitione iuris communis.*
8 *Occiſor iſtius exbanniti an incidat in pœnam ſtatuti.*
9 *An liceat priuato uenire contra fidem datam hoſti.*
10 *Quid prodeſt exbannito habere actionem, & non poſſe agere.*
11 *Exbannitus an poſſit facere teſtamentum, & an poſſit hæres inſtitui.*
12 *Exbannitus an poſſit ſuccedere ab inteſtato.*
13 *Exbannitus, qui non poteſt impunè occidi, an ſit transfuga uel hoſtis ciuitatis.*
14 *De iure cõmuni an quis poſſit exbannire: & talis exbannitus de iure communi quid perdat.*
15 *Iudex ſi apponat in banno q, elapſo termino poſſit impunè offendi, an ualeat.*

## QVAESTIO I.

a Saluatoris [a] Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine inuocato, dico dictum Titium pro homicidio exbannitum potuiſſe impunè occidi, & occiſorem tanq̃ pacem rumpens, in pœnam ſtatuti nõ incidiſſe, nec pœnam pecuniariam eſſe commiſſam: per rationes pro hac parte alleg. Ad hoc autẽ manifeſtius inueſtigãdum & oſtendendũ putaui cui talis exbannitus æquiparetur: quid propter exbannimentum amittat. ex quo patebit ſolutio noſtræ quæſtionis. Primò igitur videamus vtrũ æquiparetur damnato vltimo ſupplicio, vel ad beſtias: & ſic efficiatur ſeruus plenè. quod videt̃: quia damnatus ad mortem etiam hodie ſeruus pœnæ efficitur: vt no. C. de dona. inter vir. & vxo. auth. ſed hodie. ff. de pœnis. l. qui vltimo. Sed Titius erat exbannitus, & dãnatus ad mortem, vt proponitur: ergo eſt ſeruus pœnę, vt dixi in quarta ratione facta pro
1 hac parte. Contrarium dico ꝙ nõ efficitur ſeruus pœnæ. †Nam ſententia, quæ ſuſpenditur per aliquam conditionem tacita vel
b expreſſam, non inducit capitis [b] diminutionẽ: vt ff. de iniu. teſta. l. ſi quis exhæredato. §. eius qui. de pœ. l. ij. §. j. Sed iſte eſt damna-
a tus ad mortẽ ſub conditione, ſi in fortiã cõmunis peruenerit. ergo &c. Præterea, nullus ſuperuiuens ex ſententia hodie efficit̃ ſeruus pœnæ, vt dicta aut. ſed hodie. & ibi no. ſed iſte exbannitus, cõdẽnatus in abſen
b tia, ſuperuiuit: ergo &c. Dices tu: Expreſſio conditionis, quæ tacitè ineſt, non ſuſpẽdit diſpoſitionem: vt l. hæc verba. de lega. j. cũ ſi. Reſpõdeo, illa loquitur quo ad tranſmiſſionem ad hæredem: ſed quo ad obligationis effectum, nulla eſt differentia inter tacitam & expreſſam: vt no. ff. de pac. Item quia ſecundò reſpõ. fateor tamen ꝙ ſi eſſet in præſentia, & purè eſſet condemnatus ad mortem: etiam hodie efficeretur ſeruus pœnæ, vt dictis iuribus. nec valeret eius teſtamentum: vt ff. de teſt. l. eius qui. §. fin. &
2 no. per gl. & melius per Dy. quia gl. in aliquo nõ bene dicit. †Secundò videamus vtrum æquiparetur deportato. glo. quæ eſt In ſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. in §. relegati. tenet ꝙ ſi bona exbãniti publicentur de iure, vel de cõſuetudine, æquiparat̃ deportatis. Idẽ videtur tenere glo. in x. col. in fi. hic finitur lex Corradi. c. j. Idem tenet Dy. in ea. l. eius. Et ſecũdũ hoc perderet exbanitus omnia quæ iuris ciuilis ſunt: vt l. quidã. & dixi in ſecunda ratione §. quã feci pro parte contraria. Contrariũ credo verum. ſ. ꝙ non ęquiparetur deportato. Quod ſi probatur. Præſes prouinciæ & magiſtratus municipalis non poſſunt deportare: vt ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. & de leg. iij. l. j. §. qui deportatos. Si ergo non præſes: ergo multò minus Poteſtas vnius ciuitatis. ergo exbannitus ab eis non æquiparatur deportatis. Præterea, ſententia deportationis non fertur in abſentẽ. C. de accu. l. in abſentem: ergo nõ æquiparatur deportatis. Præterea, deportatus perdit ius ciuium Romanorum: vt ff. de pœ. l. quidam. Sed ſi diceremus talem exbannitum æquiparari deportato: talis exbannitus perderet ciuitatem Romanam, & ius ciuium: & ſic iudex vnius ciuitatis extenderet iuriſdictionem ſuam vltra ſuum territoriũ. quod eſt contra l. inter pœnas. in prin. §. j. & l. relegatorũ. in prin. de interdi. & releg. cum ſi. Præterea, fama eius, qui deportatur, non ſolùm diminuitur ꝙ efficiatur infamis, imò fama eius in totum tollitur: vt ff. de varijs & extraor. cog. l. cognitionũ. §. fin. ſed exbannitus non efficitur infamis: quia edictum propoſitum cõtra abſentem pro maleficio non infamat, niſi de facto: vt C. de re qui. reis. l. fina. non. expreſsè de iſtis exbannitis, & condemnatis extra ordinem, per glo. de modo mulct. l. j. quod tenet Dy. vt patet ex no. ff. de ſuſpe. tu. l. iij. §. præterea. & quod ibi no. per glo. & Dy. ergo non æquiparatur deportato. Præterea, deportatum nemo poteſt reſtituere, niſi princeps, vel ſenatus: vt ff. de pœ. l. relegati. in fi. de poſtul. l. j. §. de qua. ſed exbanniti quotidie rebanniũtur per communia, & eorum rectores: ergo non æquiparãtur deportatis. Præterea, hoc patet ex modo conſtituendi: nam exbannitus eſt ab ipſo initio contumax, & extra obedientiam communis: ſed deportatus omni tempore, etiam poſt ſententiam eſt obediens, adeò ꝙ ſi ante ſententiã efficeretur inobediens, capite puniretur: vt ff. de pœ. l. relegatorum. & l. capitalium. §. in exulibus. ergo non æquiparatur deportato. Præterea, non reperitur lege cautum ꝙ deportatus poſſit impunè occidi: ergo non æquiparatur deportato. Et in hac opi. eſt do. Io. de Are. & do. Cy. et ſic fuit determinatum Bononiæ in publica diſputatione per d. Fede. de Scalis, vt refert Cy. C. de hære. inſti. l. j. licet non ponat dictas rationes d. Fede. de Scalis. & in hac ſententia ſunt communiter o-
3 mnes Moder. †Tertiò eſt videndum, vtrum exbannitus æquiparetur relegato. Gloſſa quæ eſt in d. §. relegati. dicit quòd quando exbannito non adimuntur bona, æquiparatur relegato. Idem videtur ſentire gloſ. ex quib. cau. in poſſeſ. ea. l. ad cognitionem. in fi. vlti. gloſ. Contrarium credo verum, an exbannitus aliquis propter ſolam contumaciam, nulla de delicto præcedẽte cognitione ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines Italiæ, ſed per ſententiam relegatorũ, licet poſſet ferri in abſentem ſecũdũ iura: vt ff. de pœ. l. abſentem. §. j. tamen debet de crimine cognoſci: vt ff. de requi. re. l. j. patet ex d. l. abſentẽ. Nã ibi dicit̃ ꝙ ſẽtẽtia nõ fertur in abſentem, niſi plenè cognito de cauſa: vt C. de iudi. l. properãdũ. §. ſin aũt reus. & C. quomodo & qñ iudex. aut. qui ſemel. Pro hoc facit qđ no. in aut. de ince. nup. in prin. mag. gl. q̃ inci. ex hoc verbo, &c. vbi dicit̃ ꝙ pœna relegationis nõ infertur ſine dolo.

a ¶ Saluatoris. Vide plenè de iſta quæſtione per Bar. in l. ex facto. ff. ad Treb. & cũ cõcord. de quibus ibi p d. Alex. in iij. colũ. in fi. & ſeq. Tho. Dip.

b ¶ Capitis. Vide dominum meum Petr. Corne. in cõſ. clxxv. incipien. præſens cõſultatio. in j. volumi. Tho. Diplo.

a ¶ Commodũ. Vide Bar. Soc. i cõ. lxviij. inci. viſis priuilegijs in pe. colũ Thomas.
b ¶ Perdit illam. Et ꝑ iſta deciditᷣ q̃o an exbãniti noſtri tẽporis poſsit teſtari de qua ꝑ Bar. in l. ei⁹. §. fi. ff. de teſta. & Imol. in l. ſi quis mihi bona. §. j. ff. de acq. hære. vbi limitat. & vidẽ Ang. ibi Bar. & Imo. in l. ſeruo. §. fi. ff. de leg. j. ſ l. q vltimo. ff. de pe. Bal. in l. j. i viij. colũ. C. ne ex deli. de fũc. Bal. poſt. bar. i l. j. C. de ſa. ſanc. eccle. Bal. i l. fi. C. ſi à nõ cõpe. iu. & in l. j. in iij. col. C. ſi pẽdẽ. appel. & i l. j. C. de here. inſti. et autᷣ. inceſtas. C. de iceſt. nup. Pet. de Ancha. in Cle. j. de pœ. Ang. de Aret. in §. fi. Inſti. quib⁹ nõ eſt ꝑmiſ. face. teſta. Tho.
c ¶ De pœna. Vide Franc. de Are. in c. i timauit. in ij. colũ. de teſt. Tho. Diplo.
d ¶ Publicam vtilitatem. Vide Iaſo. plenè in l. vbi pactũ. in iiij. col. C. de trãſact. Tho Dipl.

Et ex his patet ꝙ exbannitus nõ ęquipara-
tur relegato. Pręterea, relegatus eſt ĩfamis:
vt ff. de var. & extraor. co. l. cognitionum. §.
minuuntur. ſaltem interim dũ eſt relegatus
vt C. de his qui in exi. dã. l. j. lib. x. ſed exban
nitus non eſt infamis, vt ſ. dictum eſt. ergo
&c. Præterea, relegato non poteſt dari licẽ-
tia reuertendi, niſi à principe: vt l. relegati.
in fi. ff. de pœn. Sed exbannitus reſtituitur à
ciuitate: ergo &c. Præterea, nõ reperitur ꝙ
relegatus poſsit impunè occidi: ſed exban-
nitus ſic: ergo &c. Concludo ergo ꝙ exban
4 nitus ęquiparatur relegato. † Quartò eſt vi
dendũ, nũquid ęquiparatᷣ excõicato. qdᷣ vi
detur per ea quæ dixi ſ. in ix. rõne facta pro
parte contraria, & per tex. x. col. hic finitur
lex Corra. c. j. Contrariũ credo. ſ. ꝙ nõ ęqui-
paratur excõicato in oĩbus: ita ꝙ de vno ad
aliũ arguitur. Nã iſti exbanniti ſtatim lapſo
termino bãni habẽtur pro cõfeſsis de male
ficio, nec pñt innocẽtiã ſuã purgare ſecun-
dum ſtatuta, & conſuetudines Italiæ. Sed
excõicatus pręſtita ſatidatione de parendo
mãdato iudicis abſoluitur: vt extra, ꝙ met.
cau. c. j. de ſen. excom. c. nuper. & c. ſacro. in
fi. ex effectu ergo patet ꝙ nõ ꝓcedat æqui-
paratio. Præterea, per excõicationẽ perdit
quis perceptionẽ ſacrorũ, & cõionẽ fideliũ:
vt extra, de excepti. c. ij. de ſen. excom. c. pe.
Certũ aũt eſt, exbãnitũ prędicta nõ perde-
re. ergo &c. Præterea ſententia excõicatio-
nis à ſuo iudice lata ligat apud omnes: vt d. c. pe. de ſen. excom.
Sed exbannimẽtum nõ facit quẽ videri pro exbannito, niſi in il-
la ciuitate vnde exbannitur: ergo &c. Præterea, non reperitur ꝙ
excommunicatus poſsit impunè occidi: ergo &c. Non obſtat. c.
j. tit. hic finitur lex Corradi: quia fateor ꝙ quãtum ad illud ęqui-
paratur propter cõtumaciã, in multis alijs poſſet reperiri concor
dantia & diſcordantia. quod canoniſtis relinquo. Non eſt ergo
ſimpliciter arguendum de vno ad alium. Quid ergo dicẽdum?
5 † Dico talẽ exbãnitũ, qui ſecũdum formã ſtatuti impunè offen-
ditur ꝙ verè, rectè, & propriè poſſet dici trãsfuga ciuitatis ſuæ.
Itẽ poteſt dici hoſtis ciuitatis ſuæ. & hoc probo ex forma cõſti-
tuendi ſic: Illi dicuntur transfuge, qui ab his (ſub quorum impe
rio ſunt) deſiſtũt, & in numero hoſtium ſe trãsferũt: vt ff. de cap.
dimi. l. amiſsione. ij. rñ. ſed exbãnitus ideo ponitur in bãno: quia
inobediẽs ſit his, ſub quorum imperio & iuriſdictione eſt: & in
numero aliorũ exbãnitorum ad hoſtes ciuitatis ſuæ ſe tranſfert:
ergo poteſt dici trãsfuga ſuæ ciuitatis. Itẽ hoc ꝓbatur ex effectu
ſtatuti. nam licitũ eſt transfugã impunè occidere: vt ff. ad l. Cor.
de ſica. l. iij. in fi. & eodem modo licet iuſtè exbãnitum. Sed tu
potes inſtare: hoſtes ſunt, quibus populus Romanus bellum pu
blicum indixit, & ipſi populo Romano: vt ff. de cap. l. hoſtes. ſed
exbãniti nõ ſunt huiuſmodi: ergo non cõtulerunt ſe in numero
hoſtium: & ſic nõ poſſunt dici trãsfugæ. Reſpondeo; hoſtes, in-
ter quos habent locum iura captiuitatis & poſtliminij, ſunt hi,
de quibus loquitur d. l. hoſtes. ſed alio modo loquendo quęlibet
ciuitas poteſt habere ſuos hoſtes, vt ſi ipſum bellũ indixit. ff. de
cap. l. ſi quis ingenuuam. §. fi. & no. in d. l. hoſtes. in prin. glo. ſed
talibus exbannitis ciuitas induxit bellũ, permittendo eos impu-
nè occidi: & ſtatuẽdo officiales, & alios ad eos capiendos, & pu
niendos: ergo ſunt hoſtes ciuitatis. Item quando ſubditus ſe re-
bellat domino poteſt dici hoſtis: vt C. de his qui ad eccle. confu.
l. ſi ſeruus. in fi. ergo exbãnitus, qui rebellis eſt ciuitatis ſuæ põt
dici hoſtis. Concludo ergo ꝙ talis exbannitus propriè põt dici
trãsfuga ciuitatis ſuæ. Itẽ poteſt dici hoſtis. nam ſicut illi etiam
ſubditi, quos ſenatus hoſtes iudicat, hoſtes ſunt populi Roma-
ni, vt in dicta l. amiſsione. §. ſed hi. cũ ſua glo. ita illi ſubditi, quos
cõmune iudicat hoſtes ſuos, ſunt hoſtes ciuitatis: ſed exbãniẽdo
eos iudicat ſuos hoſtes, vt ꝓbaui. ergo &c. ſic poſſunt dici trãsfu
6 gæ, & hoſtes ciuitatis ſuę. † Reſtat videre quæ perdat talis exbã
nitus propter tale exbannimentum. Ad ꝙ rñdeo, vos debetis ſci
re ꝙ trãsfuga & hoſtis ciuitatis Romanæ perdit ciuitatem Ro-
manam, & omnia iura ciuitatis Romanæ. retinet tñ iura gẽtiũ:
vt d. l. amiſsiõe. & ar. d. l. quidã de pœnis. hoc verũ, ſ. ꝙ perdit iu-
a ra ciuitatis Romanæ inquãtũ reſpicit ſuum cõmodũ[a]: ſed ꝓut
reſpicit incõmodum ipſius iura ciuitatis Romanæ eum ligant
apud nos, vt no. gl. ſecũdũ vnam ſo. ff. de cap. & poſtli. §. filius. et
etiam probatᷣ: quia ꝓmittendo nobis obligatur ciuiliter, vt not.
per gl. ff. de ca. di. l. tutelas. §. fin. Et hoc etiam patet: quia l. ciuita-
tis Romanæ quæ permittit eos occidi. ligat. ff. ad l. Cor. de ſica.
l. iij. §. fi. & ita dico de tali exbãnito. Nam cum ipſe ſit transfuga
& hoſtis illius ciuitatis, vnde exbãnitus eſt, vt ſ. ꝓbatum eſt, di-
b co ꝙ per exbãnimentum perdit illam[b] ſuam ciuitatem, & oĩa iu
ra propria ciuitatis illius vnde exbannitus eſt, prout faciunt pro
ſe. ſed prout faciunt contra ſe, illis iuribus remanet ligatus quã-
tum ad illam ciuitatem, & eius homines ſicut primo. iura verò
gentium & iura communia ciuitatis Romanæ ſeu Romani im-
perij non perdit. Nam non eſt transfuga totius imperij, ſed il-
lius ciuitatis tãtum. & ſic idem iuris ſit de parte quo ad partem
7 quod eſt de toto quo ad totum. † Præterea, hoc eſſe verum pro-
batur: quia ſi aliquis transfugit, vel eſt reprobatus ab vno colle-
gio, iura propria illius collegij perdit, & remanet in diſpoſitione
iuris communis. vt ff. de excu. tu. l. ſed & reprobari. C. de epiſc.
& cleri. l. generaliter. de quæſtio. l. milites. de tabel. l. ij. lib. x. ff. de
cura. l. fi. cum gl. Item cũ iſte exbannitus ſit ex delicto remotus
ab vniuerſitate illius ciuitatis, perdit iura & priuilegia ipſius.
Pro hoc facit C. ſi curia. reli. ciui. rus habita. maluerit. l. j. lib. x. Ad
iſtam opi. confirmandam induco in teſtem Iaco. de Are. docto.
eximi. cuius opi. vt plurimum de mente iuris ꝓcedunt, qui hoc
tenet expreſsè ff. ad Treb. l. ex facto. vbi inter cætera his vtitur
verbis ꝙ in exbannitis noſtri tẽporis dicũt qdã idẽ ꝙ in depor-
tato: ar. ff. de bo. dã. l. j. ſed contrarium videtur: qa ſnia deportatio
nis etiã à præſidibus dari nõ põt. ff. de pœ. l. ij. de leg. iij. §. depor-
tatos multòminus à ciuitatũ rectoribus. non ergo ꝑdit q̃ ſunt ci-
uium Romanorum ꝓpter bãnũ, ſicut relegatus ſi ſibi bona adi-
mũtur ꝙ interdum fit, licet regulariter non dicatur fieri: vt ff. de
interdic. & rele. l. relegatorum. §. j. C. de poſtulam. l. nemo. & arg.
ff. de pœ. l. interpretatione. Ea autem quæ ſunt propria ciuitatis.
à qua eſt exbannitus, amiſiſſe credo: quia quantum ad illam pe-
regrinus eſt: vt C. de here. inſti. l. j. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac l. §.
ſi perpetuam. Ia. de Arẽ. iſta ſunt verba ad literam, qui vt appa-
ret ex his poſuit ſuam credulitatem ponendo non ar. inducen-
do: patet ergo ꝙ iura ſuę ciuitatis perdit, ſed iura gentium non
8 iura communia, vt dictũ eſt. ergo &c. Bar. † Ad ſolutionem igitᷣ
noſtræ quæſtionis deſcendo, & dico ꝙ occiſor nõ incidit in pœ
nam ſtatuti: nam cum ſtatutum ſit propriũ ius ciuitatis: vt ff. de
iuſti. & iur. l. omnes populi. illud ius perdit exbãnitus ꝑ bannum
cum ad ipſius exbanniti cõmodum pertineat: & ideo occiſor nõ
c tenetur de pœna iuris. de pœna[c] verò conuentionali eſt magis
dubium. nam vt proponitur, fuit per ſtipulationem promiſſa:
quæ ſtipulatio eſt de iure ciuili publico Romanorum inducta
à Gallo Aquilio: vt ff. de aceptila. l. & vno. §. j. de tranſact. l. cum
Aquiliana. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. de acqui. rre. do. l. ea quę ci
uiliter. no. in l. hoc iure gentiũ, in vlt. glo. de iuſti. & iur. vnde vi-
detur ꝙ talis bannitus ſit capax talis obligationis. Dico tamen
ꝙ pœnalis ſtipulatio nõ eſt cõmiſſa. hoc tãtũ nõ accidit ex eo ꝙ
talis exbannitus non ſit capax talis obligationis, nam capax eſt
omnis obligationis quæ deſcendit à iure communi, & dictum
eſt: ſed procedit defectus ex parte eius qui promittit, & eius
quod promittitur miſtim: quia ille, qui promiſit, non potuit
promittere. nam talis promittens erat ciuis, nec erat exbanni-
tus. & ſic iura ſuæ ciuitatis tenebat. & iſtud quod talis exbanni-
tus poſsit occidi, eſt inductum pro quiete communi ſuæ ciuita-
d tis propter vtilitatem publicam:[d] vt C. quãdo li. ſe ſine iudi. vin.
in l. ij. & ibi text. Cũm ergo tale pactum ſit contra publicam vti
litatem illius ciuitatis, non valet principalis, nec pœnalis ſtipu-
latio ſibi adiecta: vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. & §.
generaliter. & quod ibi no. C. de leg. l. non dubium. de pac. l. pa
cta quæ contra. & ibi no. & quod dixi ſuprà, in j. ratione facta
pro hac parte. Præterea, vt dictum eſt, iſte exbannitus eſt tranſ-
9 fuga, & hoſtis ſuæ ciuitatis. † Sed licitum eſt priuato venire cõ-
tra fidem datam hoſti à ſe. ſecus ſi eſſet data à duce belli: vt ff.
de dolo. l. j. §. non fuit. & ibi tex. & gloſſ. quæ videntur decidere
hanc quæſtionem, & hoc dixi ſ. in vij. ratione facta pro hac par-
te. Pro



te. Pro hoc enim videtur tex. in autᷣ. de man. prin. §. neq; aũt. co.
iij. ſecundũ lec. gl. & dixi ſ. in iij. ratione facta pro hac parte. Sed
ex illo. §. nõ facio magnum fundamentũ: quia cõſueuit aliter in-
telligi quã glo. ſentiat, & dicat, vt no. per Cy. C. de his qui ad ec-
cle. confu. l. pręſenti. in fi. quia etiã alios doct. vidi tenere pro hac
opinio. firmanda, vtor teſtimonio Iaco. de Belui. in autᷣ. de mã.
princ. §. ſed neque. in quarto contrario, in quadam diſtinctione,
quam ibi ponit, inter cætera vtitur his verbis. Si verò proſequitᷣ
iniuriam publicam & vindictam reipublicæ, & pacem fecit cũ
hoſte, cũm non liceret, eam ſeruare non debet: vt d. l. j. §. nõ fuit.
ff. de dolo. Iacob. de Belui. Iſta ſunt verba ſua, ſed conſtat ꝙ iſte
occiſor proſequitur vindictam & iniuriam publicam, vt proxi-
mè ſ. dixi per l. ij. in fine. C. quando li. ſe ſine iudi. vindi. & tetigi
ſuprà in ſexta ratione facta pro hac parte. & iſtud credo de quæ
ſtio præſenti. Sed ſi aliquis promitteret alicui tali exbannito pe-
cuniam ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa quæ non veniret
contra publicam vtilitatem, non eſſet alias improbata de iure cõ
muni, vel ex ſtatuto: tunc tali exbannito competeret obligatio,
& actio: cũm vt dixi, ſit capax omnis obligationis iuris commu-
nis. Credo tamen quòd ſi ageret coram iudice illius ciuitatis vn
de exbannitus eſt, quòd ſibi denegaretur iuriſdictio: cũm ſit ex-
tra protectionem illius ciuitatis. hoc poſſet probari pluribus ra-
tionibus quas omitto: quia per Italiam communiter de hoc ſunt
10 ſtatuta. † Et ſi dices quid prodeſt habere actionem, & non poſſe
agere. Reſpondeo, prodeſt ſi rebãniretur. Item prodeſt: quia po-
teſt alteri vendere actionem prædictã, vel credere ex cauſa non
lucratiua, & dicto ceſsionario non obſtabit exceptio: vt no. Dy.
de exceptione communicationis. extra, de regulis iu. cap. ſi quis
in ius. libro vj. Idem tenet. ff. de nouati l. doli exceptio. in fine ſuę
magnæ diſtinctionis, vbi expreſsè ponit de exceptione banni.
Idem ſequebatur ibi dominus Ray. de Forliui. quod credo ve-
rum, & dic vt ibi: licet quidam contra, & malè. Ex prædictis ver
bis notabilibus apparet ſolutio, non ſolũm præſentis quęſtionis,
ſed etiam multarum, de quibus conſueuit ſæpiſsimè dubitari.
11 † Ecce: quæritur vtrum exbannitus poſſet facere teſtamentum.
Cyn. in l. eius qui. §. finali. ff. de teſtament. dicit quod ſi exbanni
to auferuntur bona, æquiparatur deportato, ſecundũm gloſſ. §.
relegati. Idem Specula. in titulo, de inſtrumento edit. §. compen
dioſè. verſiculo quid de exbannitis. Alij contra: quia negant eũ
æquiparari deportato. Tu diſtingue: Aut fecit teſtamentum ſe-
cundũm ius commune: & poteſt. Aut fecit teſtamentum ſecun-
dũm ius proprium ſuæ ciuitatis, puta quia erat ſtatutum quòd
poſsit fieri cũ minori numero teſtium: & tunc tale teſtamentum
non valet: quia tale ius perdit, vt ex prædictis apparet. Item con
ſueuit dubitari vtrum exbannitus poſsit hæres inſtitui. Et qui-
dam dicunt quòd non: quia æquiparatur deportato. Alij indiſtin
ctè quòd ſic, vt not. per Cyn. C. de hæredi. inſtitu. l. j. vlt. q. Tu di
ſtingue: Aut inſtituitur in teſtamento, quod de iure cõmuni ſor
titur effectum: & poteſt. Aut de iure proprio ciuitatis vnde eſt
exbannitus: & tunc non poteſt: quia illius iuris non eſt capax, vt
12 patet ex prædictis. † Item poſſet dubitari vtrum exbannitus poſ
ſet ſuccedere ab inteſtato. Et videtur dicendum ꝙ aut loquimur
de ſucceſsione, quæ venit de iure communi: & ſuccedit, aut de
ſucceſsione ab inteſtato, quæ venit ex forma ſtatuti: vt ſi per ſta
tutum diceretur ꝙ maſculus præferatur mulieri proximiori in
gradu: & tũc non ſuccedit: quia huius iuris eſt omnino incapax,
vt ex prædictis apparet. ꝙ tene menti. Multæ aliæ infinitæ q. po
tuerant ſolui ex prædictis, ſi diligenter inſpiciantur. Prædicta ve
ra in omni exbannito, qui ſecundum formã ſtatuti poteſt impu
nè occidi. Nam ille eſt propriè transfuga, & hoſtis ciuitatis. Nã
13 ei ciuitas videtur indicere bellum, vt ſ. dixi. † Quid ergo dices
de exbannito, qui non poteſt impunè occidi. ſed cũm occidens
vel offendens punitur minori pœna, ſecundũm diuerſorum lo-
corum ſtatuta. Reſpondeo ꝙ talis exbannitus non eſt transfuga
nec hoſtis ciuitatis. nam l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de capi.
di. requirit duo copulatiuè ſcilicet ꝙ deſiſtant ab eis, ſub quorũ
imperio ſunt, & quod in numero hoſtium ſe conferant. Iſte au-
tem exbannitus bene facit primum: quia deſiſtit ab imperio, &
obedientia eorum, quibus ſubeſt: ſed non facit ſecundum quia
non contulit ſe in numero hoſtium, ꝙ patet: quia ciuitas nõ ha-
bet eum pro hoſte, cum puniat offendentes eũ, licet minori pœ
na, æquiparatur ergo talis perſonis vilibus, in quas illatæ in iurę
minus puniuntur: vt Inſti. de iureiu. §. pœna atrox. & ff. de iniur.
l. fi. Retinet ergo iura cõia, & iura ciuitatis ſuæ: ſolum perdit id,
ꝙ ei expreſsè cautum eſt in ſtatuto ꝙ perdat. Et ſi aliud diceres,
oporteret te dicere oẽm contumacẽ eſſe transfugam, & hoſtem
14 ciuitatis ſuæ: ꝙ eſſet iniquiſsimũ. † Sed pone: in ſtatuto nihil con
tinetur de exbannitis: quid erit de iure communi? Dico ꝙ de iu-
re communi poteſt quis exbanniri. Nam annotatio, quæ olim
fiebat, erat quoddam bannum. dicebatur enim: ſi nõ venerit in-
tra annũ, oĩa bona ponantur in banno fiſci: vt ff. de requi. re. l. j.
& no. gl. quæ incip. in requiſitis. Item non eſt dubium ꝙ iudices
poſſunt multare contumaces inobedientes: vt ff. ſi quis ius di.
nõ obtẽ. l. j. in prin. ſed iſtud exbannire eſt mulctare: vt ff. de vẽ.
inſpi. l. j. §. quid ergo. in gl. ſuper verbo, mulctis, quæ in quibuſdã
bannis extraordinarijs, &c. facit C. de epiſ. & cler. autᷣ. itẽ nulla.
& ꝙ no. C. qui bo. ced. poſ. l. j. in vlt. gl. Sed quid perdit talis ex-
bannitus de iure communi. Rñ. illud perdit ꝙ eſt expreſſum in
banno: puta fuit bannitus, ꝙ ſi nõ veniret intra tale tẽpus ſoluat
centũ, vel perdat omnia bona in caſibus, in quibus loquitᷣ tit. de
requi. re. l. fi. Itẽ ſi tale eſt crimen ꝙ damnato irrogat infamiã, in-
terim erit infamis de facto: vt C. de requi. re. l. fi. in fi. Eſt eñ diffe
rentia inter hunc, & exbannitos noſtri tẽporis, qui ſecundũ for-
mã ſtatuti habentur pro confeſsis: nec poſt banni lapſum audiẽ
tur ad aliquã defenſionẽ. Secus in bannitis de iure communi, q
non habentur pro confeſsis: vt ff. de cuſto. reo. l. diuus. §. ſic. verſ.
15 & diuus Pius. ꝙ dic vt ibi per Dy. † Itẽ quid ſi iudex apponit in
bãno ꝙ elapſo termino poſsit offendi impunè, an valeat. Dico
ꝙ nõ valet, niſi ſit ꝑmiſſum per ſtatutũ. Nã cũ bannum ſit quæ-
dẽ mulcta, vt dictũ eſt, ſemꝑ debet eſſe pecuniaria vt ff. de verb.
ſigni. l. aliud. §. inter mulctam. & etiam mulcta, quę à maioribus
iudicibus infertur, non poteſt vltra certam ſummam aſcendere:
vt C. de modo mulctan. l. eos. Iſte autem iudex imponit pro
mulcta pœnam corporalem: ergo &c. Et ex prædictis patet
quod ſecundum formam iuris communis exbanniti non ſunt
tranſfugæ hoſtes: qa nõ poſſunt offendi impunè: & ſic retinẽt iu
ra ciuitatis Romanæ, & ciuitatis ſuæ, hæc de bãnitorũ materia
ſecũdũ eã intelligentiã dixiſſe ſufficiant, q̃ licet mihi vera videã-
tur, ea tñ ſcribo, vt licet fortè ita nõ ſint, alijs ad inueſtigandum
altius materiã tribuant: & ſic per plurium inueſtigationem hæc
vtilis & quotidiana materia per me minus bene forſitan intelle-
cta, lucem veritatis aſſumat. Vnumquẽq; tamen, ad quẽ pręſens
diſputatio peruenerit, hortor in Chriſto dño noſtro, vt hãc deci
ſionẽ facientibus pacẽ cũ exbannitis nõ faciãt manifeſtã: ne for
tè contra meũ propoſitũ his tribuatur materia occiſionis. Ad ar-
gu. & rationes in contrariũ factas. rñd. ad primã, & dico ꝙ talis
pactio non eſt permiſſa à lege, imò improbata: quia cõtra publi
cã vtilitatẽ, vt ſ. dictũ eſt. Nõ obſtat l. trãſigere. quia etiã ipſe trã
ſigens admitteᷣ ſecundũ opi. Iac. de Are. quã ibi ponit Cyn. ſed
quia illa nõ tenetur: ideo dic aliter: qa lex illa loquitur in eo præ
ſente, & obediẽte. ſecus in cõtumace, & fugiẽte, vt in noſtra quę
ſtione, quæ ſolutio probatᷣ ex coniunctione duarũ legũ, quę ſibi
inuicẽ contradicere videntur. ff. de ſol. l. reo. de requi. re. l. fi. Vel
dic ꝙ etiam permittitur trãſigi ante ſnĩam: & ante crimen liqui-
datũ ꝙ patet: quia dicit trãſigere, vel paciſci de crimine, &c. ſed
poſt ſententiã, vel poſt crimẽ liquidatũ eſſet trãſigere de pœna,
nõ de crimine. ꝙ nõ licet arg. eius ꝙ no. Dy. extra. de reg. iu. c. in
obſcuris. in fi. glo. lib. vj. Ad ſecundũ patet reſponſio ex ꝑdictis.
Ad tertiũ patet reſponſio ex prędictis. Vel dic ꝙ leges ibi allega
tæ loquuntur in his, quibus vita reſeruatur ex iudicantis volun-
tate: quia obediens in quæſtione noſtra, ſecus vt dixi. Ad quar-
tum reſpondeo ꝙ exbannitus deliquit in duobus, ſcilicet quia
fecit homicidium, de quo habetur pro confeſſo. Item quia fuit
contumax, & ſic delictum cumulatur delicto: vt ff. de pœ. l. rele-
gati. quod patet ex dictis magiſtraliter poſitis in d. l. ideo. ff. de
euic. Item ꝙ videatur condemnatus propter cõtumaciam, eſt ve
rum quantum ad præiudiciũ aliorum: ſed quantũ ad præiudiciũ
ipſius contumacis habetur pro condemnato de neceſsitate, vt
dictis legib. patet. Item quia remiſit ibi qui principaliter erat
offenſus ex illo non facto: hic ſecus. Nã ex contumacia principa
liter Reſpublica erat offenſa. Præterea ibi de delicto erat du-
bium: hic iam erat certum per ſententiam. Ad quintũ rñ. ꝙ vi-
deatur feciſſe nomine publico, ꝙ eſt licitũ magis q̃ ſuo nomine
quod eſt illicitum; arg. ff. pro ſocio. l. merito. Ad l. & magis reſpõ

a ¶Piſanæ. Aliàs inc. conſiliũ ciuitatis Piſanæ. & ita eſt v. volu. conſil. chart. xcvj. & vide Bar. in conſ. xxx. inci. cõſil. Piſanæ ciuitatis. & in ij. volu. & ita pro cõſi. Bar. alle. Ale. in l. ſemel mora in fin. ff. ſolu. matri. & ibi vide omnino. Et adde ꝙ de iſta diſputatione Bart. facit mentionẽ idem idem Bart. in l. vendita. ff. de iud. & vide Andre. ſicu. in c. quoniam. §. in alijs in xxix. col. vt lit. nõ cõte. & Ang. de are. in. §. actionum. in x. col. inſti. de act. ĩver. quæro denũciaui. & Alexan. de Imol. in conſi. lxv. in vij. vol. incipi. in cauſa & lite. in. ij. col. Tho.

deo ꝙ loquitur ibi de aliquo liberando: ſe-
cus ſi de aliquo obligando: tunc enim ſi po
teſt, in dubio præſumitur nomine alieno:
vt ff. quando ex fac. tu, in l. poſt mortem. &
ibi not. Ad ſextum rñ. ꝙ fides ſeruanda eſt
hoſti data à duce belli: ſecus ſi à priuato, vt
dixi in ſolutione. Ad c. j. de pa. te. Reſpon-
deo ꝙ ibi loquitur de pace valida, & appro
bata: hic autẽ fuit inualida, vt dixi. Præter-
ea, hoc videtur accidere ad defenſionem
Reipublicæ: quia licet, vt dixi in vj. ratio-
ne facta pro parte contraria. Ad ſeptimum
& octauum reſpon. ꝙ loquuntur in facul-
tate, quæ competit priuatis ad vtilitatẽ pri-
uatorum: hic competit ad vtilitatem publi
cam, cui non licet renunciari. Ad nonum
patet reſponſio ex prædictis: quia nõ æqui
parantur. Præterea, nec excommunicatis li
cet facere pactum, per quòd pœna excom-
municationis tollatur: puta ꝙ liceret cum
priuato conuerſari, & participare cum eo.
Ad decimum reſpondetur ꝙ poſſunt con-
currere duo ſpecialia, quorũ vnũ veniat ad cõſequentiã alterius
vt. ff. de ſol. l. ſub cõditiõe. Inſti. q mod. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſti
bus. Vel dicas ꝙ nullũ eſt ſpãle: qa etiam de iure cõi licet occide
re, & fidẽ nõ ſeruare transfugæ & hoſti, vt s. probatur: ergo &c.
Diſputata fuit ſuprà dicta quæſtio per me Bar. de Saxoferra
to minimum inter legum docto. actu Digeſtum nouum legen-
tem in nobili atque regia ciuitate Piſarum, ſub anno domini M.
cccxlij. die xij. menſis Februarij.

1 ☞ *Actio in rem aduerſus poſsidentem datur, & ex perſona actoris ipſius poſsidentis forum non declinatur.*
2 *Quicunque aliquid ponit ſiue agendo ſiue excipiendo, debet illud probare: aliter à petitione excluditur.*
3 *Ex eo actu, quem quis facit inuitus, facienti præiudicium non paratur.*
4 *Quando aliquis alterius iudicium in ſe ſuſcepit: tunc ſuſcipiens tenetur actione utili, quia ille tenebatur directa.*
5 *Qui alterius defenſionem ſuſcipit: uicem rei, quam defendit, ſuſcipit, etiam quantum ad tribunal.*
6 *Conditio aduerſarij per defenſionem in nullo debet fieri deterior.*
7 *Priuilegium ſi concedatur alicui ratione ſuæ propriæ perſonæ, ſi ſuccedit non priuilegiatus, eo priuilegio non utitur.*
8 *Verba ſtatutorum generaliter uel indefinitè prolata reſtringuntur, & limitantur ſecundùm ius commune.*
9 *Verba ſtatuti non debent extendi ultra propriam ſignificationem.*
10 *Statuta recipiunt interpretationem ratione abſurditatis euitandæ.*
11 *Quando alicui uenditori, uel defenſori fuit denunciatum, ut cauſæ agendæ, uel defendendæ adeſſet: tunc inter ipſum qui agit, & eum cui eſt facienda denunciatio dicitur eſſe lis & quæſtio.*
12 *Quando aliquibus in ipſorum fauorem in aliqua cauſa datur aliquod priuilegium, illud uidetur eſſe conceſſum, ſiue ſuo, ſiue defenſorio nomine conueniatur.*
13 *Ille dicitur propriam cauſam & rem ſuam agere uel defendere: ad quem eius rei pertinet commodum & incommodum.*
14 *Exceptio quæ competit uenditori, competit etiam emptori, ſiue procedat ex beneficio conceſſo in rem, ſiue à beneficio perſonali.*
15 *Venditor ſicut tenetur emptori re euicta, ſic fideiuſſori tenetur reus principalis facta condemnatione.*
16 *Lis ſeu quæſtio tribus modis dicitur fieri alicui per aliquem.*
17 *Licet ex perſona actoris non poſsit opponi exceptio merè declinatoria fori, quæ merita cauſæ principalis non tangit: tamen qñ ſimul cum mutatione fori mutatur natura ipſius cauſæ: tunc dicta mutatio poteſt fieri ex perſona actoris.*
18 *Priuilegium, quod quis habet, debet porrigi ad eum, qui ſtatim eſt habiturus regreſſum contra habentem priuilegium, ne per mediam perſonam contra ſuum priuilegium inquietetur.*
19 *Quibus modis dicatur lis uerti inter aliquos.*

## QVAESTIO. II.

a PIſanæ[a] ciuitatis conſiliũ decre-
uit ꝙ in oĩbus litibus, vel q̃onibus vertẽtibus inter cõ-
iũctos ĩ tertio gradu, teneat̃ iudex ad petitionẽ vnius
ꝑtis hoc petẽtis cogere alterã partẽ de ꝓdictis cõpromittere ĩ eo
rũ arbitratores, et amicos cões, q poſsit de plano de bono et ęquo
oĩbus dilatiõibus & cauſandi ordinibus ꝑtermiſsis cognoſcere.
& arbitrari, & diffinire, & ꝙ ꝑ eos fuerit diffinitũ obſeruet̃, et nu
lũ dici nõ poſsit, nec poſsit peti reduci ad arbitriũ boni viri poſt
q̃ accidit ꝙ Titius vẽdidit, & tradidit fũdũ cuidã extraneo, à quo
emptore germanus dicti Titij vẽdicabat dictum fundũ. Titius
prædictus ab emptore requiſitus defenſioni ſe obtulit, & iudi-
cium in ſe ſuſcepit. nunc dictus Titius petit cogi germanum ſu-
um ad committendum ſecundum formam dicti conſilij, quæri-
tur an cogi debet, vel non. & ꝙ cogi non debeat ad compromit
1 tendum, probant rationes infràſcriptæ. † Primò hoc probat na-
tura actionis propoſitæ: quia in rem actio. Et cum hæc ſit actio
in rem, aduerſus poſsidentem datur, & ex perſona actoris ipſius
poſsidentis forũ non declinatur. Primũ, ꝙ detur cõtra poſsiden
tẽ, ꝓbãt iura vulgaria. C. de ali. iudi. mu. cã fa. l. j. vbi in rẽ ac. l. j. in
fi. ff. de rei ven. l. officium. cum ſi. Secũdũ, ſ. ꝙ ex perſona actoris
non mutetur forum, probatur ff. de iudi. l. venditor. C. vbi in rẽ
act. l. j. ſed in caſu noſtro emptor conuenitur tanquã poſſeſſor:
& ex ſua perſona non põt declinare iuriſdictionẽ primi iudicis,
& petere cõpromitti quia extraneus: ergo nec ex perſona acto-
ris videtur poſſe forũ mutari de iudice in arbitratores: & ſic non
debet cogi ad compromittendum. Si ergo aſpicias in dictis dua
bus legibus vltimò allegatis: videtur caſus noſtre q. Secundò
hoc probat in propoſita actione cauſæ proximæ non facta ex-
preſsio. antequã iſtud arg. fundem, præmitto ꝙ ratio potiſsima
quare iſte defenſor dicit debere compromitti, eſt quaſi cauſæ na
tura ſua ſit, cum ad eum pertineat cõmodũ, & incommodũ. cũ
de euictione teneatur, vt. j. dicam arguendo pro alia parte hoc
2 præmiſſo ſic arguo. † Quicunque aliquid ponit, ſiue agendo, ſi
ue excipiendo. debet illud probare: aliàs ab eo qđ petebat exclu
ditur. vt C. de proba. l. j. ff. eo. l. qui dicit. & l. ab ea parte. & l. in ex-
ceptis. in princ. ff. de exce. l. j. cum ſi. ſed iſte Titius qui petit cogi
ad compromittendum, ideo petit quaſi inter eos vertatur cauſa,
ſeu lis. cùm ad ipſum pertineat commodum: vt prædixi hoc au-
tẽ ex themate noſtro nõ probatur, vt oſtẽdam ergo &c. & quod
non probatur oſtendo. Certum eſt quòd ſi res euinceretur ex cã
quæ cauſaretur à facto ipſius emptoris ꝙ vẽditor de euictione
non tenetur, vt ff. de euictio. l. ſi rem quam. & l. ſi mancipium. in
princ. & l. ſi ſeruum eius. & l. fin. Item certum eſt quòd rei ven.
licitum eſt proponere, nõ exprimendo cauſam proximam, qua-
re dicit ad eum dominium pertinere, vt. ff. de except. rei iudi. l.
an eadem. § actiones. & l. ſi mater. §. j. no. ff. de edem. l. j. princ. ſed
ſic fuit in. q. noſtra: quia vendicauit cã non expreſſa & ſic non
apparet vtrum dicat dominium ſuum ex cã, q̃ cauſatur à facto
emptoris, vel non, & ſic ad vẽditorẽ ſpectat ꝑiculum, vel non: er
go eius intentio non eſt probata: & ſic ab eo quod petit excludi
3 tur. † Tertiò hoc probat ius defenſionis in vita facta receptio,
hoc ſic oſtendo. Ex eo actu quẽ quis facit inuitus facienti præiu
dicium non paratur. ff. de his q. vt indi. l. poſt legatum. §. aduoca
tus. eo. ti. l. tutorem. C. de admi. tut. l. cùm quidã. ff. de condi. fur. l.
& ideo. ij. rñ. fami. erc. l. ſi pignori. circa fin. facit. ff. de lega. ij. l. pe
to. §. prædium. ſed iſte actor recipit hunc titium fratrem ſuum in
defenſorem illius cauſæ inuitus, & coactus: nam iure cogitur eũ
recipere, vt. ff. de pet. hære. l. ſed & ſi lege. §. itẽ ſi rem. de noxa. l.
de illo. in fi. fa. erciſ. l. plenè: cum ibi no. ſaltem ſi eſt æque. legalis.
ſicut principalis, vt no. ꝑ Dy. j. de ſolu. ſolum facit qđ no. per gl.
de neg. geſt. l. liberto. in fi. ſic ergo ipſi pręiudicare nõ debet, præ
iudicaret autẽ ſi ageretur cõpromittere. tñ ſi litigaſſet cũ poſſeſ-
ſore non compromitteret, ſed apud iudicem ordinarium litiga
4 ret. † Quartò hoc probatur per ſuſceptionẽ iudicij actionis facta
mutatio. hoc fit qñ aliquis alterius iudicium in ſe ſuſcipit: tunc
ſuſcipiens tenetur actione vtili, qua ille tenebatur directa, vt. ff.
de noua. l. delegare. & ibi not. de ſolu. l. ſolùm. & ibi not. per Dy.
Item certum eſt, quòd actiones non dicuntur eſſe ex verbis, ſed
ex mente, vel interpretatione, vt. C. de neg. geſt. l. curatores. & de
le. l. legatorũ. ff. ſi qua. pau. fe. dic. l. pe. & de nego. geſt. l. actio. &
ibi not. per Dy. in lec. ſuper arbore actionum licet Cyn. aliter di
cat. C. de act. & obli. l. j. & quòd actio vtilis dicatur ex interpre-
tatione habet gl. no. ff. de verb. obli. l. quecunque. §. fin. Ex hic ſic
arguo: verba ſtatuti debent intelligi ſecundum propriam ſigni-
ficationem verborum, non ſecundũ interpretatiuã, ſeu menta-
lem, vt ff. de ver. obli. l. quicquid. de exerci. l. j. §. ſi is qui nauem.
lege conſtitutione. de mili. teſt. lege quod conſtitutum. ſol. mat.
lege ſi verò. §. de viro. qui & à quibus. lege proſpexit. cum ſimil.
Sed iſte, q ſuſcipit iudiciũ, ꝓpriè teneri non dicitur, nec propriè
cũ eo eſſet iudi. ſed interpretatione. Nam litis nomẽ ad actionẽ
refert̃: vt ff. de ver. ſig. l. litis nomẽ. ergo nõ continetur verbis ſta
tuti quòd



5 tuti ꝙ debeat compromitti. † Quintò probatur. Per hunc ven
ditorem extraneum ſuſcepta defenſio. hoc ſic qui alterius defen
ſionem ſuſcipit, vicem rei quam defendit ſuſcipit, etiam q̃tũ ad
tribunal: quia in eo tribunali debet defendere: vt ff. de proc. l. ſed
hæc. §. non ſolùm. & §. defendere. & eodem modo procedet̃, vt
l. qui bona. §. fi. de dam. infe. & eodem modo condemnatur: vt l.
minor. §. j. de procu. pro ſo. l. verum. §. videndum. ſol. mat. l. alia.
in prin. de re iudi. l. ſi cũ procu. ergo in caſu propoſito cauſa non
debet compromitti: quia non ageretur coram eodem tribunali,
nec procederetur eodẽ modo. Nam corã arbitris proceditur de
plano, ex patet ex forma conſilij ſuprà dicti, nec fieret eodẽ mo-
do condẽnatio. Nã ſermo iudicis ordinarij ſubiacet retractatio-
ni per remediũ appellationis, ſed hæc quæ datur ab arbitris nul-
lo modo poteſt retractari, vt patet ex verbis conſilij ſuprà dicti.
6 Sextò probatur: Per defenſionẽ † deterioris actoris nõ eſt faciẽ
da conditio. hoc ſic lex dicit quòd per defenſionem in nullo fie
ri deterior debeat conditio aduerſarij. Nota verbum in nullo, ꝙ
eſt ſignum vniuerſale: vt l. iij. §. defendit. ff. ex quib. cau. in poſ. ea.
facit d. l. ſed hæ. §. defendere. & l. minor. §. j. s. alle. Sed cum oratio
ſumitur ex vniuerſo, inde non debet eſſe aliquid falſum: vt l. ſi is
qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. an-
no. l. omnes. & ff. de ope. no. nun. l. j. §. item nũciatio. & ꝙ ibi not.
per Iac. de Are. ſed ſi nos diceremus ꝙ ex perſona defenſoris iſte
cogeretur ad compromittendum: ergo regula d. §. eſſet in aliquo
falſificata: quia in aliquo eius conditio fieret deterior, ꝙ eſſe non
7 debet: & ſic non cogeretur ad compromittendum. † Septimò
hoc probat ſucceſſoris ſui priuilegij vſus, non facta conceſsio.
hoc ſic, quandocunqꝫ alicui ratione ſuæ propriæ perſonæ priui-
legium conceditur, ſi ſuccedit non priuilegiatus eo priuilegio
non vtetur. Hoc probatur. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. apud Iulia-
num. §. j. de minor. l. j. C. ſi aduer. ven. pig. l. ij. cum ſimi. not. in d. l.
apud Iulianum. §. j. ſed cùm huic fuit extraneo ſucceſsit, in hoc
iudicium detur hoc priuilegiũ, ratione ſuæ perſonæ ei non pro-
deſt: quia frater iſto priuilegio nunc vtetur. & pro hoc videtur ca
ſus. ff. de iudic. l. hæres abſens. in prin. ibi: nullò que proprio pri-
8 uilegio. † Octauò hoc probat ſtatutũ ſecundũ ius commune fa-
cienda eſt reſtrictio: & hoc ſic. verba ſtatutorũ generaliter vel in
definitè prolata reſtringuntur, & limitatur ſecundũ ius cõe: vt
C. de noxa. l. ij. ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. facit
C. de ſacroſan. eccle. l. j. & ꝙ ibi no. extra, de reg. iur. c. generali. &
ꝙ ibi not. per Dy. Sed de iure cõmuni hoc eſt quando in caſu ver
tente inter aliquos aliquid ſtatuitur, intelligitur ſi ſuo noĩe agat
vel conueniatur, hoc probatur. ff. de in ius voc. l. quæſitũ. proba-
tur optimè. ff. de iudi. l. lis nulla. cum glo. ibi: niſi hoc faciat alieno
noĩe. &c. Facit ff. de his qui no. infa. l. furtis. §. qui alieno. eo. tit.
l. ſeruũ. Hinc eſt ꝙ iſte conuenitur alieno nomine. i. pro poſſeſsio
ne apud aliũ conſtituta, quem Spe. dicit teneri cauere de iudica
to ſoluendo, tanquam alieno nomine conuentus, vt not. Spe. de
ſatiſ. §. expedito. ver. ſed nunquid venditor. Cũ ergo conſilium
noſtrum dicat ꝙ de cauſis vertentibus inter coniunctos cõpro-
mittatur, intelligo ſi vertuntur eorum proprio nomine. ſed hic
9 vertitur nomine alieno: ergo non debet compromitti. † Nonò ꝓ-
batur. In ſtatutis vltra propriam ſignificationẽ non eſt facienda
extenſio. hoc ſic, verba ſtatuti non debent extendi vltra propriã
ſignificationẽ: vt l. non aliter. de le. iij. l. ſi verò. §. de viro. ſol. ma.
de exercit. l. j. §. ſi is qui nauem. cum ſimili not. s. in quarta ratio-
ne. Sed verba conſilij dicunt de quæſtio. vertentibus inter con-
iunctos, ſed illud dicitur fieri inter aliquos propriè, ꝙ agentes ꝓ
ſe, & ſuo nomine faciunt, non pro alio. Hoc probat l. inter ſtipu
lantem. in prin. ff. de verb. oblig. Pro hoc optimè facit gl. de iura
mẽt. calum. l. ij. §. quod obſeruari. quæ dicit ꝙ ad hoc vt ſciamus
inter quos eſt lis, debet inſpici in cuius perſonam, ſeu contra quẽ
eſt formatus libellus: vt C. de iura. calum. l. ij. §. quod obſeruari.
in ij. glo. tangitur etiam per glo. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac lege.
§. fin. in vlti. glo. videtur tex. de his qui no. infa. l. ſeruus. ſic etiam
videmus in rebus corporalibus; illud dicitur eſſe inter aliquas res
quod eas mediat abſque alio medio: vt ff. de ſer. ruſti. prædio. l. fi.
& l. cui bona. §. cùm inter. de dam. infec. Sed in caſu noſtro dicta
lex, ſeu qõ non poteſt dici inter dictos fratres aliquo modo. Pri-
mò quia ꝓ alio interuenit in iudicio. Itẽ nõ in perſona ſui, ſed in
perſona extranei eſt conceptus libellus. Item non pertinet ad eũ
immediatè, ſed per medium extraneum ergo verba cõſilij non
10 in eum cadunt, & ſic nõ debet cõpromitti. † Decimò probat ex
verbis ſtatuti, abſurditatis facta excluſio. hoc ſic ſemper à verbis
legis, ſeu ſtatuti abſurdum intelligitur eſſe excluſum, & ratione
abſurditandis euitandæ ſtatuta recipiunt interpretationem: vt l.
quæſitum. ff. de teſt. de of. aſſeſ. l. liberti. de excu. tu. l. ſcire oportet
§. aliud. ver. & ſi maximè. de reg. iur. l. aliud. §. abſurdum. C. de
epiſco. & cle. l. repetita. & de teſt. l. cõſulta diualia. Sed ſi hoc eſ-
ſet ꝙ ex perſona defenſoris fieret compromiſſum, iam ſequeret̃
ꝙ in poteſtate fratris, vel alterius coniuncti eſſet ſemper ire, &
ſuſcipere iudicium in ſe: vt l. ſolutionem. de ſol. & l. ſoluendo. de
neg. geſt. & facere omnem quæſtionem compromitti: quod eſt
abſurdum, & ſic non concedendum: & ſic hoc caſu non debet
compromitti, vel ad compromittendum cogi.

EX aduerſo quod cogi debeat
ad compromittendũ probatur iuribus infrà ſcriptis.
11 Primò † probat huic defenſori facta denunciatio. hoc
ſic. Nos ponimus in themate noſtro ꝙ huic venditori, eidemqꝫ
defenſori fuit denunciatũ, vt cauſæ agendæ vel defendendæ a-
deſſet, vel ſi non fuiſſet factũ de iure fieri debuiſſet: vt ff. de euic.
l. ſi rem quã. §. fi. & l. fundo. §. ſi cui poſſet. C. eo. l. emptor. cum ſi.
Item inter ipſum qui agit, & eum cui eſt facienda dicta denũcia
tio dicitur eſſe lis, & quæſtio. hoc oſtendo quando lis ſeu q̃ſtio
debet eſſe inter pupillũ & tutorẽ: tunc datur curator ad litẽ: vt
inſti. de auth. tuto. §. fi. ff. de tut. l. qui habet. §. pupillus. C. de in li-
tem dan. tu. per totum. Pone ergo ꝙ tutor vult agere contra quẽ
dam, qui eſt denunciatus pupillo. Certè lex dicit ꝙ eſt dandus
curator in litem. C. de in lit. dan. tut. l. an tibi. per ꝙ bene apparet
ꝙ dicta quæſtio dicitur eſſe inter tutorem & pupillum. Ad pro-
poſitum igitur cũ dictus frater defenſor fuerit denunciatus, &
denunciari debuerit, & propter hoc ꝙ defenſionem ſuſcepit, lis
dicatur eſſe inter hunc denunciatum, eundemqꝫ defenſorem, &
fratrem eius agentem, & ſic cogi debet ad compromittendum,
12 per d. l. an tibi. vbi videtur caſus. † Secundò probatur priuilegij
fauore coniunctorum facta conceſsio. hoc ſic. Quando aliqui-
bus in ipſorum fauorem in aliqua cauſa datur aliquod priuile-
gium, illud videtur eſſe conceſſum ſiue ſuo ſiue defenſorio no-
mine conueniatur. hoc probatur ſiue loquatur de priuilegio ꝙ
datur circa cauſæ ordinationem: vt l. ſed ſi hac lege. §. j. ff. de in
ius vo. ſiue loquatur de priuilegio circa ſubſtantiam actionis: vt
l. licet. §. fin. ff. de obſe. ali. præſtan. quæ leges bene tangunt quæ-
ſtionem noſtram. Cum ergo in caſu propoſito iſtud beneficium
de compromiſſo ſit conceſſum coniunctis, in eorum fauorẽ in-
telligatur ſiue ſuo, ſiue defenſorio nomine conueniatur per di-
cta iura, ſaltem in caſu iſto vbi defenſionem neceſſariò ſuſcepit:
13 & ſic cogatur ad compromittendum. † Tertiò probat huius cau
ſæ commodi & incommodi præuentio. hoc ſic: Ille dicitur pro-
priam cauſam & rem ſuam agere vel defendere, ad quem eius
rei pertinet commodum & incommodũ: vt C. de procu. l. ſi qui
ſtipendia. ff. eo. l. procurator. quando app. ſit l. j. §. in propria. facit
ꝙ not. ff. de teſti. l. nullus. C. eo. l. omnibus. ſed ad hunc fratrẽ de-
fenſorẽ pertinet cõmodũ & incommodũ ꝙ patet: qa tenetur de
euictione, etiam ſi non promiſerit: vt ff. de euic. l. ij. C. eo. l. nõ du-
bitatur cum ſi. Si ergo dicimus ipſum fratrẽ ſuam propriam rẽ
& cauſam agere: & ſic inter coniunctos verti litem, & per cõſe
quens alium fratrẽ cogi ad compromittendũ. Quartò probat de
vẽditore, ac ſi poſsideret, & ſic omnibus ſuis proprijs exceptio-
nibus vti. Caſus eſt ff. de peti. hære. ſed ſi lege. §. itẽ ſi rem. in fi. §.
Pro hoc etiã videtur tex. ff. rẽ ra. ha. l. procurator ad exhibendũ.
§. ſi procurator. Ad propoſitum ergo ſi iſte frater defenſor eſſet
poſſeſſor, & conueniretur, & peteret compromitti. non eſt du-
bium ꝙ non audiretur, ergo in caſu propoſito, & ſic alter frater
14 cogatur ad compromittendum. † Quintò hoc probat: Ad ſingu
larem ſucceſſorem extendenda eſt exceptio. hoc ſic: Exceptio
quæ competit venditori competit etiam emptori, ſiue procedat
ex beneficio conceſſo in rem, vt ff. de iureiur. l. ait prætor. §. fi. cũ
l. ſeq. ij. reſponſo. & ff. quarũ re. ac. non datur. l. j. §. ſi petitor. pro
ſoc. l. idemqꝫ. ff. communi diuidun. l. in hoc iudicio. §. fi. no. plenè
per Dy. de reg. iur. c. ſi quis in ius voc. lib. vj. de dam. infec. l. flu-
minum. §. adijcitur. ſiue procedat in beneficio perſonali: vt l.
ſi tibi. §. pacta conuenta. ff. de pact. vbi exceptio procedens ex
pacto perſonali facta venditori competit emptori, ſaltem vi

uo venditore. Sic ergo in caſu propoſito, ſiue dicas hoc ius petẽdi ꝙ cõpromittatur eſſe perſonale, ſiue reale competit emptori, maximè venditore viuo, & ſic iſte defenſor videt̃ iſta exceptione tanqꝫ competẽte ipſi defenſori: meritò ergo cogetur alter fra-
15 ter ad compromittendum. †Sextò probat venditoris rei principalis æquiparatio, hoc ſic: Ego æquiparo reum principalẽ quo ad defenſionem fideiuſſoris, & venditorem quo ad defenſionẽ emptoris. Nam ſicut vẽditor tenetur emptore re euicta, hoc eſt condemnatione ſecuta: vt ff. de euic. l. euicta. in prin. & §. j. de rei vend. l. vtiqꝫ de negot. geſt. l. at qui natura. §. cum me, ſic fideiuſſori tenetur reus principalis facta cõdemnatione de fideiuſſore vt. ff. manda. l. Lucius. C. eo. ſi pro eo. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſor ꝓ venditore. Item ſic iniuria facta emptori non nocet venditori: vt l. ſi per imprudentiam. ff. de euic. & iniuria facta fideiuſſori non nocet reo principali: vt ff. de fideiuſſo. l. exceptione. Sic eſt videre in exceptionibus, quæ ſic tranſeunt de perſona rei principalis ad fideiuſſorẽ: vt ff. de exceptio. l. exceptio. §. rei. & l. omnes. de fideiuſſo. l. ex perſona. C. de non numera. pecu. l. tam mandatori. & ibi per Cy. pluribus alijs exemplis eſſet inuenire. Sed in reo principali hoc inuenio. quòd ſi ipſe defenſionem fideiuſſoris ſuſcipiat, ſiue ſuo nomine animo nouandi, ſiue procuratorio nomine ſemper exceptiones, quæ ſibi reo competunt, licet tales ſunt q̃ ad fideiuſſorem non porrigantur, ipſe reus ex ſua perſona poterit opponere. Tex. eſt not. ff. manda. l. idemqꝫ. §. generaliter. not. in l. ſi fideiuſſo. §. quædam. eo. titu. Sic ergo dicam in caſu propoſito. Nam ſi venditor ſuſceperit defenſionem emptoris animo nouandi: ſiue ſimpliciter procuratorio nomine petierit exceptionem, ſiue priuilegium, ſeu beneficium ex forma conſilij poſtulare ex ſua perſona: & ſic ille debebit cogi ad compromittẽdum. Pro hoc videtur tex. cùm gloſſ. C. de euictionibus. l. ſi parentes. vbi glo. parua ſentit quòd venditor ex perſona ſua poſſet implorare beneficium perſonale, & cauſa agitata cum empto-
16 re. dum ibi dicit glo. niſi eſſent minores. †Septimò probat per reſiſtentiam vertens quæſtio. hoc ſic: Ego dixi ṡ. in proxima ratione, & in quarta facta pro hac parte, quia iſte defenſor poteſt opponere exceptionem ſuo nomine, ex ſua perſona, per iura ibi alleg. Nunc arguo: Lis ſeu quæſtio dicitur fieri per aliquẽ ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue defendendo: vt ff. de procuratori l. non ſolùm. §. ſi. ſtatus. ff. rem rat. habe. l. quò enim. §. fina. & l. amplius. §. fina. eod. titu. Sed ſi iſte defenſor opponeret aliquam exceptionem ex ſua perſona, quod poteſt, vt ſuprà dixi: ipſe ſuo proprio nomine abſque dubio diceretur litem inferre excipiendo: & tunc propriè dicitur litem inferre not. C. de iur. & facti ignoran. l. j. in prima glo. & ſic tanquam ſi lis inter eos verteretur debent cogi ad compromittendum. Et aduertatis quod iſta ratio non concludit, niſi quando iſte defenſor oppoſuiſſet ſuo nomine aliquas exceptiones antequam peteret compromitti.

Exceptiones autem quas poſſet opponere ſuo nomine, conſtat de illis quæ ad emptorem defenſum non tranſeunt. Sed quia iſtæ exceptiones raro accidunt in iudicio, videamus nunquid exceptiones quæ ex perſona venditoris tranſeunt in emptorem, vt ſunt regulariter omnes quæ non cohærent perſonæ, exempla patent in legibus allegatis ſuprà in v. ratione pro hac parte. Sed an venditor defendens poſſet defendere ex perſona ſua, non inſiſto. Gloſſ. videtur tenere quòd ſic in dicto. §. generaliter. in gloſſ. ſuper verbo, potuit. ibi dum dicit, ſubaudi maximè. quod tene menti. Videtis ergo quòd iſta eſſet practica indubitabilis quòd primò exceptiones, quas poſſet ſuo nomine opponere, tunc peteret compromitti, quaſi nunc lis inter eos
17 proprio nomine vertatur. †Octauò probat iudicis & naturæ cauſæ iuncta mutatio. hoc ſic: Licet ex perſona actoris non poſſit opponi exceptio merè declinatoria fori, quæ merita cauſæ principalis non tangit, vt dixi ſuprà in prima ratione facta ꝓ contraria parte: tamen ego reperio quòd quando ſimul cum mutatione fori mutatur natura ipſius cauſæ, quòd dicta mutatio poteſt fieri ex perſona actoris. videtur caſus. C. de iure fiſci. l. j. libr. x. quem ſic induco. Certum eſt quòd fiſcus habet priuilegium ſui iudicis: quia cauſæ fiſcales agitantur coram procuratore Cæſaris: vt C. vbi cauſæ fiſca. per totum. Item vos ſcitis quòd in iſtis cauſis fiſcus habet priuilegium ſaltem hoc quod alius reddit ei, ſed ipſe non contra ſe, vt ff. de edend. l. iij & de iure fiſci. l. in fraudem. §. neque. & §. ſequen. Modò ponequòd fiſcus vendidit fundum cuidam: extraneus vendicat hũc fundũ à priuato emptore: nũquid agitabit̃ cauſa corã præſide, q̃ eſt iudex inter priuatos, vel corã procuratore Cæſaris, qui eſt iudex inter fiſcum, & priuatũ? Et certè corã procuratore Cæſaris: vt d. l. iij. ſecũdũ vnũ intellectũ quem gl. ibi videt̃ tenere in gl. magna, ibi: ſin autem emptorem, &c. Fit ergo mutatio cũ mutatur ſimul iudicium & natura cauſæ. ſic in propoſito iſtud compromittere in arbitros videtur mutare forum, licet poſſet dici ꝙ non mutetur: vt j. dicam in ſolutione contrariorum. Item mutatur natura cauſæ, cùm iudex ordinarius cognoſcat ſecundùm rigorem iuris arbitratores aũt conoſcerẽt de plano, bono, & ęquo faciendo edi inſtrumenta hincinde prout eis videbatur, nec eorum ſententia ſubiacet retractationi: ergo ex perſona actoris debet fieri iſta mutatio. Sic ergo cogetur ad compromittendum. Nec dicat aliquis quòd ibi eſt ſpeciale in fiſco: quia licet quantum ad iudicem & naturam cauſæ fiſcus habeat aliquid ſpeciale: tamen in hoc quod emptor ex perſona iudicij fiſci mutet iudicium: hoc non eſt ſpeciale, ſed ius commune, vt innuit d. gloſ. ſpecialitates fiſci, & hanc non ponit. eſt ergo ius commune vbicunque eſt eadem ratio, ſcilicet quod cum iudicio mutatur na-
18 tura cauſæ. †Nonò probat ſuadens iurium ratio. hoc ſic: Ratio iurium hoc ſuadet, vt illud priuilegium quod quis habet, porrigatur ad eum, qui ſtatim eſt habiturus regreſſum contra habentem priuilegium, ne per mediam perſonam contra ſuum priuilegium inquietetur: vt C. de vſu. rei iudi. l. iij. in fin. ff. ſi fa. fur. fe. di. l. quoties. §. planè. de nego. geſto. l. ex duobus. de li. leg. l. iij. §. nunc de effectu. Sic ergo in propoſito priuilegiũ fratris porrigitur ad emptorem, ita quòd frater emptorem defendens poſſet dicto priuilegio vti. & ſic alter cogatur ad compromittendum. Decimò probat verborum propria ſignificatio. hoc ſic: verba noſtri conſilij dicunt de litibus & quæſtionibus vertentibus in-
19 ter coniunctos, &c. † Modò videamus quibus modis dicatur lis verti inter aliquos. Certè vno modo dicitur reſpectu inſtantiæ, & iſto reſpectu ſolùm inter perſonas quæ ſunt in iudicio diceremus eſſe litem. Videmus enim quòd procurator qui litem conteſtatur, dicitur eſſe dominus litis inſtantię. C. de procurato. l. nulla. vbi gloſſ. exponit litis, id eſt, inſtantiæ. eodem titu. l. à procuratoribus. & l. neque. ff. de excep. doli. l. ſi procurator. & ibi gloſſ. facit ſimilem expoſitionem: & ideo dicitur dominus litis quod ſi velit transferre iudicium in ipſum dominum, oportet quod illud ius inſtãtiæ cedat eidem: vt ff. de procura. l. in cauſæ. §. ſi ex parte. in gloſ. ſuper verbo, transferri. licet alius modus transferendi notetur in l. parua. quæ incipit, mutari. & præcedit l. quæ omnia. Alio modo dicitur reſpectu commodi & incommodi, ſeu reſpectu actionis: & iſto reſpectu in his, quorum cauſa agitur, licet ipſi non ſint in iudicio, dicuntur eſſe domini litis, & lis inter eos verti: vt C. de defen. ciui. l. j. de appella. l. ciues. ff. de procura. l. Paulus reſpondit. & hoc no. dicit glo. ff. de appella. l. ab executore. §. fina. Sed certum eſt quod duo propriè & rectè non poſſunt ſimul eſſe domini. iura ſunt vulgaria. oportet videre quis eorum ſit litis dominus directò, & propriè & quis impropriè. Et certe dico quod propriè dicitur ille dominus, ad quẽ ſpectat commodum & incommodum, & eum pro quo lis fit, & inter eos propriè dicitur verti lis. Ad hoc induco primò vnam gloſſellam quæ videtur facere hanc exceptionem inter eos, id eſt, pro eis. ff. finium regun. lege iiij. §. non ſolùm. Si ergo exponamus in quæſtionibus vertẽbus inter coniũctos hoc, &c. i. pro coniũctis ad eorũ commodum vel incommodum. Si ergo dicemus quòd leges vbique appellant principales perſonas eos, ad quos commodum ſpectat: vt C. de iu. calum. l. ij. §. j. & authen. principalis. ſumpta ex corpore, vt liti. iurent. §. j. colũ viij. quam alij qui ſunt in iudicio. Sed ſi ad eos ſpectat commodum, dicitur propriè verti lis, vt dixi: multò magis ergo in iſto defenſore, qui in iudicio interuenit, & litem eſt conteſtatus, & ad eum ſpectat commodum & incommodum, dicemus propriiſsimè & verè eſſe dominium litis, & inter eum & fratrem eius verti litem & ſic verba ſtatuti ſecundùm propriam ſignificationem debent intelligi: vt ſuprà, probaui, in eo cadunt. ergo cogi debet alter ad compromittendum.

1 ☞ *Quando alquis ſuſcipit in ſe iudicium animo nouandi: tunc talis dicitur dominus litis & non procurator.*
2 *Sententia arbitrorum dicitur potius tranſactio quam ſententia.*

In dubio



3 *In dubio non præſumitur fieri uendicatio ex cauſa, quæ cauſatur ex facto ipſius emptoris, ſed ex cauſa præcedenti, ex qua uenditor de euictione tenebitur.*
4 *Verbum rite. denotat proprietatem, & iuris ſolennitatem.*
5 *Perſonale pactum quot modis dicatur.*

SOlutio. Inuocato nomine domini noſtri Ieſu Chriſti totiuſqꝫ trinitatis, ſaluo ſemper conſilio vniuſcuiuſque doctoris, vel ſcholaris melius ſentientis, vt accedat quod legitur. ff. qui po. in pign. ha. l. Claudius. in fi. Saluo etiam conſilio domini & docto. mei domini Ray. de For. Dico dictum fratrem cogi debere ad compromittendum, & hoc potiſsimè per aliquas rationes factas ṡ. proximè pro hac parte, ſcilicet in iiij. vj. viij. & x. & hoc oſtẽdo.
1 †Aut enim dicimus iſtum ſuſcepiſſe in ſe iudicium animo nouandi: & tunc non eſt dubium: quia ipſe dicitur dominus, & nõ procurator, cũ primum ſit liberatus ipſo iure, & hoc notabiliter dicit glo. de procurato. l. non ſolùm. in prima magna gl. ante fin. & ideo cùm lis ſit inter eos debeat compromitti. Aduerte tamẽ ꝙ iſtud nouare non põt fieri inuito actore: vt l. ſi mandato meo. §. j. ff. man. & hoc tenet glo. in d. l. non ſolum. circa fi. primæ glo. aliàs per nouationem fieret deterior conditio actoris eo inuito, contra l. aliam. ff. de noua. licet alia glo. videatur dicere contrariũ ff. de nego. geſt. l. liberto. §. fi. ſed malè, & etiam damnat Iac. Bu. & Cy. C. vbi in rem act. l. j. & hoc tenet do. Ray. in l. ſolutionem. ff. de ſolu. ſed tanquam procurator in rem ſuam non nominãdo primam bene poteſt inuito actore: vt l. ſolutionem. de ſol. & l. ſoluendo. de neg. geſt. & ita loquuntur iura alleg. in iij. ratione facta pro parte negatiua. Aut dicimus ꝙ iſte ſuſcepit in ſe iudiciũ vt procurator: & tunc eſt certum ꝙ iſte venditor ſuſcipiens iudicium eſt procurator in rem ſuam. Nam licet actio in rem proponatur cauſa non expreſſa: in dubio non videtur res vendicari ex cauſa quæ proueniat ex facto, vel ex culpa emptoris: ſed ex alia cauſa, ex qua venditor de euictione teneatur. Tex. eſt no. in l. fi. in fi. Bene facit quod no. ff. de fideic. l. excep. in fi. gl. & ex neceſſitate mota lite, tenetur emptorem defendere: vt ff. de euict. l. ſi plus vel minus. §. mora. Sed ille qui ex neceſsitate efficitur procurator in rem ſuam, non dicitur alieno nomine eſſe in iudicio. De hoc tex. eſt clarus. ff. de procu. l. ſeruum quoque. §. fi. in fi. cõiuncto. §. ait pſætor. ea. l. Si ſic, ergo proprio nomine eſt quæſtio inter dictos fratres: meritò debet cogi ad compromittendum.

Item dico ꝙ iſtud beneficiũ compromiſsi nõ poſſet implorare emptor extraneus ex perſona fratris vendentis. non enim trãſit ad ſingularem ſucceſſorem, nec ad vniuerſalem: quia eſt perſonale beneficium, ſcilicet ratione fraternitatis, & coniunctiõis. Hoc probat tex. expreſsè ff. pro ſo. l. verum. in prin. ff. ſolu. mat. l. quia perſonale. & ꝙ ibi no. per Dy. & Pe. & plenè per Dy. extra de regu. iu. c. priuilegium perſonale. lib. vj. ſed ipſe frater, q̃ ſuſcepit iudicium ex perſona ſua, hoc implorabit ſuo nomine. d. l. idẽquè. §. generaliter. ff. mand. ꝙ declara vt dixi ṡ. in vj. ratione. Faciunt etiã leges allegatæ in iiij. ratione. Nã implorando tale beneficium, non videtur declinare forum vel iudicem, vt j. dicam in ſolutione primi contrarij. non ergo hoc implorabit nomine eius quem defendit, ſed ſuo proprio: & ſic habet practicam. Itẽ dico vt perfecta ſit ſolutio ꝙ ſi iſte defenſor nõ teneretur de euictione, non teneretur defendere. ſed ſi ſuſcepiſſet vt procurator in rem ſuam, volens donare emptori ꝙ tenetur ex perſona ſua opponere de excep. loquor, q̃ reſpicit ipſam cauſam, vt. j. dicam in ſolutione cõtrariorũ. Iſte em̃ debet defendere eo modo & ordine quo principalis qui defenditur. & ex perſona huius defenſoris in nullo modo debet fieri deterior cõditio actoris, & ſic loquuntur omnia iura alleg. in v. & vj. ratione facta pro parte negatiua, alias ſequeretur illud abſurdũ ꝙ ponitur in vltima ratione pro dicta parte negatiua. Ad hoc induco Dy. qui hoc dicit ad literam. ff. de fideiuſ. l. Marcellus in fi. magnæ aditionis: vbi intelligit d. l. idemquè. §. generaliter. in eo qui defendit fideiuſſorẽ, qui habet regreſſum contra eum. ꝙ tene menti. Diſtingue ergo in q. noſtra: Aut ſuſcepit iudicium animo nouandi actore volente: aut tanquam defenſor ſeu procurator: & tũc aut eſt defenſor neceſſarius, aut voluntarius, vt patet ex prædictis. Verum quia ſuprà ſunt factæ rationes, quæ multum obſtant ad quodlibet prædictorum: ideo reſpondebo per ordinem. Et primò obſtare videtur omnes rationes factæ pro parte negatiua: ſed non obſtant in veritate. Nec obſt. primum, cui reſpondetur duobus modis.
2 †Primò ſic, ꝙ hic nõ eſt mutatio fori, neqꝫ iudicis. Nã vos ſcitis ꝙ ſententia arbitrorum dicitur tranſactio magis quam ſententia, vt auth. vt dif. iudi. §. ſi verò contigerit. col. ix. & ibi no. Sed ſi ego implorarẽ à iudice ꝙ cogeret aliquem mecum tranſigere, vel paciſci: non eſt dubium ꝙ non eſſet declinare iudicem, imò tunc propriè ipſe cognoſceret, vt ff. de vſufr. l. æquiſsimũ. & ibi tex. & gl. præterea ille, qui de iudice cõmittit in arbitros, nõ dicitur iudicem declinare, & de hoc eſt tex. cũ gl. ſimul vnita. C. de iudi. aut̃. ſi verò contigerit. & pro hoc videtur alia glo. ff. de iudi. l. vbi cœptum. Præterea quid ſi peto ꝙ iudex cõmittat obſtetricibus ꝙ ventrem inſpiciant, vel menſor ꝙ metiatur agrum? Certè abſit ꝙ dicatur mutatio iudicis vel fori: vt ff. de ven. inſpi. l. j. & §. j. ſi menſ. fal. mo. dix. l. iij. §. idem Pomponius. & §. ſeq. Secũdo modo reſpondetur ſic: Verum eſt ꝙ non poteſt iudex mutare, vbi ex mutatione iudicis mutetur natura cauſæ, vt probaui ṡ.
3 in ix. ratione facta pro parte affirmatiua. ꝙ tene menti. †Ad ſecundum reſpondeo ꝙ in dubio non præſumitur fieri vendicatio ex cauſa, quę cauſatur ex facto ipſius emptoris culpa: ſed ex cauſa præcedenti ex qua venditor de euictione tenebitur. De hoc eſt caſus quem ṡ. alle. C. de aſſer. tol. l. fi. in fi. facit ꝙ no. ff. de exce. l. exceptionem. in j. glo. fin. vnde iſte qui ſuſcepit defenſionẽ habet fundatam intentionem ſuam, niſi contrarium probetur. Ad tertium reſpondeo ꝙ eius conditio non fit deterior ſi nõ litigat coram iudice, ſed coram arbitris, qui de bono & æquo cognoſcunt. ibi enim habebit bonam fidem cognoſcere: & ſic conditio eius non dicitur fieri deterior: vt ff. de admi. tu. l. quoties. §. ſicut. ff. man. l. fideiuſ. §. quædam. Præterea non dicitur fieri conditio eius deterior, ſi agit perinde ac ſi res non eſſet alienata: vt ff. de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. item ſi res. non enim fit melior, ſed deterior: ꝙ ſufficit de ſolutione legis, in pupillo. cum ſi. Ad quartum reſpondeo: iſta ratio concludit in eo, qui in ſe ſuſcepit iudicium animo nouandi: ſed quæſtio noſtra hoc non ponit, ſed loquitur de eo qui ſuſcepit vt procurator in rem. Sed poſito ꝙ in ſe ſuſcepiſſet animo nouandi: adhuc dico ꝙ licet defenſor teneatur vtili, & vtilis ſit ex interpretatione: tamen lis & quæſtio dicuntur eſſe inter defenſorem & actorem verè & propriè: vt ṡ. probaui. non enim ſequitur, actio, qua tenetur, eſt vtilis, & ex interpretatione: ergo iudicium eſt ex interpretatione: vt probatur arb. fur. cæ. l. v. §. fi. in gl. ſecus in q. de emphy. Pro hoc videtur
4 tex. ff. de procura. l. procurator in rem ſuam. †Nam verbum ritè ibi poſitum denotat proprietatem, & iuris ſolennitatem: vt no. ff de inof. teſt. l. ij. & de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. & ſeq. Hoc etiam probatur. ff. de ver. ſig. l. litis nomen. & gloſſ. quæ dicit de offi. Ad quintum reſpondeo: in eo quod dicit de tribunali, dic vt. ṡ. in ſolutione primi contrarij, &c. Ad alia dic quod habet locum in defenſore voluntario. ſecus in neceſſario, vt dixi ṡ. in ſolutione quæſtionis. Ad ſextum reſpõdeo eodem modo. Vel dic ꝙ nõ ſit deterior, vt dixi in ſolutione tertij contrarij. Ad ſeptimũ reſpondeo ꝙ illud procedit in hærede vel alio ſucceſſore voluntario. ſecus in neceſſario. hoc videtur ex prædictis: & probat optimè. ff. de ſepara. l. j. in fin. vbi hæres neceſſarius inquantum in rebus ſuis damnificaretur, vtitur ſuo iure. hoc tamen ſolue plenè per Cy. C. de ſa. ſan. ecc. authen. qui res iam dictas. Vel dic ad l. hæres abſens, quòd loquitur ibi in priuilegio quodam ſpeciali. de quo non eſt factum ius commune quantum ad eos: ergo &c. Ad octauum reſpondeo quòd & fateor maiorem, licet multum ſit dubium: nec pono eã pro conſtanti. Ad minorem dico ꝙ litẽ eſſe inter aliquos alieno nomine põt dici duobus reſpectibus: vno modo, i. ad alienã vtilitatem: vt d. l. j. §. impropria. qñ app. ſit. & ſic loquitur l. quæſitum. & gl. in l. lis nulla. ſed hic iſte cõuenitur ex cauſa: per quam ad eũ pertinet cõmodũ & incõmodũ: & ideo iſto caſu non dicitur defendere alieno nomine. Alio modo dicitur quantũ ad infamiam euitandam alieno nomine, i. ex facto ꝙ habuit initium in perſonam alterius: vt l. furti. §. qui alieno. ff. de infa. & iſte nõ eſt caſus noſter. nec enim hic tractamus aliquid de infamia. nec obſt. ꝙ no. Spec. Primò, quia poſſum dicere, ipſe non dicit verum: & contra caſum l. ſeruum quoqꝫ. §. fi. cum iſte defendat ex neceſsitate, vt dixi. Item caſus videtur contra eum. ff. ſi ex noxa. cauſa ag. l. ſi cũ vno. Sed ponamus quod dicat verum ſecundũ cõmunẽ vſum: dico ꝙ iſtæ cautiones emergunt ante litis conteſtationem, & ſic antequam iſte defenſor efficiatur dominus litis, vel nomen ſuum aliquo puncto vertatur

a ¶ Peruſinæ. De iſta q. Bar. vide Barto. in l. cū filiuſfa. ff. đ ver. obl. & ibi vide apoſ. meā in princ. & vide Alex. & Iaſ. plenè & And. Barb. in l. ſi qs mihi bona. §. ſi quid vero. ff. de acqui. hære. in addi. Bar. & vide Ale. in cōſi. lxxxiiij. in iij. volu. & in conſil. lx. viſis dubitationibus. in eo. vo. ver. ſi verò illud vid̄ Alex. in l. ſæpe. xxj. col. & in ver. ſecūdo limita. ff. de re iudi. Thom. Diploua.

in iudicio: meritò ergo cauit. Sed iſtud be-
neficium, de quo loquimur: poteſt opponi
poſt litis conteſtationem: & idem in alijs
exceptionibus cohærentibus perſonæ ven
ditoris: & tunc enim. i. poſt lit. conteſta. om
nino dicitur lis eſſe ſuo nomine, vt dixi in
præcedentibus. Ad nonū patet reſponſio:
qui imò ſecundū propriam ſignificationē
dicitur eſſe lis inter eos. Ad decimū reſpon
deo ꝙ non ſequitur iſta abſurditas. nam vt
dixi, iſtud beneficium non datur niſi defen
ſori: ergo non erit in poteſtate alicuius. niſi
eius ad quem de iure ſpectat: ad illud aūt ꝙ
dixi ꝙ ipſe emptor nō poſsit opponere ex
perſona vēditoris, obſtat quinta ratio facta
pro parte affirmatiua. Ad ꝙ rn̄deo ꝙ prout
illa ratio loquitur de exceptio. in rem cohærentibus perſonæ, nō
ob. quia iſta eſt perſonalis ad pactū conuentū, ꝙ loquitur de ex-
5 ceptione perſonali. †Reſpondeo, ꝙ perſonale pactum dicitur
duobus modis. Vno modo ꝙ conſeruat tantū perſonā eius cui
fit pactum. iſto modo non loquitur ille. §. ſed loquitur. l. idem in
duobus. ſ. eo. tit. Alio modo intelligitur pactum perſonale ꝙ li-
cet ſit in rem donec ipſe cui fit pactum viuit: tamen finitur mor-
te ipſius: & iſto reſpectu ſumitur ibi. & ibi videtur tenere glo. in
fi. & ita tenet ibi Gul. Vel dicas illud eſſe validum in perſona
ipſius: ſi opponatur à venditore ſuſcipiente iudicium, ſecundū
ꝙ dixi in noſtra quæſtione ſed prima melior, &c. Ad idē obſtāt
quæ dicta ſunt in ix. ratione facta pro parte affirmatiua: ſed le-
ges ibi allegatæ loquuntur de exceptio. rei cohærentibus. Ad
aliud ꝙ dixi, voluntarius hoc non poſſet opponere: videtur ob-
ſtare ꝙ dixi in ſecunda ratione facta pro parte affirmatiua. Sed
reſpondeo primò ad l. ſi hac lege. §. fi. ꝙ ibi ſit ſpeciale in illo be-
neficio, in quo vertitur fauor patroni, & ſi impetretur talis ve-
nia, niſi liberto nocet in ſua cauſa. & hoc eſt beneficiū ꝙ poſſet
obeſſe, & natura cauſæ immutat. Nō ob. l. licet. §. fi. de obſequijs
à libe. præſtan. quia illud loquit̄ qn̄ conuenitur alieno nomine:
tamen agitur vel excipitur de eorū proprio dolo. Et ita intelli-
gūt ibi doct. Cum ergo ibi ad eos de eorū proprio facto ſpecta-
ret cōmodū vel incōmodū: potius dicitur neceſſarius defenſor
ꝙ̄ voluntarius. Et ita facit pro determinatione noſtra. Barto.

Diſputata fuit per me. Bart. de Saxoferrato minimum inter legum doctores in regia ac nobiliſsima ciuitate Piſarum circa annos Domini. M.cccxl. die xv. menſis Ianuarij.

1 ☞ *Sententia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiuſſorem iudicatum ſolui.*
2 *Fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur ſiue ſit res iudicata contra præſentem, ſiue contra abſentem, re non defenſa.*
3 *Sicut de iure communi pater ex contractu filij obligatur de peculio: ita ex forma ſtatuti ex delicto filij pater obligatur in portione dicta.*
4 *Si dolus rei conuenti iudicio pendente commiſſus eſt, facit ſententiam latàm mandari executioni contra eum, contra quem aliàs non mandaretur.*
5 *Sententia lata contra procuratorem, uel tutorem, de iure communi mandatur executioni contra dominum, & pupillum.*
6 *Diſpoſitio conditionalis adueniente conditione ſumit effectum.*
7 *Quando per eum, qui ex euentu conditionis læditur, fit quò minus conditio impleatur, habetur conditio pro impleta.*
8 *Sicut per ſtatutum inducitur ficta confeßio, ita de iure communi reducitur quædā ficta filiatio per actum adoptionis.*
9 *Iuramentum eſt quædam ficta ſolutio, & habet uim ſolutionis.*
10 *Tantum operatur ficta confeßio, quantum uera.*
11 *Contra purum debitorem condemnati, alijs bonis ceſſantibus fit executio, & ipſius nomen in cauſam iudicati capitur.*
12 *Sententia quantuncunque legitimis probationibus contra unum lata, ſuum effectum retro ad ipſius authoritatem non porrigit.*
13 *Sententia lata contra unum alijs non præiudicat, quando effectus alicuius facti extenditur contra plures ratione connexitatis, niſi contra eum de nouo probetur.*
14 *De iure communi aliquo condemnato exiſtente non ſoluendo peruenitur ad bonorum poſſeßiones.*
15 *In unoquoque iudicio præſentes ſunt ſententiandi, uel legitimè citati, aliàs ſententia nocet inter præſentes, & non nocet abſentibus.*
16 *An & quando ſententia lata contra filium patri præiudicet.*
17 *Vera confeßio filij patri non præiudicat.*
18 *Maioris authoritatis eſt dictum & confeßio alicuius deponentis, quā ſit ſimplex cōfeßio.*
19 *Statutum diſponens quòd contumax habeatur pro confeſſo, quid importet.*
20 *Confeßio unius ficta non extenditur ad alias perſonas.*
21 *Verba ſtatuti debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem.*

## QVAESTIO III.

a PErusinæ ciuitatis ſtatuto caue
tur ꝙ ſi filius fa. commiſerit maleficiū, pater tenetur
pro eo ſoluere condemnationem, aſsignando filio di-
midiam eius quod habiturus eſſet ab inteſtato, ſi tunc pater de-
cederet, &c. Alio ſtatuto cauet̄ ꝙ ſi qs pro maleficio paſſus fue
rit ſe poni in bāno, elapſo termino banni habeatur pro confeſſo.
Contingit ꝙ quidam filius famil. de maleficio accuſatus paſſus
eſt ſe poni in banno, & elapſo termino banni habebitur pro con
feſſo condemnatus in certa quātitate pecuniæ, nec aliter de eius
maleficio conſtat. Quæritur àn pater teneatur ad ſoluendū con-
demnationem de eo factam vel non, præſuppoſito ꝙ proceſſus
& ſententia teneat ſecundū formā ſtatuti ſtatuti ciuitatis prędi-
1 ctæ, & ꝙ pater teneat̄, ꝓbatur pluribus rationibus. †Primò pro-
batur ſic: Certum eſt ſecūdū cōem opi. ꝙ ſn̄ia lata contra princi
palem, mādatur executioni cōtra fideiuſſorē iudicatū ſolui. l. j. de
fideiuſſ. l. Gręcè. §. & poſt litem. in fi. §. & no. in l. fi. C. de vſu. rei
iu. & ibi per gl. & doc. & no extra, de iniurijs & dā. da. c. j. lib. vj.
ſed hic pater ęquiparat̄ fideiuſſori filij: vt ff. de ver. obli. l. cū filius
& de fur. l. eū q. §. an pater. & pōt dicit fideiuſſor de iudicato ſol
uendo, vt patet ex verbis ſtatuti, cum dicit, teneatur ſoluere cō-
demnationē, &c. ergo cōtra eū fiet executio, & tenet̄ ad ſoluēdū
2 condemnationem. †Secūdò probat̄ ſic: Fideiuſſor iudicatū ſol-
ui tenetur, ſiue ſit res iudicata contra pręſentem, ſiue cōtra abſen
tem re non defenſa: vt ff. iud. ſol. l. iudicatum ſolui. l. cum quære-
batur. & l. ſi ex duobus. cū ſimi. Sed hic pater ęquiparatur fide-
iuſſori iudicatum ſolui. ergo tenetur ad ſoluendum condemna-
tionem, etiam ſententia lata contra contumacem. Et hoc eſt qđ
dicitur in lege iudicatum ſolui. ff. iudi. ſolu. ſ. qđ iudicatum ſolui
ſtipulatio expeditam habet quantitatem in tantum, in quantum
iudex pronūciauerit. Ex qbus cōcludit̄ ꝙ pater teneat̄ ſoluere
3 dictā cōdemnationē. †Tertiò ꝓbatur ſic: Sicut de iure commu-
ni pater ex contractu filij obligatur de peculio, vt ff. de pecu. l. j.
§. fi. & l. iij. §. ſed ſi filius. C. quod cum eo. l. j. Ita hic ex forma ſta-
tuti, ex delicto filij pater obligatur in portione prędicta. hoc prę
miſſo ſic arguo: In danda actione iudicati contra patrem de pe-
culio. ſolum hoc inſpicitur, an ſit iudicatū, & filius condēnatus:
vt ff. de pecu. l. iij. §. idem ſcribit. & de noxa. l. noxali. cū duabus
ſeq. Sic ergo in propoſito, cùm filius ſit condemnatus, pater de
4 dicta portione tenetur ſoluere cōdemnationem. †Quartò: quia
dolus rei conuenti iudicio pendente commiſſus eſt tantæ potē-
tiæ ꝙ facit ſentētiā latā mādari executioni contra eū, cōtra quē
aliàs non mādaretur: ff. vt in poſ. leg. l. ſi legato. §. fi. C. eo. l. certa
forma. quæ leges probant ꝙ ſententia lata contra eum qui dolo
deſijt poſsidere, mandatur executioni contra poſsidētem. Et hoc
no. per Cy. C. de aliena. iudi. mu. cau. fac. l. j. in viij. q. Sed certum
eſt ꝙ ſi de maleficio filij conſtaret legitimè: pater tenetur ſecūdū
formam ſtatuti: ergo multo magis in caſu noſtro vbi filius pen-
5 dente iudicio dolum & contumaciam adhibuit. †Quintò ſic:
Præmitto ꝙ filius fa. in hac lite habet legitimam perſonā, etiā in
præiudicium patris. Nam ſicut de iure communi ſententia lata
cōtra procuratorē vel tutorem qui ſunt legitimæ perſonæ, man
datur executioni contra dominū & pupillum, vt ff. de procura.
l. Plautius. de re iudi. l. iiij. in prib. ff. & §. j. ita noſtro ex forma ſta
tuti ſententia lata contra filium mandatur executioni contra pa
trem. Nunc arguo: Pœna quæ ratione contumaciæ tutoris, vel
procuratoris infertur, nocet domino & pupillo: vt C. de procu.
l. eum qui res: de digni. l. quoties. lib. xij. ergo hoc caſu pœna quę
infertur huic filio ratione contumaciæ, nocebit patri: & ſic tene
6 tur ſoluere condemnationem. †Sextò ſic, diſpoſitio conditiona
lis adueniente conditione ſumit effectum: vt l. cedere diem. de
verb. ſigni. l. pecuniam. ſi cert. pet. de condi. & demon. l. qui hære
des. §. fina. & quaſi per totum ti. ſed ſtatutum hic diſponit condi
tionaliter ꝙ pater teneatur ſoluere cōdemnationem, ſi filius cō
miſerit maleficium. ſed iſta cōditio exiſtit vt filius commiſit ma
leficium; ergo &c. hoc ſic probo: Aut dices hunc filiū cōmiſiſſe
maleficium de quo accuſatus eſt. & habeo propoſitum. Aut di-
ces non commiſiſſe, ſed ratione contumaciæ eſſe cōdemnatū: &
tunc idem; quia contumacia eſt delictum ſeu maleficium: vt ff. ſi
quis ius di. non obtempe. l. j. de re iudicata. l. cōtumacia. ergo pa-
tet filium cōmiſiſſe maleficium: & ſic pater tenetur ſoluere con-
dēnationē.



7 demnationem. †Septimò ſic: Quando per eum, qui ex euētu cō
ditionis læditur, ſit quò minus conditio impleatur, habetur con
ditio pro impleta: vt ff. de condi. ob. cau. l. iij. in fi. de reg. iur. l. iure
ciuili. extra de reg. iur. c. cùm ſtat per eum. lib. vj. & ibi per Dyn.
ſed in quæſtione noſtra per patrem qui ex euentu læditur, ſtat
quò minus filius compareat, vt maleficium probetur. & proba-
tio quantum ad patrem habetur pro impleta. Quòd ſtet per eū,
patet: quia habet eum in poteſtate, & ipſum iure patriæ poteſta-
tis vbique exiſtentem poteſt capere, & præſentare: vt ff. de re iu
di. l. qui cum vno. §. j. & ibi à patre poſtea exhibitus, &c. C. de pa.
po. l. iiij. ſi ergo non exhibet: ergo ſtat per eum, & ſic conditio ha
8 betur pro impleta: & tenetur ſoluere condemnationem. † Octa-
uò ſic: Sicut in quæſtione noſtra per ſtatutum inducitur ficta cō
feſsio: ita de iure communi reducitur quædam ficta filiatio per
actum adoptionis: vt in toto tit. de adop. ff. & C. de inſti. & no. ff.
de adop. l. ſi pater. §. fi. in gl. quæ incipit, vtilis enim. ſed illa ficta
filiatio per adoptionem inducta porrigitur ad omnes, qui non
veniunt per contumaciam, etiam contra patrem: & ſic tenetur
9 †Nonò, ſicut iuramentum eſt quædam ficta ſolutio: & vim ſolu
tionis habet: vt ff. de iureiu. l. eum qui iuraſſe. in fin. & l. qui duo-
bus. §. j. l. tutor. §. j. ita hic per ſtatutum inducitur ficta confeſsio
ex contumacia. ſed virtus illius fictæ ſolutionis, quæ venit ex iu
ramento, porrigitur etiam ad alios: quia ſi iurat principalis, pro-
deſt fideiuſſori, & econuerſo. l. duobus. §. j. eo. ti. & l. fi. ita in pro-
poſita q. virtus huius fictæ confeſsionis porrigitur ad patrem. &
10 ſic pater tenetur ſoluere condemnationem. ergo &c. †Decimò
ſic: Tantum operatur ficta confeſsio, quantum vera: vt ff. de his
qui not. infa. l. quoniam. & C. de aſſeſ. l. conſiliarios. de hære. aut.
credentes. Sed certum eſt quod ſi filius condemnatus eſſet ex ve
ra confeſsione, pater teneretur ex forma ſtatuti ſoluere condem
11 nationem. ergo & nunc, quando eſt ficta confeſsio. †Vndeci-
mò ſic. Certum eſt quod contra purum debitorem condemnati
alijs bonis ceſſantibus fit executio: & ipſius nomen in cauſam
iudicati capitur. Nam inſpecto qualiter principalis fuerit con-
demnatus: vt C. ne fiſ. vel priua. l. j. & per totum. ff. de re iudi. l. à
diuo Pio. §. ſic quoq;. ſed in ꝓpoſito pater in illa portiōe de qua
fit mentio in ſtatuto eſt debitor filij purè: quia lex omnem con-
ditionem & dilationem ſuſtulit: vt patet ex verbis ſtatuti, & pro
batur in ſimili. C. de condi. ex lege. l. j. per quam illud iudicatur.
ergo in patrem fiet executio.

QVod pater non teneatur ſolue
re condemnationem, probatur. Primò, quia ſi eſſet ple
nè probatū filio defendente per teſtes: ſententia cōtra
eū lata patri non præiudicaret, niſi contra eum probaretur. Secū
dò, quia poſito ꝙ ſic præiudicaret̄: tamen ſententia diffinitiua la
ta per legitimas probationes filio abſente patri non præiudica-
ret. Tertiò, quia vera confeſsio filij patri nō præiudicaret. Quar
tò, quia poſito ꝙ vera cōfeſsio noceret: non tn̄ nocet iſta ficta cō
12 feſsio. †Primò probo ſic: Sententia quantuncunq; legitimis pro-
bationibus cōtra vnū lata, ſuum effectū retro ad ipſius authorita
tē non porrigit: vt ff. de re iudi. l. ſi à te. §. fi. Facit. ff. ꝙ quiſq; iuris
l. iij. §. fi. & de pac. l. fideiuſſor. ſed nō pōt negari ꝙ in oī ꝙ filius
habet re, vel habere ſperatur in bonis paternis, pater fuit & eſt
eius author: ergo ſententia lata contra ipſum filiū etiā legitimis
13 probationibus aduerſus patrem non porrigit ſuū effectū. †Secū
do probo ſic: Quando vnius facti effectus extenditur cōtra plu
res ratione cōnexitatis: tūc probatio talis facti, & ſententia lata
cōtra vnū alij non ꝑiudicat, niſi cōtra eū de nouo probetur: vt ff.
de adulte. l. denūciaſſe. §. fi. vbi ſententia lata cōtra adulterum nō
nocet adulteræ, & ecōtra: & tamen vnū nō pōt eſſe verū ſine alte
ro. Pro hoc. C. de fal. l. j. & ꝙ ibi no. vbi ſententia partus ſuppoſiti
cōtra matrē non nocet partui. Pro hoc. ff. de iureiu. l. iij. §. pe. facit
C. qui res iudi. non no. l. j. & ꝙ ibi no. res inter alios acta. per to-
tum: Sic in propoſito maleficiū filij extendit effectum ſuū tam
contra filiū quam contra patrem. probatio quantūcunq; veriſsi-
ma, & ſententia lata contra filiū patri nō præiudicabit, niſi cōtra
14 eum probetur. †Tertiò ſic: Sicut in quæſtione noſtra ex forma
ſtatuti filio condemnato, & ſoluente peruenitur ad patrem: ita
de iure communi aliquo condemnato exiſtente non ſoluendo
peruenitur ad bonorū poſſeſſores: vt C. de pig. aut̄. hoc ſi debi-
tor, ſumpta ex corpore, de fideiuſ. §. ſi neq;. & ff. de iure fiſ. l. Moſ
chis. in prin. Hoc præmiſſo arguo ſic: Sētentia lata contra actorē
meū, quantuncūq; veriſsimis ꝓbationibus poſt ius & poſſeſsio-
nem tranſlatam mihi nō nocet, niſi cōtra me de nouo probet̄ eo
iudicio quo poſſet contra me agere: vt ff. de except. rei iudi. l. ſi
mater. §. fi. l. iudi. §. fi. de pig. l. ſi ſuperatus in princi. ergo in pro-
poſito ſententia lata contra filium non debet nocere patri: quia
ante dictam ſententiam in bonis ſuis plenū ius habebat, & ha-
15 bet: nec ad eū pōt perueniri, niſi de nouo probet̄. † Quartò hoc
probo per regulam generalē, quæ eſt ꝙ in vnoquoque iudicio
debeat ſententiari præſentibus, vel legitimè citatis his, quos cau
ſa tangit: aliàs ſententia nocet inter præſentes, & non nocet ab-
ſentibus: vt ff. de re iudic. l. de vnoquoque. de adop. l. nam ita di-
uus. de natali. reſti. l. fi. de mino. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. C. ſi ꝑ
vim vel alio modo. l. fi. Sed in hoc iudicio pater non fuit citatus,
monitus, nec requiſitus: ergo talis ſententia non ſibi debet noce
16 re. †Quintò probatur illud, ſecundum quod dixi: quia poſito ꝙ
ſententia lata contra filium patri præiudicaret: hoc eſt verū, ſi eſt
lata filio præſente. ſecus ſi contumace. Quod ſic probatur. Per
hanc ſententiam latam contra filiū, tractatur de abſorbendo &
perimendo iure patris in bonis ſuis: ſed ſententia lata contra vnū
per ius alterius confunditur, & perimitur: & ita demum aduer-
ſus alios ſuum operatur effectum, ſi eſt lata contra præſentem.
ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. meminiſſe. & l. qui repudiantis.
§. ii. eo. tit. ergo in propoſito ſententia lata contra filium abſentē
patri non præiudicat. Sextò probatur ſic. Nos tractamus in quæ
ſtione noſtra quod lata ſententia contra filium parat fiſco actio-
nem contra patrem. Hoc præmiſſo ſic arguo: Quando ex ſentē-
tia lata contra vnum paratur actio contra alium: illud ita demū
eſt verum, ſi ſententia feratur contra illum præſentem. ſecus ſi
contra contumacem: vt ff. de euic. l. ſi ideo. C. de peri. & cōmo.
rei vendi. l. j. Sed hic eſt ſententia lata contra filium contumacē:
17 ergo non debet fiſco contra patrem actionem parare. † Septimò
probatur: Illud tertium, quod dixi, quòd vera confeſsio filij patri
non præiudicaret. quòd ſic probatur: filiuſfami. confitendo, pa-
ciſcendo, iuramentum deferendo, vel alio modo patris condi-
tionem deteriorem facere non poteſt. vt ff. de ſolu. l. filiuſfami.
de iureiurand. l. quantò magis. C. de pact. l. filius. & C. de iureiu-
rand. l. neque filius. Si ergo poneremus filium verè confeſſum
eſſe: talis confeſsio patri non poſſet præiudicare: ergo multò ma-
18 gis non præiudicabit iſta ficta confeſsio. †Octauò idem proba-
tur ſic: Certum eſt quod maioris authoritatis eſt dictum, & con-
feſsio alicuius deponentis, vt teſtis legitimè receptus quam ſit
ſimplex confeſsio. Nam dictum teſtis præiudicat ei, contra quē
examinatur: vt in ti. ff. de te. & C. eo. Sed ſimplex confeſsio alicu
ius non præiudicat, niſi ſolū confitenti: vt ff. de interrog. actio. l.
ſi defenſor. Sed de iure teſtimonium filij contra patrem non va-
let: vt. ff. de teſti. l. idonei. & l. teſtis idoneus. C. eo. paren. Si ergo
teſtimonium non valet, ꝙ eſt maioris authoritatis: multò minus
19 admittitur contra patrem ſimplex confeſsio filij: ergo. &c. †No-
nò probo illud quartum quod dixi: quia poſito ꝙ ſufficeret illa
vera confeſsio: non tamen ſufficit iſta ficta, quod ſic probo: Sta-
tutum quod habet contumacem pro confeſſo, aggrauat contu-
macem in hoc ꝙ contra eum ſufficit leuior probatio. & ſic ſola
contumacia habeatur pro confeſsione. Hoc præmiſſo ſic arguo:
Quando aliquis propter ipſius dolum vel contumaciam aggra-
uatur, vt contra eum leuior probatio ſufficiat: talis probatio ſolū
ipſum contumacem aggrauat, & ſuas vires contra alios non ex-
tendit, vt patet in probatione quæ fit per iuramentum in litem:
vt ff. de in litem iur. l. j. quando ex facto tu. l. j. & de fideiuſ. l. fina.
Sic in propoſito iſta contumacia aggrauat filium, vt habeat̄ pro
confeſſo. & ſic iſta ficta confeſsio non extendit ſuas vires vltra
20 perſonam ipſius filij contumacis: & ſic patri non nocebit. †De-
cimò probo ſic: Ficta confeſsio vnius non extenditur ad perſo-
nas alias: & ſi iure fiſco habeatur loco eiuſdem perſonæ: vt ff.
de iure fiſc. l. eius qui delatorem, vbi ſi aliquis habeatur pro con-
feſſo, ꝙ delatorem corrumpit, talis ficta confeſsio non tranſit
ad hæredes, vt eos aggrauet, quanq; cenſeatur vna perſona cùm
defuncto: ergo in caſu noſtro talis ficta confeſsio filij non ſe
21 extendit ad patrem &c. †Vndecimò probo ſic: Verba ſta-
tuti debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem: non
ſecundum fictam, & impropriam: vt ff. de exerci. l. j. §. ſi is qui
nauem. de leg. iij. l. non aliter. cùm ſimi. & ꝙ illud quod eſt ſecū-

dum fictionem non intelligatur in ſtatuto . niſi exprimatur, eſt
tex.& gl.ff.de nego.geſt.l.iij.§.hæc verba.Cùm ergo ſtatutũ di-
cat quod filiusfa.commiſerit maleficium:intelligatur verè & nõ
fictè.Sed hoc caſu eum verè commiſiſſe non conſtat:ergo.&c.

1 *☞Verba ſtatuti quando arctant patrem ſoluere condemnationem pro filio, qualiter ſint intelligenda.*
2 *An & quando ſententia lata contra filium faciat fidem contra patrem.*
3 *In quibuſdam criminibus ſententia lata contra criminoſum habet effectum reuocandorum omnium bonorum alienatorum à die commiſſi criminis.*
4 *Sententia lata contra unum alteri præiudicat quando eſt lata contra præſentem ſecus ſi contra contumacem.*
5 *Ficta ſolutio an ſit ſufficiens ad dandam actionem contra principalem.*

SOlutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine in-
uocato. Iſtam quæſtionem tangit Dy.
ff. quando ex fac.tu.l.j.& ibi videtur tenere ꝙ talis fi-
cta confeſsio non præiudicat patri.Sed contrarium vi
detur innuere ipſe idem de ver.ob.l.cũ filius.in prin.Ad plenio
rem ergo intellectum noſtræ quæſtionis,& ſolutionem omniũ
contrariorum dico iudicem debere verba ſtatuti diligentius in-
tueri.An verba ſtatuti coarctent patrem ad ſolutionem cõdem-
nationis ſimpliciter,an ſub conditione ſi filius commiſerit male-
1 ficium,vt in caſu noſtræ quæſtionis proponitur. †Primo caſu
quando verba ſtatuti coarctant patrem ſimpliciter.Verbi gratia
dicit ſtatutum quod in caſu maleficiorum teneatur pater ſolue-
re condemnationem pro filio vſque ad legitimam ipſius filij, vt
vidi in multis ciuitatibus:& iſto caſu verba ſtatuti non requirũt
ꝙ filius commiſerit maleficium, ſed ſufficit ſolum ipſum filium
pro maleficio condemnatum,ſiue commiſerit,ſiue non:& tunc
pater tenetur ſiue præſens ſiue ex contumacia fuerit condemna
tus filius.Et iſto caſu propriè æquiparatur fideiuſſori iudicatum
ſolui,cuius ſtipulatio ex ipſa condemnatione committitur, ſiue
præſens,ſiue contumax condemnatur:vt.ff.iudi. ſolui.l. j. & iu-
di.ſol.ſtipulatio expedita.l.cùm quærebatur. in prin. coniuncta
l.cum filijs.in princi.de verb.obliga.& de fur.l.eum qui.§.an pa-
ter.quæ leges æquiparant patrem fideiuſſori.Et iſto caſu proce-
dunt duæ primæ rationes pro parte affirmatiua. Secundo ca-
ſu,quando verba ſtatuti coarctant patrẽ conditionaliter ſi filius
commiſerit maleficium,vt in quæſtione propoſita:tunc oportet
2 quòd de maleficio filij conſtet. †Et ideo eſt aduertendum,an
ſententia lata contra filium faciat fidem cõtra patrem.Ad quod
plenè inueſtigandum ſciendum eſt quod filium condẽnari po-
teſt accidere quatuor modis.Quandoque enim filius ſe præſen-
tat,& maleficium negat,& contra eum probatur plenè . Quan-
doq; filius comparet:& negat:cõtra eum nõ probatur plenè,ſed
probantur indicia ſufficientia,propter quæ ponitur ad torturã,
& confitetur,& condemnatur.Quandoq; comparet & confitetur
ſponte:& condemnatur.Qñq; filius eſt cõtumax,& ex eius cõ-
tumacia habetur pro confeſſo ſecundũ formam ſtatuti : & con-
dẽnatur.& hic eſt caſus noſter.De quolibet ergo videamus.Cir
ca primũ,qñ filius comparet, & negat,& contra eũ probatur,&
condemnatur:tunc omiſsis diſtinctionibus quas ponunt docto.
ſpecialiter ponit & refert Cyn.C. quibus res iudi.non nocet.l.j.
quantũ ad propoſitũ dico ꝙ quandoq; de vno maleficio plures
condemnatur,& pariter principales:& iſto caſu probatio cõtra
vnum lata alijs non præiudicat:vt l.denunciaſſe.§.fina. de adul.
Quandoque ex vno maleficio vnus conuenitur principaliter :
ad alium verò peruenitur per quandam conſequentiam: & con
tumacia,ſeu condemnatio vnius quæ eſt præambulum execu-
tionis faciendæ in alium ex quadam conſequentia reſpicit prin
cipaliter commodum & vtilitatem priuatam:& tunc probatiões
factæ contra vnum,& ſententia contra vnum lata alij nõ nocet:
vt C.de fal.l.j.& ꝙ ibi no.ſ.ꝙ ſententia lata contra matrẽ in accu
ſa.de partu ſuppoſito,non præiudicat filio in quæſtione bono-
rum.Si verò illud præiudicium per ꝙ peruenitur ad aliũ ex qua
dam conſequentia reſpicit vtilitatem publicam.ſeu burſam pu-
blicã:tũc probationes & acta facta contra illũ principalẽ, faciũt
fidem contra illũ,ad quẽ peruenitur ex quadã cõſequẽtia.Caſus
eſt.C.vbi cau.fiſ.l.j.vbi ſentẽtia lata contra homicidas habet effe
ctũ cõfiſcandorũ bonorum contra hæredes.& ita intelligit glo.
ff.ad Sylla.l.in cognitione.pro hoc ſatis apertè facit. C. ad l. Iul.
ma.l.quiſquis vbi ſentẽtia lata cõtra patrẽ habet effectũ inferen
dæ pœnæ in perſonas filiorum.nec dicet aliquis ꝙ noua proba-
tio delicti requiratur contra filios:ſed ſatis eſt de hoc patrem eſ-
ſe conuictum & condennatum,vt ibi patet dũ dicit:paterno enĩ
3 debent perire ſupplicio &c.†Pro hoc facit ꝙ in quibuſdam cri-
minibus ſententia lata contra criminoſum habet effectum reuo
candorum omnium bonorum alienatorum à die commiſsi cri-
minis & ſic præiudicat tertio:vt d.l.quiſqs.& l.fi.ad l.Iul.maie.
ff.de accuſa.l.ex iudiciorũ.expreſsius extra de hereti.c.cũ ſecũ-
dum leges.in fi.lib.vj.Et ſic in quæſtione noſtra,cum ad patrẽ
perueniatur per quandam conſequentiam:& hoc reſpicit vtilita
tem publicam,ſententia lata contra filium:& probationes factæ
contra eum patri præiudicabunt,per dicta iura vltimò allegata.
Et licet hæc ſint vera:puto iudicem cautius & conſultius facere
ſi eo tempore quo agitatur iudicium contra filium moneat pa-
trẽ vt interſit iudicio ſi ſua intereſſe crediderit : per l.ſi ſuſpecta.
in prin.ff.de inoffi.teſta.& C.de litigioſis.auth.nunc ſi hæres.
tunc enim ei præiudicaret ſine dubio.vt l.ſæpe.ff.de re iudica.
vt not.in fina.per Cyn.C.de aduo.diuer.iu.l.j.circa fin. Circa
ſecundum,quando filius comparet,& negat.& contra eum pro
bantur indicia ſufficientia,per quę ponitur ad tormenta,& con-
fitetur,& condemnatur:tunc idem puto quòd hoc ſufficiat con
tra patrem,per dicta iura , quæ videntur velle quòd ſufficiat
principalem eſſe conuictum.Pro hoe ſpecialiter induco l.cùm
probatio.ff.de proba.vbi videtur caſus. Circa tertium,quan-
do filius comparet & ſponte confitetur & condemnatur,credo
idem multo magis:vt d.l.cùm probatio.& per alias leges allega-
tas,Nam ſi ſtatur dicto cùm tormentis:multo magis ſine tormẽ
tis hoc caſu cùm filius interrogatur principaliter contra ſeip-
ſum:vt lege,j.§.diuus.& quod ibi nota ff.de quæſtio.pro hoc de
ædil.edic.lege quæro.§.fina.Pro hoc quia confeſsio filij & ſerui
præiudicat patri & domino,quando habet liberam adminiſtra
tionem peculij:vt ff. de iniur.lege ſeruus quod detulit.cum dua
bus legibus ſeqeun.hoc verum,niſi pater vellet probare contra
rium.quod dic vt nota ff.ſi ex noxa.cau.aga.lege ij.§.j.vbi eſt
nota gloſſ.ad iſtud. Circa quartum,quando filius eſt contu-
max,& ex forma ſtatutorum habetur pro confeſſo,& condem-
natur,vt in caſu propoſitæ quæſtionis:tunc dico quòd talis fi-
cta confeſsio,& ſententia contra filium lata patri non præiudi-
cat:ſed eſt neceſſe quòd contra eum probatur maleficium.Hoc
probatur: quia ficta cõfeſsio etiam vbi de publica vtilitate tra-
ctamus,non egreditur perſonam eius qui habetur pro confeſſo:
4 vt ff.de iure fiſc.l.eius qui delatorem.in prin.†Præterea illa eſt
regula quòd quoties ſententia lata contra vnum præiudicat alte
ri:illud intelligitur eſſe verum,ſi eſt lata contra præſentẽ,ſecus
ſi contra contumacem:vt lege qui repudiantis.in fin.l.Papinia-
nus.§.meminiſſe.de inoffi.teſta.de euict.lege ſi ideo.in prin.C.
de peri.& commo.rei vendi.l.j.in fin. Pro hoc induco gloſſ.quę
eſt ff.de iureiur.l.duobus.l.j.ſuper ver.ſolutionis.hoc modo:Si-
cut hic ex forma ſtatuti peruenitur ad patrem ſub conditione ſi
filius commiſerit maleficium:ita de iure cõmuni fideiuſſor agit
5 contra principalem ſi ſoluit:vt l.Lucius.ff.mand.† An ergo ſuf-
ficit ad dandum actionem contra principalem quædam ficta
ſolutio,ſ.iuramentum?Certè non,vt ibi not.Pro hoc facit opti-
mè gloſſ.Inſti.de noxa.in fina.& per alias rationes,ſ.pro hac par
te allegatas.Hoc tenet Cy. in fina.C.vnde vi.l.ſi quando.Nec
curo iſto caſu vtrum pater fuerit ſciens necne:quia quando ſen-
tẽtia fertur cõtra contumacem,dicta diſtinctio ſcientiæ & igno
rantiæ non habet locum C.de pigno.l.præſes.& ibi no.Ad con
traria ex prædictis de facili apparet reſponſio.

Diſputata fuit hæc quæſtio per me Barto.de Saxoferrato mi
nimum legum doctorem in felici ciuitate Peruſij,anno domini
M.cccxliiij.menſis Ianuarij, me tunc ibi Digeſtũ vetus ordina-
riè legente.

1 *☞In contractu emptionis periculum rei uenditæ pertinet ad emptorem.*
2 *Quãdo ius emitur,ſufficit uẽditori præſtare quod illud ius ſit,nec curatur quid ex illo iure aliquid percipiatur.*
3 *Quando emitur ſpes,uel futurus euentus,ſi nil percipitur,periculum eſt emptorum.*
4 *Non ſolùm qui emit aliquam rem,habet utile dominium,ſed ille qui conducit ad non modicum tempus.*
5 *Emptio una tãtũ eſt quando pretiũ unũ ab initio conſtituitur,licet præſtatio ſit diuiſa.*
6 *Emptio non contrahitur ſi uendantur fructus,fructibus non natis.*
7 *Verbum poteſt,de ſui natura quid ſignificet.*
8 *Quæ ſit ratio quod in emptione & uenditione uẽditor cõſequitur pretiũ etiã re amiſſa.*

Quæſtio

ibi Publicanus de qua q. videndus eſt Nepa. in tract. de peſte. in pri. parte de prebi. contra n. 46. quem v.



QVAESTIO IIII.

a PVblicanus quidam emit à com
mune Peruſij pedagiũ,& omnes fructus, & vſufructus
reditus,& prouentus qui percipientur & percipi poterunt per
ipſum publicanum ex ipſo pedagio, & ex prædijs, & molendi-
nis dicti cõmunis,poſitis in curia caſtri foſſati vſque ad x.ann.
& non vltra pro pretio mille lib.ſoluendarũ quolibet anno, ꝓut
capit pro rata.Cõtingit ꝙ vno anno ꝓpter guerrã ex dicto peda
gio nihil eſt perceptũ,& propter ſterilitatẽ ex dictis prædijs nil
percepit.& propter inſolitam ſuperabũdantiam aquarum dicta
molendina,& ædificia ſunt deſtructa:nec poſſunt refici ſine ma
gna impẽſa,vnde ex eis ſimiliter nihil perceptũ eſt. q̃ritur an ꝓ
1 dicto anno debeat fieri remiſsio pretij, vel non. † Et primò ꝙ
remiſsio fieri non debeat, probatur. Nam natura contractus
emptionis & venditionis eſt:vt contractu celebrato periculum
pertineat ad emptorem:vt ff.de peri.& cõmo.rei vẽ.l.id quod.ei
l.neceſſario.in prin.& C.eo.l.j. Inſti.de contrah.emp.§.cùm aũt.
2 per Cyn.cum ſi.ſed hic eſt huiuſmodi:ergo &c.† Secundò pro-
batur ex natura rei emptæ,nam qñ ius aliquod emit,ſufficit vẽ-
ditori præſtare quod illud ius ſit,nec curatur quid ex illo iure ꝑ
cipiatur:vt patet in emptione nominis vel hæreditatis,vt patet.
ff.de hære.vel ac.ven.l.ſi nomen.& l.cum hęreditatis.cum ſimi.
ſed hic empta ſunt iura,ſ.pedagium:quod eſt ius percipiendi tã
tùm à tranſeuntibus:vt C.de vecti. & com.l.vectigalia. C.noua
vecti.l.j.in fine.Item eſt venditus vſusfructus qui eſt ius:vt l.j.
de vſur.ergo non eſt curandum quid ex ea percipiatur,ſed ſuf-
3 ficiat hoc ius conſtitutum eſſe.†Tertiò probatur eodem modo:
Ex natura rei emptæ qñ emitur ſpes, vel futurus euentus, ſi nil
percipitur,periculum eſt emptorum.ff.de hær.ven.l.ꝙ ſi in vẽ-
ditione.& l.ſeq.& l.nomine.de cõtrah.emp.l.nec emptio.de ac.
em.l.ſi iactum.ſed hic empta fuit ſpes, ſeu futurus euẽtus. quod
apparet ex eo quod dictum eſt in contractu, ſ.qui percipi pote-
runt.quæ verba ſignificant ſpem & futurum euentum: vt ff.de
iniu.teſta.l.j.& ibi not.Item apparet ex eo quod dicit pedagiũ,
quod poteſt ſignificare ipſum actum percipiendi : vt l. cum in
plures.§.penul.& quod ibi not.ff.loca.& C.de vect.& cõ.l.ex ꝑ
ſtatione.Sed quando ipſe actus percipiendi emitur, ſemper vi-
detur emi ſpes:vt d.l.nec emptio.de contrahẽ.emp. & l.ſi iactũ.
4 de actio.emp.ergo periculum eſt emptoris. † Quartò probatur
ex longinquitate temporis:quo non ſolùm ille qui emit, ſed ille
qui conducit ad nõ modicum tempus,puta in x.an. habet vtile
dominium:vt ff.ſi ager vecti.l.fina. de ſuperfi.l.j.§. quod autem
ait.ſed ſi dominium emiſſet, non eſſet dubium quòd eſſet peri-
5 culum emptoris:vt ſuprà,in primis alleg.ergo &c.† Quintò pro
batur ex vnione emptionis. conſtat enim quòd hic pro omni-
bus annis vna eſt emptio , propter vnum pretium conſtitutum
ab initio:licet præſtatio ſit diuiſa:& propter vnam annorum nu
merationem:vt l.cùm eiuſdem.& de ædil.edict.de contrahend.
empt.l.ſi duos.de in diem addic.l.ſi duo.de leg.j.l.ſi ex toto.§.ſi
ita.& l.Stichũ.§. ſtipulatio.de verbo.obliga.Sed & ſi ponamus
eſſe vnam locationem vnius anni,& percipitur decima pars fru
ctuum minus ſolito certum eſt ꝙ non fiet remiſsio mercedis in
aliquo:vt l.ſi vno.§.cum quædam.loca.ita licet decima pars fru
ctuum totius temporis ſit perempta:nulla fiat diminutio.

COntrà quòd debeat fieri remiſ
ſio,probatur: Primò ex natura contractus locationis &
conductionis:quæ eſt vt propter ſterilitatem,& alios caſus ſimi
les fiat remiſsio mercedis:vt l.ex conducto.§.j.& l.merces.§.vis
maior.locati.& C.eod.l.licet.& l.excepto. cum ſimili.ſed iſte eſt
contractus locationis,vt probo.Hoc ſic probatur:Quando do-
minium ad emptorem non transfertur, non poteſt dici emptio
& venditio:vt ff.de contrahend.emptio.l.conuenit.& l.cùm ma
nu ſata.§.fi.ff.de contrahen.emp. Inſtit.de loca.§.item quæritur.
ſed eſt huiuſmodi:ergo &c.Præterea ad idem quando pretium
ſoluitur annuatim,non poteſt dici emptio & venditio:vt no.C.
de iure emp.l.j.Et hic eſt modus cognoſcendi emptionem & lo
cationem,vt ibi not.& ff.de ſuperfic.l.j.§.j.in gloſſ.ſuper verbo,
6 agendo.ſic eſt locatio.ergo &c. † Secundò probatur ex natura
emptionis & venditionis. Nam poſito quòd ſit emptio:eius na
tura ſic eſt,vt ſi fructus venduntur,fructibus non natis empti o
non contrahatur : vt ff.de contrahen.emp.
l.nec emptio. de verbo.obli.l.interdum. in
princi.de condi.& demon.l.j.in fin. ſed hic
fructus non ſunt nati: ergo nõ eſt emptio:
& ſic precium non debetur pro illo anno.
Tertiò probatur eodem modo, ſcilicet, ex
natura venditionis,quæ eſt vt ſi ſub condi
tione fuerit celebrata,ad emptorem nõ per
tineat periculum conditione ceſſante:vt ff.
peti. & commo.rei ven.l. neceſſario. §. qđ
ſi pendente. de contrahend. empt. l. quod
ſępe.§.in his.ſed iſta venditio eſt contracta
ſub conditione. quod patet ex illis verbis
qui percipi poterunt:quæ faciunt cõditio-
nem,adeò vt eis nõ perceptis emptio non
ſit facta,& pretiũ nõ debeatur:vt l. ſi debi-
tor.§.veriſimile.de contrah.emp.de vino tri.& oleo leg.l. cũ cer
tum.& ꝙ vulgariter dicit̃ relatiuũ quis vel qui, iunctum verbo
futuri temporis facit conditionem.l.Stichũ q meus erit. de lega.
7 j.cũ ſi.†Quartò probatur ex ſignificatiõe iſtius verbi põt quod
de ſui natura non ſignificat quandam poſsibilitatẽ,ſeu fortunã:
ſed requirit actum perfectum:vt l.ſtatuliberos.§.ſi quis ſic acce-
perit.de ſtatu lib.facit de ver.ſign.l.inter illam.Et alibi verbum
poterit,intelligitur rebus ſic ſe habentibus & eodem ſtatu durã
te:vt l.quod Seruius.in fine.de condi.ob cauſ.& ibi not.ſed hic
eſt mutatus ſtatus:quia guerra,ſterilitas, & deſtructio ædificio-
8 rum ſuperuenit.ergo &c.† Quintò probatur ex identitate ratio
nis. Nam quæ eſt ratio ꝙ in emptione & venditione venditor
conſequitur pretium etiam re amiſſa,ſed in locatione & condu
ctione fit remiſsio mercedis:gloſſ.aſsignat vnam rationem,quia
venditor certat de damno.Nã ſi nõ haberet pretium,damnum
ſuæ rei pateretur.Sed locator certat de lucro,cum nil de ſuo ami
ſerit.Ita not.ff.loca.l.quæro.§.item cũ quidam. poſt medium gl.
magnæ.Et idem not.Roſ.in titu.de act.ex loc.circa fin.Certè in
iſto venditore eſt illa eadem ratio. ergo &c. Aliam rationem aſ-
ſignant docto.ſ.quia de natura emptionis eſt:vt contractu cele-
brato res perpetuò ſit penes emptorem,& eius ſit emolumentũ.
Nõ eſt igitur mirum,ſi eius eſt periculum:ſed de natura condu
ctionis eſt.vt emolumentũ ſit conductoris ad tẽpus:& ideo non
debet inconueniens reputari ſi dãnum ſterilitatis,vel ſimile cõ-
municat cũ locatore,ad quẽ res locata debet peruenire,vt perpe
tuò ſit penes eũ.Et ita no.ꝑ Cy.C.loca.l.legẽ. ſed in hoc empto-
re eſt eadẽ ratio:quæ in conductore.ergo &c.Aliam rationẽ po
nit Iac.But.quia res vendita debet̃ ſicut ſpes : ideo eius interitu
debitor liberatur:vt l.ſi ex legati cauſa.de ver.obl.Sed in locatio
ne debetur patiẽtia,q̃ eſt de futuro:ideoq; nec perire poteſt : qđ
non eſt:ſed quia per eum factum nõ eſt,tenet̃ ad intereſſe,ſecun
dũ mercedis remiſsionem:vt ipſe no.in d.§.item cũ quidam. ſed
in hac emptione eſt eadem ratio,quæ in conductione,& locatio
ne:ergo &c.Et ſic breuiter propter omnimodam ſimilitudinem
concluditur ꝙ illo anno debet fieri remiſsio pretij.

a ☙Publican⁹. De iſta q.vide Bart.in l. fi.in princ.C.de præd.curi.libr. x. & in l.ij.in ij.col.C.de iure emphy. & ibi apoſtil. meam, & ibi etiam vide dom.Iaſ.in xx. col. & vide Paul.de Ca.in l.cotem.§. qui maximos.ff.de pub. & ibi vide Bart. in j. col.& Alex. in addi. & vide Bartho. Soc. in conſi. lxxxviij. & Alex.in conſ.xcviij. & in conſ.cviij.in iij. vol.& Pet.de Anch. in conſ.cccxv.& cõſil.cccc. Tho.Diplo.

1 *☞Contractus locationis qualiter cognoſcatur à contractu emptionis.*
2 *Ex modo contrahendi inſpicitur quis contractus ſit.*
3 *Ciuitas quando uendit pedagium in quibus caſibus ſit fienda remiſsio pretij.*
4 *Refectio alicuius proprietatis ſi requirit magnam impenſam ad quem pertineat, domino,an uſufructuario.*
5 *Vſufructuarius qua actione poſsit repetere expenſas per ipſum factas à domino proprietatis.*

SOlutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine in
uocato,ſaluo ſemper iudicio cuiuslibet
melioribus rationibus mouentis. Videt̃ ꝙ dictus cõtra
ctus locationis fuerit:& ſic debeat fieri remiſsio pretij
pro illo anno:ſicut in locatione fit remiſsio mercedis:vt dictum
1 eſt ſuprà,in prima ratione facta pro illa parte.†Et quia dico hũc
eſſe contractum locationis. Ad hoc oſtendendum præmitto ꝙ
qñ agitur vt in alium transferatur dominiũ rei vel vſucapiendi
conditio ꝓ certo pretio.Et tũc cõſtat ꝙ eſt emptio:vt l. cõuenit.
& l.cũ manu ſata.in fi.ff.de cõtrahen.emp.Et ſic loquitur totus
ti.ff.de contrah.emp. C.de inſti. Idem ſi agit̃ vt transferat̃ aliud
ius:vt ſeruitus,vſusfructus.vt d.l.cũ manu ſata.§.j.de peri.& cõ
mo.rei ven.l.neceſſario.§.j.j.de vſufruct.l.iij. Aliquando agitur
vt ille qui pecuniam recipit.nullum ius in alium transferat: ſed
tantùm ꝙ aliquid faciat,vel operetur.& iſto caſu nõ poteſt eſſe

a ¶Super verbo agendo. Vide Ioã. Sando. in rubri. ff. de re. dub. vbi plenè ponit iſtã materiam. in iij. col. Tho. Diplo.

b ¶Scilicet ꝙ ꝑtiũ. Vide Ale. in conſ. lxxxiiij. in vij. vo. inci. põderatis his. in ij. colũ. Tho. Diplo.

c ¶Vel mẽſtrua. Vide Bar. in l. fi. C. de prædijs cur. lib. x. & ale. in cõſ. lxiij. inci. in cã aliàs vertẽte. in j. col. in vij. vol. Tho. Dip.

emptio,ſed locatio & cõductio:vt l.item ſi
pretio.§.j.ff.loca.de cõtrah.emp.l.cõuenit.
& d.l.cum manu ſata.in fi.& iſto caſu non
refert annuũ pretiũ, ſeu penſio conſtituat
toto tẽpore,an annuatim,vel ſingulis men
ſibus:vt l.qui operis. & ff.loca.l.ea lege. §.
locatũ. Aliquando conuenit ꝙ ille,qui pe-
cuniã recipit,aliquid faciat, & quod aliqd
det,& ſic vtrũq; : & tunc aut dare,ſeu rem
transferre venit principaliter , aut fieri per
conſequentiam:& erit emptio:vt ff.loc.l.ij.
§.j.Inſti.eo.§.item q̃ritur.Nã ibi hoc princi
paliter agitur vt artifex det mihi annulos
certę formæ quod autẽ ipſe faciat, hoc ve-
nit ex quadã cõſequẽtia:qa ipſe al's dare nõ põt. Aut fieri,venit
principaliter:rẽ tradi,venit ꝑ cõſequentiã:& erit locatio & cõdu
ctio:vt ff.loc.l.itẽ ſi pretio.§.inſula.Nã ibi opera principaliter lo
cat.dare aũt venit ex quadã cõſequẽtia,ſ.quia ędificat in alieno,
qñ dubitat quod iſtorũ veniat principaliter,vt in caſu ꝓpoſito.
Nam hic eſt dubium vtrũ principaliter veniat datio,ſiue trãſla-
tio dominij fructuum percipiendorũ,vel iure vſusfructus.patiẽ
tia aũt,ſ.ꝙ patiantur iſtum emptorẽ vti frui, veniat ex quadam
conſequentia , ſicut in vſufructu : vt l.iij. §.dare.ff.de vſufruct.
an econtra,ſ.ꝙ patientia principaliter,fructus autem faciat ſuos
ex quadam conſequentia:ſicut in quolibet alio colono qui con-
ducit fundum: & dominus principalis tenetur ad patientiam:vt
l.qui merces.§.qui fundum.& l.ſi in lege.§.colonus eum.ff.eod.
titul.& ſic poteſt eſſe dubium an ſit emptio vel locatio. & iſto
caſu gloſ.ſingularis dat doctrinam,ſ.quòd pretium & mercedis
quantitas faciat diſcerni emptorem à conductore. Ita not. ff.de
a ſuperfi.l.j.§.j.in gloſſ.ſuper verbo , agendo [a] .Quid vult dicere?
Certè nõ curant de nomine,ſ.an fuerint cõtrahentes vſi nomine
pretij,vel mercedis:quia in hoc nõ eſt vis:vt in d.gl.ſed hoc alia
b gl.declarat,ſ.ꝙ pretiũ eſt vnũ [b] , & certũ:merces verò per ſingu
los annos ſoluitur.Ita no.C.de iure emphy.l.ij. & quod ibi tenẽt
doc.Si ergo pretium vnũ eſſet cõſtitutum, quod non ſolueretur
annuatim,eſſet emptio & venditio. & quid ſi eſſet emptio,dicã
j.Sed quando pretium debet annuatim ſolui apparet ꝙ eſt mer-
cedis conſtitutio q̃ fit pro patientia, quæ ſingulis annis præſtat:
& ſic erit locatio & conductio:& ſic debet fieri remiſsio ſicut in
locatione.Et hoc probatur per dictas gloſſ. Hoc ſuadet etiam
ratio quando pretium ſeu merces ſoluitur ſingulis annis. Non
videt dñs velle trãsferre aliquod ius ad hoc,vt ſi ille ceſſet in ſo-
lutione poſsit eũ de prædio expellere:vt l.quæro.§.inter locato-
rem.ff.de loca.de publ.l.vectigalia.§.fin.Secus quando pretium
ſimul ſoluit.& hoc etiã ꝓbat in l.itẽ q̃rit.§.qui impleto.vbi de lo
catione fundorum ſemper habet reſpectus ad annuã præſtatio
nem.Et hoc modo debet intelligi.ff.de iure dot.l.ſi vſusfructus.
vbi dicit text.vel locet,vel vendat,intelligendum eſt locet,ſ.cer
ta mercede conſtituta ſingulis annis, emptione conſtituta pro
toto tempore.Et ita reperi poſtillatum per quoſdam doct.anti-
quos.Sic intelligi debet de vſufru.l.arboribus.§.vſufruct.ibi lo
care vel vendere.de bon.autho.iudi.poſ.l.ſi venditis. §.j. & l.ait
prætor.in cauſa etiam ſic debet intelligi in Cle.de reb. eccl. non
alie.c.j.in fin.dum ponit de locatione & conductione fructum.
Hoc etiam patet eo quod omnes leges loquentes de locatione
c fundi regulariter loquunt:cũ merces annua, vel menſtrua [c] con
ſtituitur:vt C.loca.l.licet.ff.e.l.itẽ quęritur.§.q impleto. & l. ſi in
l.§.ſi domus.&§.ſeq.de pu.l.vectigalia.§.fin.de fideiuſ.l.ſi à colo
no.& l.fideiuſſores.§.pro Aurelio.cũ infinitis ſi.Similis arguen-
di modus ad contractus cognoſcendos fit per glo. & Cyn.C.de
2 re.permu.l.j.in vlt.gl.†Cũ dubitatur qualiter cognoſcitur cõtra
ctus permutationis à cõtractu do vt des,inſpice qualiter loquũ
tur leges de hoc tractantes. Idem habemus in cognoſcendo
vectigal à tributo. Inſpicimus quomodo loquunt leges de hoc
tractantes:vt l.ij.§.j. ff.de pub.ita hic ex modo cõtrahendi inſpi-
cimus quis contractus ſit.Nam ſi ſolùm inſpiceres verba vendo
vel loco,eſſet imponere legem verbis. & ꝙ iſta verba non ſunt
curanda:quia ſi dicatur,do ad affictum, licet non vtatur verbo
locatiõis:tñ erit locatio,nõ vẽditio:vt extra,de lo.c.ij. ſic & Spe.
cũ tractat de locatione ponẽdo formas cõtractus ſemꝑ ponit de
annuã pręſtatiõe.in ti.de loc.Sed cũ ponit de vẽditione fructuũ
ponit de vno pretio quod ab initio ſoluit.in ti.de emp.& vendi.
§.j.Et ſic apparet ꝙ eſt locatio & conductio:& ſic debet fieri re-
miſsio pretij pro illo anno.Non ob. ꝙ pretium vnum fuit con-
ſtitutum ab initio:quia ſi ſolutio diuiſa per annos ſoluatur non
curatur de modo cõſtituendi.Ex hoc enim apparet illud vnum
pretium conſtitutũ nõ eſſe ex pretio ſingulorũ annorum : & ſic
perinde eſt ac ſi pretium eſſet conſtitutũ ſingulis annis:vt l.ædi-
les aiunt.§.fi.in gl.quæ incipit,ſ.vnico.de ædil.edic.Nec obſ.qđ
dicitur in contractu,emit &c.quia accipit,i.conduxit, vt C.lo.l.
hi qui.ff.eo.l.ea lege.§.locaui.de pub.l.quoties.§.fi.Facit de act.
emp.l.veteres.& l.ſeq.Nec ob.ꝙ vſi ſunt verbo pretio, &c.quia
pretium ponitur pro mercede:vt ff.locati.l.ea lege.§.locaui. & l.
inſulã.§.qui ædem.Sciendum tamen eſt ꝙ eſt quædam glo.quę
videtur aduerſari prædictis.ff.quib.mod.vſusfru.amit.l.Pompo
nius quærit.§.j.in glo.quæ incipit,ſed quid nocet.quæ videt vel
le ꝙ pretium conſtituitur ſingulis annis,& tamen ſit emptio:ta-
men illa non puto bene dicere,vt ex prædictis patet.Eſt quædã
alia ff.de contrahen.emp.l.fundi partem.ſecundũ vnam lec.quę
videtur ſentire contra.tamen illa lec.non placet,poſito tamen ꝙ
tanq̃ Iudæus nolens à verbis recedere.ſed ſi velles dicere hunc
eſſe contractum emptionis:tamẽ adhuc dico idem iuris eſſe quo
ſ.dixi:quia iudicabitur ſicut de locatis propter ſolutionem quæ
annuatim fit.Quod ſic probo:Certum eſt ꝙ ſuperficies transfer
tur in alium,vel per locationem vel per venditionem.l. j.§.j. de
ſuperfi.Sed conſtat ꝙ ſi ſuperficiarius ſuperficie non poteſt vti,
fit ei remiſsio eius quod annuatim eſt ſoluendum. inter quos §.
damni.& ibi no.de dam.infe.ergo apparet ꝙ non eſt hoc præci-
puum in locatione:ſed idem in emptione quæ habet ſimilitudi-
nem cũ ea.Præterea emptio & venditio, locatio & cõductio eiſ
dem iuris regulis cõſiſtunt:vt ff.de loca.l.ij.in prin. maximè vbi
eſt eadẽ ratio.ſed in emptione eſt per omnia eadem ratio,quę in
conductione,vt probatum eſt ſ. in vltima ratione facta pro iſta
parte:ergo &c.Pro hoc faciũt leges ſ. allegatæ quæ hoc vident
ponere pro eodẽ,ſ.locare vel fructus vendere:vt in d.l.in vendi-
tore.§.j.& l.prætor.§.in eum.de bo.aut.iud.poſ.& in c.j. in fi. de
reb.eccle.non alie.in cle.& de vſufr.l.arboribus.cum ſimi.Præ-
terea etiam ſi poneremus hunc non eſſe contractum locationis
& conductionis,nec emptionis & venditionis,ſed innominatũ,
in quo aliquid annuum præſtatur:tamen pro illo debet fieri re-
miſsio:vt C.loca.l.licet.& eſt caſus & glo.expreſſa.C.e.ti.l.exce
pto.Et ſic apparet ꝙ non eſt præcipuum in contractu locationis
& conductionis:ſed idem in alijs contractibus habentibus ean-
dem rationem.Præterea hoc video in tributis quę annuatim ſol
uuntur,vt ſi fructus percipi nõ poſſunt,non debeantur: vt ff.de
cenſi.l.forma.§.illam.& tamẽ cõſtat ꝙ tributũ nõ debetur ex cõ
tractu emptionis,ſed ex lege.Et prædicta vera quando pretium
annuatim ſoluitur:ſed ſi ponã totũ pretiũ vno tẽpore,vt in prin.
eſſet ſolutum:tunc dicerem eſſe emptionem & venditionem,per
glo.& leges ſ.alleg.An autẽ tunc debeat fieri remiſsio , & quid
iuris:tunc eſt aduertendum ꝙ ſit illud quod emptum eſt.Et pri-
mò videamus de pedagio.Et certè pedagium põt accipi pro eo
quod ex pedagio percipitur,ſicut dicit de vectigali:vt ff.de pu-
bli.l.j.§.j.in gl.ibi:vectigal eſt quod pręſtat &c. Item no.C.de ve
cti.& commiſ.in rub.Et ſi hoc modo accipit,venderetur ipſum
corpus nummorũ,quod perciperet ex vectigali.Sed iſtud verũ
eſſet,cũ pedagiũ ſeu vectigal perciperetur à ciuitate:& ita daret
ipſi emptori:& ſic id,quod percipit,nõ videt emptum: cũ nũq̃
fuerit ciuitatis,vt ſtatim dicam in fructibus. Secundo modo po
teſt accipi pedagium,vt dicatur emiſſe ipſum ius percipiendi pe
dagium,quod ipſi ciuitati competit. Tertio modo põt intelligi,
vt dicitur emiſſe ipſam perceptionem pedagij & commoditatis
percipiendi:ſicut videmus in vſufruc. aliud enim eſt emere ius
vſusfructus:aliud perceptionem fructuum,ſeu commoditatem
vtendi.iſtud enim facti eſt:vt ff.de iure do.l.ſi vſusfructus.de pe
ri.& commo.rei ven.l.neceſſario.§.fi.& ibi no.de vſufruc.l.arbo
ribus.§.vſufruc.Quod iſtorum ſit emptum poſſet dubitari. Di-
co ꝙ licet quando procedit cõtractus habilis & traditio, vt res
tradita perpetuò ſit penes recipientem,in dubio videatur tranſ-
ferri plenum ius.ff.de iure do.l.fructus.§.fi.cum l.ſeq.& pro do-
te.l.j.tamen in caſu propoſito cùm iſta iura non poſsint tranſ-
ferri,niſi ad tempus:vt de l.ſerui. l. iij. intelligam venditam eſſe
ipſam perceptionem fructuum, ſeu percipiẽdi cõmoditatem: vt
d.l.ne



d.l.neceſſario.in fi.cũ gl.de peri.& cõmo.rei vẽ.& l.ſi vſusfructu.
ff.de iure do. Ad hoc induco ff.de do.præleg.l. pen. & quod ibi
not.in vlti.gloſſ.ſic debet intelligi.l.cũ in plures. §.pe.ff.lo.Idẽ ſi
diceremus venditũ ius per id quod allegatũ eſt ſ.Cũ aũt ipſa ꝑ-
ceptio,ſeu cõmoditas vẽdat,ſpes ſeu alea videt empta:vt l. nec
emptio.de cõtrahen.empt.de act.emp.l.ſi iactũ. Aliud eſt enim
emere ipſam perceptionẽ:aliud eſt emere illud quod percipit:vt
3 ex dictis legibus colligitur.†Et ſic apparet ꝙ periculũ eſt empto
rũ:nec debet fieri remiſsio pretij ꝓpter guerrã, vt dictis legibus.
Hoc aũt verũ intelligo,ſi guerra eſt ſine culpa ciuitatis venden-
tis,vt puta propter guerrã,q̃ in Marchia ex pedagio nihil ꝑcipi
tur.Sed ſi ciuitas ipſa inferret guerrã alteri:vel alia ciuitas ſibi ſi
ue iuſtè,ſiue iniuſtè:videt ꝑdi pedagiũ culpa ciuitatis.& ſic de-
beret fieri remiſsio pretij:vt ff.lo.l.ſi merces.§.culpę.& quod no.
ſo.ma.l.pe.in prin. De illis aũt verbis q̃ cõſueuerunt adijci,ſ.vẽ-
do pedagiũ,& fructus qui percipiuntur ex eo,non curo: quia vi
dentur adiecta cauſa tollendæ dubitationis. & idem important
quod ipſum pedagiũ:ar.eorum quæ ſtatim dicentur,&c.

SEcundò videndum eſt de eo
quod dicitur,fructus,& vſusfructus,reditus , & pro-
uentus,qui percipientur ex prædijs. & hoc aduerten-
dum eſt: Aut enim venduntur fructus percipiendi ab ipſo ven-
ditore tradente emptori:& tunc ipſum corpus fructuum videt
deductum:quibus non perceptis debet fieri remiſsio pretij pro
rata,quaſi venditio pro illo anno nõ ſit contracta:vt d.l.nec em-
ptio de contrahen.emp.& l.debito.§.veriſimile.cum ſi.allegatis
ſ.in ſecunda ratione pro parte affirmatiua,aut vendunt fructus
percipiendi ab ipſo emptore.& ſic ad ipſum pertinet cultura &
cura & tunc ipſum ius vſusfructus videtur venditum ſiue appo
nantur dicta nomina,ſiue alterum tantũ,non curo quantũ ad ꝓ-
poſitũ:vt ff.de vſufr.l.cũ ita.& de vſufru.l.ſi quis ita.& ibi gl.fa-
cit ad iſtã diſtinctionem.ff. vſufruct.quemadmo.caue.l. idẽ eſt.
& ibi no.Et iſto caſu periculũ eſt emptotis, ſicut in eo qui emit
proprietatẽ:vt l.neceſſario.§.fi.de peri.& cõmo.rei vẽ.Prædicta
vera qñ ciuitas vendens erat domina illorũ prædiorũ.Sed ſi ha-
beret vſumfructũ tantũ:tunc videt vendidiſſe ſolã perceptionẽ
fructuum tantũ.Idem videt etiã in d.l.neceſſario.§.fin. & quod
ibi no.Super tertio,qñ vẽdunt fructus percipiendi, ex ædificijs
& molẽdinis,ſecundũ verba ſuprà ſcripta,dico vſumfructũ vẽ
ditũ eſſe,per eadem iura quæ ſuprà dicta ſunt in prædijs. tamẽ
in effectu iuris eſt diuerſitas. Nam ſi quædam ædificia,& mo-
lendina ſunt ita deſtructa ꝙ deſierint totaliter eſſe:tunc vſusfru
ctus eſt extinctus:vt l.repeti.§.rei mutatione.ff.quibus mo.vſuſ-
fruct.amit.de vſufruct.leg.l.ſi cui inſulæ.Inſti.eod.§.penul.& ſi
reædificarentur,non deberetur vſusfructus: vt ff.de verb.obli-
ga.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in fi.§.& ideo hic non eſt tractã
dum de refectione . Dico ergo quòd periculum eſt emptoris,
ſicut ſi emeret proprietatem:vt l.neceſſario.§.fin.de peri.& com
mo.rei vendi.& de vſufruct.lega.l.ſi cùm vſufructuarius.§.fi.Si
verò aliqua pars remanet:tunc vſusfructus integrè remaneret:
4 vt d.l.ſi cui inſulæ.de vſufruc.†Et ideo eſt videndum ad quem
pertineat refectio:cùm requirat magnam impenſam.& videtur
quòd dominus proprietatis non cogatur reficere:vt l.hactenus.
de vſufruct.& l.ſi cùm vſufructuarius.in fine. Primò videtur,
ꝙ ad ipſum vſufructuarium talis impenſa pertineat, licet impẽ-
ſam à domino repetat:vt not.dicit gloſſ.de dam.infect.l.damni.
§.ei cui.Et ecõtra videtur quòd dominus teneatur reficere: al's
teneretur ad intereſſe:vt l.ex conducto.in prin.eo.tit.Sol.dico ꝙ
cùm iſte ſit fructuarius,omnem rei curam recepiſſe videtur: vt
l.j.in fi.& l.ſeq.ff.vſufru.quẽadmo.caueat.Et in hoc videt à dño
proprietatis procurator cõſtitutus in rem ſuã: vt l.j.in fi.& l.ſeq.
ff.de ope.no. nun.Ex hoc concludo.ꝙ ipſa cura & ſolicitudo re
fectionis indiſtinctè pertineat ad vſufructuarium:vt l.inter fru-
ctuarium.de dam.infect.vbi caſus.Vnde ſi vſufructuarius vult
agere cõtra dñm ꝓprietatis,ꝓ pecunia refectiõis,ne fortè ipſe ꝓ
illa pecunia habenda cogatur vendere res ſuas,poteſt:vt ff.man
da.l.ſi verò non re.§.fin.& l.ſi mandato meo.in princip. cùm ha
beat ad hoc mandatum,vt ſuprà probatum eſt.Non enim eſt fa
cile ſoluere,& poſtea repetere:vt l.ſi dubitetur.in princip. de fi-
deiuſ.& l.ſtipulatus in prin.eo.tit.de cõpen.l.j. & ij.Si verò ipſe
fructuarius,vellet reficere ſua pecunia , poſſet:nec poſſet à dño
prohiberi:vt l.hactenus.§.Neratius.de vſu
5 fruct.† Et illã pecuniã quã expẽdit poſſet
repetere:vt l.omnium.de vſufruc.& quod
no.in l.ſi cuius.§.idẽ q̃ſitũ de vſufr.ſed qua
actione?Gloſ.dicit negotiorũ geſtorum:vt
not.in d.l.enim. & d.l.damni.§.ei cuius.de
dam.infec.Vlterius puto ꝙ repetatur actio
ne mandati,cùm videatur conſtitutus pro
curator,vt dictum eſt.nõ eñ põt agi nego.
geſt.cũ hoc faciat ex neceſsitate:vt ff.fami.
erciſ.l.hęredẽ.§.ſi vnus cõmune eñ nego-
tium magis q̃ alterius geſsit.Probatur ex-
preſsius de bo.auth.iudi.poſ.l.prætor. §. &
gñaliter.& non ob. quod dicit, fructuariũ
poſſe cogi nõ reficere:vt l.hactenus.qa ve-
rũ eſt ſi vult carere vſufructu:vt d.l.cũ vſu
fructuarius.de vſufr.aliàs bene cogitur:vt d.l.inter fructuarium
de dam.infect.Nec ob.quod not.in d.l.damni.§.Titius quia ve-
rum eſt ꝙ talis expenſa ad eum pertineat, ita quòd cùm petere
poſsit alia actione,& alio modo ſibi cõſulere, ceſſat cautio dãni
infecti,quæ eſt ſubſidiaria.Nec ob.quod dicitur dominum non
teneri:quia verum eſt ſi vult carere iure dominij,an ipſo non re-
ficiente expenſas iure dominij priuatur:vt ff.de damno infecto.
l.quamuis.in fin.& l.ſibi proprietarius. Hoc præmiſſo in quæ-
ſtione propoſita an debeat fieri, remiſsio, dico quòd non:quia
caſus fortuitus non poteſt imputari domino : vt ſuprà,probatũ
eſt.nec etiam culpa refectionis non factæ cùm pertineat ad fru
ctuarium.vt dixi.ſed poſſet fructuarius petere intereſſe ratione
quantitatis ſibi non ſolutæ.Simile in emphyteuta,vt no.per Cy.
C.de iure emphyteu.l.j.in fi.Ex his apparet reſponſio ad omnia
contraria ſuprà,in allegationibus facta. Reſtat vt reſpondea-
mus ad quædam quæ poſſunt allegari contra id quod dixi pro-
pter annuam præſtationem eſt locatio.Et primò nõ obſtat quòd
fuit vnum pretium conſtitutum.licet ſolutio diuiſa per tempo-
ra:quia illa inſpectio primæ locationis habetur in legatis & alijs
ſimplicibus obligationibus. Sed in obligationibus reſpectiuis
vnitas pretij non inſpicitur ſi fuit habitus reſpectus ad ſingula.
vt ecce:ſi plures res emuntur vno pretio, dicitur vna emptio.&
probatur ſuprà,in quinta ratione primæ partis. Sed pone quòd
emi plures res pro pretio centum,ſ.decem pro tali, &c.ita ꝙ li-
cet ſit vnũ pretium:tñ eſt habitus certus reſpectus ad pretia ſin-
gularum rerum.Certè plures dicuntur venditiões:vt ff.de ædil.
edict.l.ędiles aũt.in fi.& in gloſ.quæ incipit,ſ.vnico.quã not.ita
in propoſito,licet ab initio fuerit vnum pretium:tamen hoc fuit
reſpectu cuiuslibet anni pro rata, vt patet ex themate:ideo per-
inde eſt ac ſi ſingulariter pro quolibet anno eſſet conſtitutum
pretium erit merces.Non obſt. quòd vſi ſunt verbo emit:& vẽ
didit:vt dixi.nam verbum emere, ponitur pro conducere:vt C.
loca.l.ei qui inſulam.§.qui ædem de pub.l. Cæſar. & hoc ponit
Groffred.de iuramen.calum.in Summa de loca.argumen.l.ve-
teris.de actio.empt.Non obſt.quòd vſi ſunt hoc vocabulo,pre
tio.Nam licet quædam glo.ſingularis velit dicere ꝙ hoc nomen
ſolummodo contractui emptionis & venditionis congruat , vt
C.de prædijs.cum l.fina.& ibi not.tamen hoc verbum pretium,
interdum ponitur pro mercede:vt not.per Azo.in ſumm.C.lo-
ca.§.j.& probatur.ff.loca.l.qui inſulam.§.qui ædem. & l.ea lege.
§.locaui.& ff.de acqr.poſſ.l.ſi quis ante.circa finem.
Diſputata fuit hæc quæſtio per me Bar.de Saxoferrato mini
mum legum doctorem.

1 ☞Quando quis habet poteſtatem aliquid faciendi, & illud facit:ualet quod facit,licet non exprimat unde authoritatem habeat.
2 Quando quis habet officium aliquid gerit ſuper re ad illud officium ſpectante,in dubio uidetur gerere contemplatione officij non ſe obligandi.
3 Si mandatur alicui aliquid, & in eum plenum ius transferatur:tunc etiam ſi ille mandatarius gerat nomine proprio,ualet quod agitur in præiudicium mandantis.
4 Præpoſitus ad aliquod negotium exercendum an & quando obliget dominum.
5 Quando aliquis contrahit ,uidetur contrahere contemplatione officij quod exprimit.

QVAESTIO V.

a ADunantia [a] generalis cõmunis
Peruſij conceſsit prioribus poteſtatem, & Baliam ad
certum tempus diſponendi,& ordinandi , contrahen
di, & commune obligandi ſuper abundantia frumenti habendi

a ¶Adunãtia. Adde ꝙ iſta q. eſt iſerta in antiqs lect. Bar. i l. ambitioſa. i fi. ff. de decr. ab ordine fac. & ibi vide apoſtil. meã,& vide Bar. i l. quoties. §. data. ff. de ope. le. et ibi vide ale. i addi. & apoſt. ale. i l. habebat ff. de inſti. & in addi. Bal. & Ale. i l. ſi ꝑ errorẽ. in ij. col. in ver. extra gl. ff. de iu. om. iud. & Fel. i c. paſtoralis. §. qa verò. in ij. col. de offi. dele. & in c. cũ acceſsiſſent. iiij. & v. co. de cõſti. Th.

a ℭEt circa primũ. Vide Bartol. in l. ambitioſa. in vlti. col. ff. de decre. ab ordi. facien. & ibi apoſt. do. Ale. & ibi vide apoſtil. meã. & vide Alexã. in l. j. §. opus nouum. in prin. ff. de no. ope. nun. Tho.

in ciuitate Peruſij, quod al's ad ipſorũ Priorum officiũ non ſpectabat: ꝗ Priores miſerãt quendã Florentinũ in Siciliam pro frumento, certa ei pro mercede quantitate ꝓmiſſa, & nõ dixerũt ſe hoc facere ex authoritate, & Balia eis cõceſſa ab abundãtia generali per Florentinũ. ex parte ſui impletũ fuit quod cõuenit. Quærit̃ an cõmune Peruſij ſibi teneat̃ ad præſtandam dictã quãtitatem pro mercede promiſſã, vel non. & ꝙ cõe teneat̃ oſtendi-
1 tur pluribus rationibus. † Primò ſic: q̃n quis habet poteſtatem aliquid faciẽdi, & illud facit: valet quod facit, licet nõ exprimat vnde authoritatem habet. imò, quod plus eſt, ſi diſponens etiam ignoret ſe authoritatem habere: vt ff. de iudic. l. ij. §. j. de condi. & demon. l. multũ. de inſtitu. l. habebat. in princ. & in l. ſeruũ Titij. in fi. ff. mandati. Sed iſti priores habebant authoritatem: ergo licet non expreſſerint, commune obligatum eſt. Secundò ſic: Quando aliquid poteſt geri duplici iure, ſemper videtur geri eo iure quo res melius valet, & quo melius gerenti licet: vt ff. de teſta. mili. l. iij. extra, de præben. c. niſi. vbi hoc videtur expreſſum. Pro hoc totum illud generale in dubio debemus intelligere, vt res potius valeat quàm pereat: vt l. quoties. de rebus dub. de verbo. obliga. l. quoties. cum ſimilibus. Ergo in propoſito videntur priores contraxiſſe authoritate adunãtiæ generalis, vt ſic valeat.
2 † Tertiò ſic: Quando ille, qui habet officium, aliquid gerit ſuper re ad illud officium ſpectante, in dubio videtur gerere contemplatione officij, non ſe alio nomine obligandi: vt ff. de nego. geſt. l. Neſennius. de inſti. l. fina. & de admi. tut. l. cùm poſt. §. j. & not. quando ex facto tut. l. poſt mortem. §. j. ergo hic in dubio videntur Priores contraxiſſe authoritate adunantiæ generalis. Quartò ſic: Paria ſunt mandatum præcedere, vel ratihabitionẽ ſequi: vt l. finali. C. ad Macedo. ff. de ſolu. l. ratum. de regu. iur. c. ratihabitio. lib. vj. cum ſimilib. ſed quando aliquis contractus celebratur cum aliquo, qui alicuius negotia gerit, licet hoc nõ fiat mandato domini: tamen ratihabitione ſecuta dominus tenetur: vt C. quod cum eo. l. ei qui. in fin. & not. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. j. & not. ff. de admi. tuto. l. tutores qui poſt. §. aduerſus. Si igitur ratihabitio ſequens faceret commune teneri: ergo & mandatum
3 præcedens: in caſu ergo propoſito teneatur commune. † Quintò ſic: Quando alicui aliquid mandatur, & in eum plenum ius transfertur: tunc etiam ſi ille mãdatarius gerat nomine proprio, valet quod geritur in præiudicium mandantis: vt ff. de dona. l. ſi tibi dederim. & ita not. facit. l. hoc iure. §. ſi quis dederit. eod. titu. ſed adunantia generalis concedendo Prioribus cùm habeat poteſtatem, tranſtulit in eos iuriſdictionem ordinariam ſuper hoc vt l. fina. C. de iuriſdict. omnium iudi. & not. ff. eod. titul. l. more. & ſic modò tanquam hoc competat officio Prioratus, poterũt ſuper hoc vt priores contrahere, & commune obligabitur. Pro hoc optimè quod nota. extra, de elect. cap. in cauſis. & quod ibi not. per gloſſ. & Innoc. vbi dicitur quòd quando capitulum cõcedit aliquibus quòd eligant prælatum, videtur eis iſtud ius eligendi donatum, & ſic non eligunt authoritate capituli, ſed ex poteſtate ipſorum. Sextò ſic probatur ſingulariter per caſus plurium legum. Primò per l. res. §. finali. cum ſeq. quæ incipit, non tantùm. & l. ij. §. penul. ff. de iure fiſc. vbi licet delator non dicat deferre alieno mandato: tamen ille qui mandauit punitur, & ſic non eſt neceſſe quòd in executione actus mandatarius dicat ſe facere mandato alterius. Secundò ſic probatur per l. qui ſeruum. ver. niſi quaſi defenſor. & ver. idem. de interro. act. vbi manifeſtè colligitur idem eſſe, ſiue ego ſim in iudicio quaſi defenſor alterius, ſiue ſim meo nomine, ſi primo: tamen in veritate mãdatum præceſſerit. Tertiò per l. poſt dotis. ſolut. matrimo. ſecundùm lecturam Dyn. vbi videtur pater ſtipulari procuratorio nomine filiæ, licet non exprimatur. Quartò per l. his qui. §. vnde quæritur. & §. ſin autem. ff. de manumiſ. vbi quis emit ſeruum proprio nomine, & tamen propter mandatum quod præceſsit: tenetur ac ſi fuiſſet expreſſum procuratorio nomine alterius. Quintò per l. ſi mandato Titij. §. j. ff. manda. & C. de dolo. l. j. vbi ille fideiuſſor qui emit ſuo nomine, tenetur mandati, propter p̃cedens mandatum, ac ſi emiſſet nomine principalis. Ex quibus omnibus concluditur commune teneri, licet non fuerit dictum de authoritate & Balia adunantiæ generalis.

4 Contrà, quod commune non teneatur, probatur pluribus rationibus. † Primò ſic: Ad hoc vt dominus obligetur per eũ, quẽ propoſuit ad aliquod negotiũ exercẽdũ, eſt neceſſe vt ille, qui cũ tali, qui præpoſitus eſt, contrahit, ſciat illũ ad hoc præpoſitũ eſſe, & etiam in hoc ſciat ſe cõtrahere: vt ff. de exercito. l. ij. §. j. & ij. no. eo. tit. l. j. circa princ. in iij. gl. ſed in quæſtione noſtra nõ proponitur ꝙ ille Florentinus ſciuit prioribus eſſe cõceſſam illã Baliam: nec eſt præſumptio ꝙ ſciuerit, cùm eſt forenſis: vt l. fin. ff. de decre. ab ordi. fac. & extra, de cõſti. c. j. & ij. Et quia eſt regula ꝙ ignorãtia præſumitur: ergo
5 cõmune nõ tenetur. † Secundò ſic: Semper cũ aliquis contrahit, videt̃ cõtrahere contemplatione officij quod exprimit: vt l. fi. de inſtito. & l. cùm poſt. de admi. tut. & not. in l. poſt mortem. §. j. ff. q̃n ex fac. tu. Sed hic Priores cõtrahendo, ſolum officium prioratus expreſſerũt, nõ aũt adunãtię generalis, ſed ex officio quod in contractibus non poterat commune obligare. Tertiò ſic: Regula eſt ꝙ perſona in cõtractibus extrinſecus non ſubintelligatur: vt ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ſic magis ſuo nomine ꝙ̃ nomine alieno quis pręſumitur gerere: vt l. & magis. ff. de ſolutio. & ff. mãda. l. Papinianus. de in rem verſo. l. ſi filius. ergo in hac obligatione non ſubintelligetur ꝙ hoc fiat authoritate adunantiæ: ergo commune non tenetur. Quartò ſic: Nomẽ officij, vel authoritatis extraneæ nunquam ſubintelligitur: ſed in dubio quis tanquam ipſe contrahere videtur: vt ff. de iure dot. l. cùm pater. vbi officiũ curatoris nõ ſubintelligitur: vt C. cre. euic. pi. non debe. l. j. & ij. vbi non intelligitur quis vendere iure creditoris, niſi exprimatur: vt ff. loca. l. ſi quis. §. penulti. vbi non intelligitur quis locare tanquam fructuarius, niſi hoc exprimatur. ſic hic non intelligitur facere authoritate adunantiæ generalis, niſi fuerit expreſſum: ergo, &c. Quintò ſic: Quando alicui officiali conceditur vt aliquid faciat quod aliàs ad ipſius officium non ſpectabat, intelligitur quando faciat authoritate ſuperioris concedentis, non authoritate propria: vt extra, de reſcrip. c. cum aliquibus. lib. vj. & longa differentia eſt, vtrum quis faciat authoritate propria, an authoritate apoſtolica: vt de ſupp. neg. præla. c. j. in clemen. cum concordan. ibi poſitis. ſed hic non fecit authoritate ſuperioris, ſed adunantiæ generalis: ergo, &c. Sextò probatur per caſus plurium legum. Primò per l. Caſsius. ff. de ſolu. cũ ſimili. ibi notatis. vbi illud quod mihi mandatur ꝙ faciam nomine alieno, ſi faciam nomine proprio, non valet. Secundò per l. iij. §. ſed & quando de tutore. verſicu. ſed & quid ſi tutor. ff. iudi. ſol. vbi non ſufficit quem eſſe tutorem, niſi vt tutor adminiſtret. Tertiò per l. ſi ego. cum ſua gloſſa quod vi aut clam. vbi factum eius, qui à me habet mandatum, nõ nocet mihi, niſi nomine meo agat. Quartò per l. ſi vnus. §. j. ff. pro ſocio. vbi factum ſocij non nocet ſocietati, niſi ſocietatis nomine geſtum ſit. Facit quod not. eodem titu. l. actio. §. j. Quintò per l. ideo. §. penul. & fina. ff. de in rem verſo. vbi videtur quòd non aliter tenetur dominus, vel pater niſi hoc animo geſſerit filius, vel ſeruus, vt in rẽ domini, vel patris verteretur. & illa actio æquiparatur actioni mandati. l. j. & de nego. geſt. & eod. titu. l. iij. §. j. verſi. regulariter. Et ſic in mãdato oportet, quòd fiat animo explicandi mandatum, quod hic non eſt factum. Concluditur ergo commune Peruſij non teneri.

Solutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine inuocato, dico circa prædictam quæſtionem duo eſſe conſideranda. Primò, an poſt reformationem prædictam factam ab adunantia generali prouiſio ſuper abundantia pertineret ad ipſorum Priorum officiũ, vt ſic hoc poſſunt vt Priores ex officio Priorum vigore officij prioratus, licet ante reformationem non poſſent. Secundò eſt videndum poſito, quòd hoc nõ poſſent ex vigore ipſorum officij, an ſi non exprimunt ſe facere authoritate adunantiæ commune
a teneatur. Et circa primum[a] dico verba reformationis eſſe diligẽter inſpicienda. Si enim hoc conceditur officio, vt quia dicunt, quòd ad officium Priorum pertineat: & tunc Priores poterunt iure ſuo. Si verò dicerent verba quòd hoc poſsit authoritate adunantiæ generalis. & ſimilia verba: tunc hoc non poſſent ex vigore eorum officij. Hoc probatur in procemio inſti. circa medium, de vete. iure enu. l. j. §. omnia enim. ff. de offic. eius cui mãd. eſt iuriſ. l. j. §. qui mandatum. de iuriſdi. omn. iudic. l. ſolet. Et hoc magis



magis eſt expreſſum extra, de cler. ęgro. c. j. lib. vj. & de ſupplen. negli. præl. c. j. in Cle. de reli. do. c. quia contingit. §. j. in Cle. Si verò verba ſunt dubia, & in noſtra quæſtione: tunc aut committitur ipſis prioribus vnum factum particulare, & inter certas perſonas, vel de certa re: & tũc in dubio intelligitur authoritate adunationis generalis, non ipſorum propria. Caſus eſt expreſſus extra, de reſcrip. cap. cum aliquibus. libro vj. Iuriſdictio enim ordinaria non conceditur in re certa, vel particulari caſu, argu. ff. de teſtamen. tuto. l. certa. ſed debet dari cuidam vniuerſali adminiſtratori, vt ſtatim dicam. Si verò conceditur vnum negotiũ vniuerſale: vt in q. noſtra, vbi conceditur prouiſio ſuper abundantia: tunc videtur concedi iuriſdictio ordinaria. quod probatur. Quia vniuerſitas hoc poteſt. l. fin. C. de iuriſdict. om. iud. ff. eod. l. & quia & ibi not. ſed concedendo aliquam adminiſtrationem vniuerſalem, in dubio videtur concedere iuriſdictionem ordinariã: vt l. j. in prin. & §. & vrbem. ff. de offi. præfe. vrb. & C. vbi & apud quem. l. fi. ibi: certæ adminiſtrationi cum iuriſdictio ineſt, &c. vt in aut̃. habita. C. ne fil. pro patre. vbi doctoribus conceditur iuriſdictio in ſcholares: & cõſtat quòd illa eſt iuriſdictio ordinaria. Et ſic in caſu propoſito ſi hoc fecerunt tanquã Priores, cùm hoc competat ipſi officio tanquam iuriſdictio ordinaria lege municipali hoc concedente: non eſſet neceſſe quòd fieret mentio de authoritate adunantiæ generalis. Pro hoc eſt tex. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. non tantùm. vbi plane ibi: hoc ita ve-
a rum eſt, &c. Circa ſecundum[a] verò, poſito ꝙ hoc non poſsint facere authoritate eorum officij, an ſi non exprimant authoritate adunantiæ generalis, commune teneatur. Hic eſt aduertendũ
b Quãdoꝗ contrahitur cum eo, qui habet[b] mandatum, vel adminiſtrationem ab alio ſimpliciter. hoc modo: Titius promiſit, &c. non adiecto nomine alterius. & hoc caſu, quia cõtractus poteſt intelligi celebratus nomine ipſius proprio: ideo alius, à quo habet officium, fortè non eſt obligatus. Et ad hoc concludunt oẽs rationes factæ pro illa parte. ꝙ cõmune nõ tenetur. ſed ſi actus nõ poterat celebrari nomine proprio: locũ habẽt rationes factæ pro prima parte, ꝙ cõmune teneatur, quod tñ hic nõ examino: quia eſſet longum: ſed examinabo in repeti. quã intẽdo facere de l. ſi poſt mortẽ. ff. quando ex fac. tut. &c.
c Diſputata fuit hæc quæſtio[c] per me Bart. de Saxoferrato minimum inter legum doctores.

1 *Iudex quando aliquem iniuſtè capit, infert illi capto uim, & eum ſpoliat propria libertate.*
2 *Quando quis actione alterius utitur, uti debet tantùm cum ſua cauſa, & cum ſuis uitijs.*
3 *Aliquem capi, duci, & poni in carceribus, dicitur uocatio in ius, & appellatur citatio realis.*
4 *In his, quæ ſunt inſeparabilia, utile per inutile uitiatur.*
5 *Interdictum, quod datur ſpoliatis pro recuperanda poſſeſsione, non datur, niſi contra ipſum ſpoliantem.*
6 *Captura licet ſit inutilis in perſona unius: tamen poteſt eſſe præparatio utilis in perſonam alterius.*
7 *Actus naturalis etiam per uiolentiam factus, licet non proſit facienti: tamen prodeſt alijs in interpretatione præſcriptionis, ſi aliquis per uim de fundo expellitur.*
8 *Quando fuga debitoris iuſtè timetur, debet capi & detineri, licet aliàs fieri non poſſet.*

## QVAESTIO VI.

d Lapus[d] fuit captus, & in carceribus poſitus authoritate iudicis indebitè & iniuſtè. deinde ad petitionem ſui creditoris, qui de iure cõmuni vel municipali poterat eum facere capi, & in carceribus detineri, pro debito fuit authoritate iudicis cõpetentis recõmendatus: & in carceribus pro debito ſuprà dicto poſitus. nũc Lapus petit ſe à carceribus relaxari & de iniquitate & iniuſtitia primæ capturæ, & carceribus legitimè oſtẽdit. Modò quęritur an debeat totaliter relaxari, an verò pro debito dicti creditoris debeat in carceribus remanere. & primò pro parte dicti Lapi ꝙ veniat
1 totaliter relaxãdus: probabo decem rationibus. † Primò probat̃ ſic: Certũ eſtꝙ q̃n iudex aliquem iniuſtè capit, & in carceribus ponit: infert illi capto vim, & eum ſpoliat propria libertate: vt ff. de in ius voc. l. pleriſque. in fi. de libe. homi. exhib. l. j. & l. ij. de cõdi. & demon. l. Titio centum. §. Titio. ſed ſpoliatus ante omnia debet reſtitui. C. ad leg. Iul. de vi. l. ſi quis ad ſe fundum. de ord. cog. l. fina. & C. vnde vi. l. meminerint. ſi per vim vel alio modo. l. j. ff. de vi & vi arma. l. j. circa prin. & ibi no. adeò quòd huic per vim ſpoliato, quaſi nulla exceptio poteſt obijci: vt ff. quod vi aut clam. l. j. §. per vim. & not. per Dyn. de reg. iur. c. ꝗ ad agendũ. Ex prædictis bene concludit̃ ꝙ dictus carceratus debet prius quàm aliud fiat propriæ libertati reſtitui, à qua fuerat ſpoliatus: & ſic debet totaliter relaxari. Secundò probatur hoc ſic: Quando vis expulſiua, ſeu ſpoliatiua infert̃ alicui per aliquam perſonam ex his, per quos nobis acquiritur, vt per filium, ſeruum, tutorem, & ſic tunc in eos datur interdictum vnde vi vtile, ſeu alia actio in eo quod ad nos peruenit: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. quod igitur. & §. ſeq. & §. filius. & l. ſi me in. & q̃d ibi no. C. vnde vi. l. meminerint. ſed hęc vis eſt illata per iudicem ex cuius perſona, ſicut & cuiuslibet officialis, nobis poteſt q̃ri: vt ff. rem pu. ſal. fo. l. nõ quaſi. circa prin. de mag. cõue. l. j. §. exigent. de ado. l. nõ em̃. C. quando mulier tut. offic. fun. poteſt. aut̃. mat. & auiæ. & ibi not. Item ex alia violentia facta per iudicem ad illum creditorem peruenit illa prima detẽtio, quę primò fuit per eum facta: ergo contra illum creditorẽ poteſt agi, vt reſtituatur priſtinæ libertati. & ſic dictus Lapus ſit à carceribus totaliter relaxandus. Tertiò probo ſic: Vna ex regulis interdictorũ eſt ꝙ ĩterdicta licet ſint perſonalia: tamen ſunt in rem ſcripta, vt cõpetant non ſolum contra eum qui fecit: ſed contra omnem poſsidentem: vt ff. de interdi. l. j. §. pe. not. C. de interdi. l. incerti. in glo. vlti. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. antepe. q̃d vi aut clam. l. competit. §. fi. de ope. no. nun. l. pe. in fin. Sed ad iſtum creditorẽ peruenit detentio iſtius Lapi propria libertate ſpoliati: ergo contra eum dabitur interdictum de lib. ho. exhi. vel quodcunꝗ aliud, quod ad hoc dicat competere: & ſic erit à carceri-
2 bus totaliter abſoluendus. † Quartò probatur ſic: Quoties quis adminiculo, & actione alterius vtitur, vti debet tantùm cũ ſua cauſa, cum ſuiſque vitijs: vt l. Pomponius. §. ſi cũ quis. de acquiren. poſſ. de re iud. l. in omnibus. §. non debet. & l. quod ipſis. & ſpecialiter vitiat realia. & res furtiua, & vi abrepta: vt Inſtit. de vſucap. §. furti. ff de vſuca. l. ſequitur. §. quod autem. vi bon. rapto. l. fi. C. de fur. l. ſi abducta. de acquir. poſſ. l. vitia. & ibi not. ſed iſte creditor vtitur actione prioris capturæ, & incarcerationis: quia niſi Lapus fuiſſet ibi immiſſus, non potuiſſet ibi recommendari: ergo vtatur cum ſuis vitijs, vt ſic relaxetur ex vigore ſecundæ recommendationis: ſicut venit relaxandus ex primo, maximè cũ iſtud vitiũ eſt reale: cũ per vim fuerit libertate priuatus. Quintò probatur ſic: Quando fundamẽtũ venit deſtruendum: quia iniuſtè ædificatum eſt, venit deſtruendum quicquid ſuperædificatur: vt ff. de aqua pluuia arcend. l. Atheius. §. finali. cum l. ſequẽ. de except. rei iudi. l. egi. & quod dicitur de libello, & lit. conte. quæ ſunt fundamenta iudicij quæ ſi ſint malè concepta, totum iudicium deſtruitur: vt C. de lit. conteſt. authen. &c. offeratur de ſententijs. l. prolatam. de accuſat. l. libellorum. §. j. ſi menſor fal. mod. l. j. §. j. C. qui legi. perſon. l. momentaneæ. ſed in quæſtione noſtra fundamentum totius negotij eſt prima captura & incarceratio: & tale fundamẽtum venit deſtruendum: igit̃ quicquid eſt ſuprà ædificatum. & ſic ſecunda recommendatio. vnde dictus Lapus venit totaliter relaxandus. Sextò idem probatur per illud generale: Quoties, aliquid fit contra ius, non valet: nec ipſum, nec quod ſequitur ob id, vel ex eo: vt C. de legi. l. non dubiũ. de pac. l. pacta. quæ cõtra de fideiuſ. l. cùm lex. in fi. ſed iſta prima captura & incarceratio fuit facta contra ius, & ex ea ſeu ob eam ſecuta eſt ſecunda recommendatio: ergo recõmẽdatio nulla, & ſic dictus Lapus erit à carceribus totaliter relaxã-
3 dus. † Septimò probatur ſic: Certũ eſt ꝙ aliquẽ capi, duci, & poni in carceribus, dicitur vocatio in ius & appellatur citatio realis: vt ff. de in ius voc. l. pleriꝗ. & l. ſeq. & l. ſi his, & ibi not. C. q̃uo & quãdo iudex. l. cõſentaneũ. & in aut̃. de exhi. ꝙ intr. re. §. ſi ve-

a ℭCirca ſecundũ. Vide q̃d plenè no. bal. i l. falſus. C. de fur. Th.
b ℭCum eoqui habet. Vide Ale. in cõſ. cxlvj. in v. vo. inci. in cã. in fin. Tho.
c ℭHæc q̃ſtio. Adde ꝙ hæc q̃ſtio fuit diſputata Peruſij de anno dñi M. cccxlvj. de mẽſe Februarij prout inueni in xiij. vol. conſ. Tho. Diplo.
d ℭLap⁹. De iſta q̃one meminit Bart. in l. ij. §. fi. in fi. ff. de cuſtod. reo. & in l. ꝗ de crimine. in fi. C. de accu. & i l. ſed & ſi minor. §. j. ff. ꝗ ſatiſ. co. & i cõ. ccxxj. in fi. inci. an poſit⁹. in j. vo. & de iſta q̃one vide etiã Bar. i l. ſed eximẽdi. §. fi. & ibi Pau. de ca. ff. ne ꝗs eũ qui. cũ cõcor. de ꝗbus ꝑ do. Iaſ. ibi, quã legit ſub l. j. §. q̃d pręto r. in iij. col. eo. ti. Et vide Alex. in l. ſi finita. in prin. in antepe. col. ff. de dã. infe. & in l. legata inutiliter. ĩ ij. col. in princ. ff. de le. j. & Ang. de Are. ĩ §. fi. in iij. col. Inſti. de act. & bal. in cõ. cxvij. in ij. vo. & an per dationẽ fideiuſſoris videat̃ Lap⁹ tacitè cõfeſſus ſe fuiſſe bene captũ & tacitè approbaſſe capturã, vide ꝑ d. Io. bap. Seue. ĩ ſuo tra. de debi. fugi. in pe. q̃ſtio vbi plenè examinat. Tho. Diplo.

¶Nam interdictum. Vide Paul.de Caſtr. in conſil.xxxix.vlti. col.in fine.Tho.

ro.col.v.ſed ille,q ꝑ vna cauſa habet neceſ
ſe certo loco ſtare, & ſtare nō pōt, pro alia
capi & in ius vocari non pōt:vt ff.de in ius
voc.l.ij.in fi.Cùm ergo iſte Lapus haberet
neceſſe,vt coactus ſtare certo loco ex cauſa primæ captionis &
incarcerationis:per ſecundū creditorē non potuit capi,& in car
ceribus recommendari.& ſic debet totaliter priſtinæ libertati re
4 ſtitui.†Octauò probatur ſic,In his quæ ſunt inſeparabilia vtile
per inutile vitiatur:vt ff.de aqua quotidi. & æſti.l.j.item quæri-
tur.& §.Trebatius.de arbi.l.Pedius.not.in l.pecuniæ fœnebris.
ff.de vſuris.C.de agri.& cenſi.l.quemadmodum.libro xj.& ibi
not.per Dyn.in cap.vtile.extra,de regu.iur.libro.vj.Sed in caſu
noſtro ſecunda recommendatio non poteſt ſeparari à prima ca-
ptura & carceratione inutili:quia ſi prima recommendatio non
potuiſſet fieri: ergo ſecunda recommendatio propter primam
inutilem vitiabitur:& ſic Lapus erit totaliter relaxandus. No-
nò ſic probatur:Cōmētarienſis,ſeu cuſtodes carceris eſt quidam
depoſitarius carceratarum perſonarum.quod patet:qa ſicut de-
poſitario rei committitur cuſtodia.ff.depoſi.l.j.in princ.ita com-
mētarienſi & cuſtodi carcerū committitur cuſtodia perſonarū.
C.de cuſto.reo.l.cōmentarienſes.& l.fi.& ff.eo.l.milites.& l.fin.
ſed per denunciationem ſeu ſequeſtrationem factā depoſitario
non debet interdici depoſiti reſtitutio.C.depo.l.pe. & in authē.
ſed ratio ibi poſita eſt ex cor.de depoſito. §.j.col.vj. maximè qa
ibi dicitur ꝙ non poteſt interdici officiali publico pars admini-
ſtrationis.Ad iſtud ergo in propoſito per recommendationem
poſtea factā non potuit commentarienſi interdici quin eūreſti-
tuat priſtinæ libertati, ſi ex prima cauſa carcerationis venit libe-
randus:& ſic dictus Lapus venit totaliter abſoluendus. Deci-
mò probatur per l.ſpecialem videtur caſus ff.de bon.auth.iudi.
poſ.l.cùm vnus.ver.planè.nā ſi res eſt capta pignori iuſſu iudi-
cis per vnum ex creditoribus:omnes alij poſſunt ire in poſſeſsio
nē.tamen ſi prima captura non valuit: quia primus nō erat cre-
ditor etiā ſi aliqui qui nō ſunt creditores,intrēt in poſſeſsionem:
nihil valebit.Ita in propoſito captio & carceratio ꝑſonę eſt loco
pignoris:ſi nō valet in prima captura & carceratiōe, nō valebit
etiā ſecunda recōmēdatio:& ſic dictus Lapus erit relaxandus.

Econtrà quod pro debito di-
cti creditoris debeat in carceribus remanere,probatū
5 alijs decē rationibus†Primò probatur ſic.Nam inter-
a dictum quod datur ſpoliatis pro recuperanda poſſeſsione, eſt
vt nō detur niſi cōtra ipſum ſpoliantē:vt ff. de vi & vi arm.l.cū
à te facti.ff.de acqui.poſſ.l.fi.vti poſsi.l.j.ſed iſte Lapus fuit ſpo-
liatus libertate ſua per iſtū creditorē,qui ſecundò facit recōmē-
dari eum:ſed per primam capturam & carcerationē: igitur con-
tra iſtum creditorem non poteſt agi vt reſtituatur ſuæ libertati:
& ſic pro eius debito iſte Lapus debet in carceribus remanere.
Secundò probatur ſic:Quando ad vnum putatiuum creditorē
aliquid de bonis debitoris peruenit indebitè & iniuſtè,alius qui
verè debitor eſt,poteſt agere contra ipſum putatiuum credito-
rem,& facere ſibi reſtitui antequam ipſi debitori reddatur: vt
ff.de condi.indebi.l.tutores.de bo.authori.iudi.poſsi.l.non expe
dierit.§.fina.& ibi not.C.de iure delibe.l.ſcimus.§.licētiam. Sed
in quæſtione noſtra ad primum qui fecit Lapum capi peruenit
detentio perſonæ ipſius indebitè, & iniuſtè:ergo iſte ſecundus,
qui verè eſt creditor,potuit licitè illam detentionem facere in ſe
transferri,antequàm reſtituatur Lapus priſtinæ libertati:& ſic
debebit in carceribus pro debito remanere.Tertiò probatur ſic:
Quando vnus actus venit ad præparationem alterius, licet ille
actus nō ſit iuridicè factus,nec proſit facientibus:tamen alijs ve
rè ius habentibus prodeſſe poterit:vt ff.de inof.teſt.l.poſthu.§.ſi
quis ex his.Ita in propoſito,licet prima captura & incarceratio
fuerit iniuſtè facta,tñ quia eſt quoddam præparatoriū ad recō-
mendationem,proderit alijs creditoribus verè ius habētibus:vt
ibi poſſent facere recōmendationem:& ſic debeat Lapus in car
6 ceribus remanere.†Quartò probatur ſic:Licet initium captio-
nis,ſeu ipſa captura ſit inutilis & inefficax in perſona vnius:ta-
men poteſt eſſe prȩparatio vtilis & efficax apprehēſionis in per
ſona alterius:vt ff.de acquiren.re.do.l.naturale.§.illud.& l.in la-
queum.& quod ibi nota. & Inſtit.de re.diui.§.illud. Ita in pro-
poſito, licet captura & carceratio prima ſit inutilis: tamen po-
teſt eſſe præparatio ſecundæ recōmendationis vtilis,& efficax:
& ſic iſte Lapus debeat in carceribus remanere.Quintò proba-
tur ſic:Regula eſt,quòd illud non præſtat impedimētum,quod
de iure non ſortitur effectum:vt ff.de condi.& demonſtra.l.hęc
conditio.quando dies leg.ced.l.penul.de regu.iur.c.nō præſtat.
& ibi per Dyn.ſic:Inutilis ſententia non eſt impedimento, quin
alia feratur:vt C.quomodo & quando iudex.l.ſi præſes. de ſen-
ten.ex breuicu.recitan.l.ij.de ſentē.& interlo.om.iud.l.j. de ſen-
ten.quæ ſine certa quanti.l.fina.ſic ſtipulatio inutilis non impe-
dit actionem naſci ex numeratione vtili:vt ff.ſi certum pet.l.cer
ti condictio.§.quoniam.de verbo.obliga.l.ita ſtipulatus.§.Chry
ſogonus.Ita in propoſito,prima captura, & carceratio inutilis,
non præſtat impedimentum ſecundæ recommendationi vtili-
7 ter fiendæ:& ſic Lapus debet in carceribus remanere. †Sextò
probatur ſic:Actus naturalis etiam per violentiam factus, per
quem aliquis impeditur ne locupletetur cū aliena iactura: licet
non proſit facienti:tamen prodeſt alijs in interruptione prȩſcri-
ptionis,ſi aliquis per vim de fundo expellitur:vt ff. de vſucap.l.
naturaliter.& not.C.de præſcrip.xxx.anno.l. ſi quis emptionis.
§.ſed ſi quis.ſed iſta prima captura & carceratio operatur,vt iſte
Lapus locupletetur cum aliena iactura,effugiendo debiti ſolu-
tionem:ergo licet non proſit primo facienti,proſit alij: & ſic La
pus in carceribus remaneat.Septimò probatur ſic: Quando ex
facto vnius tertij aliquis damnificatur,& alteri commodum ac-
quiritur:ille,qui eſt damnificatus, primò debet agere contra il-
lum tertium.quàm contra eum, cui commodum acquiritur: vt
de eo per quem fac.eſt l.j.in princi.ſi quis cautio.l.ij. in fi. cum l.
ſequen.& quod not.C.de inſtit.& ſubſtit.l.j.de condi.& demon
ſtratio.l.in teſtamento.ita ſcriptum. Cùm igitur iſte Lapus fue-
rit priuatus ſua libertate occaſione primæ capturæ, prius debet
agere ad ſuum intereſſe contra eum, qui fuit author primæ ca-
pturæ:non autem debet venire contra iſtum creditorem, niſi in
ſubſidium: vt dictis legibus ſic debet in carceribus remanere.
8 †.Octauò probatur ſic: Quando debitoris fuga iuſtè timetur,
debet capi,& detineri,licet aliàs fieri non poſſet:vt ff.de his quę
in fraud.cred.l.ait prætor.§.ſi debitorem. in authenti. vt iudi.ſi-
ne quoquo ſuffrag.§.neceſsitatem.& quod not. Inſtit. de actio.
in princip.in gloſ.ſuper ver.in iudi.& quod no.C.de ferijs.l.dies
feſtos.in ij.glo.in x.col.de pac.iura.fir.c.j.§.j.glo.ſuper ver. pote
ſtatem. ſed hic iuſtè timetur de receſſu iſtius Lapi, quod patet
in themate quæſtionis:quia antè habebat ius faciendi capi & de
tineri: ergo poſito quòd aliàs non poſſet detineri hoc caſu poſ-
ſit:& ſic Lapus debet in carceribus remanere.Nonò probatur:
Commentarienſis ſeu cuſtos carceris eſt vt depoſitarius, vt di-
ctum eſt ſuprà,in ix.quæſtione facta pro parte cōtraria: ſed alio
agente legitimè & probāte legitimè de iure ſuo,interdicitur de-
poſiti reſtitutio:vt ff.depoſi.l. bona fides. & quod ibi not.C. de-
poſi.auſ.ſed iam in caſu noſtro, qui legitimè habet ius faciendi
capi,& in carceribus detineri,vt eſt propoſitum:licet potuit cu-
ſtodi carceris interdicere depoſitæ perſonæ reſtitutionem:& ſic
Lapus debet in carceribus remanere. Decimò & vltimò pro-
batur ſic:Per legem vbi videtur ſic caſus expreſſus.ff.quod me.
cau.l.ſi.in fi.vbi dicitur ſic, ꝙ æſtimatio quæ eſt facta per nun-
cios authoritate iudicis,licet indebitè: & tamen ſi in veritate id
quod ſolutum eſt debitè debeatur:non competit repetitio.Ita in
propoſito,licet iſte Lapus fuerit indebitè carceratus: tamen iſte
creditor qui fecit eum recommendari,in veritate habet ius faciē
di eum capi,& ſic non poterit repeti,vt reſtituatur ſuæ libertati,
& ſic debet in carceribus remanere.

1 ☞*An debitor ad petitionem alterius creditoris,qui ſecundò fecit recommendari,poſ-ſit detineri.*

2 *In delictis tutor quantum ad pupillarem reputatur extraneus.*

3 *Recommendatus ex una cauſa non poteſt citari ſeu recommendari ex alia, ſi per hoc proceſſus primus impediretur.*

SOlutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine in-
uocato,ſalua ſententia cuiuslibet docto.
aduocati,ſiue ſcholaris,qui melioribus rationibus mo
ueretur,in q.præſenti videtur mihi aduertendum:quia
queſtio generaliter proponitur ꝙ prima captura & incarceratio
fuit facta indebitè & iniuſtè, nec declaratur qualiter. Item non
declaratur vtrum prima captura fuerit ad petitionē eiuſdē cre-
ditoris, qui primò fecit recommendari vel alterius. Et ideo,vt



omnia clarè liqueant,oportet diſtinguere. Aut enim prima ca-
ptura fuit facta indebitè & iniuſtè:quia fuit captus extra territo
rium iudicis,& ductus & carceratus in ciuitate, in qua non ha-
bebat domicilium:& tunc in carceribus ad petitionem eiuſdem
vel alterius creditoris non poterit recommendari:quia etiā ſi iu
ſtè fuiſſet ductus,haberet ius reuocandi domum:vt l.ij.§.legatū.
cum §.ſeq.ff.de iudi.Sed ſi eſſet de caſibus,in quibus non habe-
ret ius reuocandi domū:dic vt infrà dicā in alijs mēbris. Quod
autem in territorio alterius indebitè capiatur, probatur expreſ-
sè de ædil.edic.l.quid ſi fugitiuus.§.idem ſcribit placere.cū glo.
ſua.Prȩterea,ſi executio realis non poteſt fieri in territorio alte-
rius:vt l.cum vnus.§.is qui.de bo.auth.iudi.poſ.& l.à diuo Pio.
§.j.de re iudi.multò magis non poteſt fieri perſonalis:& ideo qa
ipſe iudex nō poteſt facere capi in alterius territorio, lex vult ꝙ
ſcribatur iudici,ī cuius territorio eſt,vt ipſe cùm expedit capi fa
ciat:vt in authen.vt nulli iudi.§.ſi quis verò cōprehenſorum. &
C.de adul.auſ. ſi verò criminis.Aut fuit captus & incarceratus
in territorio iudicantis,ſed aliàs indebitè & iniuſtè: & tunc aut
prima captura & incarceratio fuit facta indebitè & iniuſtè re-
ſpectu iuris partis,ad cuius petitionem fiebat:ſed reſpectu iudi-
cis fuit iuſtè,puta fuit carceratus primò ꝓ debito ſoluto,nec cō
ſtabat iudici,& ſtatutum ſibi permittebat:aut ex ꝑte iudicis pri-
mæ capturæ & carcerationis fuit iniuſtitia. Primò caſu,aut ius
ſecundæ recommendationis fundatur ex vi primæ capturæ &
carcerationis:quia aliàs ius recommendandi nō haberet.Exem-
plum:Vidi in quibuſdam ciuitatibus ſtatutum, ꝙ ille,qui eſt in
carceribus poſitus pro debito poſsit ibi recommendari ſine cau
ſæ cognitione:& poſt recommendationem cognoſcatur de iuri
bus debiti.Sed ſi non eſt captus,non detur licētia capiendi, niſi
ꝑcedente cauſæ cognitione.Ita eſt tenor ſtatuti.& iſto caſu ſecū
da recōmendatio aſſumit vigorem à prima carceratione.& ideo
cum primò non fuerit creditor, nec etiā ſecunda valet, ſiue ſit
idē creditor,ſiue alius.hic eſt caſus.ff.de bo.auth.iudi.poſ.l.cùm
vnus.circa prin.in ver.ſed plura. Aut ſecūda recōmendatio nō
capit vim à prima captura & carceratione: quia ante per ſe ius
habebat faciendi capi,& detineri:tūc ſecūda recōmendatio va-
let & pro ſecunda debet in carceribus remanere ſiue ad petitio-
nē eiuſdem creditoris,ſiue alterius. Iſtud probatur per caſum re
ctè intelligēdo ſecundū quod doct.intelligūt.ff.ne quis eū, qui
in ius voc.vi exi.l.ſed eximendi.§.itē ſi quis. vbi dicit ꝙ ſi ille q
per calumniā ducebatur,fuit exēptus,eximens teneſ actione in
factum,ex illo edicto:quod datur etiā inquantū in litē iurabitur
intereſſe:ſed pro illa cauſa,pro qua faciebat eum citari per calū-
niā non poteſt iurare:quia ſua non intereſt.Oportet ergo de ne-
ceſsitate poni quod ſua intereſt:ideo quia per aliā cauſam eū fe-
cit detineri.Et ita intelligunt Iac.de Raue.& Iaco.Butr. vt ipſe
refert.in lect.ſua Inſti.de act.§.pœnales.Præterea hoc caſu nul-
la cōmiſſa eſt ibi violentia,per quā poſsit dicere ſe ſpoliatū.Nā
iudex quantū eſt in ſe facit legitimè,& iuris executio non habet
in ſe iniuriā:vt l.iniuriarū.§.j.ff.de iniu.& quod vis non ſit com-
miſſa,eſt expreſſum.ff.de re.iur.l.factū cuiq;.§.nō videſ. ſed hic
eſt ſolū dolus ex parte eius qui fecit eū capi,cuius occaſione po
teſt conueniri actione iniuriarū:vt d.l.iniuriarum.§. ſi quis per
iniuriam.Sed natura ſimplicis doli eſt vt nō egrediatur perſonā
cōmittentis:vt l.ij.§.j.de doli excep.l.apud Celſum.§.fi.eod.titu.
& ſic patet ꝙ ſi alius poſtea fecit recommendari, ſibi non nocet
dolus & calūnia primi.Itē natura ſimplicis doli hæc eſt,vt in ea-
dem perſona purgeſ noua extinſeca ſuperueniēte cauſa iuſta:vt
l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſuſca.de acquir.poſſ.l.qui bo-
na.§.j.C.eod.l.cùm nemo.ſed in caſu propoſito ex noua recom-
mendatione ſuperuenit ipſi creditori noua iuſta cauſa retinēdi:
ergo etiam pro eo poteſt in carceribus remanere.Præterea inter
dicto de libe.ho.exhi.non tenetur qui detinet ſine dolo: vt ff.de
libe.ho.exhi.l.iij.§.ſi cum quis.& §.ſeq.ſed hic ſiue ſit idem ſiue
alius,detinet ſiue dolo:quia dolus eſt purgatus:ergo &c.Secun
do caſu quando ex parte iudicis,ſeu executoris ſuæ familiæ,fiat
iniuſtitia:vt puta, quia fuit extractus de domo,vel de eccleſia,
vel quia fuit captus tempore quo non poterat: iſto caſu nō fuit
dolus purus,ſed violentia,vt dixit expreſsè text.in l.plerique.in
fine.ff.de in ius vocan. & poteſt dici quòd talis carceratus per
vim ſpoliatus eſt ſua libertate:vt ff.de lib.ho.exhi.l.j.& ij.& ideo
iſto caſu eſt aduertendum. ſi quidem iſta talis violentia cadit in
vim compulſiuam, vt quia talis captus,& a
carceratus huic carcerationi conſentit. qđ
apparet multoties: quia dant commenta-
rienſi cautionem de non recedendo,vt ſta
ret habilius in carceribus.vel quocūq; alio
modo de conſenſu carcerati appareat:licet
per violentiam:& tunc tam ad petitionem
alterius creditoris ius habētis,quàm ad pe-
titionem eiuſdem ius habētis ex alia cauſa poterit in carceribus
recommendari.& ibi dedit pro tali debito remanere. Caſus eſt
ff.quod met.cau.l.fin.in fi.vt ſi illud quod eſt indebitum perue-
nit ad me per violentiam compulſiuam factam ob officialibus
non debeat aduocari:ſed iſtud ius detinendi talem debitorē pro
debito mihi competebat:ergo ſi detētio ad me peruenit:nō auo-
cabitur.& hoc ideo:quia natura actionis,per quam quis reſti-
tuitur aduerſus vim compulſiuam,hæc eſt, vt ſolum damnum
proſequatur:vt ff.quod met.cau.l.ſed & partus.§.fi.vbi etiā vi-
detur caſus,licet hic nō eſt damnificatus:quia iſtud ius detinen
a di erat debitum huic creditori:ergo,&c.Si verò [a] talis violentia
cadit in aliam vim ſpoliatiuam:tunc ad petitionē eiuſdem, qui
eum primò capi fecit pro alio debito,ſine dubio nō poterit deti
neri:quia ſpoliatus ſua libertate ante omnia reſtituendus eſt,nec
vlla iuſta exceptio poteſt opponi quare non reſtituatur.l.ij.C.ſi
per vim vel alio modo.ad l.Iul.de vi.l.ſi qs ad ſe fundū. ff. quod
vi aut clam.l.j.§.per vim.no.de vi & vi arma.l.j.& per Dy.de re
gu.iur.c.qui ad agendū.lib.vj.Præterea hoc videtur expreſſum
in detentionem liberi hominis.ff.de proba.l.ſi quis liberum.C.e.
l.vis eius.facit ff.de libe.cauſ.l.liberis.§.fin.ff.de acquirē.re. do.l.
1 nemo ſeruum.†Sed quæratur an ad petitionem alterius credito
ris,qui ſecundò fecit recommendari poſsit detineri: hoc eſt du-
bium:quia videtur ꝙ iſtud iudiciū recuperandæ libertatis, qua
priuatus eſt,detur ſolùm contra primum non contra ſecundum
per l.cum te.de vi & vi arma.& ſuprà dictum eſt. tamen dico ꝙ
debet relaxari,& priſtinæ libertati reſtitui ante omnia: & ſic nō
poteſt pro alio recommendari, & retineri:quanquam alius ha-
beat ius in eum.Nam quando aliquis ſpoliatus eſt per aliquam
perſonam,ex cuius facto poteſt nobis quæri: in eo quod ad nos
peruenit,tenemur interdicto vnde vi, vel alio iudicio reſtituto-
rio: ſicut ſi ſpoliato facta eſſet per noſmetipſos:vt ff. de vi & vi
arma.l.j.§.igitur.& §.ſequen.& l.ſi filius.& l. ſi vi à me. & quod
ibi nota.eod.titu.ſed iſta violentia illata eſt per iudicem & offi-
ciales,ex cuius facto poteſt nobis quæri:vt l.non quaſi.rem pu-
pil.ſal.fo.& de mag.conuen.l.j.§.exigere.C.quando mut.tu. of.
fun.poteſt.authen.matri & auiæ. & quod ibi nota.ſed ſi ipſe:qui
modò detinet, feciſſet ſic ſpoliari:nullam iuſtam exceptionem
poſſet opponere,quin reſtitueretur:ergo nec modo.vt ſuprà di-
ctum eſt.Præterea de hoc videtur caſus. C. vnde vi.l. memine-
2 rint.etiā ſpoliatione facta iudicis authoritate, ſicut fuit hic†Cer
tum eſt enim quòd in delictis tutor quantum ad pupillum
reputatur extraneus:vt l.nec interdicto.de regu.iur. & tamen ſi
tutor fecit per iudicem ſpoliari aliquem re debita ipſi pupillo:
ex qua ſpoliatione peruenit ad pupillum ante omnia ipſe pupil
lus debet reſtitui.nec vllam iuſtam exceptionem poteſt oppone
re:vt ibidem.ita hic.Præterea de iure canonico ſpoliatus omni-
bus bonis vel maiori parte ab vno non poterit conueniri, nec
executionem pati ad petitionē ſpoliatoris,vel alterius:niſi prius
reſtituatur,vt in capit.frequens.extra,de reſtit.ſpo.libro vj.ergo
mutò magis eſt in eo qui ſpoliatus eſt libertate, quæ eſt inæſti-
mabilis: vt l.ſi procurator ad exhibendum.§.finali.rem rat. hab.
de regu.iur.l.non eſt ſingulis.§.j.l.libertus. & hæc ſpoliatio gra-
uior eſt quàm ſpoliatio bonorum:vt l.in ſeruorum.in fin. de pœ
nis.Præterea lex illa,cùm à te.de vi & vi arma.locum habet ſo-
lùm quando petitur reſtitutio per illud interdictum vnde vi.ſe-
cus ſi alio iure agatur:quia tunc non ſolùm poteſt agi cōtra ſpo
liantem,ſed contra quęcunque,ad quem aliquid ex ſpoliatione
peruenit,propter regulam interdictorum,quæ eſt vt ſint in rem
ſcripta:vt l.j.§.penul.de interdi.C.eo.l.incerti.& ne quid in loco
publ.l.ij.§.antepen.& quod vi aut clam.l.competit.§.finali.cum
ſimili.& hoc apertè nota.extra,de reſti.ſpo.c.ſæpe.pro hoc C.de
agri.& cenſi.l.ſi coloni.libr.xj.ſed in quæſtione noſtra iſte petit
ſe reſtitui priſtinæ libertati,vel per officium iudicis,per interdi-
ctum de lib.ho.exhi.quia eſt contētio & detentio ipſius nō pro-

a ¶Si verò. Vide quæ ſcripſi in l.Domitianus.poſt Barto.ff.ad ſenatuſconſul.Turpilia. & vide Paul.de Caſtr.in cōſ. xxxix. in vlti.col.in fin. qui videtur ſentire cōtrarium.Tho.Diplo.

a ¶Mulier. Alias incipit, quædam mulier. & ita eſt iſta diſputatio manu ſcripta in libr. x. conſi. in char. iij. & vide not. conſi. Bart. in cōſ. cccxxxvij. inci. factum eſt tale, mulier. in ij. volu. & pro conſi. Barto. alle. Alex. iſtam diſputationem in l. ſi verò. §. pen. in fin. ff. ſol. mat. & de iſta diſputatio ne meminit etiā bar. in l. quæ dotis. in ij. col. & in l. pe. §. vxor ff. ſol. mat. & ibi vide apoſt. in verbo pa trimonium. & Alex. in l. ij. minor. in additio. Bar. C. communi diui. l. quod autem. ff. de iure do. & Ale. in l. ſæpe. in v. col. ff. de re iu. & vide Pau. de Caſt. in authē. pręterea. & ibi vide Iaſ. in ij. colum. & Phili. Decium. C. vnde vir & vxor. & adde qđ aliquas dubitatiões Bartol. hic iſta diſpu tatione ſoluit Bald. in l. nulla. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. & in authē. res quæ. C. commu. de leg. in d. l. penul. §. vxor. ſo. matri. & vide Ludo. Rom. in cōſi. cccxiij. incip. in caſu propoſi te conſultationi, vbi per iſta dicta Barto. conſuluit, vt ibi per ipſum. Tho. Diplo.

pter ſe, ſed propter debitū: vt ff. de libe. ho. exhi. l. iij. §. hoc aūt. & l. pen. & quod not. de rei vend. l. j. §. per hanc. coniuncta. l. j. & ij. de lib. ho. exhi. 3 †Ergo poteſt conuenire iſte tertius, ad quem detentio peruenit, nec poteſt dicere φ dolo non detinet: quia eo ipſo dolo facit φ non reſtituit eum priſtinæ libertati: nec vllam iuſtam exceptionem poteſt opponere: vt d. l. ſi coloni. vt ſ. probatū eſt. Ad vnum tamē volo aduerti, φ licet ſ. dixerim reſtitutionem eſſe petendā per interdictū, vel alia remedia: hoc nō intelligo φ debeat ordinariè ꝓcedi, ſicut ī ordinarijs iudicijs: ſed hoc debet expediri ſummatim per officium iudicis, qui illam carceratione ſeu executionē fecit fieri: vt l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. Et iudex iſtas exceptiones expediet, ſecundùm quod ius vult, inſpecta natura violentiæ adhibitę in terdicti ſeu actiōis, vel alterius iuris, quod competit huic, qui petit ſe reſtitui priſtinæ libertati. Et illam executionē vult impedire vt colligitur in d. §. ſi ſuper rebus. Iſta eñ carceratio eſt quædam executio, ſiue fiat de iure cōi, vt C. qui bo. poſ. l. j. ſiue de iure municipali. quod ſtatuit φ publica inſtrumenta mandent executioni: & ſic facit inſtrumenta habere vim ſententiæ. Et hoc ad ꝑſens ſufficiat ad ſolutionē quæſtionis.

Reſtat vt aliqua vtilia perſtringamus ad ſolutionem con trariorū factorū pro vtraq; parte, q̃ diuerſis mēbris dictæ ſolutioni videnē obſtare. Ad argumēta facta pro prima parte, inquā tū obſtant illis mēbris, in quibus dixi poſſe retineri: ſic reſpondeo per ordinē. Primū ſecundum & tertium argumentum qualiter debeant intelligi, patet ex ſolutione quæſtionis. Non obſtat quartum: quia nō vtitur actione alterius: ſed ad ſe & ſuo iure detinet, & à ſe incipit. & licet ad ſecundum creditorem peruenerit detentio, quæ erat apud primum: tamen propter hoc non dicitur eius actione vti: vt C. de præſcript. long. temp. l. j. Sed tunc dicitur vti actione prima, qñ tribueret aliquid iuris, vt dictum eſt in ſolutione. Sed hoc nil iuris tribuit ſecundo, ſed quandam facultatem, ſeu facti habilitatem. Non obſtat quintum argu. quia hoc in illis membris, quibus dixi poſſe detineri: non diſcutitur ipſa detentio, prout facti eſt, ſed diſcutitur ius ſeu cauſa primæ detentionis. ſed id ius non eſt fundamentum ſecundæ detentionis: igitur, &c. Non obſtat ſextum: quia non ſequitur ex eo, vel ob id, ſed ex nouo iure, vt dictum eſt. Vel ſi dicas ſequi ob id: tamen in eo ceſſat cauſa prohibitionis. ergo, &c. vt l. ſi his. de prædi. mi. Non obſtat ſeptimum argu. quia illæ leges loquuntur quando fit ad cognitionē & inueſtigationem alicuius criminis & ad cuſtodiam pendēte 4 proceſſu. quo caſu recommendatus ex vna cauſa nō poteſt citari ſeu recōmendari ex alia, ſi per hoc proceſſus primus impediretur: vt not. in d. l. ij. de cuſto. reo. Sed quæſtio noſtra loquitur qñ carceratio fit ad executionem: ſicut agitur vno creditore miſſo in poſſeſſione ex primo decreto, alij poſſunt remitti: vt d. l. ſi cū vnus. de bo. autho. iudi. poſ. & l. fin. C. eo. ita recommendatus ad petitionē vnius perſonæ, pōt recōmendari ad petitionē alterius: nec ſubeſt impedimētū quod poſſet ſubeſſe, quādo quis incarceratur ad cognitionē. Nō obſtat octauū: quia hęc ſola cauſa diſcutitur, quæ pōt ſeparari ad detentatione, vt dictum eſt in ſolutione habiti argumenti. Non obſtat nouum: quia hæc pars nō fecit ſimplicem denūciationem: ſed perfectè docuit de iure ſuo: ergo, &c. vt l. bona fides. ff. depo. & not. in d. auť. Non obſtat decimū, vt dictum eſt in ſolutione quæſtionis. Ad argumenta facta pro alia parte inquantum obſtant illis membris, vbi dixi nō poſſe ꝑ ſecundo debito detineri: reſpondeo. Ad primum patet reſponſio ex ſolutione quæſtionis. Ad ſecundum reſpondeo, quod verum eſt φ poteſt agere iure ordinario: non autem poteſt vti iure executio: ſicut non poteſt fieri executio contra fideiuſſorem vel contractus contra pignorum poſſeſſores. Ad tertium reſpōdeo: quia in §. ſi quis ex his. hoc accidit propter conſenſum eorū qui non oppoſuerunt: hic autem nullus fuit conſenſus. Præterea ibi eſt caſus, in quo ſententia facit ius apud omnes: ideo omnis eſt idoneus ſi non repellatur: ac etiam ibi primus actus fuit ſine violentia. Ad quartum reſpondeo: quia ibi initium fuit licitum de iure gentium: hic fuit violentia illicita, &c. Ad quintum reſpondeo, φ verum eſt φ non præſtat impedimentum actui licitè & iuridicè fiendo: ſed hic non fuit licitè factum, niſi prius reſtituat priſtinæ libertati. Ad ſextum reſpondeo φ licet talis violentia proſit ad impediendum vſuſcapionem & præſcriptionem: non tamen proderit vt alius poſſit illam rem ſibi detinere. niſi ſpoliatus primò reſtituatur: vt ſ. probatum eſt. Ad ſeptimum reſpondeo, illud verum, ſi prius eſt ſoluendo: alias ſecus. ſed hic prius non eſt ſoluēdo: quia nō poteſt me reſtituere libertati: ergo, &c. Ad octauum reſpondeo, tex. illarum legum videtur loqui in eo qui deprehenditur in ipſo actu fugæ, non in eo de quo eſt ſuſpicio, licet gloſ. & Dy. dicant idem quando iuſtè timetur. Poſito ergo φ hoc ſit verum in quæſtione noſtra: nō poteſt allegari, niſi ille ſpoliatus primò reſtituatur, nec etiā illa executio eſt quæ impediat reſtitutionem. Ad nonum reſpondeo φ illa lex facit contra: quia dicit φ debet agere ordinariè, non facere executionem contra depoſitarium, ſicut fecit. Præterea hic de ſuo iure nō poteſt docere, niſi primò reſtituatur. Ad decimum & vltimum patet rñſio φ ibi fuit vis cōpulſiua, vt dixi in ſolutione quęſtionis.

Diſputata fuit hæc quæſtio per me Bartol. de Saxo ferrato minimum inter Legum doctores.

1 ¶Ad poſitionem alicuius actus non ſequitur poſitio alicuius contractus, vel quaſi contractus, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus.
2 Poſtquam mulier eſt nupta ſine dote, maritus non poteſt eam compellere ut ſe dotet.
3 Quando aliquis patitur aliquem aliquid facere in re ſua, ſi ille eſt talis perſona, quæ iuſtè reueretur, & timetur: patientia non habetur pro conſenſu.
4 In contractibus, qui conſenſu contrahuntur, lex ſemper ſubdit actus, per quos conſenſus declaratur.
5 Peculium ſola patientia conſtituitur.
6 Contractus, qui contrahuntur conſenſu, ſola patientia & uſu uidentur eſſe contracti.
7 Patientia habetur pro conſenſu, ubi de commodo patientis tractatur.
8 Cauſa alimentorum, & cauſa dotis uidentur eſſe pariter fauorabiles.
9 Talis uidetur eſſe affectio inter uirum & uxorem, quæ eſt inter patrem & filium.
10 Quod datur à muliere uiro propter onera matrimonij, dicitur dos.

## QVAESTIO VII.

a Mulier[a] habens magnum patrimonium nupſit viro nulla dotis habita mentione. qui vir dicti patrimonij poſſeſsionem adeptus eſt, & ex eo fructus collegit, & in oneribus matrimonij conuertit, vxore ſciente, & patiēte, per plura tēpora. quæ vxor mortua eſt in matrimonio ſine liberis, nūc vir vult retinere & lucrari certā partē dicti patrimonij ex vigore cōſuetudinis, ſiue ſtatuti loquētis, qđ vxore mortua ſine liberis in matrimonio vir lucretur certā partem dotis. Quęritur an poſſet. & quia maritus qui vult retinere, & lucrari, ſuſtinet partes rei, alij autem, qui dicunt maritum non poſſe lucrari, ſuſtinent partes actoris: ideo pro parte actoris primò allegemus. Primò, φ vir non poſsit retinere, nec lucrari, probatur ſic: Ad hoc oſtendendū eſt inueſtigādū, an ex his quæ propoſita ſunt, dictum patrimoniū intelligat datū in dotē: probatur per gl. quæ eſt ff. de iu. dot. l. mulier bona. ſic inducendo: Certum eſt φ nos nō debemus dicere vel aſſerere quod in lege non dicitur: vt C. de colla. l. illam. in auť. de trien. & ſemiſ. §. cōſideremus. col. iiij. Sed hoc nulla lege cauetur φ mulier videatur bona ſua in dotem dare, niſi hoc ſit dictum, vt not. in d. glo. ergo, &c. 1 †Secundò probatur ſic: Ad poſitionem alicuius actus, non ſequitur poſitio alicuius contractus vel quaſi cōtractus, qui ab ipſo actu pōt eſſe remotus, & ſeparatus: vt ff. de acqui. hære. l. pro hærede. §. j. l. Papinianus. §. fi. & l. cum bonis. & de ſepul. viola. l. quæſitum. ſed in quæſtiōe noſtra ſunt duo actus, ſcilicet matrimoniū, et dicta adminiſtratio facta per virum. Et vterque actus pōt eſſe ſeparatus à contractu dotis. Nam matrimoniū pōt eſſe ſine dote: vt ff. de iure do. l. ij. C. de repu. l. fi. & de dona. ante nup. l. ſi. circa prin. facit de reg. iur. l. nuptias. de dona. inter vir. & vxo. l. cū hic ſtatus. §. ſi mulier. Item adminiſtratio poteſt fieri per virum abſq; eo φ bona ſint dotalia, & tanq̃ de bonis parafernalibus: vt l. ſi ego



l. ſi ego. §. j. ff. de iure dot. & C. de pac. l. hac lege. & l. fi. ergo concluditur φ ex his quę propoſita ſunt, bona nō videantur in dotē data: & ſic vir nō poſsit lucrari. Tertiò probatur ſic: De dote & dotis augmēto pariter iudicamus: vt. C. de iure dot. l. etiam. ff. de pact. do. l. inter. §. cū inter. Facit de leg. j. l. ſi ex toto. in prin. cū ſimi. Sed ego video φ ſi mulier dederit primo viro certam dotē, & poſtea patitur alias ſuas res adminiſtrare: non ideo videtur cō cedere in augmentū dotis: imò remanet proprium mulieri: vt ff. ad leg. Fal. l. pen. in prin. & d. l. ſi ego. §. j. de iure dot. & C. de pac. conuen. l. fi. ergo vbi nulla dos conſtituta eſt permittendo adminiſtrationem, non videtur dotem concedere. & ſic vir nō poterit 2 retinere vel lucrari partem dicti matrimonij. ergo, &c. †Quartò probo ſic: Certum eſt φ poſtquam mulier eſt nupta ſine dote, maritus non poteſt eam cōpellere, vt ſe dotet: in auť. de nup. §. ſi quis autem dixerit. co. iiij. & qui. mod. na. effi. legit. §. qui autem. colla. vj. facit C. de pac. conuen. l. hac l. & de repu. l. fi. ſed de iure hoc eſt quòd qui patitur alium ingredi poſſeſſionem rei ſuę, quā ſibi tradere non tenetur, patientia habetur pro contradictiōe: vt ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. cum ſimi. no. per gl. de acquir. poſſeſ. l. ij. Cū ergo iſta domina non teneatur tradere: ergo eius patiētia habetur pro contradictione: & ſic cōtractus dotis ex tali actu nō videtur celebratus. meritò ergo vir non poteſt retinere, nec lucrari. Quintò probo ſic: Donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur: vt ff. de reg. iu. l. donari. C. de do. nec ignorans. Sed cùm mulier nullo iure cogatur ſibi dotem cōſtituere: ſi hoc faceret, diceretur quædam donatio ſeu liberalitas. ſed mulierum genus auariſsimum eſt, nec præſumitur in dubio liberalitatem exercere: vt ff. de don. inter virū & vxo. l. ſi ſtipulatio. §. j. ad Velle. l. ſed ſi ego. in fi. & C. de dona. ante nup. l. ſi à ſponſo. Concluditur ergo, quod mulier ex tali patientia non præſumitur habuiſ 3 ſe animum dotis conſtituendæ: ſic vir non lucrabitur. †Sextò probo ſic: Quando aliquis patitur aliquem aliquid facere in re ſua: ſi ille eſt talis perſona quæ iuſtè reueretur, & timetur, patientia non habetur pro conſenſu: vt videmus in filio, qui patitur patrem, in cuius eſt poteſtate, aliquē contractum in re ſua agere: nā ſibi non præiudicat: vt C. de bo. mater. l. j. in fi. expreſsius in auť. de nup. §. ſi vero. col. iiij. Sed non eſt dubiū φ vxor virū iuſtè reueretur, & timet: ergo, &c. Et pro hoc videtur gl. no. ff. quarū rerum act. non datur. l. j. §. quæ onerandæ. in fi. §. j. in glo. ſuper ver. metu. & ſic cū non ſit dos conſtituta, patet virum nō poſſe lucrari. Septimò probo ſic: Quando actus aliquis inter aliquos celebratur, qui poteſt cadere in ſpeciem alicuius nominati contractus, vel actus: videtur eſſe nominatus contractus, quādo eſt expreſſum inter contrahentes, vel colligi poteſt ex eorum conſuetudine: alias iudicatur contractus innominatus. ff. de condi. ob cau. l. ſi pecunia. in prin. & ibi no. in illa gl. de pręſcri. verb. l. naturalis. §. at cum do. Inſti. loca. §. j. ſed in caſu noſtro non fuit expreſſum quòd eſſet, nec mulier habebat in conſuetudine ſe dotanti: ergo non poteſt dici contractus dotis eſſe celebratus: ſed magis erunt parafernalia, vel contractus innominati, ſi non eſt dos: ergo vir non poteſt lucrari, nec retinere. Octauò probo ſic: Iſta eſt regula, quod in vno non concedit, in cæteris videtur eſſe prohibitum: vt. C. de procu. l. maritus. ff. de compen. l. Labeo. de condi. & demon. l. cùm ita. §. j. cum ſimi. no. in d. l. maritus. ſed ego reperio ſolùm in vno caſu permiſſum vt dos præſumatē tacitè conſtituta, ſcilicet quando data fuit in primo matrimonio, vt in ſecūdo intelligatur repetita: vt ff. de iure dot. l. dotem quæ in primis. & l. diuus. ſol. mat. l. pen. §. vxor. ergo alio caſu videtur eſſe prohibitum: & ſic hic non ſit conſtituta dos, vt vir non poterit lucrari. 4 †Nonò probo ſic: In contractibus, qui contrahuntur conſenſu, lex ſemper ſubdit actus, per quos conſenſus declaratur, ſcilicet per nuncium, vel per epiſtolam, vel nutu: vt ff. de act. & obli. l. conſenſu. de adop. l. pater naturalis. de leg. iij. l. nutu. Inſtitu. de obli. ex conſenſu. in prin. ſed hic neutrum horum interuenit per quæ conſenſus manifeſtetur, ſed ſola patientia, quæ ad hoc non ſufficit, vt probatum eſt: ergo, &c. Decimò probatur ſic: Tempus non eſt modus tollendæ vel inducendę obligationis: vt l. obligationum ferè. §. placet. de act. & ob. & de lega. j. l. nemo poteſt. Sed non eſt dubium qđ cōtractus dotis eſt obligatorius hinc inde: vt C. de rei vxo. act. in prin. §. vt plenius. eſt enim ſimilis emptioni, vt ff. de act. & oblig. l. ex promiſsis. ergo manifeſtè cōcluditur qđ per id quod vir poſſedit per plura tempora, nō videtur eſſe conſtitutus contractus dotis: & ſic vir non poterit retinere, nec lucrari. ergo, &c.

Contrà, quod cōtractus videatur eſſe celebratus, vt omnia bona videantur eſſe data in dotem, & ſic vir poſsit certam partem retinere & lucrari, probatur alijs rationibus. Primò ſic: Licitum eſt in iure arguere ab authoritate Ariſtotelis, legis, vel alterius magni authoris: vt. ff. de ſolu. l. ſi pater. de ſta. ho. l. ſeptimo menſe. & ff. ſi pars hæred. petatur. l. antiqui. ſed authoritas Ariſtotelis dicit quod eo ipſo quòd mulier nubit, videtur omnia bona ſua dare in dotem, vt ipſe dicit in Topicis, & no. per gloſſ. ff. de iure dot. l. mulier bona. in prin. ergo eius authoritati ſtandū eſt: & ſic videatur dos conſtituta, & ſic vir poſsit partem debitā retinere & lucrari. Secundò probo ſic: Cui competit diffinitio: & diffinitum: vt ff. de dolo. l. j. §. j. & de reg. iur. l. omnis diffinitio. ſed huic patrimonio competit diffinitio dotis, vt probabo: ergo eſt dos. Quòd competat diffinitio dotis, ſic probo: Dotis diffinitio hæc eſt: dos eſt quod à muliere vel eius patre datur marito vel patri, propter onera matrimonij ſuſtinenda, vt perpetuò ſit penes eum. Ita diffinit Azo in Summa de iure dotium circa principium, per iura ibi allegata. Item lex dicit, quòd nomen dotis conſiſtit in iure: vt ff. de impen. in re. dota. fa. l. quod dicitur. in princi. in gloſſ. quæ incip. id eſt, vniuerſitatis. ſed in his quæ iuris ſunt, patientia habetur pro traditione: vt. ff. de ſerui. l. penul. & l. quoties. §. fina. de ſerui. vrba. præd. l. ſeruitutes. in principio. Sed hæc mulier paſſa eſt: ergo videtur tradidiſſe, & propter onera matrimonij, vt proponitur in themate: ergo eſt dos. Pro hoc facit quod dicit, traditione conſtituitur dos: vt ff. de iure dot. l. quemadmodum. §. j. ſi ergo eſt dos: ergo maritus poterit lucrari, & reti 5 nere: ergo, &c. †Tertiò probo ſic: De iure hoc eſt φ peculium ſola patientia conſtituitur: vt ff. de pec. l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. & l. non ſolùm. in princip. eodem titu. Sed dos & peculium æquiparantur: vt d. l. quod dicitur. ff. de impen. in princi. & ibi no. in d. glo. id eſt vniuerſitatis: ergo ipſa dos poteſt conſtitui patientia. Cùm igitur hic patientia mulieris interuenit: dicēdum eſt dotem conſtitutam eſſe, & iure poſſe, & lucrari partem dicti 6 matrimonij. †Quartò probo ſic: Contractus, qui contrahuntur conſenſu, ſola patientia & vſu videntur eſſe contracti. Hoc videmus in locatione & conductione. ff. loca. l. item quæritur. §. qui impleto. l. cùm in plures. §. locator. C. eodem. l. legem. ſed cōtractus dotis ſolo conſenſu conſtituitur: vt C. de dotis promiſsione. l. ad exactionem. & de rei vxo. actio. l. j. in principio. §. j. ergo videtur in caſu noſtro tacitè conſtituta, maximè fauore dotis, pro qua in ambiguis interpretari debemus, & in cauſa conſtituē dæ. ff. de iure do. l. in ambiguis. & ſol. ma. l. j. & ibi no. ſic ergo poterit aut retinere aut lucrari. 7 †Quintò probatur ſic: Patientia habetur pro conſenſu, vbi de commodo patientis tractatur. ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. eodem titu. l. qui patitur. & ibi nota. Sed quod hæc dos intelligatur conſtituta, eſt commodum mulieris, ex pluribus rationibus. Primò, quia melius à ſuo viro tractabitur, ſi eſt dotata quàm ſi eſſet indotata, & non ita de facili repelletur: vt in authen. de nup. §. ſi quis enim. & nota. ff. ſolu. matrimo. l. j. Item in alio: quia dos non poterit alienari, nec præſcribi: vt in titu. de fundo dotali. & de rei vxo. actio. §. & cùm lex. & propter ipſius delictum non publicaretur niſi in caſibus: vt ff. de bono. damnatorum. l. quinque legibus. ergo videtur conſentire. & ſic dos conſtituta, & ſic vir poterit retinere, & lucrari. Sextò probo ſic: Acceſſorium regulatur ſecundùm naturam ſui principalis: vt. C. per quas perſo. nob. acqui. l. ſecunda. ff. de vſuſcap. l. eos. de pecu. l. prima. & ſecunda. ff. de reg. iur. l. cùm principalis. extra, de reg. iur. c. acceſſorium. ſed dos eſt acceſſoria ad matrimonium, cùm ſine eo eſſe non poſsit: vt. C. de donatio. ante nup. l. fin. §. j. de ritu nup. l. inceſtas. de iure do. l. iij. ergo dos limitatur & regulatur ſecundùm regulas matrimonij, quod ſolo conſenſu liberæ mulieris contrahitur. ff. de ritu nup. l. libere. & de concubinis lege, in concubinatu. ergo dos ſolo vſu conſtituitur. & ſic hoc caſu patrimonium eſt dos, & vir poterit lucrari partem. Septimò probatur ſic: Promiſsio, ſtipulatio, & ſolutio, æquiparantur: vt. ff. de do. l. ſi patronus. §. primo. C. ad legem Falcidiam. l. fina. &. ff. de calumniatoribus. lege tertia. §. hoc adiecto. ſed in ſtipulatione hoc eſt quod ſtipulatio ſim-

a ¶Circa tertiũ. Vide Bar. in d.l. cùm de in rem verſo. in iij. col. & ibi Alex. in addi. ff. de vſur. & Feli. in c. illud. in iiij. colũ. de præſum. Tho. Dipl.

pliciter facta nõ adiecta cauſa ex cauſa do-
tis intelligitur: vt ff. de iure do. l. ſtipulatio.
cum l. ſeq. q̄ incipit, quod aũt. ergo idẽ erit
in iſta patiẽtia, quæ habetur pro traditione
vt intelligatur ex cauſa dotis, licet non ſit
expreſſum: & ſic vir poterit retinere, & lu-
8 crari, &c. †Octauò probatur ſic: Cauſa ali-
mentorũ, & cauſa dotis videntur eſſe pariter fauorabiles in mo
do cõſtituendi. quod patet: quia valet promiſsio dotis incertæ:
vt ff. de iure dot. l. cũ poſt. §. gener. C. de dotis ꝓmiſ. l. j. & ibi no.
ff. de vſu. l. cũ de in rem verſo. ergo dos per curſum triennij intel
ligitur legitimè conſtituta. ſed ex themate propoſito apparet ꝙ
talis mulier paſſa fuit vltra triennium quod patet: quia dixit per
plura tẽpora. Nam cũ dico tẽpora, intelligitur de duobus annis.
C. de vſu. & ibi not. ergo vt aditio plura operetur, intelligitur vl
9 tra trienniũ. & ſic videtur dos cõſtituta, & poterit lucrari. †No-
nò probo ſic, talis videtur eſſe affectio inter virũ & vxorẽ. quæ
eſt inter patrẽ & filiũ: vt ff. de lib. & ho. exhi. l. j. in fi. & l. ſe. de in-
iurijs. l. j. ſed in parte hoc eſt ꝙ ex ſua patiẽtia poſsidẽdi prẹſumi
tur filio donare: vt C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. §. ſin aũt eos. &
C. ſi quis alteri vel ſibi. l. ij. ff. de dona. l. donationes. §. pater. ergo
hoc caſu ratione tantẹ affectionis prẹſumitur mulierem paſſam
eſſe virũ poſsidere ratione dotis: & ſic poterit retinere, & lucra-
10 ri. †Decimò probo ſic: Id quod datur à muliere viro propter
onera matrimonij, dicitur dos, vt oſtenſum eſt ſuprà in ſecunda
ratione: ſed inſtrumenta fundi dicuntur eſſe dos fundi: vt C. ad
legẽ Falci. l. ſi prædiorum. ff. de fideiuſ. l. omiſsione. §. fideiuſſo-
res. & de fund. inſtructo & inſtru. leg. l. ij. §. docere. & ibi no. ſed
inſtrumentum quaſi dos fundi conſtituitur ex ſolo vſu eo ipſo
ꝙ paterfami. patitur inſtrumentum eſſe ad vſum talis fundi: vt
ff. de fund. inſtruct. l. inſtrumenta. & l. ſequen. & l. quæſitum. in
prin. & per totum. ergo & hoc caſu dos conſtituitur patiẽtia ſo-
la: & ſic vir poterit retinere, & lucrari.

1. ☞ *An ex patientia uideatur dos conſtitui.*
2. *An ex patientia cum curſu temporis præſumatur titulus.*

SOlutio. Nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in-
uocato ſalua ſententia cuiuslibet docto
ris aduocati, ſeu ſcholaris, qui melioribus rationibus
moueretur, mihi videtur ꝙ quæſtio noſtra habeat tria
puncta. Primum an eo ipſo ꝙ matrimoniũ eſt contractum, mu
lier omnia bona ſua videatur dediſſe in dotem, ſi aliud non aga
tur. Secundum: poſito ꝙ matrimonium non ſufficeret, an ex pa
tientia: quia paſſa eſt virum intrare poſſeſsionẽ, & fructus per-
cipere, & in onera matrimonij conuertere, videatur dos conſti-
tuta. Tertiũ: poſito ꝙ prædicta non ſufficerent: an ex dicta pa-
tientia cum curſu tẽporis: quia hæc paſſa eſt per plura tempora
præſumitur titulus, & ſic dos cõſtituta. Ad primum dico ꝙ gl.
iſtud tangit ff. de iure dotium. l. mulier bona. in prin. & ibi dicit
quod Ariſtoteles tenet ꝙ ſic. Mihi autem videtur ſic diſtinguẽ
dũ: Aut iſta mulier erat minor: & nõ videtur dos conſtituta taci
tè: quia ſi voluiſſet expreſsè, non potuiſſet immobilia in dotem
dare ſine decreto: vt C. de adminiſtra. tuto. l. lex quæ tutores. in
prin. & §. j. de ꝑdijs min. l. prædia. not. ff. de iure dot. l. Titia. Aut
erat maior: & tunc aut iſta bona fuerunt per eam in dotẽ data,
alij, fortè priori viro, aut nunquam fuerunt in dotem data. Pri-
mo caſu, aut ex primo matrimonio nulli extent liberi: & tunc
dos videtur repetita in ſequẽs matrimonium: vt ff. de iure dot. l.
dotẽ quæ in prius. & l. diuus. ff. ſol. matri. l. pe. §. vxor. de pac. do.
l. cùm maritus. §. Titius. & quod not. per Cy. C. de rei vxo. acti.
auť. ſed quãuis. in iij. q. & hoc etiam ſi prius matrimoniũ ſolum
de facto tenuit: vt ff. de iure dotium. l. ſi ſeruus. in prin. Aut ex
primo matrimonio extant liberi: & tunc dos in ſequens matri-
monium non videtur repetita ſimpliciter, ſed ita demum ꝙ vir
non lucretur vltra quàm haberet vnus ex filijs primi matrimo-
nij, qui minus haberet: vt C. de ſecũd. nup. l. hac edictali. in prin.
de donatio. ante nup. l. ſi conſtante. §. pe. in auť. de nup. §. de aug-
mentis. facit quod nota. de iure dot. l. nulla. Secũdo caſu, quãdo
nunquam fuerunt in dotem data: tunc per matrimonium non
videtur tacitè actum quod ſit in dotem. Caſus eſt C. de diuor. l.
fina. in authen. de nuptijs. §. ſi quis enim. verſic. & ſi mulier. vbi
patet quòd mulier fuit accepta ſimpliciter, non cum ſcriptis do
talibus inſtrumentis & habebat propria bona, quæ non cen-
ſentur dotalia. Et ſic non curo de authoritate Ariſtotelis, de qua
facit mentionem gl. in d. l. mulier bona. quæ cùm ſit contra legẽ,
non eſt ſeruanda: vt l. in tãtum. in fi. cũ l. ſeq. ff. de rerum diuiſio.
1 †Circa ſecundum, an ex patientia videatur dos conſtitui, mul
ta poſſent dici: tamen quantum ad propoſitũ dico quòd eſt quæ
dam patientia formis, quædam informis. Patientia formis eſt qñ
circa meam rem, vel circa aliud, quod tunc tãgit aliquis, facit ali
quid quod cadat in certam ſpeciem contractus, vel quaſi: & vtrũ
ſcientia & patientia habeatur pro conſenſu, habent locum not. ꝑ
gloſſam. in l. Caius. ff. de pig. act. per Cy. in l. inuitus. C. de procu.
per Dy. in ca. is qui tacet. de reg. iur. lib. vj. & in multis alijs locis.
Sed hæc non eſt materia noſtra. Quẹdam eſt patientia infor-
mis, vt quando circa rem meam fit aliquis actus, qui nõ cadit in
ſpeciem ſeu formam alicuius contractus, vel quaſi: puta incipis
tenere & poſsidere rem meam, & cõuertere fructus in tuam ne-
ceſsitatem, vt in quæſtione noſtra. Nam onera matrimonij ſunt
de neceſsitate viri. & iſto caſu, an talis patientia habeatur pro cõ
ſenſu, ſic puto dicendum: aut præcedit contractus, de cuius na-
tura ad hoc quis tenebatur: & patientia habetur pro conſenſu: vt
C. de acqui. poſ. l. iij. Aut non procedit talis contractus, & tunc
aut tractamus de his, in quibus vertitur modicum prẹiudicium:
& patientia habetur pro conſenſu. ff. de pec. l. quam Tuberonis.
§. ſunt quædam. primo reſpon. & l. non ſolũ. in princ. vbi eo ipſo
qđ dominus patitur ſeruum habere, videtur conſtituere pecu-
lium. Aut loquimur in caſibus, in quibus tractať de magno præ
iudicio: & tũc patientia non habetur pro cõſenſu: vt d. l. quã Tu-
beronis. §. alia cauſa. ſecundo rñ. vbi ex patientia non videť con-
cedi libera adminiſtratio. Idem tenet gl. in d. l. ij. C. de acqui. poſ.
in gl. quæ incipit, ꝙ præſumitur, &c. Cũ ergo in caſu noſtro non
præceſsit contractus, cuius natura mulier eſſet obligata ſe dota-
re, ſeu omnia bona ſua in dotem dare, vt ſ. proxi. dictum eſt. &
probatur in auť. de nup. §. ſi quis enim. Item cũ hic tractatur de
magno præiudicio, ſcilicet de amiſsione dominij, & adminiſtra-
tionis ſuæ rei, credo patientiam non habendam eſſe pro conſen-
ſu, & ſic per hoc bona non videantur data in dotem. Sed ſi tu po
neres ꝙ vir dicebat, iſta eſt dos mihi data, & his bonis expreſsè
vtebatur in dote: tunc eſſet patientia formis. & quid eſſet tũc, ha-
betur ex dictis dictarum glo. & doct. Nunc non examino. Non
obſtat. ff. de iure do. l. ſi ſtipulatione. cum l. ſeq. quæ incipit, quod
autem. quia ibi licet nõ exprimeretur in ſtipulatione quod eſſet
dotis cauſa: tamen hoc agebatur: & hoc conſtat, vt ibi ſentit glo.
vel ibi loquitur de ſtipulatione quam recipit vxor à viro, ſcilicet
de quantitate data ipſi mulieri reddenda ſoluto matrimonio, vt
ibi ſentit gl. meritò intelligitur ex cauſa dotis. Sed ſi promitteret
ſimpliciter reſtituere, nec adijceret ſoluto matrimonio: tunc ſe-
2 cus crederem, niſi conſtaret ꝙ aliter ageretur inter partes. †Cir-
a ca tertium[a], an ex patientia cum curſu temporis præſumatur ti-
tulus. Ad hoc vt talis dubitatio procedat, oportet quòd talis ti-
tulus allegetur: & ſic erit dubium an fuiſſet celebratus cõtractus
dotis vel non. Item oportet nos ponere quòd mulier paſſa fuiſ-
ſet longo tempore, ſcilicet decem annis. aliàs ſi ex ſolo tempore
maritus vteretur, vel cucurriſſet minus de tempore: expeditum
eſſet quod titulus non præſumeretur: vt. C. de vſuris. l. creditor.
ff. de opèr. lib. l. operis. plenè no. de vſuris. l. cum de in rem verſo.
Nec obſtat quod dicitur quod cauſa alimentorum, & dotis
ſunt pariter fauorabilia in modo conſtituendi, probatur per l. cũ
poſt. §. gener. de iure dot. de dona. promiſ. l. prima coniuncta l. ſi
cui. ff. de annu. lega. & de lega. iij. l. Stichus. & not. in dicto. §. ge-
ner. Sed in cauſa alimentorum ſufficit quod aliquis nitatur ex ſo
lo tempore vel curſu triennij: vt. C. de fideiuſſo. l. prima. & no. in
dicta. l. cùm de in rem verſo. ergo idem videatur in caſu noſtro
de dote. Nam reſpondetur ſic: quia in l. j. de fideicommiſ. hoc fa-
cit duplex fauor, ſcilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt
ibi no. quæ ratio, ſcilicet vltimæ voluntatis hic ceſſat. Præterea
illa lex loquitur in faciente, ſcilicet in ſoluente aliquid annuum
nomine alimentorum, quæſtio noſtra loquitur in patiente, con-
tra quem non ita de facili præſumitur titulus, vt j. dicetur. Con-
cedo ergo quod ſi ex cauſa vltimæ voluntatis eſſet prẹſtitum a-
liquid nomine dotis per triennium: eſſet idem quod in l. j. C. de
fideicommiſ. Poſito ergo in quæſtione noſtra quod titulus
allegetur, & ad ptobationem inducatur longi temporis curſus:
an titu. præſumatur, eſt dubium propter diuerſas opi. doctorum
& videtur



& videtur ꝙ ſic per l. cùm de in rem ꝟſo. in fi. vbi expreſsè loqui
tur in dote. & licet tex. ibi loquatur in faciente, ſeu ſoluẽte: tñ gl.
ibi poſita intelligit idẽ in qualibet patientia. Idem no. ff. de ſerui.
l. ſeruitutes. & de aqua plu. arc. l. j. §. fi. Alij moderni doct. ſunt in
contraria opi. dicẽtes ꝙ lex cũ de in rem ꝟſo. loquitur in faciẽte,
hæc eſt in ſoluente. ſecus in patiente, contra quem non ſic facilè
prẹſumiť titulus. Ita no. Cy. C. de pac. l. ſi certis annis. in viij. q. qđ
tenent quidam doctores Bononiẽſes. Sed per gl. videť caſus qđ
idem in patiente. C. de pe. hær. l. fi. & ff. de acq. hæ. l. qui in aliena.
circa principium, ꝟ. ſed & ſi non adierit. Sed contra gl. facit qđ
ſi poſſedi rem tuam longo tꝑe te patiente, & vellem allegare qđ
mihi vẽdidiſti, vel alio titulo cõceſsiſti: & hoc ꝓbare ex patiẽtia
nõ poſſum ſcđm omnes doct. & tangitur in gl. l. penul. C. cõmu.
diuidũ. & ibi ſcđm omnes doctores. quod apparet eſſe verũ: qa
volunt iura ꝙ in præſcriptione taliũ rerũ præcedat titulus, & ſe
quatur poſſeſsio longi temporis: vt. C. de rei ven. l. nullo. de præ-
ſcri. long. temp. l. diuturna. ff. de vſuca. l. Celſus. cum ſimi. Ad
ſolutionẽ igitur dictarum cõtrarietatum diſtingue duo ꝟba, ex
quibus apparebit noſtræ quẹſtionis ſolutio: tangendo ſolùm qđ
pertinet ad propoſitum. Cùm ergo quẹritur, an titulus allegatus
ex curſu longi temporis præſumatur. diſtingue: aut loquimur in
aliquid faciente, puta ſoluẽte: & præſumitur: vt C. de agri. & cen
ſi. l. litibus. ff. de vſu. l. cũ de in rem ꝟſo. qđ dic vt ibi. Aut loqui-
mur in patiẽte: & tunc aut titulus allegatus principaliter reſpicit
lucrũ & cõmodum patientis: & præſumitur titulus: vt C. de pet.
hære. l. ſi filius. & ibi no. nam ibi præſumitur, cui acquiritur hære
ditas per filiũ. Aut titulus allegatus reſpicit damnũ patientis: &
a tunc aut reſpicit magnũ damnũ, aut paruũ. Si magnũ[a], puta tra-
ctatur de amiſsione dominij rei ſuæ: tunc non prẹſumitur: vt d. l.
nullo. C. de rei ven. C. de præſcrip. lon. temp. l. diuturna. qđ not.
per gl. & doct. in d. l. pen. C. commu. diui. fallit in caſu l. Proculo.
ff. de proba. Ratio, quia ibi plura interuenerunt. vt no. ff. de alim̃.
leg. l. liber. §. j. Si verò reſpicit paruum damnum: tunc titulus præ-
ſumatur: vt ff. ſi ſerui. ven. l. ſi quis diuturno. quod no. per gl. in l.
ſeruitutes. de ſerui. de aqua plu. arc. l. j. in fi. & illa fuit ratio illarũ
legum, & ibi tractatur de modico præiudicio, vt no. per Dy. ex-
tra, de reg. iur. c. poſſeſſor. ꝟſi. item nunquid in ſeruitutibus præ-
ſcribendis. & hic eſt caſus in d. l. qui in alien. ꝟſi. ſed & ſi non ad-
ierit. de acqui. hær. Ibi enim de modico præiudicio tractatur. Nã
hæreditas non erat filij. ſed habebat ſolam ſpem ꝙ ſi ipſe efficere
tur ſui iuris, poterat adire, & ſibi acquirere: vt C. de iure deliber.
l. non eſt dubiũ. nõ ergo ibi amiſit ſuum dñium, ſed quãdã ſpem
fortè fallacem. Item eſt ſpes qđ ipſa hæreditas patri quæſita ad
ipſum filium reuertatur: vt l. ſi ſcripro hẹrede. in fi. vnde liberi. &
de adop. l. nec ei. §. peñ. ſic etiam loquitur gl. d. l. pen. C. commu-
ni diuidun. vbi dicitur qđ præſumitur diuiſio, in qua eſt modi-
cum præiudiciũ: cũ vna pars vice alterius fungitur. Cùm ergo in
propoſita quæſtione loquamur in muliere patiente, & tractatur
de magno præiudicio, ſcilicet de translatione dominij in virum
cum ſpe lucrandi ſibi, ſic dico quòd ex patientia longi temporis
titulus non præſumitur.

Diſputata per dominum Bar. de Saxoferrato egregiũ legum
doctorem Digeſtum vetus legentem in auguſta ciuitate Peru-
ſij Anno domini M.cccxlvij. de menſe Ianuarij.

1. ☞ *Sicut omiſsio totius eſt cauſa priuandi quem beneficio: ita omiſsio partis.*
2. *Quando aliquis probat factum, nec probat qualitatem facti, non habet beneficium quod datur probantibus.*
3. *Quando pœna debet committi propter aliquam priuationem, ita committitur ex priuatione qualitatis, ſicut ex priuatione ſubſtantiæ.*
4. *Omiſsio qualitatis rei non priuat aliquem beneficio ſibi competenti ex ipſa re.*
5. *Aggregatio pœne quæ fit propter negationem, ſemper intelligitur fieri, quando quis negat id, quod ex facto ſuo dependet: aliàs ſecus.*
6. *Quando quis tenetur ad factum ſimpliciter, ſufficit quod factum fiat, licet eius qualitas omittatur.*
7. *Quando aliquid prohibetur, ſemper intelligitur prohibitio reſpectu ſubſtantiæ, non reſpectu qualitatis.*

## QVAESTIO VIII.

b PEr Italiam[b] communiter ſunt
ſtatuta ꝙ confeſsi maleficia mitius, & negãtes grauius
puniuntur. Contingit ꝙ is, contra quẽ de maleficio ꝓ-
ceditur, confitetur factum, negať tamẽ qua-
litatem: qua ceſſante pœna ceſſat, vel minui
tur. Quæritur an ſit condemnandus vt
confeſſus, an tanquam negãs, vel qualiter.
Et primò ꝙ veniat condemnandus vt ne-
gans, probatur ſic: Negans dicitur ille, qui
negat factum, & etiã ille qui negat ius, hoc
eſt actionem & obligationem. Primum de
negante factum probatur. C. ad legem A-
quil. l. contra negãtem. de proba. l. actor. de
non nume. pec. l. aſſeueratio. & in auť. con-
tra qui propriam. ff. ad l. Aqui. l. ij. de procu
rato. l. ij. cum ſimi. De eo qui negat ius pro-
batur C. de tranſac. l. age. ff. de do. l. quẹdam
in iure. de ꝓbat. l. ab ea parte. cum ſimi. Sed
iſte qui negat qualitatem maleficij, quando
que negat factum, quandoq; negat ius, hoc
eſt maleficium, vel eſſe obligatũ. quandoq;
negat actionem, hoc eſt, ſe non teneri actio
ne propoſita: ergo in omni caſu habeť pro
negante. Primum ꝙ negat factũ, probať
in eo qui confitetur factum: negat tñ tẽpus,
vel negat locum. Nam ſi probatur alius lo-
cus, vel tempus non eſt idem factũ de quo
agitur, vt probatur. C. qui accu. non poſ. l. j.
prout ibi ponitur caſus pro maleficio certa
die commiſſo. & no. ff. de pub. iudic. l. is qui
reus. in gl. magna ſuper verbo, permiſſum.
& ff. de acqui. hære. l. Pantonius. §. rei. & ibi
clarius no. & eſt expreſſum extra, de iud. c.
Abbate ſane. circa finẽ libri ſexti. Secun-
dum in eo qui negat maleficium, vel obli-
gationem, probatur in eo qui confitetur fa-
ctum hoc eſt ſe accepiſſe rem, negat tamen ꝙ contra dñi volun-
tatem. Nam ex hoc ſequitur ꝙ non eſt furtum, nec furti tenetur:
vt ff. de fur. l. inter omnes. §. rectè. & Inſtitu. de obli. ex delic. in §.
placuit. Item in eo qui confitetur ſe occidiſſe, negat tamen ſe
feciſſe eo animo: quia ſequitur quod non tenetur lege Cornelia:
vt l. j. C. ad leg. Cornel. de ſica. & ff. eodem. l. j. §. diuus. Et in eo q
accuſatur de plagio, dixit ſe abduxiſſe, negat tamen alienũ: vt C.
de ſer. fugiti. l. cùm ſeruum. & ad legem Falcid. de plagia. l. j. & l.
præſes. ſed alia multa exempla poni poſſent. Tertium qđ ne-
gat actionẽ ſeu accuſationẽ, probať in eo qui accuſať l. Pompeia
de parrici. confiteť ſe occidiſſe, negat tñ eſſe de perſonis enume
ratis in l. j. ad l. Pompe. de parrici. Item ꝓbatur in l. prætor. §. doce
re. vi bonorũ rap. & de incen. rui. l. j. §. fi. & l. ij. Item in eo q confi-
tur coitũ, ſed negat mulierem nuptã: vt l. pen. de adul. Quicquid
igitur dicatur apparere ꝙ iſte habetur ꝓ negãte, & tanq; negãs,
debet condemnari. Secundò probo ſic: Qui interrogať cũ ali
qua qualitate, ſi rñdet purè, non reſpõdet ad interrogata: vt. ff. de
ver. ob. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. & Inſti. de inutil. ſtip. §. j. & §. prẹ-
terea. Si verò non reſpõdet ad interrogata: ergo non põt haberi
vt confeſſus. Concludo ergo ꝙ tanq; negans veniat cõdemnan-
1 dus, per prædictas leges, vbi vr̃ caſus expreſſus. †Tertiò ꝓbo
ſic: Sicut omiſsio totius eſt cã priuandi quem beneficio: ita omiſ
ſio partis: vt ff. de leg. j. l. & ſi equo. coniuncta l. tutor datus. §. j. ff.
de excu. tut. & nota. in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quib.
vt indig. ſed ſi totum maleficium negaſſet, priuaretur beneficio,
quod daretur confitentibus: ergo eadem ratione priuetur, ſi ne-
gat qualitatem maleficij. Quartò probo ſic: Si in aliqua ſatiſ-
datione aliqua qualitas omittatur liberatio nõ contingit, imò to-
tum petitur, ac ſi nihil eſſet ſatiſdatũ: vt l. Iul. §. j. de ver. ob. de ſo-
lu. l. etiam. de leg. j. l. huiuſmodi. §. ædes. & plenè nota. de dolo. l.
& eleganter. §. non ſolũ. ſed iſtud beneficium qđ datur cõfitenti
bus eſt quædam liberatio à parte pœnæ in eo qui confitetur. Si
ergo in confeſsione omittatur qualitas maleficij non contingit
2 liberatio. †Quinto probo ſic: Quando aliqs probat factũ, nec
probat qualitatem facti, non habet beneficium qđ datur probã-
tibus: qa non diciť ſua intẽtio probata: vt l. habebat. in prin. ff. de
inſti. vi bonorum rap. l. prẹtor. §. docere. extra, de probationibus.
c. licet. ergo & eadem ratione, qui confitetur maleficium, & non
qualitatẽ, nõ debet gaudere beneficio confeſsionis. Sextò probo

a ¶Si magnũ. Nota ꝙ Bar. hic vult qđ vbi agiť de magno præiudicio, ex patientia longi temporis nunquam præſumitur titulus. Vide multas concordantias ꝑ Fe. in c. ſicut olim. ĩ xviij. col. de re iu. & ĩ c. illud in iiij. co. de præſump. in verſ. ſecũdò eſt aduertendum. & vide Alex. in cõſ. ccxviij. in vj. vol. incipit, ponderatis narratis. in ij. colum. Tho. Diplo.

b ¶Per Italiam. Vide et adde ad dicta bar. hic quæ no. idẽ Bart. in l. qui vxori. §. quid tamen. & ibi apoſtillam meã. ff. de adulte. & Alexand. in l. eum qui. in iij. col. de iureiur. & Angel. de Are. in. §. ex maleficijs. vij. col. Inſtitut. de actionibus. & barto. in cõſi. cxxv. in ij. volu. incip. ſtatutum ciuitatis Aretij. & an qualitate delicti adiecta & non probata debeat ſequi abſolutio, vide Barto. in conſi. cxv. in ij. volu. incip. punctus quæſtionis talis eſt: quidam accuſauit. Tho. Diploua.

ſic:Beneficium datur cõfitentibus: q̃a aliquem releuat confeſ-
ſio ab onere probandi:vt l.eũ qui.in prin.de iureiur.C.de pœna
iudi.qui male iudica.auẽ.nouo iure.& quod nota.ad l. Aquil.l.
cõtra negantem.Sed per hanc confeſsionẽ quis nõ releuatur ab
onere per probandi: quia debet probari qualitas maleficij q̃ nõ
poteſt probari niſi per illos qui viderunt maleficiũ: q̃a qualitas
rei non poteſt cognoſci,niſi ab eo qui habet notitiã rei,& ipſam
viderit:vt l.j.§.j.de ventre inſpiciendo.C. de fide inſtru.l. cõpa-
rationes.ff.fini.regun.l.ſi irruptione.& in auẽ.de nõ alie.§. quod
autem.Cùm igitur nõ releuet ab onere probandi: ergo in nullo
3 cõſequitur beneficium confeſsionis.†Septimò ſic: Quãdo pœ-
na debet cõmitti propter aliquam priuationem:ita committitur
ex priuatione qualitatis,ſicut ex priuatione ſubſtantiæ,vt patet
in ſtipulatione,habere licere,quę committitur ſi aliqua ſeruitus
quæ prædij qualitas eſt,ex iure minuitur:vt l. ſtipulatio iſta.§.ſi
quis fortè.de verb.obli.vbi videtur tex.noſtræ quæſtionis in eo
quod ibi in fi.tex.dicit ꝙ habere non licet ei, cui aliquid ex iure
minuitur.Ita cùm aliqua qualitas negatur, nihil cõfeſſatum vi-
detur:& ſic nullũ cõſequitur beneficium confeſsionis. Octauò
ſic:Simplex & indefinita locutio æquipollet vniuerſali : vt l. ſi
pluribus.de lega.ij.& de leg.iij.l.ſi plures.per Dyn.de regu.iur.
ſuper rub.lib.vj.Cùm ergo dicat ſtatutum ꝙ confitentes mitius
puniantur:loqui de confitentibus omnia.Sed certum eſt ꝙ iſte,
qui negat qualitates,non confitetur omnia:ergo non poteſt be-
neficium confitentium habere:arg.l.is qui ducenta.§.vtrum.de
rebus dub.Nonò,quia qui in vno deliquit, omnium factus eſt
reus.

Ontrà quod puniri dabeat tan
4 quam confeſſus.Primò probatur ſic:†Omiſsio quali-
tatis rei non priuat aliquem beneficio ſibi competenti
ex ipſa re.Hoc probatur:quia quis non priuatur beneficio pro-
poſitæ actionis, licet aliquã qualitatem non ponat vel poſitam
non probet:vt l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa. & quod not.
C.de eden.l. edita actio. Nam eo non obſtante ex tali proceſſu
poterit ſequi condemnatio.Facit de aqua plu. arcẽ.l. quanquã.
§.Iulianus.& quod ibi not.per Dy.facit de rei vendi.l.ſi poſt ac
ceptum. Item non priuat quem beneficio præſumptionis faciẽ-
tis pro eo.Nam ſi confiteor ſolutum:tamen nego indebitum,&
ſic nego qualitatem:ex hoc non perdo beneficium præſumptio
nis facientis pro me, ſcilicet quod debitũ præſumatur:vt l. cum
de indebito.ff.de proba.Item non priuat quem beneficio mode
randæ condemnationis:vt puta,confiteor me fideiuſsiſſe, nego
tamen me conueniendum inſolidum: quia dico alios fideiuſſo-
res eſſe ſoluendo:& ſic nego qualitatem.Certè per hoc non per
do beneficiũ diuiſionis:vt l.ſi dubitetur.in prin.& §.j.de fideiuſ.
Ex iſtis ergo concluditur ꝙ ſi reus confitetur factum, negat ta-
men qualitatem aliquam,ꝙ ex hoc non perdat beneficium con
5 feſsionis,ſed tanquam confeſſus veniat condemnandus.†Secũ
dò probo ſic:Aggrauatio pœnæ quæ fit propter negationẽ ſem
per intelligitur fieri quãdo quis negat id,quod ex facto ſuo de-
pendet:aliâs ſecus:vt ff. rerum amo.l. Marcellus. de in lit. iur.l.
videamus.§.j.extra,de confeſ.c.ij.lib.vj.quod not.de iura.calũ.
l.ij.§.quod obſeruare,Si aliter intelligeretur, ſequeretur ꝙ quis
puniretur ſine delicto;quia cùm in facto,quod non dependet à
ſe,ſit tolerabilis ignorantia:vt l.fi.ff. pro ſuo. & l. ſi cùm falſum.
ff.de acqui.hære.aliâs l.cùm flumen.ff.de hære.vel act.ven.me-
ritò poteſt ſine culpa negare:ſed ſine culpa nemo eſt puniẽdus;
vt ff.de verbo.ſigni.l.aliud eſt fraus,& de pœnis.l.ſancimus, de
regu.iur.c.ſine culpa.lib.vj.Sed iſtæ qualitates vt plurimum nõ
pendet ex facto rei,vt puta ꝙ ex vulnere ſit remãſura cicatrix,
vel ꝙ membrum ſit remanſurum debilitatum, vel quod offen-
ſus ſit nobilis,vel ignobilis,& ſimilia, Hoc patet quòd propter
negationem huius qualitatis nõ debet grauari pœna:& ſic con-
demnandus eſt tanquam cõfeſſus.Tertiò probo ſic;pœna,quæ
imponitur propter priuationem alicuius rei, nunquã committi
tur propter priuationem alicuius qualitatis ipſius rei : vt ff. de
ſerui.l.quo ad ſerui.de leg.ij.l. Meuius.§. fundo. vbi pœna quæ
debet committi propter euictionem rei, non committitur pro-
pter euictionem ſeruitutis,quæ eſt qualitas rei, vel quid aliud.
de verbo.ſigni,l.quid ergo.& l.ſi in aliena.§.j.de vſuc. & cõmu.
præd.l.j.ita in propoſito:ſi aliquis confitetur factum,licet neget
qualitatem facti:pœna,quę propter negationem imponitur,nõ
6 debet cõmitti:& ſic vt confeſſus veniat condẽnandus. †Quar-
tò probo ſic:Quãdo quis teneẽ ad factũ ſimpliciter,ſufficit ꝙ fa-
ctum fiat,licet eius qualitas omittatur:vt l.iij.§.falſus. ff. rem ra.
ha.vbi ꝓcurator teneẽ cauere rem ratã dñm habiturum:et ſic ſuf
ficit ꝙ dñs habeat ratũ tanq̃ factum,non tanq̃ maleficium. qđ
patet:quia põt appellare & reſtitutionem in integrũ petere:et ſic
qualitatẽ abnegat,& ſic pœna non cõmittitur. Ad idem facit ꝙ
no.ff.de neg.ge.l.Pomponius ſcribit.in gl.magna. & per Dy. in
c.ratũ.de reg.iur.lib.vj.Ita in propoſito cùm q̃s metu pœnæ te-
neatur confiteri,ſufficit ꝙ confiteatur factum, licet neget quali-
7 tatem facti:& ſic vt cõfeſſus veniat cõdemnandus. †Quintò
probo ſic:Quando aliquid prohibetur, ſemper intelligitur pro-
hibitio reſpectu ſubſtantiæ,non reſpectu qualitatis. hoc probaẽ
per l.generalitas.C.de non nu.pec.coniuncto §. qđ ferè. in l.iu-
ris gentiũ.ff.de pact.& ibi no.in gl. vbi ſi aliquis prohibereẽ pro
bare contra inſtrm,intelligiẽ contra ſubſtantiam inſtri,non con-
tra qualitatem.Ita in propoſito,cùm quis metu pœnæ prohibea
tur negare,debet intelligi de negante ſubſtantiam, non de negã
te qualitatem.& ſic cũ ſubſtantiam ſit confeſſus.debet vt confeſ
ſus puniri. Sextò de hoc videtur caſus expreſſus .ff. ad l.Aql.
l.inde Neratius.§.fin.cum l.ſeq.vbi apparet ꝙ ad hoc vt euitetur
pœna quæ contra negantem eſt ſtatuta per l.Aqui.ſufficit ꝙ fa-
ctum confiteaẽ,ſcilicet me occidiſſe,licet negem qualitatẽ:vt pu
ta,quia nego ſeruũ eſſe talis ęſtimationis,vel tantum intereſſe a-
gentis.Ita in propoſito,licet negem aliquam qualitatem, non de
beo puniri vt negans,ſed vt confeſſus debeo condemnari. Se-
ptimò ſic:Ratio quare mitius punitur,eſt:quia releuat aduerſa-
rium ab onere probandi,vt dictũ eſt s̈. in ſexta ratione aduerſæ
partis.ſed licet negetur qualitas,nihilòminus pars remanet rele-
uata ab onere probandi.Exemplum:Si aliquis confitetur occi-
diſſe,dicat tamen ſe feciſſe ſine dolo:certè ipſe habet probare:vt
C.de iniur.l.ſi non cõuitij.ad leg.Cor.de ſica.l.j.& ff. eo. l.j.§.di-
uus.ergo cùm ſuperſit ratio,debet durare beneficiũ cõfeſsionis.
Octauò ſic:Indefinita locutio ęquipollet vniuerſali:vt l.ſi plu
ribus.de leg.ij.de leg.iij.l.ſi plures.nota.per Dy.de reg.iur.ſuper
rub.lib.vj.Vnde cùm ſtatuta puniant acrius negantes: intelligo
negantes omnia.Sed verum eſt hunc, qui confitetur factum, &
negat qualitatem,non negare omnia:ergo non debet vt negans
condemnari:vt l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.de reb.bub. Nonò
de hoc videẽ gloſſ.ordinaria Inſti.de actio.§.item miſta. vbi ille,
qui confitetur delictum,negat tamen aliquam qualitatem, pro-
pter quam dicit non deberi:nihilò minus habetur in omnibus vt
confeſſus:modò in ea pœna quæ venit ex delicto ſine qualitate
puniatur:confeſſus in ea,quæ augetur ex qualitate, punitur vt
negans probatur pluribus rationibus.Et primò ſic: Qui partem
delicti committit,non punitur contemplatione totius, ſed con-
templatione eius quod commiſit:vt ff.de extraordi. crimi.l.j. C.
de ſeruis fug. l. ſi fugitiui. & ita no.facit de pœnis. l. aut facta.§.
euentus.ita in propoſito,cùm partim fuerit confeſſus, partim ne
gauit:ſolùm in ea parte quam negauit, puniatur vt negans. Se-
cundò ſic:pœna non debet egredi delictum,ne ſic in ea re,& eo
tantùm reſpectu quo quis deliquit puniatur, & non vltra. ff. de
his quib.vt indi.l.reſcriptum.ad Tre.l.Paulus reſpondit. §.ſi cer
tum.quib.ex cau.ĩ poſ.ea.l.Fulcinius.§.quid ſi aduerſus.Sed hic
non deliquit negando,niſi reſpectu qualitatis:ergo ſolùm reſpe
ctu qualitatis debet puniri. Tertiò ſic:Quando quis ad plura
tenetur in iudicio ſub pœna,ſi in vno eſt obediens, in alio nõ:in
eo,in quo eſt obediens,pœna non committitur cũ effectu:vt l. ſi
ſeruus.§.ſi plurium.ſi quis cautioni. & quod not. de verborum
obligatio.l,v.§.fi.& de rebus dub.l. ſi is qui ducenta.§. vtrum.in
gloſſ.ſuper verbo,in illo.Sed iſta pœna, quæ imponitur negan-
ti,imponitur circa ea quæ veniunt publicanda iudicio : ergo in
effectu committitur ſolùm pro eo quod negauit ipſe. Quar-
tò ſic: Quando quis eodem facto diuerſis reſpectibus deliquit:
eo reſpectu,quo deliquit,conſequitur pœnam,alio reſpectu prę
mium:vt l.j.de his qui.vt indi.ita in propoſito,reſpectu eius, qđ
negauit cõſequiẽ pœnã:alio reſpectu præmiũ.Facit l.relegatorũ
§.fi.de interdic.& releg. Quintò ſic:Quando pœna debet im
poni propter priuationẽ alicuius rei priuata qualitate,ſolũ impo
nitur pœna reſpectu illius qualitatis.quod apparet in actione ex
empto,vbi re euicta agitur pro toto intereſſe:ſed euicta ſeruitute
agitur



agitur ſolùm pro intereſſe ſeruitutis,quæ eſt qualitas fundi: vt l.
quę ad ſeruitutem.de euic.& ibi no.& de contrahen.emp.l.cùm
venderes.ita in propoſito ſolùm reſpectu qualitatis actus punia
tur. Sextò ſic:Si q̃n aliquid alicui tribuitur propter laborẽ:di-
minuto labore diminuitur id qđ conceditur:vt l. Seio amico. in
prin.de annu.leg.Sed pręmium conceditur confitenti:q̃a exone
rat aduerſarium onere probandi:vt l.eum qui.in prin. de iureiu-
rando.Ergo ſi pro parte eum exonerat, conſequitur præmium
accuſatus:quia percuſsit tali loco, & tali tp̃e confitetur ſe percuſ
ſiſſe dicto loco,vel tẽpore.Certè ſi accuſatio probabitur,punieẽ
vt negans.Item iudex poteſt talem reſponſionem non admitte-
rè.nota hanc concluſionem.

Olutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine in-
uocato.In quæſtione prædicta aduertẽ-
dum eſt:quia quãdo quis negat aliquã qualitatem, ſeu
circunſtantiam,qua negata negatur ipſum factum de
quo proceditur,qđ prima facie videbatur confiteri.verbi gratia
quis confitetur ſe percuſsiſſe Titium,negat tñ hoc ſe feciſſe tem-
pore,vel loco in accuſatione,vel libello contentis:tunc omnino
aliud factum confitetur quam illud de quo proceditur. Nam fa
ctum vno tempore vel certo loco differt realiter,& ſecundũ ſub
ſtantiam ab eo,quod factum dicitur alio tempore, vel loco:vt l.
ſi non ſortem.§.libertus.de condi.inde.& quod no. C. de teſti.l.
teſtium.de acqui.hær.l.Pantonius.§.rei.cum ſua gl.& eſt expreſ
ſum extra de fide inſtru.c.cùm Ioan.& de re iudi.c. abbate ſanè.
circa fi.ibi:locus & tempus,&c.quod ibi no.& dixi in l. denun-
ciaſſe.§.quid tamen.de adul.illo caſu non loquitur quæſtio no-
ſtra.Nam iſte ſine dubio habetur vt negãs,qui totum negat.imò
dico ꝙ ſi iudex vellet talem reſponſionem non admittere,poſſet
licitè:quia ad interrogata non reſpondit,vt s̈.patet : ergo &c. vt
Inſti.de inuti.ſtip.§.ſi de alia.Sed poſſes tu dicere non eſſe verũ
ꝙ locus vel tempus faciat differri realiter,& ſecundùm ſubſtan-
tiam.Nam ſi Titius eſt vulneratus in facie:vbicũque factũ fuiſ-
ſet illud vulnus,idem vulnus eſſet ſubſtantialiter,vt patet ad ſen
ſum:ſicut idem eſt homo,licet de loco vel de tẽpore originis du-
bitetur:vt l.iij.§.minorem.ff.de min.& l.eius.§.pe.ad mu.Reſpõ-
deo:nos poſſumus ſumere actum prout radicatur in faciente: &
tunc illud eſt factum vno loco vel tempore.aliud factum alio:&
tunc diuerſitas talis inducit diuerſitatem realem & ſubſtantialẽ,
vt dixi.Quandoq; accipitur actus pro effectu ſecuto ex actu,vt
vulnus ſeu ſciſsio quæ ſecuta eſt ex actu ꝑcuſsionis: & tũc illud
eſt vnum,vbicunq; fuerit factum:quia nõ poteſt eſſe niſi in vno
loco factum,vt ex prædictis patet.Alia circa hoc dixi in d.§.q̃d
tamen.Quandoque quis negat aliquam qualitatem ſeu circun-
ſtantiam,ex qua non inducitur diuerſitas realis ſeu ſubſtãtialis:
& tunc procedit quæſtio noſtra. Pro qua declaranda eſt aduer-
tendum ꝙ ſtatuta Italiæ circa hoc procedũt diuerſimodè. Nam
quandoque ſtatuunt hoc in pœna,vt negans plus puniatur quã
ſit alia ſimplex pœna pro maleficio.Quandoq; hoc ſtatuunt per
modum præmij:& ei,qui fuit confeſſus,minuitur pœna, quæ a-
liàs ſtatuta eſt pro maleficio.& iſti ſunt diuerſi effectus . ideo de
quolibet per ſe videamus. Circa primum, quando ſtatutum
hoc diſponit in pœna:vtputa,quòd qui negauit,puniaẽ in quar-
to pluri : vel ſimilia verba:& tunc circa hoc conſideranda ſunt
duo fundamenta. Primò,quia iſtud ſtatutum habet locum in
pœna mentientis. Vnde ſi negaret aliquid, cuius haberet iuſtã
ignorantiam:non puniret,per regulam generalem, quæ eſt vbi
non eſt culpa.ibi nõ cadit pœna:vt C.de pœ.l.ſancimus.& ff.de
ver.ſig.l.alia eſt fraus.in prin.de reg.iu.c.ſine culpa.lib.vj. Se-
cundum fundamentum eſt,qđ tunc negans puniretur quando
per negationem grauauit aduerſarium onere probandi:ita quod
aduerſarius habeat neceſſe probare per teſtes,vel alijs legitimis
probationibus:aliàs non puniretur vt negans:vt ff.de iureiuran.
l.eum qui.in princi.& ad l.Aquil.l.ij.§.j.& ibi no,& C. ad le. A-
quil.l.contra negantem.& ibi etiam no.Cùm enim illa loquatur
generaliter in qualibet actione,quæ creſcit per inficiationem:nõ
eſt dubium ꝙ extenditur ad ſtatuta:vt no.in ſimili. ff. de legib.l.
quod verò.& dixi plenè in l.omnes populi.in materia de inter-
pre.ſtat.circa interpretationem extenſiuam.His præmiſsis,in ca
ſu prædicto q̃n ſtatutum procedit pœnam imponendo,dico ſic:
Quandoq; ille,qui confiteẽ factum,negat aliquam qualitatẽ,ſeu
circũſtantiam,per cuius negationem aduerſarius non grauatur
onere probandi:vtputa,confeſſus eſt ſe percuſsiſſe, ſed non ani-
mo iniuriãdi:vel ſe occidiſſe,ſed ſine dolo : vel ſe occidiſſe ad ſui
defenſionem:q̃bus caſibus cùm pręſumptio ſit contra eũ,ſibi in-
cumbit onus probandi aliquas circunſtantias,ex q̃bus eſſet do-
lus,& animus iniuriandi:& præſumiẽ ad ſui defenſionem feciſ-
ſe.C.de iniur.l.ſi non conuicij ad leg. Cor. de ſica.l.j.& l.eum q̃.
& iſto caſu negans talem qualitatem vel circũſtantiam,ſine du-
bio ſi non probat,non punitur vt negans:quia per confeſsionem
factam releuat aduerſariũ ab onere probandi:vt d.l.eum q̃.Quã
doq; quis confitetur factũ,& negat aliquam qualitatem ſeu cir-
cunſtantiam,quã oportet aduerſariũ probare. Et hic eſt aduertẽ
dum ꝙ quandoq; q̃s negat aliquam qualitatem ſeu circunſtan-
tiam q̃ iuſtè ignorat:vtputa,confitetur ſe ꝑcuſsiſſe,negat tamen
ꝙ ex illo vulnere ſit remanſura cicatrix, vel ꝙ ex ea membrũ re-
maneat debilitatum,& ſi.Et tũc etiam eo ꝓbato non puniatur vt
negans:quia cùm non ſit in culpa,non debet pati pœnam,vt di-
ctũ eſt.Pro hoc ff.de interro.act.l.de ætate.§.interdũ.& §. ſeq.&
eſt caſus ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.fi.& l.ſeq.ſic inducẽdo in
libello ꝓpoſito ſuper actione legis Aquiliæ,debet exprimi quã-
titas damni,ſecũdùm glo.quæ eſt in l.prætor edixit.§.ſi dicaẽ. ff.
de iniur. Pone:conuentus lege Aquilia confitetur ſe hominem
percuſsiſſe:negat tamen æſtimationem damni eſſe illam,quæ in
libello proponitur.Certè ille tanq̃ confeſſus veniet condemnan
dus:vt d.l.inde Neratius.§.fi.cum l.ſeq. Si enim ibi cõfeſſus fuiſ
ſet æſtimationem damni:ratio,quæ ponitur in illa lege, nõ eſſet
vera.nam non eſſet amplius quærendum de æſtimatione vulne
ris.Apparet ergo qđ conuenitur vt confeſſus : & tamen quæriẽ
de æſtimatione,quam negauit.Hoc modo debet intelligi gl.quę
eſt Inſtit.de acti.§.item miſta.vbi ille,q confitetur relictum pijs
locis,tamen aliquam qualitatem negat,vel admiſit, per quã di-
cit ſe non debere ſoluere.Nam ſi rationabiliter hoc dicit, i. iuſtã
ignorantia motus,non puniẽ vt negans:vt ibi expreſsè dicit glo.
Quandoq; negat aliquam qualitatem ſeu circũſtantiam, quam
iuſtè ſeu probabiliter ignorare non poteſt,vt q̃a pendet ex facto
ſuo,vel eſt publicè notum,vel aliàs eſt præſumptio quòd ſciat.
Et hic eſt aduertendũ quòd quando negatur aliqua qualitas,
ſeu circunſtantia,qua ceſſante factum non eſt delictum,ſeu non
eſt punibile ex cauſa intentata,ſecũdùm ea quæ dixi in l. denun
ciaſſe.§.quid tamen.de adulte.& tunc ideo punitur vt negans.&
loquitur alia opi.poſita in glo.Inſti.de acti.§.item miſta.ne inue-
niatur via,per quam negantes ſuam auaritiam exerceant, vt ibi
no.quod probatur:quia quando deficit aliqua qualitas,quæ re-
ſpicit totum id,de quo agitur,nil videtur eſſe factum de eo quod
debetur:vt l.Iulianus.§.j.de verbo.obliga. de ſol.l.etiam.cum ſi:
Facit qui ſatiſda.cog.l.quoties.& de fideiuſſo.l.qui ſatiſdare. Ad
idem vi bo.rap.l.prætor.§.docere.& l.denunciaſſe.§.quid tamen
facit etiam de verbo.obliga.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.& quandoq;
negat aliquam qualitatem,qua ceſſante pœna minuitur. Et hic
eſt aduertendum quòd ſi quidem pœna,quæ propter illam qua
litatem adijcitur,eſt diuerſa & ſeparata,vel ſaltem eſt diuiſibilis
& ſeparabilis ab ea quæ imponitur pro ſimplici maleficio , vt ſi
dicat quod contra negantem pœna duplicetur, vel puniatur in
quarto pluri,vel ſimilia verba : & tunc pœna quæ imponitur ꝑ
ſimplici maleficio,vt confeſſus punietur. Sed illa quæ augetur
propter illam qualitatem negatam,punietur vt negans æquitas
enim iudiciorum hoc admittit:vt l.ſi ſeruum. §. ſi plurium. ff. ſi
quis cau.& quia eius contemplatione debet puniri , cuius con-
templatione deliquit:vt d.§.ſi plurium.& de his qui.vt indi.l.re
ctè.ff.ad Treb.l.Paulus reſpondit,ſi certam.Pro hoc optimè fa-
cit de iniur.l.eum qui nocentem.§.fina. & pen. vbi punitur fa-
ctum,& non qualitas.& ſic vnum ſeparatim ab alio conſidera-
tur.Facit ff.de fur.l.is qui opem. vbi præſtans punitur reſpectu
furti,non reſpectu qualitatis,ſcilicet manifeſti.Si verò pœna fa-
cti,& qualitatis non eſt diuiſibilis,ſeu ſeparabilis,vtputa confeſ
ſus,punitur in corpore:& tunc propter iſtam connexitatem,niſi
confiteatur totum,non habetur vt confeſſus:& ſi punietur vt ne
gans:argu.de ſtat.lib.l.ſi duobus.§.j.Iſtius enim negationis effe
ctus in partes ſcindi non poteſt:vt l.in execu.§.ſecunda ſpecies,
de verbo.oblig.Nam in iſtis indiuiduis non poteſt niſi in ſolidũ
peccari:vt l.eadem.§.Cato.de verb.oblig. Ad hoc tamen ad-
uertendum : quia vbicunq; dixi negantẽ qualitatẽ puniri vt ne-
gans,vel in totum,vel in partẽ:intellige ſi illa qualitas fuerit per

a ℂIudex.Aliãs.inci.à ſententia iudicis,qui per imperitiã. & ita alle.Bar.i l. itẽ ſi res. in fi.pri.ff.de arbi.Et hoc dicit in ſumma: Iudex ſi per imperitiam malè iudicauit, tenetur parti ad intereſſe,ſi potuit appellare,& non appellauit. Si verò appellauit & obtinuit tenet̃ ad ſumptus & expẽſas appellantis, vel tenebit̃ quia propter delationẽ cauſæ appellatiõis debitor eſt factus non ſoluendo in totũ, vel in partẽ. ſi ſuccumbit appellator: tunc iudex non põt conueniri. Aut appellatio pẽdet, & poterit cõueniri ſolũ ad expenſas,& cætera danna. Aut cauſa appellationis eſt deſerta:& tũc ſi nõ detulit iudex appellationi, poterit conueniri. Aut appellatio eſt deſerta per negligentiã partis, vel aliter eſt ei imputãdũ, & iudex nõ põt conueniri. Et adde ꝙ de iſta diſputatiõe Bar. meminit idem Bart. in l.fi.ff.de var. & extraor.cog.ibi vide apoſti.& in l. ſi minoris.in ij.col. & ibi vide apoſti.ff.de admi. tu. & in l. quia etiã. §. ex quibus. & in d. l.itẽ ſi res. in fi.princ. ff.de arb. & Bal.in c. j.§. iudices. in fin. de pa. iur. firma. Et de iſta diſputatione vide plenè Feli. in rub. extra de appella. & Alex. in l.j. in iij.col. in verſi.in eadẽ.ff.qđ quiſꝗ iur. & ibi vide plenè per do.meũ Iaſ.in prin.in vlt. co. & in ea.l.j.§.fi. eo.ti. & Ang. de Are. in l. j.in prin.in iij.& iiij. col.ff.de appel. Tho. Diploua.

aduerſam partẽ probata plenè : aliâs ſecus:
vt l.eũ q.in prin.de iureiu.& C.ad l.Aquil.
l.cõtra negãtem. adeò ꝙ ſic puto nõ ſuffi-
ceret,ſi probarẽtur præſumptiones, ex qui
bus reus poneretur ad torturam, ex qua ſe
queretur confeſsio.nã dictæ leges requirũt
ꝙ illud quod eſt negatũ,probetur.Sed iſte
nõ probauit illud quod eſt negatũ,& præ-
ſumptiones eius nõ ſufficiũt. vnde cũ non
extiterit cõditio,quã leges requirũt,nõ põt
puniri vt negans. Circa ſecũdum verò qñ
ſtatutum hoc ſtatuit per modũ premij, vt
ei,qui fuerit cõfeſſus, minuatur pœna:tũc
indiſtinctè dico ꝙ negãs qualitatẽ puniat̃
vt negans:nec habebit beneficiũ confiten-
tiũ:vt l.etiam ſi partis.de leg.j.de annu.leg.
l.Mæuius.in prin.de ma.teſt.l.ſi ita ſit ſcri-
ptum.& l.qui filiũ.§.fi.& ad l.Falc.l. bene-
ficio.quæ leges hoc probãt ſic:Quãdo ali-
cui cõcedit̃ beneficiũ propter aliquid niſi
illud totũ adimpleat,beneficiũ perdit:vt d.
l.etiam ſi partis.de leg.j.not.de his quib.vt
indi.l.quæ poſt legatũ.§.amittere.quod eſt
verũ etiã ſi totũ factum adimpleat, ſed in
qualitate deficiat:vt d.l. Mæuius. in princ.
de ann.leg.& de manu. teſta.l. ſi ita ſit ſcri-
ptũ.& l.qui filiũ.§.fi.Et prędicta vera, ſiue
aggrauaret aliam partẽ onere probãdi,ſiue
pars in ſe ſuſcipiat. Sufficit enim ꝙ ipſe co
netur effectum ſuæ cõfeſsionis infringere
quia tũc illo beneficio cõfeſsionis eſt indi-
gnus:vt d.l.beneficio.ff.ad l.Fal. Itẽ hoc ca
ſu nõ eſt curandũ de illis diſtinctionibus,
an illã qualitatẽ poterit probabiliter igno-
rare,vel non:qa quãdo aliquis vocatur ad
præmiũ ſub ſpe certę cõfeſsionis,intelligit̃
ꝙ confiteatur ſimpliciter, ſiue de eo quod
pertinet ad ſe ſiue ad alium. quod patet in
præmio qđ eſt ſtatutũ his,qui ſe deferunt.
Nam intelligitur ꝙ ſe deferant, etiam de
eo quod ipſi poterãt probabiliter ignorare,
vt patet de iur.fiſ.l.ij.§.fi.eo.ti.Concluditur
ergo ꝙ indiſtinctè perdat tale beneficium
ſi venit cõdemnandus ex illa qualitate ne-
gata,factis probationibus. Et ex prædictis
apparet reſponſum ad omnia contraria.Et
ſic eſt finis.Barto.

Diſputata fuit hæc quæſtio per dominum Bar.de Saxoferrato minimum inter legum doct. in ciuitate Peruſij, Anno domini Mcccl.die xxj.menſis Decembris.

1 *Iudex,qui per imperitiam malè iudicauit,tenetur ex quaſi maleficio.*
2 *Delictum quod in actu ſententiæ perficitur ſententia lata & appellatione ſecuta, non dicitur eſſe perfectum.*
3 *Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod intereſſe,ſi deſinat intereſſe facto ipſius actoris,deſinit actio effectualiter competere.*
4 *Actio quæ datur in magiſtratum delinquentem in officio dicitur ſubſidiaria.*
5 *Quando ſententia non lædit partẽ iudex non facit litem,nec tenetur ex quaſi maleficio.*
6 *Quando ſunt diuerſæ actiones,una pœnalis & alia perſecutoria, una non tollitur per aliam,nec per exceptionem,nec electione.*
7 *Quando ſunt plures actiones competentes ad diuerſa,ſiue contra eundem ſiue contra diuerſos,ex diuerſis cauſis poſſunt ſimul agitari.*
8 *Sententia lata in cauſa appellationis qualitercunque iudex ueniret condemnandus.*
9 *Si beneficium uni parti conceditur,illo beneficio alius contra illum, cui conceditur uti non poteſt eo inuito.*

## QVAESTIO IX.

a IVdex[a] per Imperitiam iudica
uit cõtra ius litigantis, & à parte ſuccumbente extitit
appellatũ à tali ſentẽtia. Nunc quæro an dictus iudex
tempore ſyndicatus ob hoc poſsit effectualiter cõueniri vel nõ.
Et primò ad partẽ magis fauorabilẽ,ſ.negatiuã ꝙ nõ poſsit effe
1 ctualiter cõueniri,probat̃ pluribus rationibus. †Et primò,cer-

Ibi: Iudex: Plura. smg. tm de ſu. Regni q̃. conmu
m: Videnda ꝙ Aviles. mcc: correct. c. 1. glo
ala partes ... quam glo deprecat cum casus oc
currit no ... obliuiscari. 1c

tum eſt ꝙ iudex,qui per imperitiã malè iudicauit,tenet̃ ex quaſi
maleficio:& perſecutione facta ab vno cæteri liberant̃: vt Inſti.
de obli.quæ ex quaſi malefi.in prin.&.ff.de act.& ob.l.ex malefi
cijs.§.ſi iudex.de var.& extraor.cog.l.fi.ſed natura eorũ,q tenen
tur ex quaſi maleficio eſt,vt perceptione facta ab vno cæteri li-
berentur.ff.de his qui deie.vel effu.l.pceptione.& nau.cau.ſtab.
l.licet.§.poſſumus.Iſte aũt,q appellauit ſtatim cõſecutus eſt qđ
voluit:quia,ſ.appellatio ſtatim iudicatũ extinguit:vt l.j.ĩ fi. ff.ad
Tur.ff.de his qui no.infa.l.furti.circa prin. ff. de iniu.teſ.l.ſi quis
exhære.§.hi aũt.cum ſi.Si igit̃ iam cõſecutus eſt id, in quo eſt læ
ſus:vr̃ ꝙ talis iudex nõ poſsit effectualiter cõueniri. Secundò
ꝓbatur ſic:Qñ culpa vnius trahit ad ſe obligationẽ alterius prin
cipaliter obligati,vt vterꝗ pariter principalis teneat̃, vnius ele-
ctione alter liberatur:& maximè qđ vna actio eſt ordinaria,alia
extraordinaria:vt C.de fur.l.manifeſti.§.j.nau.cau.ſta.l.iij.§.ma-
ximi.& l.licet.§.poſſumus.Modò in ꝓpoſito, culpa iudicis tra-
hit ad ſe obligationẽ principalem.facit enim litẽ ſuam:vt Inſtit.
de ob.quæ ex quaſi malef.in prin.cũ ſi.ſ.alle.ergo principale ele
cto per appellationẽ iudex eſt liberatus:& ſic tpe ſyndicatus nõ
2 poſsit effectualiter conueniri. †Tertiò probatur ſic: Delictũ,
qđ in actu ſñiæ perficitur ſñia lata & appellatione ſecuta nõ di-
citur eſſe perfectũ:vt.ff.de bo.quę lib.l.qui cũ maior.§.accuſaſſe.
Facit eo.ti.l.ſeruitutẽ.§.petijſſe.de inof.teſta.l.Papinianus.§.me-
miniſſe.Sed hoc quaſi delictũ perficit̃ ſentẽtiando: ergo appella
tione ſecuta non poteſt dici delictũ eſſe commiſſum:& ſic iudex
non potũit effectualiter cõueniri. Quartò probo ſic:Quando
ab initio alicui cõpetit actio propter aliquod intereſſe, ſi deficit
intereſſe facto ipſius actoris deſinit actio cõpetitiua:vt l.ſiue ma
nifeſtus.cum l.ſeq.& l.& ideo.ff.de condi. fur. ſed in quæſtione
propoſita actio competebat contra iudicem ꝓpter intereſſe: qa
partem læſerat:& iſtud deſinit facto ipſius appellantis: ergo vr̃
ꝙ non poſsit effectualiter conueniri. Quintò probatur ſic:A-
liquid non eſſe ab initio,vel eſſe & tolli per actum,qui retro fin-
gat non eſſe,paria ſunt.l.proinde.ff.ſi cer.pet.l.ſi ſeruum filij.§.j.
de leg.j.de reb.dub.l.quædam.ff.de ſol.l.quæ res.circa princ.de
capti.l.retro.cum ſi. Sed per appellationem fingitur ſñiam non
fuiſſe retro latam:vt ff.de his qui no.infa.l.furti.circa princ.& ibi
no.ad Turp.l.j.in fi.ergo habetur perinde,ac ſi non fuiſſet lata:
3 & ſic non poteſt effectualiter conueniri. †Sextò probatur ſic:
Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod inter-
eſſe,ſi deſinat intereſſe facto ipſius actoris,deſinit actio effectua
liter competere:vt l.ſiue manifeſtus.§.fin.cum l. ſeq. & l.ideo.de
condi.furti.Sed in quæſtione propoſita actio competebat cõtra
iudicem propter intereſſe:quia partem læſerat,ſed deſinit inter-
eſſe facto ipſius appellantis:ergo videtur quòd non poſsit effe-
ctualiter conueniri. Septimò probatur ſic: Aut ſuper illa ap-
pellatione fuit pronunciatum bene appellatum: & ſic prima ſen
tentia reſciſſa: & tunc deſinit intereſſe; ergo iudex non poterit
effectualiter conueniri:vt ſ.dictum eſt. Aut fuit pronunciatum
malè appellatum,& ſic prima ſententia confirmata.& idem ſcili
cet qđ iudex non poterit effectualiter cõueniri:quia in iſtis qua
ſi maleficijs abſolutoria lata ſuper vno parit exceptionem rei iu
dicatæ ſuper alio:vt l.licet.§.fi.ff.nau.cau.ſta.Aut appellatio pẽ-
det:& tunc idem:quia non poteſt conueniri. Nam pendet talis
cauſa principalis,& abſolutoria lata in eo,parit exceptionem rei
iudicatæ in iſta:ergo &c.vt l.fundi.& l.fundum. & l.ſed ſi ante
ff.de exce.& ſic nullo modo talis iudex poterit effectualiter cõ-
ueniri. Octauò probatur ſic. Non debet eſſe melioris condi-
4 tionis actio ſubrogata,quã ea in cuius locum ſubrogatur. †Nã
actio quæ datur in magiſtratum delinquentem in officio dici-
tur ſubſidiaria,& ita demum competit ſi parti læſæ contra prin-
cipalem non poteſt aliter eſſe conſultum:vt C.de magi. conue.l.
j.in princip. ff. de tut.& ra. diſt.l.j.§.nunc tractemus. cum ſi.Sed
huic parti læſæ poterit aliter eſſe conſultum proſequendo appel
lationem in aliquo cõtra principalem:ergo videtur quod iudex
non poſſet ob hoc cõueniri. Nonò probatur ſic:Quãdo vnus
tenetur directò,& alius per quandam cõſequentiam rõne impe
ritiæ,doli,vel culpæ:& ille,qui principaliter tenetur, eſt paratus
in ſe ſuſcipere iudicium,alius liberatur:vt.ff.de noxa.l.de illo in
principio.ff.de alie.iud.mu.cau.fac.l.iij.§.fi.de peti.hæredi. l.ſed
& ſi.item ſi rem.in fine.§.ſed in quæſtione noſtra iudex tenetur
ex quadam conſequẽtia ratione culpæ,ſeu imperitiæ:ergo prin-
cipali



cipali parato ſuſcipere iudicium appellationis iudex nõ poterit
conueniri. Decimò probat̃ ſic:Delictum iudicis malè iudicã
tis,& ꝓcuratoris malè ꝓcurantis æquiparãtur:vt C.de pœna iu-
di.qui malè iu.l.j.& ij.& de aduo. diuer. iu.l.j. & ibi no. Sed ego
habeo ꝙ ſi ſñia dicatur malè lata ꝓpter factum ꝓcuratoris, & ſi
principalis eſt paratus iudicium ſuſcipere in ſe,ꝓcurator nõ põt
cõueniri:vt.ff.de dolo.l.elegãter.§.pe.& ff.man.l. ſi ꝓcurator. in
prin.& ibi no.Facit ad hoc qđ dictũ eſt ſ.proxi.arg. ergo hic cũ
principalis iudicium ſuſcipiat,iudex nõ poterit effectualiter cõ-
5 ueniri. †Vndecimò ꝓbatur ſic: Quando ſñia nõ lædit partẽ,
iudex nõ facit litem,nec tenet̃ ex quaſi maleficio:vt ff.de var.&
extraor.cog.l.fi.& ibi no.in gl.ibi:ſñia nulla.ſed per appellationẽ
ſententia annullatur.Item pro hoc pœnæ quæ ſtatuunt̃ in iudi-
cem iniquè iudicantem,habẽt locũ,ſi ſñia habuerit effectum: vt
l.j.in fi.ff.qđ quiſꝗ iur.Sed in quæſtione noſtra non habuit effe-
ctum propter appellationem partis:ergo iudex non poteſt effe-
ctualiter conueniri.

6 IN Contrario quòd iudex poſsit
conueniri,ꝓbatur alijs decem rõnibus. †Primò ſic:
Qñ ſunt diuerſę actiones,vna pœnalis, & alia perſecu
toria:vna non tollitur per aliã,nec per exceptionẽ,nec electionẽ:
vt ff.de cõ.fur.l.ſi pro fure.§.j.de fur.l.ancillæ.Sed actio,quę dat̃
cõtra iudicem qui malè iudicauit:dicitur pœnalis:ideo dicitur in
tex.pœnam ſuſtinebit,&c.vt Inſti.de ob.quæ ex quaſi delict. in
prin.de var.& extraor.cog.l.fi.de act.& ob.l.ex maleficijs.§. ſi iu
dex.ergo electa appellatione,quæ eſt rei perſecutoria,non tollit̃
pœnalis,& remedium qđ datur cõtra iudicẽ: ergo effectualiter
iudex potuit cõueniri. Secundò ꝓbat̃ ſic:Delictũ iudicis, qđ
in actu cõmittit̃,appellatione ſecuta nõ tollitur:ſed quantum ad
iudicẽ non tollitur:pœna firma remanet:vt.ff.de his quib. vt ĩdi.
l.poſt legatũ.§.ſunt qui putãt.ij.rñ.vbi vr̃ caſus noſtræ quæſtio-
nis.Si igitur delictũ iam per iudicem fuit perfectum tpe ſñiæ,&
remanet appellatione ſecuta:ergo poteſt conueniri effectualiter.

Tertiò ꝓbatur ſic:In his actionibus quæ ad intereſſe compe-
tunt,ſeu ꝓpter intereſſe,ſufficit ab initio: licet poſtea deſinat in-
tereſſe.ff.de fur.l.inter oẽs.in prin.& de eden.l.vbi aũt.§.j.&. ff.ſi
quis cau.l.qui aũt.§.j.cũ ſi.& ibi no.ſed ab initio tpe ſñiæ latę in-
terfuit,licet poſtea per interpoſitionẽ appellationis deſinit inter-
eſſe,debet actio remanere:& ſic iudex poterit effectualiter cõue
7 niri. †Quartò ꝓbatur ſic:Qñ ſunt plures actiones cõpetentes
ad diuerſa,ſiue cõtra eundẽ,ſiue cõtra diuerſos,ex diuerſis cau-
ſis poſſunt ſimul agitari:vt l.ſi idẽ cum eo.ff.de iur.om.iu. & l.fi.
de anna.exce.& no.per Dy.extra,de re.iur.c.nullus. & maximè
cum ſñia lata in vna nõ parit exceptionẽ rei iudicatæ in alia pro
pter diuerſitatem rerũ,cauſarũ,& perſonarũ:vt ff.de exce. rei iu.
l.cũ quæritur.cum l.ſeq.C.qui.res iu.non no.l.j.& per totũ ti.res
inter alios acta.in rubro & nigro.Sed hæ actiones ſunt huiuſmo
di:quia cõpetũt cõtra diuerſos,& ex cauſis diuerſis:quia vna eſt
ex quaſi maleficio,alia ex alio.Itẽ ad diuerſa:quia iſta quę datur
cõtra iudicem,datur ad id,qđ æquũ iudicãtis religioni videbit̃:
alia ad aliud:ergo poſſunt ſimul ꝓponi:ſic iudex poterit effectua
liter cõueniri,&c. Quintò ꝓbatur ſic:Certũ eſt ꝙ ſi per factũ
iudicis iuſtitia partis differtur,iudex venit puniẽdus:vt.C.de iu.
l.ꝓperandũ.§.ſin autẽ.& in aut̃.de man.prin.§.ſi tibi.& §.ſeq.co.
iij.& in aut̃.vt diſ.iu.§.j.licet dicat̃ ꝙ puniatur criminaliter pœ-
na fiſco inferenda:tñ idem de pœna inferenda parti,ſ.de ĩtereſſe
ad qđ datur actio in factũ deſcendens ex quolibet crimine: vt l.
ne quicꝗ.ff.pro ſo.& l.qui nomẽ.ff.de fal.ſed ſine dubio iſte iu-
dex,qui malam ſñiam tulit,diſtulit litẽ:quia facit partẽ appella-
re,& vocare per alia iudicia: ergo hoc ſaltẽ poterit effectualiter
cõueniri. Sextò probat̃ ſic:Vbi lex gñaliter loquit̃, & non di-
ſtinguit:nec nos diſtinguere debemus:vt l.iij.ff.de offi.præto. de
pub.l.de pretio.qui & à quibus.l.proſpexit,cum ſi.ſed lex gene-
raliter dicit iudicẽ qui malè iudicauit teneri:nec diſtinguit vtrũ
fuerit appellatum vel nõ:vt dictis legibus,& Inſti.de ob.quę ex
quaſi delic.naſcuntur.in prin.& l.fi.de var.& extraor.cog.nec ꝑ
aliam legem reperit̃ diſtinctũ:ergo nec nos debemus diſtingue-
8 re:& ſic iudex poterit effectualiter conueniri. †Septimò pro-
batur ſic:Non debet eſſe melioris conditionis,qui eſt in ſtatu du
bio,quã qui eſt in ſtatu certo:vt l.Iulianus verum debitorem. ff.
de con.inde.l.j.in prin.ff.de leg.iij.ad Velle.l.aliquando.Sed po-
ſito qđ ſententia eſſet lata in cauſa appella-
tionis,qualitercunꝗ iudex venerit cõdem
nandus:ergo & nunc appellatione penden
te.quod probo:Aut enim ꝓnunciabitur be
ne appellatum:& tunc multò magis iudex
condemnabitur:quia tunc detecta eſt ini-
quitas ſua:vt l.à proconſulibus.in fin.C.de
appel.aut econtra,fuit pronunciatum bene
iudicatum,& malè appellatum: & tunc iu-
dex appellationis faciet iniuriam appellan
ti:quia nos præſupponimus in themate qđ
ſententia lata fuit iniqua:& ſic illa iniurio-
ſa ſententia non egreditur perſonas, inter
quas fuit iudicatum:vt l.ſi per imprudẽtiã.
ff.de euic.de fideiuſ.l.exceptiones.ergo iu-
dex illa ſententia vti non poterit:& ſic poſ-
9 ſit iudex effectualiter conueniri. †Octauò ꝓbatur ſic:Si bene-
ficium vni parti conceditur:illo beneficio alius cõtra illum, cui
conceditur,vti non põt eo inuito:vt l.ſi iudex circunuento.ff.de
min.& de excu.tu.l.amiciſsimos.in fi. facit.ff.de lega. l.nulla.C.
eo.l.quod fauore.ſed in quæſtione noſtra beneficium appellan-
di eſt conceſſum parti ſuccumbenti:vt.l.j.ff.de appe.ergo iudex
poterit effectualiter conueniri. Nonò probatur ſic: per l. ſi qs
legatum.in prin.ad l.Cor.de fal.ſic inducendo ſicut iudex q ma
lè iudicat,tenetur ex quaſi maleficio,vt ſ.pluries eſt ꝓbatum: ita
ille,qui ſibi adſcribit in teſtamento,tenetur de quaſi falſo: qa nõ
eſt falſum ꝓpriè:vt C.de his qui ſibi adſcri.in teſtamento. & ibi
no.ſup rub.& eo.ti.l.ſenatus.&.ff.ad l.Fal.l.j.in fi.et l.diuus Clau
dius.ſed qui ſibi adſcribit in teſtamento ꝙ poſtea rumpitur, vel
irritatur:nihilò minus punitur:vt d.l.ſi quis legatum.ergo iudex
qui dedit malam ſñiam,quæ poſtea rumpitur, poterit effectuali
ter conueniri. Decimò ꝓbatur per caſum l.fi.C.de pœ.iu.qui
malè iud.ſic inducendo:Certum eſt qđ ſententia lata per pecu-
niam eſt ipſo iure nulla:vt l.venales.C.qñ prouoc.non eſt neceſ.
& ff.ad Treb.l.ſeruo inuito.§.cũ prætor.& ibi not.tamen iudex,
qui per pecuniam iudicauit,tenetur parti, contra quam ſenten-
tiam tulit:licet ipſo iure ſit nulla:ergo etiam hoc caſu licet poſt
appellationem extinguatur pronunciatum,& ſic iudex poterit
effectualiter conueniri,&c.

a ℂSaluo ſemper. Iſta verba vſꝗ ad illud verbũ, ad deciſionẽ, non ſunt in libris antiquis Bar.manu ſcriptis.Tho.Diplo.

b ℂDe appella. Vide Bar.in d.l. j. vbi voluit quòd remedium appellationis nõ tollit regreſſum contra iudicem,qui malè iudicauit.& vide Bart. in l.ſi minoris. in ij. colum.ff.de admi.tuto. qui videtur contrariari.& vide gloſ. & docto. in l.j. ff.qđ quiſque iur. Thom. Diploua.

1 *Iudex,qui per imperitiam malè iudicauit,an tenetur parti, ſi pars potuit appellare,& non appellauit.*

SOlutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomi-
ne inuocato ac eius glorioſæ matris
a virginis Marię,Saluo ſemp[a] iudicio cuiuslibet do
ctoris,& ſcholaris,q melioribus rõnibus, & iuri-
bus moueretur, Et ꝑcipãliter patris & domini mei
1 Ray.de Forli.cuius correctioni me ſemper ſubijcio. †Ad de-
ciſionem præſentis quæſtionis inueſtigandũ eſt,an iudex, qui ꝑ
imperitiam malè iudicauit,tenetur parti, ſi pars potuit appella-
re,& non appellauit.& hunc punctũ tangit gl.in ſimili.qđ quiſ-
que iur.l.j.poſt prin.gl.magnæ.& ibi dicit ꝙ iudex tenetur:quia
potuit ſubeſſe cauſa quare pars non appellauit:vt ff.man.l. ſi ꝓ-
curator.§.ignorantes.ſed Gul.de Cug.dicit idem ſi nulla cauſa
ſubſit:quia iudex non poteſt parti imputare,quare contra ipſius
ſententiam non venit.nam ſuæ culpæ alij,&c.vt l.cùm in fundo
§.quod ſi mulier.ff.de iure do.item tenet ibi Cyñ.& Anto.de Pi-
b ſis,& hoc puto verum,& videtur expreſſum.ff.de appella.[b]l.j.in
prin.cum gl.ſua.vbi dicitur ꝙ licet quis habeat beneficium ap-
pellandi,nihilò minus iudex facit litem ſuã.Et hoc etiã tenet gl,
ſi bene aduertatur,in d.l.ſi per imprudentiam iudicis.vbi ſi non
appellauit,nocet ſibi ꝗtum eſt in actione mouenda contra ven-
ditorem,ſed ei bene cõpetit actio contra iudicem,adeò ꝙ iudex
nõ poſsit obijcere parti,quia non appellauit:ſicut venditor non
poteſt obijcere emptori,cur contra ſe agentem nõ excepit:vt.ff.
de euict.l.vendicantem.cum l.ſeq.& quod in eis not.Pro hoc vi
detur tex.in ſimili.ff.de alie.iud.mu.cau.fac.l.item ſi res. in prin-
ci.facit C.ſi tutor vel cura.interuenerit.l.etiam. Hoc videtur te-
nere Innoc.& Hoſtien.extra,de appel.c.ſæpe.in fi.gloſ. magnæ.
Nec obſtat ſi dicatur quod ſi non appellat videtur ſententiã ap-
probare:vt.C.de appella.l.j.& C.quomodo & quando iudi. l.ab
eo.cum ſi,quia fateor quod videtur ſententiam approbare tan-

quam ſic latã,nõ tanquã bene latam,vt dicimus in ratihabitione negot. geſt. vt not. ff. de negot. geſt.l. Pomponius ſcribit. in glo.magna. Facit ad hoc quod dicimus ꝙ per appellationem quis confirmat ſententiam:vt l.iiij.§.falſus.ff.rem rat. habe. quod intelligendũ eſt ꝙ approbat tanquã ſic latam,nõ tanquã bene latã: aliâs fruſtratoria eſſet appellatio. Hoc ergo poſito pro conſtanti ꝙ pars quæ potuit appellare, & non appellauit,habet actionem cõtra iudicem: apparet ꝙ dubiũ noſtræ quæſtionis procedit an per appellationẽ interpoſitam iudex poſsit ſe tueri. Et ad hoc declaradũ adhuc aliud inueſtigandũ occurrit,quod habetur Inſti.de ob.quæ ex quaſi delic.in princ. & ff.de var.& extraor.cog.l.fin.vbi dicitur ꝙ inquantũ de ea re [e] æquum religioni iudicantis videbitur,pœnã ſuſtinebit,an illa ſit mera pœna ex parte vtriuſque, an verò ſit pœna ſolũ reſpectu iudicis,ſed intereſſe reſpectu partis:dico quòd ſolum reſpectu iudicis eſt pœna,& reſpectu partis eſt intereſſe. Et hoc probo per tex.in fin.ff.de his qui deiec.vel effu.l.j.vbi videtur quòd iſta verba, inquantum iudici æquum videbitur:referuntur ad intereſſe:vt ea.l.in princ. verſi.ſi minor.cõiuncta.l. fi.eo.tit.& Inſti. de ob. quæ ex quaſi delic.§. ab homine. &
a eſt expreſſum ff.de dã.infe. [a] l.iiij.& ibi no. Ad aliud aũt quod dixit,inquãtũ religioni iudicãtis videbitur:dat arbitrium iudici,vt ex cauſa poſsit condemnare in minus quã ſit intereſſe partis : vt ſi eſt filiusfa. qui minus habet in peculio:vt ff.de iud.l. ſi filius. vel quia errauit in lege fortiſsima : vt in l. Gallus.& ita debet intelligi gl.Inſti.de ob. quæ ex quaſi delic.in prin. Sed ſi per dolũ malè iudicaſſet,illud totũ eſſet mera pœna etiã ſi partem nõ læſerit.ſi tamen per eum nõ remanſit,vt ſi ſentẽtia eſt nulla : qa corruptus pecunia.l.fi.C. de pœna iudi.q malè iud.His præmiſsis pro ſolutione noſtræ quæſtionis eſt ſciendũ:aut pars appellauit, & in cauſa appellationis obtinuit,ita ꝙ ſententia eſt reſciſſa:& tũc dico ꝙ iudex nihilo minus poterit cõueniri:tamẽ nõ habetur ratio totalis intereſſe ꝙ erat ab initio : ſed habetur ratio ſumptuum , vel expenſarum, quæ factæ fuerunt in cauſa appellationis, quas aliâs nõ ſuſtinuiſſet,niſi quia cõtra eũ fuit iniquè iudicatũ : vt ff.rẽ ra.ha.l.ſi ſine. §.cũ autẽ.& §.Marcellus. aliâs verò niſi in cauſa appellationis debitor eſt factus nõ ſoluẽdo in totũ, vel in partẽ:vt no.ff.de pe.hęr.l.nec vllã.§.pe. ibi:niſi petentis intereſt. & ff.ſi cer.pe.l.periculũ.& C.de arbit.l.ij. cũ ſi. Ad hoc optimè facit extra de ſen.excõ.c.ſacro.vbi licet ab initio interfuerit plures:tñ deſinit intereſſe facto ipſius actoris:ergo &c.vt l.& ideo de cõd.fur. Itẽ deſinit intereſſe per interpoſitionẽ appellationis quæ fingit retro nõ eſſe iudicatũ:ergo &c. vt l.ſi quis vxori.§.fi. ff.de fur.Et hoc modo intelligo opi.no.ff.de var.&extraor.cog.
b in l.fi.vbi dicit̃ ꝙ qñ ſñia eſt nulla [b],iudex non facit litẽ ſuã, ſ. q̃ ad totale intereſſe,ſed quo ad expẽſas propter hoc factas, & cætera damna,ſicut ſ.dictũ eſt.Aut in cauſa appellationis appella
c tor ſuccũbit [c] & ſic ſentẽtia prima fuit cõfirmata: & tunc iudex nõ poterit cõueniri.Talis enim ſentẽtia excuſat iudicẽ: vt C.de app.l.à proconſulibus.Facit ad hoc C.ſi plures vna ſentit.l.j.Et hoc videtur velle gl.j.facit.ff.de excep.rei iud.l.j.circa prin.Aut cauſa appellationis pendet:& tũc quia ſtatim interpoſita appellatione extinguitur pronũciatũ;vt ff.ad Turp.l.j.in fi.& ſic deſinit intereſſe.Dico idẽ ꝙ poterit cõuenire ſolũ ad expẽſas,& cæ
d tera dãna,cũ primũ ius remaneat [d] ſibi illæſum:vt ff.de alie.iud. mut.cau.fac.l.iij.§.ex quibus vt illud qđ ibi dicitur ex mutatione aduerſarij,idem ſit hic in mutatione iudicis. Ad idem optimè ff.mã.l.creditor.in prin.Nec obſtat ſi dicis ꝙ pendet cã præiudicialis:quia hoc eſt ĩter diuerſas ꝑſonas:vt no.in d.l.creditor.Nec obſtat.l.minor.de admi.tut.ſcđm veram lec.& quod no.ꝑ Azo. in Sum.C.ſi aduer.rem iud.quia ibi ĩterpoſita fuit appellatio ab ipſo curatore,eodemq; debitore:vnde non præiudicat alijs,adultis in actione eis iam quæſita Hæc verò appellatio fuit interpoſita ab ipſo,qui actionẽ habebat cõtra iudicẽ.Scđm hoc ergo quãtum ab alio poſſum exigere,non cõputatur intereſſe:vt.ff. de ꝟ. ob.l.ſi quis ſtipulatus ſit.§.fi.cũ alijs.ſ.alleg.licet aliàs ſecus ſit in quibuſcunq; prætorijs ſtipulationibus:vt ff.qui ſatiſ. cog.l.ij.ĩ fi. aut cauſa appellationis eſt deſerta per curſum temporis:& tunc ſi quidẽ iudex appellationi nõ detulit,nil poteſt iudex parti imputare,& poterit cõueniri,ſicut dixi ſ.in parte quæ potuit appellare,& nõ appellauit,per eaſdem rõnes.& hoc no.Inn. expreſsè in d.c.ſæpè.de app.in fi.gl.magnæ. Aut iudex detulit appellatio
e ni,& partis negligẽtia eſt deſerta,vel alio modo pars renũciauit [e] appellationi:& tunc cũ per interpoſitionem appellatiõis eoipſo ſit quæſitũ ius liberationis iudici reſpectu totalis intereſſe, licet remãſerit obligatus ꝓpter ſumptus,vt ſ.dictum eſt, nõ põt pars per ſuam renunciationẽ tacitam,vel expreſſam reſuſcitare obligationẽ contra iudicem:vt ff.de pac.l.fi. Iſta enim partis negligẽtia iudici nocere non debet:vt C.de pig.l.præſes.& ff. de euic.l.j. in prin.& l.Hærennius.§.Caius.cum ſimi.

Diſputata fuit quæſtio iſta per dominum Bar.in ciuitate Peruſij Anno domini Mcccxlv.die x.menſis Februarij,&c.

a De dam.infe.Vide Alex.de Imo.in l.iij. in §.in eũ.in fin.ff.de dam.infe.Tho.Dip.

b Quando ſententia eſt nulla.Vide Iaſ.in l.j.in fi.in pe. colũ.ff. quod quiſque iuris. Tho.Diplo.

c Appellator ſuccũbit. Contrarium videtur tenere Inno. in c.paſtoralis. de offi. deleg.Tho.

d Ius remaneat.Nũquid poſsit agi cõtra iudicem cuius ſentẽtia eſt appellatũ: vide gl.in cle.ij.in gloſ. vlt.de appel. & vide Maria.Soci. in cõſil. xxiiij. incip. viſis ac diligẽter.in iij. col.in ij.q.prin.& Alex. in l.iiij.§.fi.ff. de dã. infec.Tho.Diplo.

e Renunciauit.Vide plenè Feli. in ru. extra de app.in vlt. co. vbi plenè põit de veritate iſtius dicti. & ibi ponit plures concor.& vide Iaſ.in l.j. in prin.in vlti.col.ff. quod quiſq; iur. & Ang.de Are.in §.j.Inſti. de ob. q̃ ex quaſi delib.naſc.;vide ẽt q. quam ponit Bar.ſuper qua conſuluit in ſtatuto Tuder.i l. iij. ff.de ope.liber. Tho. Diplo.

f Debitor. De iſta diſputatione Bar. vide plenè do. Fran.de Are.in cõſi.clxij.inc. verum eſt.in j.col.& vide Bart. in l. gerit. in viij. col.ff. de acq. hęre.in ver.venio ad quartũ. & vide Ale. ibi in antepe.co.in ꝟ. quæro quatuor. & vide Alex. & Mod. plenè in l.non hoc.in pe.& vl.col.C. vnde cogna.&ibi viđ Iaſ. & Phi.Deci. in vlti. col.in prin. & Alex. in cõſi.xx.in vij.vo. in ij.col.inci. circa cõſultationem.& in cõſil.xxiij.in eo.vol.in pe.col.inci.conſideratis.Tho.Diplo.

1 *Qui hæreditariam rem poſsidet,ſi nullam aliam iuſtam cauſam poſsidendi habeat, uidetur ex hoc ſe gerere pro hærede uel hæreditatem adire.*
2 *Non improbare eſt approbare,quando de alicuius lucro uel commodo tractatur.*
3 *In dubijs declaratio uoluntatis defuncti pertinet ad hæredem.*
4 *In dubio præſumendum eſt quod quis habeat animum faciendi id,quod in delictum non cadit.*
5 *Aditio hæreditatis fit uoluntate probata per actus extrinſecos.*
6 *Per aditionem hæreditatis debitoris creditori contingit liberatio.*
7 *Illud quod poteſt fieri citra ius & nomen hæredis,non inducit aditionem.*
8 *Illi qui ſunt inuicem debitores ſiue hæredes , dicuntur inuicem obligati ex quaſi contractu.*
9 *Tempus non eſt modus tollendæ,uel inducendæ obligationis.*

## QVAESTIO X.

f Debitor [f] in diem cognouit ſui creditoris hæreditatẽ ſibi fore delatam in qua hæreditate aliud ꝗ̃ ipſum nomẽ debiti non erat,q debitor dictam hæreditatem adire,nec repudiare nõ expreſsit,& deceſsit. Quærit̃,nunqđ hæredes ipſius debitoris poſsint de iure dicere dictã hæreditatẽ fore per dictũ debitorẽ aditam,& ad eos tranſ
1 miſſam,vel nõ & ꝙ videat̃ adita,ꝓbat̃ ſic. †Primò,qui hæreditariã rem poſsidet,ſi nullã aliam iuſtã cãm poſsidẽdi habet,vr̃ ex hoc ſe gerere pro hærede,vel hæreditatẽ adire:vt C. de repu. hęr.l.j.& ij.& de iur.deli.l.j.& qđ ibi no.Sed debitor dicit̃ poſſeſſor rei,& iuris hr̃ditarij:vt ff.de pet.hær.l.regulariter.& l.nec vllã §.fi.cũ l.ſeq.et fa.erc.l.fundus q dotis.in fi.ergo ille debitor tanq̃ poſsidẽs rem hæreditariã vr̃ adiuiſſe. Scđ'ò ſic: Qñ ad petitionem creditoris ſtatuit̃ ei,cui defert̃ hæreditas,terminus,ĩtra quẽ adeat,vel repudiet:ſi intra tp̃s nil facit vr̃ adire:vt C.de iur. deli. l.fi.§.ſi qs aũt temerario.no.ff.de acq.hær.l.quãdiu. Sed iſte debitor in diẽ,cui delata eſt hr̃ditas creditoris,vr̃ habere dictam electionẽ:qa ſi vult eſſe hæres nõ ſoluat:ſi non vult eſſe hæres, dies interpellat eũ vt ſoluat.ergo nil faciendo vr̃ adire. Tertiò ſic: Per curſum tẽporis nil faciẽdo inducit̃ præſumptio ratihabitionis,videlicet ꝙ qs patiat̃ rem eſſe apud alium:vt l.fi.C.ſi ma.fac. rat.hab.ff.de iniuſt.teſt.l.filio præte.ad Tre.l.ſi ĩpubes.§.fi.Si igit̃ ꝑſumit̃ approbare eo caſu qđ eſt ꝑdere ꝙ de facili non ꝑſumit̃: ergo multò magis in caſu ꝓpoſito pręſumitur voluiſſe eſſe apud ſe,ex quo inducitur lucrum ſuum,quod de facili pręſumitur,vt
2 ſtatim dicã. †Quartò ſic:Non improbare eſt approbare, quãdo de alicuius lucro vel commodo tractatur:vt l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet.& quod ibi no.per gl.& doct.&.ff.rem ra.ha.l.quo enim & quod ibi no.per gl.ſic in propoſito non repudiare eſt adire,& approbare



approbare cum de ſuo commodo tractatur,ſ.de acqui.hæredit.
3 †Quintò ſic:In dubijs declaratio voluntatis defuncti pertinet ad hæredem,tanquã ad eum,qui melius debet cognoſcere: vt l. ſi quis à filio.§.ſi quis plures.ff.de le.j.& ibi no.fami.erci.l.hęres §.ſi incerto.& ibi no.& Inſti.de leg.§.ſi generaliter. & ibi not.& no.per Dy.in c.obſcuris.de reg.iu.lib.vj.Sed dictus debitor potuit ceſſare in reſtitutione dictæ rei animo adeundi hæreditatẽ: ergo &c.Sextò ſic:Hæreditatis aditio cõſiſtit in animo.ff.de acqui.hære.l.j.C.de iur.delib.l.potuit.ſed de iure præſumitur ꝙ qs habeat animum quòd nolit eſſe obligatus.quod patet: quia non valet remiſsio vel legatum quod confertur in poteſtate eius, q debet obligari:vt l.ſenatus.§.legatum.de leg.j.de ac.& obl.l.ſub hoc.& ideo dicit lex ꝙ quando promittitur quantitas maior vel minor alternatiuè:ꝙ minor quãtitas eſt ſolum in obligatione:vt l.ſi ſtipulatus fuerit decem aut quindecim.de verb. ob.& de le. ij.l.ſi ita relictum.§.fi.Ratio eſt:quia lex nõ præſumit ꝙ quis velit obligari de quantitate maiori,vt dictis legibus patet. & nota Cy.C.de verbor.ſig.l.cùm quidam.Si ergo præſumitur ꝙ nolit obligari:ergo patet ꝙ habuit animum adeundi hæreditatem ſui
4 creditoris:quia ex hoc ſequitur ꝙ non eſt obligatus. † Septimò ſic:In dubio præſumendum eſt ꝙ quis habeat animum faciendi id,quod in delictum non cadit:vt ff.pro ſocio.l.merito.de ſer. corru.l.ſi quis ſeruum communem.de iniu.l.item apud Labeonem.§.ſi cau.de reg.iur.l.ſemper in dubijs.Sed in propoſito, aut nos præſumimus illum debitorem in diem habuiſſe animũ adeundi hæreditatem:& habemus propoſitum. aut dicimus cõtrarium:& tunc per curſum diei appoſitæ fuiſſe in mora ſoluendi: & ſic eſt in dolo,& culpa:vt l.quod te:ſi certum peta.& de re.iuris qui ſine.Sed hoc facere non debemus:ergo præſumendũ eſt ipſum habuiſſe animum adeundi hæreditatem. & ſic in mora eſſet &c.

Contra quod non poſsit dici hæ
5 reditas adita probat̃ rationibus infrà ſcriptis. Primò ſic: †Hęreditatis aditio fit voluntate ꝓbata per actus extrinſecos.ff.de acqui.hære.l.mutuum.& ibi no.in l.pro hærede.§.j.& C.de iu.delibe.l.potuit.Sed in quæſtione propoſita nullus ponitur intereſſe actus:ergo non poteſt dici hæreditas adita. Secundò probat̃ ſic:In dubio non præſumitur ꝙ quis velit habere animũ ſe obligandi:vt probatur iuribus ſ.alleg.in vj.oppo. contrariæ partis, ſed per aditionem hæreditatis grauatur quis oneribus hæreditarijs:vt C.de acqui.hær.per totum ff.eo.tit.l.pro hærede.§.ſi quid tamen.inſti.de aut.tuto.§.neq;.& ſic in dubio non præſumit̃ ꝙ
6 habuit animum adeundi &c.†Tertiò probatur ſic:Sicut ꝑ aditionem hæreditatis debitoris creditori cõtingit liberatio:ita per cõpenſationem,quam debitor opponit creditori,contingit liberatio.Iura ſunt vulgaria.Sed in dubio debitor non præſumitur ꝙ habeat animum cõpenſandi,niſi hoc dicat:vt ff.de compen. l. ſi quid à fideiuſſore.& ibi no.& C.de compen.l.ſi conſtat.& ibi no.& Inſti.de actio.§.in bonæ fidei.& ibi no.nec hęreditatis aditio debet pręſumi,niſi dicatur licet per eam liberatio inducatur.
7 †Quartò probatur [a] ſic:illud quod poteſt fieri citra ius, & nomẽ
9 redes conueniri poterũt.†Sextò ſic: Iſti,q ſunt nominati ab iſtis executoribus,videnẽ nominati in ipſo teſtamento teſtatoris: vt. ff.de leg.ij.l.vnũ ex familia.in prin.§.ſi de Falcidia,&.ff. de hęr. inſti.l.aſſe.& ſic hæres poterit cõueniri ac ſi teſtator ipſe hoc expreſsiſſet:vt d.l.vnũ ex familia.in prin.§.ſi de familia. vbi videtur caſus expreſſus.

1 *Hæredes uniuerſales ante reſtitutam hæreditatem poſſunt à legatarijs conueniri.*

SOlutio. Dñi noſtri Ieſu Chriſti noĩe inuocato. Ante oĩa eſt ſciendũ ꝙ tales executores videnẽ fideicõmiſſarij vniuerſales.Hoc ĩ quibus hæreditas vniuerſaliter debeat reſtitui. nã ſi hęreditas relinquiẽ pauperibus iure directo,& nullus hæres inſtituaẽ, dicti executores vicẽ hæredis ſuſtinẽt:vt C.de epiſ. & cle.l. ſi quis ad declinandã.extra de teſta.c.cũ tibi. & ibi per doc. & per Ioã. And.eo.ti.in c. Ioãnes.& in Spe.de inſtr.edi.§.nũc verò aliqua. ꝟ.& ſcias.Eodẽ modo ſi relinquiẽ hæreditas per fideicõmiſſum vel oĩa bona,vt in quæſtione propoſita ad pias cauſas:& nõ reperiẽ alius fideicõmiſſarius vniuerſalis:tales executores vim fideicõmiſſariorũ vniuerſaliũ ſuſtinent.Caſus eſt de epiſ. & cle.l. nulli.circa prin.& in auē.de eccleſia.tit.§.ſi quis aũt ꝓ redẽptio
c ne captiuorũ.Secũdò [c] ſciendũ eſt ꝙ licet regulariter in vniuerſalẽ fideicõmiſſariũ nõ tranſeant iura & actiones,niſi facta reſtitutione,vt ff.ad Treb.l. facta.& l.reſtituta.& C.ad Treb.l.pe.ĩ quando fideicommiſſum vniuerſale relinquitur ad pias cauſas, incontinenti tranſeunt iura & actiones ſine reſtitutione. Caſus eſt C.de ſacroſanc.eccl.l.vt inter diuinũ. ibi enim loquitur ſi ſit relicta hæreditas ſiue legatum,ſiue fideicõmiſſum. Ex eo ꝙ dicit hæreditas,intelligo de iure directo,vel per fideicõmiſſum: licet glo.intelligat iure directo.Sed nõ eſt ratio,quare ſic reſtringitur.& poſito ꝙ eſſet illud quod ſequitur vel fideicõ. intelligo particulariter vel vniuerſaliter.Prȩterea in l.illa fit mentio de relictis,ꝙ eſt nomen generale ad omne genus relicti:vt auē.nouiſſima.C.de inof.teſt.& in auē.de hęr.& fal.§.ſi verò nullus.in gl. ſuper verbo,relictis.& ff.de hære.inſti.l.his verbis. & ibi not.& eſt expreſſum in auē.de eccle.tit.§.ſi quis aũt pro redemptione. vbi epiſcopus,qui eſt executor legitimus,vendicant abſꝗ reſtitutione aliqua.& licet d.l.vt inter diuinum loquatur quando relinquitur eccleſijs,vel in redemptione captiuorum:tamen idem iuris eſt ſi relinquitur ad aliam piam cauſam.in eo.tit.l.illud. & quod ibi no.& eſt expreſſum quãdo relinquitur pauperibus:vt d.§.ſi quis aũt pro redemptione.& ſic huic electioni & nominationi non obſtat quod eſt ſupra primum allegatũ pro contraria parte.Tertiò ſciendũ eſt ꝙ licet per tales executores omnia bona diſtribui debeant inter pauperes:tamen poteſt fieri diſtributio per res ſingulares vel pretium earum dãdo ſeu aſsignando: vt C.de epiſco.& cler.l.ſi quis ad declinandam.& l. nulli. & de leg.ij.l.vnum ex familia.§.ſed ſi duos.vbi valet diſtributio facta in illos duos de familia,licet in reſiduo non valeat.Nec obſt.de legat.ij.l.neminẽ.quia hoc nõ repudiatur pro parte,& pro parte agnoſcitur:ſed totũ legatũ vt fideicõmiſſum agnoſciẽ,agnoſcẽdo in certa re vel quantitate:vt l.reſtituta.in prin.ad Trebe.Diſtributio tamen eſt facta pro parte quod non eſt prohibitũ. Poteſt enim de volũtate fideicommiſſarij vniuerſalis certa res vel quantitas ſolui alij,vt ſ.dixi.& probatur in l.ſeruo.§.fi.ad Treb. Nec obſtat ꝙ hic non diſtribuit rem hæreditariam,ſed pecuniã: quia pecunia videtur eſſe in hæreditate quæ eſt ſoluendo:vt l.ſi pecunia.in prin.de lega.ij.& l.propemodum.de verb.ſignific.& ꝙ hæc diſtributio poſsit fieri de certa re vel parte, faciat qđ inter hæredes poteſt fieri diuiſio certæ rei vel partis alijs remanentibus:vt C.fami.ercii.l.ſi filia.Quartò ſciendũ eſt quando fit talis nominatio,ſeu diſtributio,non eſt neceſſaria præſentia perſonæ nominatæ,nec præſentia hæredis,qui ex hoc poterit conueniri:vt de lega.ij.l.vnum ex familia.§.ſed ſi duos.C.de ſecund. nup.l.ſi quis priores.§.certum.vbi apparet ꝙ poteſt fieri in teſtamento talis nominatio.ergo perſonæ præſentia non eſt neceſſaria,vt probaui ſ.in ij.& iij.ratione facta pro parte affirmatiua.et hoc dixi plenè in l.ij.de lega.ij. Quintò ſciendũ eſt ꝙ ea quæ ſ.dixi,ꝙ iſti actores habenẽ vt fideicõmiſſarij vniuerſales, & ꝙ habẽt actiones etiã nõ facta reſtitutione,ſunt vera ex priuilegio ſpeciali in relictis ad pias cauſas.Nã de iure cõmuni tales executores nõ poſſunt agere:vt l.Lucius.§.Mæuia.ad Trebel.Sed pauperes electi & nominati ꝑ eos poſſent de iure cõi agere contra hæredes,ac ſi teſtator eos ſpecialiter in teſtamẽto nominaſſet l.vnũ ex familia.§.j.& §.ſi de Falcid.& §.rogo.de leg.ij.& l.cùm quidam.§.à filia.ad Treb.de reb.dub.l.vtrũ.§.cùm quidam. Ex prædictis in quęſtione propoſita concludo & dico ꝙ ſi quidem dicti hæredes reſtituerent hæreditatem dictis executoribus tanquã fideicõmiſſarijs vniuerſalibus facere potuerunt, vt dictum eſt,ꝙ tũc dicti hæredes conueniri à pauperibus nominatis non poſſunt:quia per reſtitutionem iam ſunt liberati.ff.ad Tre. l.j.in princ.& l.ita tamen.§.qui ex Treb.quod eſt vtile ſcire:quia ſufficit hæredibus ꝙ probent ſe reſtituiſſe iſtis executoribus vel epiſcopo,quando ipſe eſt executor legitimus.Si verò hæreditatem ipſi hæredes nõ reſtituerint dictis executoribus.tunc ipſi hæredes à dictis pauperibus nominatis & electis in illa quãtitate poterunt conueniri:quia priuilegiũ non aufert beneficiũ iuris cõis vt ff.de capti.& poſtli.reuer.l.in bello.§.ſi quis ſeruũ.C.de ſecũ. nup.l.generaliter.§.his autẽ qui §.bene facit.& C.de legibus.l.ꝙ fauore.ff.de leg.l.nulla.ff.de reg.iu.c.quod ob gratiã.lib.vj. & ꝙ ibi no.per Dy.Vnde cũ de iure cõmuni tales pauperes ſic nominati poſſent cõuenire hæredes,poſito ꝙ tales executores nõ haberẽtur vt fideicõmiſſarij vniuerſales,ſicut habetur fauore pauperum:ita etiã paupetes poterũt modò iſtos hæredes vniuerſa
1 les cõuenire.†Prætereà hæredes vniuerſales ante reſtitutã hęreditatẽ poſſunt à legatarijs conueniri:vt l.ita tamen.§.qui ex Trebel.ff.ad Treb.& no.eo.ti.l.j.§.fi.in vlt.glo. licet nõ eo.ti.l. Marcellus.in prin.in glo. ſuper verbo,ad hæredẽ. Nec obſtat quod ſ. dicitur in vlti. ratione facta pro iſta parte: quia non videtur relictũ ab ipſis executoribus:imò videẽ relictum ab hærede de iure cõmuni.Sed in priuilegiũ videtur conceſſum,vt ipſi executores poſsit petere,& ipſi diſtribuere,vt dictum eſt.Per hoc apparet reſpõſum ad omnia argumẽta cõtraria &c.

Diſputata fuit per d.Bar.de Saxoferrato in ciuitate Peruſij, anno domini M.cccliiij.die xxj.Februarij.

a ❡Filium adultum. Aliàs incipit, Titius filium.de iſta quæſt. meminit Bart. in l. ſi quis Titio. ĩ fi. prin. ff.de leg.ij.& ibi vidẽ apoſtillam in l. hæreditas.in fi.ff.de hære. inſti. & ibi apoſt. & vide Alex.in l.ſed ſi. in addi.bar.ff.de leg. iij.& ĩ l.fundi.in vlt. addi.ff.de vſufruc.le. & Alexã. in l.j.§.ſed quoties.in prin.ff. ad Treb.& in l. cẽturio. in xxiij.co.ff. de vul. & pup.& plenius in col.xxv. & in conſi. iiij.in vij.volu.incip. attẽtis narratis.in iij. col.& in cõſ.lj.in eo. volu.inci. in caſu ꝑſenti.in pe.& vlt.co. & Pe.Cone. in cõſi. cccxx.ĩ iiij. vol. inci. dubia quidẽ. in viij. col.Thomas.

b ❡Ad pias cauſas.Vide Iaſ.in l.fi.in iij.co. ver.quintò habes.C. de ſacroſan. eccle. & in iiij.colũ.vbi plenè examinat iſtud dictũ Bart.Tho. Dip.

c ❡Secũdò.Vide Ale. in conſil.lxxxij. inci. proſpectis.in ij.colũ. in ij.volu.& in l.centurio.in xxv.col.vbi videas.ff.de vulg.& pup.Tho.Diplo.

1 *Qui non debent examinari,examinati non inducunt probationem,nec indicium.*
2 *Vnus non poteſt duo officia repugnantia gerere,ut puta ut ſit iudex & pars.*

## QVAESTIO XIIII.

a IVdex [a] maleficiorũ ſuper accuſatione corã eo producte,quoſdã teſtes ab accuſatore nõ productos,neꝗ nominatos ex ſuo officio contra accuſatũ examinauit omnibus tamen his ſolennitatibus obſeruatis.qui teſtes contra accuſatũ plenè deponunt.Nunc quæritur an dictis teſtibus ſit adhibenda aliqua fides vel non. Et pro parte negatiua ꝙ nulla fides ſit adhibẽda,faciunt primò ꝙ in facto iudici nõ ſit permiſſa ſuppletio.& hoc ſic:Certũ eſt ꝙ parti quæ vult probare incũbit tale factum,ſ.teſtes producere,& nominare ſi vult probare. quod patet:quia ei ad hoc dilatio datur,vt probatur C.de dila.l. j.de probatio.auē.qui ſemel.& in auē.de teſtibus.§.quia verò.& no.in gl.ſuper verbo,denũciatus.& ff.de arbi.l.nõ ex omnibus. C.de teſti.l.quoniã.& l.ſi qñ.ff.eo.& l.produci.& iſtud nominare & producere cõſtat eſſe factũ:arg.ff.de cura.furio.l.conſil. in fi.de condi.& demõ.l.in factũ.cũ ſim.Sed certum eſt ꝙ in facto iudex nõ poteſt ſupplere defectũ partis:vt ff.de offic.præſi.l.illicitas.§.veritas.C.vt quæ deſunt aduoca.parti.l.j.& ibi no.de ferijs.l.ij.in fi.Ex prædictis manifeſtè concludiẽ ꝙ cùm iudex in hoc non potuerit factũ partis ſupplere:quia dicti teſtes nõ ſunt legitimè examinati,nec examinari debuerũt:& ſic nullam fidẽ faciunt:nullã dico nec quo ad plenã probationẽ, nec quo ad iudiciũ:vt ff.de quæſtio.l.j.§.item ſenatus.& l.maritus.eo.tit.& ibi
1 expreſsè no.quia†qui nõ debent examinari,examinati nõ inducunt probationẽ nec indicium.Secundo hec probat officiorum
2 repugnantia ſeu contradictio.hoc ſic: Vnus†poteſt duo officia repugnantia gerere:vt puta:vt ſit iudex & pars:vt C.de peſtu.l. quiſquis.ne quis in ſua cau.l.j.ff.ad Treb. l.ille à quo. §. tẽpeſtiuũ.de pac.l.ſi plures.& ibi no.per Dy.ff.de manu.vi.l.an apud. Sed cõſtat ꝙ officiũ iudicis eſt vt ei fiat ꝓbatio.ff.de prob. l.quinquaginta.& ibi plenè no.C.de edendo.l.procurator.de rei vẽdi. l.decẽ.C.de cõd.ob cau.l.j.Sed in q.noſtra iudex aſſumpſit ſibi officiũ partis & officiũ iudicis.Nã eſt eadẽ perſona ille qui facit probationẽ,& ille cui fit probatio.& ſic cũ officia ſint repugnãtia,hoc facere nõ potuit.ſi ſic:ergo dicti teſtes nullã faciũt probationẽ nec indiciũ,vt ſ.proximè dictũ eſt.Facit ad hoc ꝙ lex dicit,accuſatore nõ probãte reus abſoluiẽ,&c. quaſi dicat, pars debet cõdẽnari ex probationibus accuſatoris.C.de eden.l.q accuſare.ſed hoc nõ ꝓbauit accuſator,ſed iudex.ergo &c. Tertio hoc probaẽ: Actore nõ proſequẽte nominis rei faciẽda eſt abolitio.hoc ſic: Qñ aliqs aliquẽ accuſat,ſi aliquo caſu accuſationem ꝓſequi impediẽ,à l.pręcipitur vt nomẽ rei de libro reorũ aboleatur ſeu cãcelleẽ:vt ff.de accu.l.libellorũ.§.fi.& l.hi tñ.§.fi.ad Turpi.l.aut priuati.§.j.C.ſi reus vel acc.mortu.fuerit.l.fi. Et quo apparet ꝙ iudici nõ ꝑmittiẽ ꝙ officiũ partis ſibi aſſumat, & accuſationẽ proſequaẽ vt probet.ꝙ ſatis videẽ expreſſum:vt C.de accuſ.l.iiij.hĩc eſt ꝙ lex æqparat accuſatorẽ nõ interueniſſe & deſtitiſſe:vt ff.de mu.et ho.l.reſcripto.§.ſi qs accuſatorẽ.In.q.ergo noſa iudex aſſumpſit ſibi officiũ partis.ꝙ eſt ei à l.interdictũ,et quãtum ad illos teſtes nõ productos videẽ accuſator quodã modo deſiſtere.quod patet expreſsè: quia dicti teſtes nõ ſunt legitimè examinati,& ſic nullã probationẽ faciũt nec indiciũ, vt ſ. probatur. Quartò hoc probatur:In officio iudicis inhærens cõditio,hoc eſt,officium iudicis habet tacitam conditionem ſi ab ipſo iudice petatur:vt ff.de dam.infec.l.iiij.§.in eum.de ope.no. nuncia.l.de pupillo.§.qui opus.de mag.conuen.l.j.§. magiſtratibus.de cura.bonis.dan.l.ij.in prin.de hære. inſti.l. ſi qs inſtitua

a ❡Iudex. De iſta q. Bart.meminit idem Bar.in l. abolitio. C. de qõ. & ibi videas. et in l.§.ſi qs vltro.ff. de quæſtion.& in l.ſi non defendanẽ. ff.de pœn.& vide apoſtil. ad Bar.in l.j.§.diuus. ff.de quæſtio.vbi de contrarietate. Barto. Tho.Diplo.

tur.cũ ſimi.ſed in q.propoſita à iudice hoc nõ fuit petitum, ſed
iudex hoc fecit ex ſuo officio, vt ꝓponitur in themate: ergo co-
gnitiones iſtæ q̃ adhibentur in ciuilibus & criminalibus cauſis
conſtat officio iudicis conſiſtere: vt ff.de offi. aſſeſ.l.j. & ibi not.
in gl.in verb.cognitione.& in glo.fi.de iuriſ.om.iud.l.j.cũ ſi. Cũ
ergo hic non fuerit petitũ ꝙ debeat fieri, apparet teſtes non eſſe
legitimè examinatos, & ſic nullã facere præſumptionẽ: vt ſ.pro
batũ eſt. Quintò probatur. In fauorabilioribus prædictorũ nõ
eſt facta cõceſſio: hoc ſic: In iure noſtro libertas omnibus rebus
eſt fauorabilior: vt ff.de reg.iur.l.libertas.eo.ti.l.Iulianus.de ma-
nu.teſta.l.ſi ita.de re iudi.l.inter pares.de neceſ.ſer. hære. inſti.l.
cũ quidã.cum ſimi. Itẽ conſtat pœnas & condemnationes eſſe
odioſas & reſtringendas: vt ff.de pœnis.l.interpretat.& l. ſi præ
ſes.& l.abſentẽ.de ſuſpec.tu.l.hæc enim.& quod ibi not. Sed in
libertate q̃ eſt ita fauorabilis, nullus non petẽte ſeruo cui eſt reli
cta fideicommiſſaria libertas ad hoc admittit̃, nec dño ſerui nec
iudici vel alij hoc permittit̃: vt ff. de fideic.lib.l. ſed & ſi alienari
poteſt.in prin.ergo nec hoc hic iudex poterit pro accuſatore, cũ
tractemus de alio puniendo. Si ergo iudex in q.noſtra examina
uit, hoc fecit non legitimè: ergo nullam fidem facit, nec indiciũ,
vt ſ.probatũ eſt. Sextò hoc probat in ſpecialibus caſibus iudici
facta permiſſio. hoc ſic: Vbi aliquid eſt ſpeciale in contrariũ eſt
ius commune: vt ff.de admi. tuto.l.j.in fi.de leg.l. ius ſingulare.
& quod ibi no.& l.in his.C.de teſt.l.ſi non ſpeciale.eo.ti. ſed eſt
ſpeciale in appellatione, vt iudex ſuppleat defectũ partis in pro
bationibus, & ex ſuo officio teſtes inducit, & alias probationes:
vt C.de appel.l.ampliorem.poſt prin.& ibi no.in gl.ſuper verb.
adimplere.ergo &c. In contrarium eſt ius commune: vt in caſu
principali iudex non poſſit. Et ꝙ hoc ſit verũ, ꝓbatur expreſſè.
C.de iudi.l.properandum.§.& quidem. vbi accuſatore abſente
lex mandat inſpici iura. Et ſi ſufficienter actũ non eſt, iudex de-
bet reum abſoluere ab inſtantia iudicij: non autem poteſt ipſe
iudex ad recipiendum probationes ex ſuo officio procedere, vt
patet. Cũ ergo hic iudex teſtes à parte nõ productos receperit:
apparet ꝙ non legitimè: ergo non faciunt probationes nec indi-
cium, vt ſ.in primo ar.probatum eſt. Septimò hoc probat per ac
cuſationem ceſſans inquiſitio. hoc ſic: Cùm accuſatio eſt inſtitu
ta, & ſic ordinarium auxilium: ceſſat inquiſitio, quæ eſt auxiliũ
extraordinarium: vt ff.de ope.no.nun.l.in prouinciali.§.j. & l. ſi
ædibus.de mino.l.in cauſæ.la ij.& quod not.per Dy.ff.de adul.
l.ſi maritus.& extra de regu.iur.c.actus legitimi lib. vj. Sed hic
fuit exhibita accuſatio: ergo ceſſat inquiſitio. Iudex autẽ ex ſuo
officio inducendo teſtes nil aliud facit niſi inquirere. quod non
poteſt, vt iam dixi, propter accuſationem: & etiã inquiſitio non
eſt permiſſa, niſi in certis caſibus notatis in l.ij.§. ſi publico. de
adulte. Sic ergo iudex dictos teſtes non examinauit legitimè, et
ſic non faciunt probationem, nec indicium. Octauò ſic probat
inſtrumentorum & teſtiũ æquiparatio: hoc ſic: Teſtes & inſtru
menta æquiparant̃: vt C.de fide inſtru.l.in exercendis. de verb.
ſignifi.l.notionem.§. inſtrumentorum. ſed in inſtrumentis hoc
eſt ꝙ illa demum inſtrumenta in iudicio probant, quibus pars
dicit ſe vſuram: vt ff.de eden.l.j.§.edenda ſunt omnia.C.de fide
inſtr.l.ſi aduerſarius. Quibus legibus videtur expreſſum quòd
iudex inſtrumẽta in iudicio non poſſit producere, niſi pars vſu-
ram ſe dicat. hoc expreſſius habetur in criminalibus quòd offi-
cium iudicis nullo modo extenditur ad faciendum in iudicio
produci, niſi illa inſtrumenta quæ pars habet, tamen producere
vult: vt ff.de iure fiſci.l.ij.§.diuus.in fin. & not.C.de edendo.l.is
apud quem.ſi ſic eſt in inſtrumẽtis: ergo idem in teſtibus. Cùm
ergo teſtes non ſunt legitimè examinati: ergo &c.

Contra Scilicet quòd iudex hoc potuit facere, &
ſic dicti teſtes faciunt plenam fidem, pro
batur per infrà ſcripta iura. Primò hoc probat iudici
permiſſa ſuppletio probationis. & hoc ſic: Certum eſt
ꝙ plures ſunt modi probationis inter quos eſt probatio per con
feſſionem, de qua loquitur titulus de cõfeſ.ff.& C. de interrog.
act.per totum.ff.depoſiti.l.Publia.in fin.ad leg.Aquil. proinde.
in fi.& propter hoc ſunt introductæ poſitiones & capitula, de
quibus C.de iura.calũ.l.ij.§.quod obſeruari. Idem eſt probatio
partis: vt in tit.de teſtibus. Et iſtos modos probationis plenè po-
nit glo.in aut.de reſtitutio.in prin.in glo.not.ꝙ qualiter &c.ple-
niſſimè in Specu.de proba.§.fi. Sed iudex ſupplet circa confeſ-
ſiones interrogando ex ſuo officio, etiã vbi pars non põt inter-
rogare: vt ff.de interrog.actio.l.vbicunq;. de lega.iij.l. Offidius.
no.C.de iura.calum.l.ij.§.quod obſeruari.circa fi.magnæ gl.ex-
preſſius extra, de fide inſtru.c.cũ Ioannes.per Spec.de dila.§.vi
dendum.ver.item quid ſi duas.ſi ſuper certas cõfeſſiones: ergo
videtur iudici data poteſtas ſupplendi circa probationem: ergo
poterit ipſe teſtes producere: quia iſti probant. Secũdò hoc pro-
bat iudici data facultas repetitionis. hoc ſic: Paria ſunt aliquid
nõ eſſe, vel in obſcuro eſſe: vt l.duo ſunt Titij.de teſt. tutel.de le
ga.ij.l.ſi quis ſeruũ.§.ſi inter duos.& l.cũ ex pluribus. de manu.
teſt.de cõtrahẽ.emp.l.in lege.cum ſimi. Sed ſi pars teſtes produ-
cit, qui obſcurè depoſuerunt datur facultas iudici ex ſuo officio
dictos teſtes repetere, licet pars nõ petat vel nõ poſſit petere, in
aut.de teſt.§.illud.col.vij.in gl.magna.quæ incipit, imò videtur
& ff.de quæſtio.l.repeti.& ibi tangit glo.& extra de teſti.c.cum
clamor.& ibi no.de proba.c.in præſentia. Si ergo iudex ex offi-
cio ſuo poteſt reducere teſtes obſcurè dicentes: ergo & induce-
re de nouo eos, qui nil dixerunt: cũ ſint paria, obſcurè dixiſſe, &
nil dixiſſe. ergo &c. Tertiò hoc probat poteſtas inquirẽdi teſtiũ
conditiones. hoc ſic: Non eſt dubiũ ꝙ in teſtibus inſpiciatur eo
rum conditio, vtrũ vilis vel nobilis, amicus vel inimicus, ęſtima
tionis vel opinionis ſit: vt ff.de teſti.l.neq;.de quæſtio.l.de mino
re.§.pe.C.de teſti.l.etiã.& l.quoniam.& aut.ſi dicatur. & in cor
pore, de teſti.in prin.§.j. Sed iudici data eſt poteſtas inquirendi
de tali cõditione teſtiũ, mittendo pro vicinis & alijs hominibus
honeſtis, & hoc ex officio ſuo: vt expreſſè no.ff.de teſtibus.l.iij.
in glo.ſuper verbo, inimicitiæ.& in corpo.de teſti.§.j.in gl. quæ
incipit, artis laudabilis.& ff.de ma.conuenien.l.j.§. ſi curatores.
& ibi not. Ex quibus gl.manifeſtè colligit̃ ꝙ iudici eſt data à iu
re poteſtas inducẽdi de nouo ex ſuo officio teſtes in cauſa. ſi ſic:
ergo in q.noſtra tales ſunt legitimè examinati, & faciunt plenã
fidẽ. Quartò hoc probat ratio publicæ vltionis. hoc ſic: Reipu-
blicæ intereſt vt maleficia puniant̃, nec remaneant impunita.ff.
ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.de fideic.l.ſi à reo.§.fi. de iudi.l. ſi
longius.§.j.de interrog.act.l.qui ſeruum.ij.reſponſo.cum ſimil.
Sed in his, in quibus verſatur publica vtilitas, iudex poteſt ſup-
plere de facto, etiã parte non petente: vt ſ.de poſtu.l.quos prohi
bet.& ibi nota.de procu.l.filius.§ veterani.& ibi etiam no. ergo
in quæſtione noſtra propter hanc publicam vtilitatem vt male
ficium puniatur, iudex potuit ſupplere defectum partis, & te-
ſtes inducere, & ſic dicti teſtes faciunt plenam fidem. Quintò
hoc probat poteſtas repellendæ præuaricationis. hoc ſic: Iudici
eſt data poteſtas repellendæ præuaricationis in iudicio, vt patet
C.de aboli.l.ij.ibi: redemptæ miſerationis, &c.de præuarica. per
totum titulum ad turpil.l.j.poſt princip.de his qui notan. infa.l.
Athletas.§.fi. Sed ne ille qui adeſt in iudicio, colludatur, vel pri
uetur, poteſt etiam inuita parte teſtes nominare, & producere:
vt ff.de inoffi.teſta.l.ſuſpecta.in prin.& ibi no. Ad quod facit in
aut.de lit.§.hoc præſenti.colla.viij.poſita C.de legi.authẽti.nũc
ſi hæres.ergo in noſtra quæſtione bene cõcluditur ꝙ iudex, qui
debet intereſſe liti, ne colludatur, poteſt teſtes nominare & in-
ducere. Cùm ergo hoc fecerunt, dicta eorum faciunt plenam fi-
dem. Sextò hoc probat ob iudicis ſententiam ceſſatio conditio-
nis. hoc ſic: Illud, quod dicitur, quòd in officio iudicis ineſt taci
ta conditio ſi petatur: vt ff.de mag.conuenien.l.j.§. magiſtratus.
& de dam.infec.l.iiij.§.in cauſa. & dixi ſuprà in tertia & quarta
ratione pro parte contraria habet locum in his, in quibus iudex
prætendere poteſt probabilem ignorantiam. Vnde ſi iudex ſci-
ret pupillum tutore carere, poſſet ſibi dare tutorem etiam nemi
ne petente: vt ff.de tuto.da.ab his.l.illud.& l.ſeq.& ff.ex quibus
cau.maio.l.Fulcinius.§.adeo.licet glo.ſecundum vnam opinio
nem quam non firmat, aliter ſentiat in l.hoc autem.in princ.in j.
glo.tamen quod dixi tenent docto.hoc etiam probatur expreſ-
ſius C.de appellatio.l.eos.§.apoſtolos.& ibi etiam non petente
&c.ergo in noſtra quæſtione ſi iudex ſciret quoſdã teſtes, quos
accuſator non producebat, per hanc ſcientiam ceſſat illa tacita
conditio.ſi petatur ergo etiam parte non petente potuit hoc fa-
cere, quòd cum fuerint legitimè examinati, faciũt plenam fidẽ.

Septimò hoc probat examinatio facta poſt tempus conteſta
tionis. hoc ſic: in quæſtione noſtra teſtes producti fuerunt exa-
minati poſt litis conteſtationẽ. Nam regula[illegible]r poſt litis conte-
ſtationẽ fit examinatio teſtium, licet in caſi[illegible]s fallit: vt C.de te-
ſtib.authen.



ſtib.auth.ſi quis ab aliquo.& ibi no.ff.ad leg.Aquil. in l.Aquil.
ſi deletum.de teſti.l.curent.extra vt lite non conteſt.per totum.
Sed in his quæ poſtea poſt litem conteſta. contingunt, iudicis
officium multum poteſt: adeò ꝙ partis petitio non requiritur:
vt l.ædiles.§.item ſciendum.de ædil.edic.de rei vendi.l.vtiq;.&
quod ibi no.iudica.ſolui.l.ſi ſeruus.de re iudi.l.ſi homo. cum ſi.
ergo in quæſtione noſtra cùm examinatio ſit facta poſt tempus
conteſtationis, quo tempore officium eſt corroboratum.& mul
tũ poteſt, nec expectatur partis petitio: iudex potuit prædictos
teſtes examinare legitimè: ergo faciunt plenam fidem. Octauò
hoc probat virtus poteſtatis atq; interdicti. hoc ſic: Tanta eſt vir
tus iudicis habentis iuriſdictionem in ſuos ſubiectos, ꝙ per eam
eis poteſt quæri actio.ff.rem pupil.ſal. fo.l.non quaſi.C. quãdo
muli.tu.officio fun. poteſt.aut. matri & auiæ. & ibi no. ſumpta
ex corpore, vt ſine prohi.ma.de.& credi.§.quia verò.colla.vij.
& ibi no.& no.in aut.de excu.tuto.& his qui conue.in prin.po-
ſita C.de litis conte.authen.libellum.& ibi etiam no. & nota.C.
de epiſco.& cleri. authen. generaliter. hoc eſt quod dicimus, ꝙ
illud, quod facit iudex, ipſa pars facere videtur: vt de actioni.&
obliga.l.ob cauſam.ff.de euictio.l.ſi plus.§.ſi iuſſu.vbi ex vendi
tione facta per iudicem datur actio de euictione in partem, ſuffi
cit ſi ipſe vendidiſſet. Ex his concluditur, ſi per iudicem poteſt
quæri actio parti, quòd id, quod facit iudex, videtur facere pars
ipſa, & non eſt dubium quòd ſi ipſa pars produxiſſet dictos te-
ſtes, facerent plenam fidem. ergo in quæſtione propoſita pars
ipſa videatur produxiſſe, & per ipſum iudicem producentem ei
quæratur ius, & ſic faciant plenam fidem, &c.

1 *Iudex põt ex ſuo officio teſtes inducere ut quærat utrũ reus ſit nocens uel innocẽs.*
2 *Iudex ſuper accuſatione ex ſuo officio inquirit & inueſtigat ueritatem maleficij.*

Solutio. Inuocato nomine domini noſtri Ieſu Chri
ſti ſalua opinione cuiuſlibet doctoris &
ſcholaris, qui melioribus rationibus & iuribus mouere-
tur, & ſpecialiter patris, & domini mei do. Ray. de Forli. cuius
correctioni me ſemper ſubmitto. Dico teſtes eſſe legitimè exa-
minatos eiſque adhibendam plenam fidem: & hoc per aliquas
rationes & iura pro hac parte allega. Hoc etiam probo euiden-
tius per quaſdam leges ſpeciales. Primò per l.ſi non defendere-
tur.in fi.de pœnis.videtur caſus. Nam ibi dicitur ꝙ ſeruo accu-
ſato permittitur ꝙ ipſe ſe defendat. Item domino ſuo vt eum de
fendat. Item ipſi iudici ex ſuo officio, vt de innocentia ipſius ſer
1 ui inquirat. † Patet ergo ꝙ poteſt ex ſuo officio teſtes induce-
re, vt quærat vtrum reus ſit nocens vel innocens. Item ſi poteſt
pro vna parte, ſcilicet pro innocente, ergo pro alia. ideo nanq;
teſtis debeat dicere pro vtraq; parte: vt in authenti.ſed iudex.C.
de epiſco.& cleri. Huic accedat glo.quæ eſt ff.de condi. ob cau.
da.l.iij.§.ſi tibi iudicium.vbi dicitur ꝙ iudex ex ſuo officio po-
teſt cõpellere aliquem vt indicet malefactorem, licet pars hoc
non poſſet. ergo poſſunt extraneas perſonas in iudicium indu-
cere, vt malefactum deducatur in lucẽ. Item de hoc videtur ca-
ſus C.de aboli.l.ij.vbi quis petit abolitionem & ſibi non conce-
2 ditur.& per conſequens remanet accuſatio. † Et tamen iudex
ſuper dicta accuſatione ex ſuo officio inquirit & inueſtigat ve-
ritatem maleficij, & ſic poterit teſtes inducere. Ita videtur intel-
ligere dicta l.do.Cyn.C.de accuſa.l.ea quidem.in vlti. quæſtio.
Item hoc videtur determinari per tex.in authẽ.de tabel.in prin.
col.iij.vbi dicitur ꝙ inſtrumentum erat productũ, iudex ex offi
cio ſuo miſit pro tabellione & teſtibus, vt veritatem inquireret:
dicit ibi glo.hoc optimè ſumitur ꝙ iudex modis omnibus labo-
ret ad inquirendam veritatem. Et ſic ex tex.& gl.patet ꝙ ex ſuo
officio poteſt teſtes inducere. hoc etiam fortificatur ex l.j.§.fi.ff.
a de quæſtio.vbi licet reus de crimine ſit confeſſus, tamen iudex[a]
alios examinauit, vt certior efficeretur de maleficio, quæ exami
natio ibi commendatur. Ad hoc optimè facit, vbi videtur caſus
expreſſus extra de colluſio.cap.j.& c.ij. vbi iudex ſi de partibus
ſuſpicatur, poteſt ex ſuo officio diligenter inueſtigare: & crimi-
na indiſcuſſa non prætermittere. Ad hoc accedat ratio publicæ
vtilitatis, vt maleficia non remaneant impunita: vt in iuribus ſu
prà allegatis. Ad rationes factas pro parte contraria reſpondeo.

Et primò ad primum dico quòd iudex non poteſt ſupplere
de facto ſtando ei, quod eſt ſibi notum, tanquam verè eſſet pro-
batum. & ita loquuntur illa iura. Sed ſi vult ſupplere iudiciali in
dagine faciẽdo dicta aliorum, poteſt. & ita loquitur quęſtio no-
ſtra. Vel dic ꝙ in his, in quibus verſatur pu a
blica vtilitas, poteſt, vt dixi in quarta ratio
ne facta pro parte affirmatiua. Ad ſecũdũ
reſpondeo ꝙ quis non poteſt eſſe iudex &
pars, ideſt quod quis iudicet de cauſa, de
qua ad eum pertinet cõmodum, & incom
modum. Nam tunc propriè dicitur pars vt
l.j.§.in propria.ff.quãdo ap. ſit.non autem
prohibetur iudex aliqua facere pro inueſti
ganda veritate, vt teſtes inducere, & ſimi- b
lia. Ex quo patet ꝙ non ſunt officia repu-
gnãtia. Nam tunc nullo modo poſſunt cõ
uenire in perſonam eiuſdem: vt l.hæc ver-
ba.§.ille aut ille.ff.de verb.ſigni. & de reg.
iur.vbi repugnantia. Sed hoc cõcurrit etiã
in caſibus, in quibus proceditur ex mera
inquiſitione: ergo nõ ſunt officia repugnã-
tia. Ad tertium dico ꝙ in accuſatore impe
dito eſt facta ſola abolitio ab obſeruãtia iu
dicij, quæ parum præiudicium facit, cùm
alius admittitur ad cauſandum ab accuſa-
tore proſequente, licet negligente, ſi non
probat, ſequit̃ abſolutoria diffinitiua, quæ
magnum pręiudicium parat, cùm alius nõ
admittatur ad accuſandum, niſi doceat de
præuaricatione: & ideo datur maior facul-
tas iudici: quia maius periculum. Et hoc de
clarabitur ex his quæ dicam infrà in ſolu-
tione ſexti contrarij. Ad quartũ reſpõdeo,
ꝙ verum eſt in his, quæ non ſunt iudici no
ta: aliâs ſecus, vt patet in vj.ratione pro hac parte affirmatiua.
Vel dic ꝙ illud verum in officio nobili iudicis. ſecus in merce-
nario quod deſeruit accuſationi propoſitæ: tunc non requiritur
partis petitio, vt patet in interrogationibus & ſimilibus. Poteſt
eſſe ratio, quia cùm accuſator petit in libello accuſatum condẽ-
nari, videtur petere ꝙ omnia faciat iudex, per quæ poteſt perue
niri ad dictam condemnationem. Ad quintum reſpondeo ꝙ
verum eſt ꝙ non permittitur niſi ſeruo & alij, cuius intereſt, vt
ibi patet. Sed iudicis intereſt purgare prouinciam malis homini
bus: vt l.congruit.&c. Ad ſextum dico ꝙ ſpeciale eſt in cauſa
appellationis, ideo quia ſententia, quæ inde proſequitur, omni-
no parit plenũ præiudicium, cùm ſentẽtia vel infirmabitur vel
firma remanebit. Idem etiam dico in cauſa principali, in caſu in
quo contra abſentem iudex procederet ad diffinitiuam: quia ꝓ
abſente poſſet probationem ex ſuo officio inducere: vt patet C.
quomodo & quando iudex.authen.qui ſemel.ibi perquiſita ve
ritate, &c. Ita ergo in caſu propoſito cùm debeat ferri diffiniti-
ua, licet vtraq; pars ſit pręſens fauore publicę vtilitatis, poſſet iu
dex inducere ex officio ſuo. In ciuilibus autem hoc vtraq; parte
præſente nõ concederẽ indiſtinctè. quod hic non examino. Ad
ſeptimum reſpondeo ꝙ argumẽtum procederet ſi iudex ex ſuo
officio nobili inchoaret nouam inquiſitionẽ, quod non poſſet.
Sed hic teſtes inducit ex ſuo mercenario quod deſeruit accuſa-
tioni propoſitæ. quod officium concurrit cũ omni accuſatione
vel actione propoſita, vel poſſet negari argumentum ſecundũ
opinionẽ aliorũ recitatam per Cyn.de ac.l.ea quidem &c. Ad
octauum dic ꝙ primæ leges loquuntur in ciuilibus cauſis, & v-
traq; parte præſente: quæſtio noſtra in criminalibus, in quibus
vertitur publica vtilitas. Ad l.ij.§.diuus. reſpondeo ꝙ fiſco in ci
uilibus & criminalibus debent edi inſtrumenta. & ſic teneo ſe-
cundam ſolutionem ibi poſitam in glo.& etiã in l. is apud quẽ.
& ſecundũ illum caſum facit pro me. ergo &c.

a Tamẽ iudex. No. ꝙ iudex ex officio põt recipere teſtes ad coadiuuãdũ accuſationẽ. vide etiã Bal. in l. presbyteri.C. d epiſ, & cleri. & Nellũ de ſancto Gemi. in ſuo tract.de teſtib. in ix. col.in ver. debet iudex inquirere. Tho. Diplo.

b Statuto. De iſta q. Bart. facit mẽtionem idẽ Bar.in extrauag. qui ſint reb.in ver.re bellãdo. in penul. co. in verſi.ex prædictis patet.& Bal.in l. j.in v.col.C.de hæredib. inſti.vbi dicit ꝙ bartol.diſputauit iſtã q. Piſis. & vide Bald. etiã ibi in iiij.colũ. et adde ad Bar.hic quæ ponit Alex.in l.Gallus. §.ille caſus.in ij. col.ff de lib. & poſthu.& Pau.de Caſ.in l. ex facto.§.ex facto in fi.ff.ad Trebel. & vide qõ.quam ponit Bart.in l.ſi vt propo nitur. ff.de fideiuſſo. & quæ ibi ſcripta ſunt per Ale.de Imo. in addi.& ibi apoſti. meam. Tho. Diplo.

Diſputata per me Bar.de Saxofer.actu Infortiatũ legentem
in ciuitate Piſarũ ſub anno dñi M.cccxlj.die iij.mẽſis februarij.

1 *Quando tractatur de pœna imponenda ex aliquo delicto, tunc initium debemus in-ſpicere.*
2 *Ille qui tractat de homicidio, dicitur eſſe principalis, & alij dicuntur acceſſorij.*
3 *Quando ex pluribus factis ſequitur mors ex primis actibus, & quis nõ uenit puniẽdus.*

## QVAESTIO XV.

b Statuto[b] ciuitatis Lucanæ cauetur ꝙ quicun
que interfecerit hominem
in ciuitate vel in territorio capite puniatur: & medietas

a Quem extra territorium. Vide q. quã ponit Pau. de Ca. in l. quicunq;. in ij. col. C. de ſer. fu. Th. Di.

omnium ſuorum bonorum applicetur cõmuni, alia medietas hæredibus interfecti. Item quicunq; ordinauerit, vel tractauerit in ciuitate vel territorio ꝙ aliquis interficiatur ſi maleficium fuerit ſubſecutum, prædicta pœna puniatur. Demum quidam in ciuitate ordinauit hominem interficere,
a re, quem extra territorium proprijs manibus interfecit. Modo quæritur an ſaltem tanquam ordinator prædicta pœna veniat puniendus. & ꝙ veniat puniendus probatur. Et primò ſic: Qñcunq; habent locum verba ſtatuti, ſtatutum debet habere locũ: vt l. j. §. is qui nauem. de exerci. & de lega. ij. l. non aliter. cum ſi. Sed hic habent locum verba ſtatuti: quia in ciuitate fuit ordinata mors, & poſtea eſt ſubſecuta: non videtur dubium ergo ꝙ veniat puniendus. Secundò ſic, quod ad perfectionẽ vnius actus concurrunt duæ cauſæ, quarum vna eſt potentior altera, debemus inſpicere potentiorem cauſam: vt l. quæritur. ff. de ſtatu homi. & de acqui. rerum domi. l. quis interfecto. §. fi. & de actio. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ſeu ad perfectionem huius ſtudij cõcurrunt duo, ſ. ordinatio & factum. Sed ordinatio eſt potentior pars, vt probabo: ergo illam debemus inſpicere, ꝙ ordinatio ſit potentior cauſa probatur. Nam pro homicidio inconſultè facto quis non punitur lege Cornel. de ſica. Sed ſi quis voluerit interficere hominem, licet non interfecerit, punitur: vt ff. ad leg. Cor. de ſica. l. j. §. diuus. & C. eod. l. is qui cum telo. Tertiò probo ſic: De tempore ad locum eſt bona argumentatio: vt ff. de ver. obli. l. quoties in diem. cum l. ſeq. de triti. l. fi. & ſi certũ peta. l. vinum. Sed in tempore eſt ꝙ ſi hodie volui hominem interficere, nec potui: poſtea eum interficio, ꝙ ſtatim videor interfeciſſe, vt no. ff. de adulte. l. quod ait. in fi. Cùm ergo in ciuitate tractauerit hominem interficere, licet illum extra territoriũ interfecerit: tamen in ciuitate videtur eum interfeciſſe, & ſic videtur ꝙ etiam tanquam homicida pro dicta pœna ſtatuti veniat puniẽdus. Quartò probo ſic: Quoties in perſonam eiuſdem concurrunt plura iura, ea iudicare debemus perinde ac ſi concurrerent in diuerſorum perſonis: vt ff. de adoptio. l. ſi conſul. & de offi. præto. l. ij. de his qui pro tuto. l. tutorem. cum ſimil. Sed non eſt dubium ꝙ ſi vnus ordinaſſet & alius interfeciſſet ꝙ ordinator veniret puniendus: quia caſus eſt ſtatuti: non obſtante ꝙ homicidium fuerit commiſſum extra territorium, vt ex his quæ j. dicam apparebit. ergo cùm iſta ordinauerit & tractauerit, ſaltem tanquam ordinator puniatur.
1 †Quintò probo ſic: Quando tractatur de pœna imponenda ex aliquo delicto: tunc initium debemus inſpicere: vt ff. de pœ. l. j. in princi. & C. de fal. l. ſi quis decurio. in fi. & no. ff. de nego. geſt. l. Pomponius in negotijs. in princi. Sed principium huius delicti fuit in ciuitate: ergo debemus ipſum inſpicere. & ſic homicidam condemnare. Sextò probo ſic: De iure, hoc eſt ꝙ licet vnus actus veniat ad perfectionem alterius: tamen ſi ille actus eſſet ſufficiens per ſe ad pariendam actionem: eam parit. Nam ſi delatum fuit iuramentũ, & ex eo fuit lata ſententia: ex vtroq; naſcitur actio ſecundũ opi. glo. vt ff. de iureiu. l. nam & poſtea. §. fi. & C. eo. ti. l. j. & ibi no. Cùm ergo hęc ordinatio peruenerit ad perfectionem homicidij: dicimus hunc homicidam in eorum ordinatione quæ per ſe eſſet efficax, vt ſ. dictũ eſt poſſe puniri. Septimò de tempore ad locum licita eſt argumentatio, vt dictũ eſt. Sed hoc eſt quando aliqua diſpoſitio collata eſt ſub cõditione quæ conſiſtit in facto quod difficulter fit: tunc quocunq; tempore impleatur non refert: vt ff. de condi. & de l. conditionum quæ in futurum. & plenè no. eo. ti. l. ij. & C. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis hære. Sed diſpoſitio huius ſtatuti confertur ſub tali conditione. Nam dicit ꝙ qui ordinauerit in ciuitate vel territorio, puniatur prædicta pœna: & hęc diſpoſitio, ſ. ſi maleficium fuerit ſubſecutum habet conditionem conſiſtentem in facto difficili: ergo quocunq; loco impleatur, non refert arguendo de tempore ad locum. Octauò probo ſic: Quotieſcunq; lex diſponit, ſi aliquid factum ſit: tunc non refert à quo illud ſit factum: vt ff. de pe. hæ. l. item veniunt. de quo conſueuit dici. ff. de ver. obli. l. cum ſeruus. ſed cùm hoc ſtatuto dicatur ordinatorem debere puniri, ſi maleficium fuerit ſubſecutum, nõ debemus diſtinguere à quo ſit factum: ergo eſt puniendus. Et iſtud argumentum complet argumentũ ſ. proximè nam ſ. probatur quod non refert quo loco hoc probatur: quia non refert à quo. Nono qñ tractatur de vindicta publica: tunc licet plura facta habeantur pro vno: tamen ex quolibet per ſe venit imponenda pœna: vt ff. de iuriſ. om. iudi. l. ſi fami. Sed certum eſt ꝙ hic tractatur de iniuria publica vindicãda: quia publicum iudicis officium eſt: vt ff. de publi. iudi. l. j. & quia publicè vtile eſt, &c. ergo licet aliàs iſta plura facta habeãtur pro vno: tñ habetur nunc pro ſeparatis, vt ſic ex vtroq; poſſit puniri. ergo punitur ex ordi. tanquã ordinator. Decimò probo ſic: qñ ex diuerſis factis deſcẽdunt plura maleficia, vel quod plus eſt qñ ex vno facto deſcendunt plura crimina, in primo ex vtroq; venit puniendus: in ſecundo erit in electione actorũ. Primũ probat ff. ad le. Aquil. l. illud. §. j. & de pri. deli. l. nũquã plura. cũ ſi. Secundũ probat ff. de pu. l. j. §. inde quæritur. vi bo. ra. l. j. ff. arb. fur. cęſa. l. j. cũ ſi. Cùm ergo ſunt plura facta, ſ. ordinatio, & factũ ex vtroq; debet detineri vel ſaltẽ, ex quo velit actor.
2 †Vndecimò probo ſic: & primò præmitto ꝙ ille qui tractat de homicidio, dicit eſſe principalis: alij dicunt acceſſorij: ar. C. de accu. l. nõ eo minus. & ff. de iniu. l. non ſolũ. in prin. ſuæ glo. Hoc præmiſſo ſic arguo: qñ principale & acceſſoriũ cõcurrunt in perſonã eiuſdẽ: tũc principale eſt inefficax, & in acceſſorio põt agi: vt ff. de fideiuſ. l. heres à debitore. §. ꝙ ſi ſit. ver. nec is. & no. eo. ti. l. generaliter. Cùm ergo hic ex homicidio non poſſit agi: quia in alterius territorio factum dicimus ꝙ puniatur extra ordinariè. Duodecimò & vltimò in honorem duodecim apoſtolorum. De hac q. videt caſus de verbo ad verbum ꝙ non obſtante ꝙ in alio loco ſit factũ homicidiũ puniatur, vt ff. de adult. l. & ſi amicis. vltimo reſpon. Item non obſtante ꝙ fecerit ipſe vel alius: vt ff. de ver. ſigni. l. ſæpe. in fi. cũ glo. ſua quæ eſt vltima. Itẽ videtur caſus C. vbi de cri. agi oportet. l. j. & pro determinatiõe huius qõ. facit qõ. quã format Cy. in d. l. j. C. vbi de cri. agi opor.

Contra. & primò ſic. Quando aliqd fit in vno loco, & eius effectus cõfert in aliũ locũ: ibi factũ eſſe videt, vbi confert effectus. Itẽ ſecundũ ſtatutũ & cõſuetudinẽ illius loci eſt iudicandũ. Primò pbatur ff. de actio. & obli. l. cõtraxiſſe. & de bo. au. iu. poſ. l. ij. & no. C. vbi cõue. op. q cer. lo. promi. l. j. ſecundũ probat ff. de iudi. l. exigere. Sic ergo in qõne noſtra cũ tractatum ſit in ciuitate vel in eius territorio: & effectus collatus ſit in alterius territorio: ergo non debemus punire ſecundũ ſtatutũ ciuitatis illius. Secundò pbo ſic: In publicis iudicijs initiũ non ſpectatur: vt l. pe. ff. ſi ex noxa. cau. aga. ſecundũ opi. glo. licet quidã reprobent eam, ſed homicidiũ publici iudicij eſt: vt l. j. ff. de publi. iudi. ergo nõ ſpectabimus eius initiũ quod fuit in ciuitate, ſed finẽ qui fuit extra territorium, & ſic nõ poterit puniri tanquã ordinator. Tertiò pbo ſic: Clauſula præcedẽs intelligit repetita in ſequẽti: vt l. j. ff. de reb. du. & de ver. obli. l. Titia. præſertim cũ apponit dictio repetitiua, de quibus eſt dictio itẽ: vt pbatur ff. de leg. iij. l. in repetẽdis. & l. ſi pure. cũ multis ſi. Cũ ergo in ſtatuto ſit appoſita dictio itẽ, & poſtea ſic dictũ maleficiũ fuerit ſubſecutũ: debemus intelligere in ciuitate vel territorio. Cũ ergo ſit alibi, nõ debet de illo tractatu puniri. & videt expreſsè caſus inſti. ad le. Aquil. §. hoc tñ capite. in fi. Quartò probo ſic: Quandoq; obligatio principalis & acceſſoria cõcurrunt in perſona eiuſdẽ: tunc acceſſoria occultatur & principalis remanet. Hoc pbatur ff. de duo. re. l. ſi reus. & de fideiuſ. l. generaliter. & l. Vranius. Cũ ergo hoc tractauerit ex quo ille qui tenetur, acceſſoriè tenetur, & interfecerit: ex quo quis tenetur principaliter, dicimus ſolũ de homicidio teneri, & non de ordinatione: & ſic vigore huius ordinamẽti in ciuitate nõ poſſit puniri, nec alibi, vt dixi ſ. in xj. ratione, vt dicã in ſolutione earũ.
3 †Quintò & vltimò quando ex pluribus factis ſequitur mors ex primis actibus, quis non venit puniendus, ſed ſolũ ex morte: vt ff. ad le. Aquil. l. illud. in fi. e. ti. l. ſi pla. in prin. cũ ſi. Cũ ergo ex tali ordinamẽto ſit ſecuta mors ab eodẽ facto ſolùm de morte debet puniri: & ſic vigore huius ordinamẽti in ciuitate nõ puniat.

1 Ordinatio ſola non eſt potentior cauſa, niſi ad aliud perueniatur.

Solutio. Chriſti nomine inuocato dico talem occidentem pœna illius ſtatuti non eſſe puniendum per iura ſuprà allegata, & ſpecialiter per duas vltimas rationes. Ad hoc etiam induco leges dicentes quòd non debemus inſpicere conditionem, quæ eſt tempore contractus, ſed quæ eſt eodem tempore quo actio ſumpſit effectum: vt ff. ad Macedonianum. l. ſi filiusfamilias. §. finali. & l. ſequenti. & contra quæ leges videntur decidere hanc quæſtionem conſiderando rationes earũ. Preterea, cũ aliquid ſtatuitur ſimpliciter videtur



videtur dicendum de eo qui eſt in territorio: vt dicta l. cùm vnũ §. is qui. Cùm ergo ſimpliciter dicatur ſi maleficium fuerit ſubſecutum, intelligendum, ſcilicet in territorio. Ad argumenta contraria reſpondeo, & dico quòd non obſtat primum quod dico quòd illud habet locum ſi talia verba non reciperent limitationem & declarationem à iure. Nam ſtatuta bene recipiũt interpretationẽ declaratiuam & reſtrictiuã: vt l. vt gradatim. §. &
1 ſi lege de mune. & honori. & l. ij. C. de noxa. †Non obſtat ſecundum argumentum: quia dico quod ordinatio ſola nõ eſt potentior cauſa niſi ad aliud perueniatur, nec in quæſtione noſtra proponitur quòd in ciuitate vel territorio ad aliquam aggreſſuram peruenerit: argu. eorum quæ not. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſ. & cle. & l. qui ea mente. ff. de fur. Non obſtat tertia ratio: quia in l. quod ait. peruenit ad actum immediatum ſcilicet ad aggreſſuram. & in quæſtione noſtra peruenit ad actum remotum, ſcilicet ad ordinationem. Vel aliter, lex illa loquitur qñ habet locum illud, quod vertitur in fauorem rei. ſecus ſi in odiũ vt in quæſtione noſtra. Vel aliter quod dicitur, de tempore ad locum eſt bona argumentatio: dico verum, quando eadem eſt ratio. hic eſt diuerſa ratio: nam omni tempore ſtatuitur, non omni loco. Non obſtat quarta ratio: quia habet locum quando ſunt iura pariter principalia. ſecus ſi vnum principale, aliud acceſſorium in quæſtione noſtra. hanc ſolutionem facit text. in l. ſi reus. ff. de duobus reis. Non obſtat quinta: quia ſecũdũm gl. illud habet locum in priuatis delictis tantum. Vel aliter, principale dicitur ibi tempus delicti: non tempus ordinamenti. Non obſtat ſexta ratio: quia opi. glo. eſt falſa. vt no. per Cyn. C. de iureiur. l. j. vel aliter, ibi vnuſquiſq; actus poſſet parere actionem, hic non. Nam ex ſolo ordinamento non ſecuto interitu quis non punitur: vt ff. de verbo. ſignifi. l. ſemper in ſtipu. cum infinitis ſimilibus. Non obſtat ſeptima ratio: quia verum eſt quando non refert quo tempore fiat, ſi tamen fiat ſicuti debet, vt ex ſupráſcriptis apparet. Non obſtat octaua: quia dic vt no. per Dy. in d. l. cùm ſeruus, Vel aliter dic: non refert à quo fiat, ſi omnium facientium eadem ſit ratio. Sed hic eſt ratio diuerſa: quia diuerſi bene poſſunt teneri: vnus principaliter, alter acceſſoriè, ſed vnus non. Non obſtat nona ratio: quia ſpecialiter eſt in albo prætoris, vel vt ibi not. ibi ſunt plures perſonæ, hic vna tantùm, quæ deliquit. Non obſtat decima: quia dico quòd verũ eſt qñ deſcendunt plura crimina pariter principalia. Vel aliter, dic ꝙ eſt verũ, quando vnum factũ non tendit ad perfectionẽ alterius, per l. illud. ad le. Aquil. Nõ obſtat vndecima: quia principale nõ eſt vtile, cùm poſſit puniri de iure cõi: vt l. j. C. vbi de cri. agi opor. & per l. deſertorẽ. in prin. ff. de re mili. Si opponis ꝙ ſaltẽ quo ad bona inutile eſt: dico ꝙ cã bonorũ cùm veniat acceſſoriè, de his curare non debemus: vt l. iij. C. ſi pen. app. mors interuenerit. Non obſtant duodecima ratio: & primò non obſtat l. ſi amicis. ſi pluralitas perſonarũ tollit contrarium. Nam ſi ego præbui domum: & illi tractarent de adulterio: licet poſtea illi feciſſent alibi: ego tamen teneor. Secus ſi pro meipſo de adulterio tractaſſem: nam tunc poſſum teneri de lenocinio. Item non obſtat l. ſæpe. in fi. cum ſua gl. ff. de verb. ſigni. quia non dicitur qđ ille qui fecit furtum, teneatur tanquam præſtans opem: quia nõ poſſet teneri ad vnũ tanquam principale & acceſſorium. Itẽ nõ obſtat C. vbi de cri. agi opor. l. j. quia ſecundum primam lec. facit pro me. ſecundum ſecundam non obſtat: quia ibi in locũ violentiæ fuit delictum perfectũ & conſummatũ. nã ibi amiſit poſſeſſionẽ. ſecus in quæſtione noſtra. nã in ciuitate vbi ordinamẽtum factum fuit, non fuit aliquod factũ perfectum. nam ex ſolo ordinamento non poterat oriri actio ſiue accuſatio.

Hanc quæſtionem diſputauit do. Bar. in ſcolis do. Ia. Bu. Anno domini M.cccxxxiij. die xv. Decembris. Bar.

1 Iudex non poteſt decernere quòd pupilla alatur apud eum, qui eius pudicitiæ poſſit inſidiari.

## QVAESTIO XVI.

Quæritur vtrum iudex debeat iuſtè decernere quòd pupilla alatur per ſponſum eius. Et ad partem negatiuam quod non poſſit, arguitur ſic.
1 †Primò iudex non poteſt decernere quod pupilla alatur apud eum, qui eius pudicitiæ poſſit inſidiari. C. vbi pu educ. debe. l. penultima. Sed ſponſus pupillæ poſſet eius pudicitiam lædere, & audacius hoc faceret quã alius propter ſpem futuri matrimonij: vt extra de ſpon. c. iij. & de deſpon. impu. c. atteſtatiões. ergo &c. Secundò ex eadem lege probatur ſic: Iudex non põt decernere vt pupilla alatur apud eum, à quo malis moribus informaretur, & ad vitam impudicam induceretur: vt d. l. pe. put intelligit glo. facit ff. de tu. & cu. da. ab his. l. ſcire oportet. §. pe. & fi. & de ſuſpe. tu. §. fi. Sed cum pupilla eſt apud ſponſum, ſponſus ſæpe amplexatur, & oſculatur eam, vt no. extra de deſpon. impu. c. j. & ſic de facto videmus. vnde malis moribus informaretur. ergo apud eũ non debet ali. Tertiò ſic: Quicquid fit, per quod libera facultas contrahendi, vel diſponendi matrimoniũ impediatur, eſt contra bonos mores: vt ff. de verb. obli. l. Titia. in prin. & l. ſtipulatio iſta. C. de ſpon. l. fi. & extra, de ſpõ. c. gemma. & de condi. & demon. l. cùm tale. §. ſi ab arbitro. & hoc ſiue talis facultas impediatur expreſsè, ſiue tacitè: vt ff. de cõdi. & demõ. l. cùm tale. §. Meuiæ. & l. cùm ita. eo. ti. Sed in propoſito ſi iudex decernat pupillam à primo ſponſo ali, impeditur facultas contrahendi matrimonij vel etiam diſponendi. ergo non poteſt fieri tanquàm contra bonos mores. Hoc etiam probatur ſic: Sponſa poteſt ali nubendo prioribus ſponſalibus renunciare: vt C. de ſpon. l. j. & extra, de ſpon. c. requiſiuit. Sed ſi eſſet apud ſponſum eius timore non poſſet liberè renunciare: vt ff. de adulte. l. ſi poſtulauerit. §. ratio autem. nam non morari in tuto loco, eſt iuſta cauſa timoris: vt ff. ad Trebel. l. ætate. & de lega. præſtan. l. ſciendum. & eſt exemplum in caſu iſto extra, de ſponſa. c. cùm locũ.

Quarto ſic: Spes futuri matrimonij non debet dehoneſtari: vt ff. de adulte. l. ſi vxor. §. diui. ideo mulieres quæ fuerunt malæ vitæ, deterius nubunt: quia dehoneſtauerunt ſe: vt C. de nup. l. imperialis, & de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio. & de mino. l. auxilium. in prin. cum ſimi. Sed in propoſito ſi omnis alia ratio ceſſaret: iſta adeſſet. Nam poſito ꝙ liberè ab illis ſponſalibus recedat, alius non recipiet eam in vxorem ita de facili propter multa: quia à primo ſponſo oſculata & tacta, licet non perfectè corrupta, quod eſt communiter exoſum. Item quia primus poteſt dicere eam carnaliter cognouiſſe, & ſic vxor ſibi vel non: vt extra, de deſponſa. impube. c. continebatur. Item poteſt dicere ſecundus, non ſine cauſa fuit à primo viro repudiata: & ſic contra puellam orietur aliqua ſuſpicio ignominiæ: ſicut contra militẽ à militia remiſſum: vt ff. de his q no. infa. l. j. §. ignominiæ. & §. fi. Quintò: quia de hoc videtur caſus expreſſus extra de deſponſa. impube. c. ij. vbi excepto vno caſu vrgentiſsimę neceſsitatis, vt pro bono pacis non debet permitti vt puella ſponſo tradatur, &c. Sextò, quia talis vnio ſponſæ ad ſponſum non ſit licita, videtur caſus ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. in princip. & quando dies lega. cedit. l. penulti. & de iniur. l. ſi ſtuprum. & de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. nondum. ſed facere ſponſam ali apud ſponſum, eſt cauſa huius, vt virgo non viri potens corrumpatur: quod eſt prohibitum, & pœnale, vt dictis legibus. ergo iudex non poteſt. Septimò ſic: Maritus non poteſt eſſe curator vxoris: vt C. qui da. tu. poſ. l. maritus. & C. de excuſa. tuto. l. ampliſsimi. & l. licet. ſic nec ſponſus poteſt eſſe curator ſponſæ: vt C. de excuſa. tuto. l. fi. & Inſtitu. de excuſa. tuto. l. penulti. & ibi no. Sed ſi apud eum aleretur, eſſet eius perſonæ ſaltem curator. quod iudex facere non poteſt.

Contrà, quòd Iudex debeat, vel ſaltem poſſit, probatur. Primò Leges, quæ loquuntur de viro, extenduntur ad ſponſum: vt ff. de fun. do. l. lex Iulia. & quæ loquuntur de vxore, intelliguntur de ſponſa. C. de bonis quæ lib. l. non ſine. & de priuilegi. credito. l. ſponſa. & quod no. qui poti. in pignore habeatur. l. aſsiduis. Sed vir poteſt petere vt vxor ſtet apud eum: vt ff. de libe. exhiben. l. ij. C. de libe. exhibẽ. l. ſi ad inſtar. ergo eadẽ ratione iudex debet facere vt puella alatur apud ſponſum. Secundò ſic: Certum eſt quòd in educatione pupillarum mater præfertur cæteris: vt C. vbi pupil. educ. l. j. ideo quia in ea eſt præſumptio maioris affectionis. Sed ſponſus præſumitur ad perſonã ſponſæ habere maiorem affectionem quàm mater. quod patet: quia ſponſus poteſt accuſare iure mariti, & ſic præfertur patri & matri: vt ff. de adulteri. l. ſi vxor. §. diuus. & §. ſi minor. coniuncta l. ij. §. fi. eodẽ titu. Si igitur eſt maior affectio ſponſi: ergo apud eum debet ali. Tertiò ſic: Quilibet debet facere vt inter virum & vxorem concordia & amor vigeat.

prout poteſt. Contrarium verò eſt reprehenſibile: vt C. de repudijs. l. diſſentientis. & C. de fur. l. fi. in fi. & de inſti. & ſubſti. l. reprehendenda. & de inoffi. teſta. l. teſta. & l. filia. ff. de libe. exhi. l. j. §. fi. Sed per cohabitationem quam ſimul facerent ſponſus & ſponſa, magis inducuntur ad ſe inuicem diligendum: vt ff. de manu. vin. l. ſi collectaneus. & Inſti. quib. ex cau. ma. non li. §. eadem. quod etiã patet: quia perſonæ domeſticæ propter affectionem repelluntur à teſtimonio. & C. de teſti. l. etiam. Si ergo ex cohabitatione inducuntur ad amorem & dilectionem: ergo iudex, qui hoc habet in ſua poteſtate, vt ff. vbi pupil. educ. debe. l. j. in prin. poteſt hoc facere. Quartò ſic: Si inter duos ſunt contracta ſponſalia: ſi quis eorum alteri nubat, licet matrimonium valeat conſentiendo peccat, & ei imponitur pœnitentia de fide rupta. extra, de ſpon. c. ſicut ex literis. & c. requiſiuit. eod. titu. vt in eis no. ſed bonum eſt facere quod fides ſeruetur: vt ff. depoſi. l. j. §. merito. & debet facere vt tollatur materia delinquendi deputando habitationem: vt ff. de offi. præfe. vrbis. l. j. §. quies. & §. penultimo. ſed decernendo ꝙ ſponſa habitet cum ſponſo tollitur materia, ne frangat fidem nubẽdo alteri, & ſic ne delinquat, & ne peccet. ergo iudex poteſt hoc iuſtè decernere. Quintò ſic: Ille iudex rectè decernit, qui facit de filio id, quod faceret pater eius rectæ & ſanæ mentis conſtitutus: vt C. de cura. furio. l. pen. adeò ꝙ lex dicat ꝙ tutoris dati per patrem in teſtamẽto fides eſt electa à teſtatore: nec requiritur alia inquiſitio: vt Inſti. de ſatiſ. tuto. in princi. de tute. §. fi. & C. de epiſc. audi. l. de creationibus. & ff. de confirma. tuto. l. j. & l. qui à patre. Sed ego video ꝙ pater magno affectu paterno ductus dat filiam ſuo ſponſo: vt ff. quod falſo tut. auto. l. pe. & extra de deſpon. impu. c. ex literis. & c. duo pueri. ergo iudex poteſt hoc iuſtè decernere. Sextò, quia de hoc videtur caſus legum, ex quibus colligitur ꝙ ſponſa licitè traditur ſponſo, licet ſit pupilla: vt ff. de priui. credi. l. ij. in fi. & quod fal. tuto. autho. l. pe. & de adulte. l. ſi vxor. §. ſi minor. Septimò, quia de hoc videtur caſus Decretalium, vt extra, de deſponſa. impube. c. continebatur. & c. de illis. & c. ex literis. & c. penul. & eo. titu. c. j. libro. vj. & de teſti. c. Raynutius. & ſi hoc licitè poteſt fieri: ergo iudex poteſt iuſtè decernere, per iura prædicta.

1 ☞ *Iudex iuſtè poteſt decernere quòd pupilla alatur apud patrem uel matrem ſponſi, uel ſimiles perſonas in una domo cum ſponſo. & nume. 2.*

3 *Pupillæ maioris ſeptem annis an ſit habilis conſenſus ad contrahendum ſponſalia.*

**SOlutio.** Chriſti nomine inuocato, pro declaratione huius quæſtionis præmittendum eſt ꝙ pupillam ali apud ſponſum poteſt intelligi duobus modis. Primò apud ſponſum principaliter, quòd ipſa ſponſo principaliter nutrienda tradatur. Secundò quòd pupilla alatur vnà cum ſponſo, non autem quòd ſibi principaliter tradatur, ſed eius patri vel matri vel fratri vel patruo ſimul cum ſponſo habitãti. Si primo modo intelligatur: dico quòd regula eſt quòd iudex non poteſt iuſtè decernere quòd pupilla apud ſponſum alatur. fallit ſi aliqua vrgentiſſima neceſſitas interueniret, vt extra, de deſponſa. impu. c. ij. vbi probatur regula & exceptio. & hoc probo de iure ciuili ſic: Pupilla non poſſet tradi alicui, niſi ille eſſet talis, qui ſeipſum regere ſciat: vt C. de legi. tuto. l. fina. vnde ſi ponimus ſpõſum eſſe pupillum vel pubertati proximum, non deberet ei tradi pupilla. Si verò ponimus ſponſum eſſe maiorem: tunc poſſet eam veriſimiliter immaturam corrumpere, & ſuæ pudicitiæ inſidiari: ergo non poteſt iuſtè decerni quòd apud eum alatur: vt ff. vbi pu. educ. debe. l. prima. & quod dictum eſt in prima ratione pro parte negatiua, probatur. ff. de condi. & demon. l. hæc cõditio. in princi. & quando dies lega. cedit. l. patrem. & de iniur. l. ſi ſtuprum. & de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui nondum. Exceptio verò, ſcilicet quòd hoc fallit ex cauſa vrgentiſſimæ neceſſitatis, probatur in dicto c. ij. de deſpon. impube. & ff. quod fal. tu. autho. l. penulti. vbi pater, cuius affectio ſuperat omnem, licitè & ex cauſa filiam pupillam coniunxit ſponſo maiori: & probatur per ea, quæ dicta ſunt ſ. in quinta ratione facta pro parte affirmatiua. Eſt autem vrgentiſſima cauſa, vt quia ratione pacis: vt dicto c. ij. & idem ſi alia ſimilis, vt quia apud alium non poteſt tutè pupilla morari, vel fortè eſt eius conditionis quòd requiritur ita præmaturè eſſe apud virum. Ita intellige dicta l. penulti. extra, de deſponſa. impube. c. de illis. Si verò ſecundo modo quęſtio intelligeretur, vt dicatur ali apud ſponſum vnà cum eo quod ſibi principaliter tradatur: & tunc diſtinguo duos caſus. Nam aut tutores, mater & conſanguinei pupillæ ſunt de hoc in concordia, vt patri vel matri vel alteri in eadem familia cum ſponſo habitanti tradatur alenda, aut non. Primo caſu do regulam & exceptionem. Regula eſt, quòd iudex poteſt iuſtè decernere quòd pupilla apud ſponſum alatur. Ratio, quia cùm ad officium iudicis pertineat decernere apud quem pupilla alatur cauſa cognita, & in cauſæ cognitione principaliter voluntas propinquorum attenditur: vt ff. vbi pupi. educe. debe. l. j. in principio. Et per hoc videtur caſus C. de nuptijs. l. j. vbi tũc recurritur ad iudicem, quando tutores & conſanguinei non ſunt in concordia: & verè intelligendo ibi loquitur de ſponſo, ad cuius domum pupilla debet mitti, & ſic quodammodo contrahuntur nuptiæ. ideo lex illa poſita eſt in titulo de nup. & non in titu. de ſponſa. aliâs illa lex non faceret ad titulum. Pro hoc facit quòd quandoque pater paterna affectione ductus filiam mittit ad domum patris ſponſi: vt extra, de deſponſa. impube. c. ex literis. Pro quo facit quod dixi ſ. in quinta ratione pro parte affirmatiua. Fallit hoc ſi tutores & conſanguinei pupillæ eſſent viles ſeu inopes perſonæ, quæ de facili corrumperentur, vel manifeſtè non bene eligant: tunc enim iudex ab earum voluntate recedet. quod patet: quia quandoq; recedit à voluntate patris: vt ff. vbi pu. edu. debe. l. ij. in prin. multò magis à voluntate aliorũ. Pro hoc etiam eſt caſus ff. de libe. homi. exhiben. l. ij. §. Iulianus. verſi. ſi verò vtraq; perſona ſuſpecta eſt. Secundo caſu quando tutores & conſanguinei de hoc non ſunt in concordia: tunc diſtingue duos caſus. Nam quandoq; ſponſo nihil poteſt obijci ꝙ non ſit dignus dictis nuptijs, nec ratione perſonæ nec dignitatis, nec alia legitima cauſa. Quandoq; circa perſonam ſponſi eſt aliqua conditio, propter quam pupilla ſi eſſet perfectæ ætatis & diſcretionis, in eum veriſimiliter conſentire non deberet. Primo

1 caſu pono regulam affirmatiuam, quæ eſt † ꝙ iuſtè iudex poteſt decernere ꝙ pupilla alatur apud patrem vel matrem ſponſi, vel ſimiles perſonas in vna domo cum ſponſo. Item ſunt perſonæ quæ magis afficiuntur ad perſonam pupillæ: quia pater & mater ſponſi, quò ad ſponſam parentis locum obtinent: vt ff. ſoluto matri. l. quia parẽtis. & ceſſat omnis ſuſpicio, ne inſidiaretur pudicitiæ, imò magis fideliter bonis moribus imformabunt quàm alius prædicta ratione: non tamen dico ꝙ poſſit eſſe curator bonorum pupillæ: vt l. j. in fi. de ſuſpec. tuto. Sed ſolùm perſonæ alimentatio ei committitur: in qua ceſſat ratio, quæ ponitur C. qui dare tuto. poſ. l. maritus. Et ſic non obſtat vltima ratio facta pro parte negatiua. & pro hoc faciunt omnes rationes factæ pro parte affirmatiua, & ſic poſſunt intelligi leges, quæ dicunt pupillã ductam in vxorem, quas in vltima ratione facta pro hac parte allegaui. Et per hoc ceſſant omnes rationes factæ in cõtrarium. Nam non inſidiatur pudicitiæ, vt dictum eſt: nec informabitur malis moribus, imò bonis dominæ congruentibus, nec tollitur libertas matrimonij. Licet enim inducere mulierem vt nubat ei, cui honeſtè nubere poteſt: vt ff. de condi. & demonſt. l. cum ita. nec poteſt dici ꝙ per hoc ſpes futuri matrimonij dehoneſtetur: hoc enim eſt turpe ſperatur ꝙ dicta ſponſalia diſſoluantur, cùm nulla ſubeſt cauſa. Prædicta vera: quia iudex poteſt honeſtè decernere, nec impeditur ob hoc ꝙ in domo eſt ſponſus, niſi alia iuſta cauſa impedimenti ſubſit. Illud enim non pertinet ad diſputationem præſentem. Secundo caſu ꝙ ſi eſſet perfectæ ætatis

2 in eum veriſimiliter non conſentiret. † Regula eſt ꝙ iudex iſte decernere non poteſt ꝙ in eadem familia cum ſponſo alatur.

Primò, quia affectio paterna hoc non faceret vt homini indigno nuberet, imò olim hæc erat iuſta cauſa exhæredationis: vt ff. de contra tabu. l. iij. §. ſi emancipatus. ergo iudex debet facere cuius affectio iſto caſu debet eſſe maior quàm paterna. Prę terea inhoneſtum eſt dare cauſam, vt ſit vxor eius, cui non poteſt honeſtè nubere: vt d. l. cùm ita. de condi. & demonſtra. Et hoc caſu habent locum omnes rationes factæ pro parte negatiua. Nam ſponſus timens, ne veniens ad ætatem eum repudiet, cum cauſa ſubſit eam ante tempus ſtuprabit, & pater patietur: & ſic pluries factum vidimus, & ſic inſidiabitur pudicitiæ pupillę, & eã malis moribus informabit, nec erit libera in alijs nuptijs contrahendis, & ſpes futurarum nuptiarum fœdabitur: & multa alia mala

3 ſequentur. hoc etiam declarat æquitas. † Cùm enim pupillæ maioris ſeptem annis ſit habilis conſenſus ad contrahendum ſponſalia: vt l. in ſponſalibus. ff. de deſpon. & extra, de deſpon. impu. c. j. lib.



c. j. lib. vj. fortè puella propter vnum pulchrum veſtimẽtum vel propter aliud iocale conſentiret in aliquem tanquam in ſponſum. quod veriſimiliter non faceret quando ad perfectos ætatis annos deueniſſet. Non eſt ergo cõgruum vt apud alium alatur, nec facultas nubendi alij, ſibi auferatur. Sic ergo officium iudicis iſto caſu non decernet vt pupilla apud ſponſum alatur, verũ quod mulieres, & maximè pupillæ de facili corrumpuntur inſidijs & blanditijs: vt C. de rap. virg. l. j. circa fin. debebit ali apud perſonam non ſuſpectam alicui partium quæ eam non ſubducat, nec inclinari faciat in aliquam partium perſuaſionibus, inſidijs vel blanditijs. Sed cùm erit voluntatis perfectæ, poſſet liberè ſuam voluntatem exprimere: an in talem ſponſum conſentire velit vel non: vt extra, de ſpon. c. cum locum. facit extra de reſti. ſpoli. c. ex tranſmiſſa. & debebit eſſe iſta mulier ad talem modum non ſolum donec erit pupilla, ſed & poſt, donec talis contentio finitur, an vxor eſſe velit illius ſponſi: vt ff. de libe. exhi. l. iij. §. penul. Et prædicta vera puto, etiam ſi pupilla ſit apud ſpõſum. Nam poterit peti à iudice vt decernat apud quem alatur, ex cauſa prædictis iudex ſeparabit eam à ſponſo. Facit ad hoc xxxiij. q. ij. c. de matrimonio. Non obſtat ſi dicatur, ſponſus eſt in quaſi poſſeſſione ſponſæ, & non debet ea priuari, ſed ſpoliatus debet reſtitui: quia hoc non eſt verum, vt no. per Inno. & Io. an. An. extra, de reſti. ſpoli. c. ex parte. vbi vide. Præterea ſpoliatus eſt ea iuſtè, vt dictum eſt.

1 ☞ *Accuſatio in nocte uidetur eſſe collata, ſicut ſtipulatio in diem.*

2 *In dubio magis eſt dicendum ut res potius ualeat quàm pereat.*

## QVAESTIO XVII.

a **IVre municipali** cauetur quòd ſi aliquis percuſſerit de nocte, debeat puniri in cẽtum. Accuſatus eſt aliquis de vulnere commiſſo de nocte: probatum eſt de vulnere, licet de nocte non. Quęritur nunquid debeat puniri in aliquo. Item ſi petitum eſt in libello (vt quotidie petitur) eum puniri ſecundùm formam iuris & ſtatutorum, & eſt probatũ, quo iure debeat puniri, & eſt contentus alteram tantùm allegari, & vnam ſolam vel ambas, ſi ſibi videbitur. Circa primum poteſt allegari pro vtraq; parte. Primò pro parte accuſata ꝙ non puniatur in aliquo, facit accuſationis forma. Nam ab ea non eſt recedendum: vt l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exerc. & ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. Pro hoc facit quod habetur in l. qui habebat. ff. de inſti. & l. iij. ff. ad legẽ Aquil. & vide quod ibi no. per do. Fran. de Tigri. & ſi recederetur, non valet quod agitur: vt C. de prædijs decu. l. j. C. vnde vir & vxor. l. j. Mutatio em̃ rei ſeu formæ facit rem aliam. Nam ſi non eſt probatum de nocte: videtur aliud delictum obiectum quàm probatum: quia ſicut mutatio rei facit aliam rem: vt l. nil. §. ſed & ſi quis. de actio. emp. & l. Seia. de auro & arg. leg. ſic videtur aliud delictum, ex quo non eſt de nocte probatum. Nam ex eodem facto poterunt duo crimina naſci. l. vulgaris. §. ſed & ſi quis. ff. de fur. & C. de accuſa. l. qui de crimine. & de adulte. l. ſi adulterium cum inceſtu. & ſecũdùm formam accuſationis danda eſt ſententia. Pro hoc l. habebat. ff. de inſti. ſecundùm vnum modum. Item facit temporis appoſitio. nam tempus noctis facit aliud delictum videri: vt l. aut facta. §. tẽpus. de pœ. ff. de iniu. l. prætor edixit. in fin. & C. de cri. ſacri. l. ſacrilegij. & aliud intẽtatur. Nam aliud eſt delictum diei, & aliud noctis. l. Gracchus. C. de adulte. & ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus. l. j. §. nunc autem improbato. ergo nõ eſt accuſatus: vnde non debet puniri. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mune. & hono. C. qui accu. non poſ. l. ij. & ſententia iudicis debet congruere petitioni. l. vt fundus. ff. cõmu. diui. & benigna fit in delictis interpretatio. Nam quando non conſtat delictum commiſſum, vel conſtat, ſed ignoratur quare abſoluendus potius quàm condemnandus eſt. vt l. abſentem. & l. ſi præſes. & l. interpretatione. ff. de pœ. & l. hoc enim. ff. de ſuſpe. tuto. ad leg. Aquil. l. ſcientiam. §. cùm ſacramenta. Præterea ſeparatione improbata iudex habet ſuper toto pronunciare, non ſuper parte. ff. de arbit. l. qualem. §. adijcere. C. de appel. l. eos. ibi, ſi cœperit, &c. ff. fa. erci. l. in hoc iudicio. & no. l. Pomponius. §. ſed is. & ff. de procu. Itẽ facit temeritas accuſantis. ille accuſauit de delicto commiſſo de noctæ. aſtrinxit ſe ad duo: vnde nil videtur feciſſe niſi totum probauerit. C. de fal. l. fina. & l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactioni. ff. de eden. l. j. §. diem. ſibi ergo imputet accuſator: vt l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. l. de die. ff. qui ſatiſd.

a ☞ Iure municipali. vide de iſta quæſtione per do. Ale. de Imo. in l. qui vxori. §. qd tamẽ. ff. de adul. in lectu. Bar. in addi. magna in princ. Thom.

1 cogan. Nam tota † accuſatio in nocte videt̃ eſſe collata, ſicut aliâs ſtipulatio in diem: vt ff. ſi quis cau. l. ſi cum. §. homo ſiſti. & ff. de verbo. obliga. l. in hac. Item facit certitudo maxima in delictis. ſi enim in ciuili vbi eſſet dubium, non fit condemnatio: vt ff. de rei vẽdicatio. l. Pomponius. §. fin. fortius in criminalibus. Non enim debet tanto crimine vagari: vt ff. de dolo. l. item exigit. ff. de iniurijs. l. prætor. in princi. & l. libellorum. ff. de accuſa. Quid plura? præcauendo ſibi in vno caſu, non videtur ſibi præcauere in alio: vt ff. ſo. matri. l. ſi cum dotem. & de libe. & poſthu. l. commodiſſimè. Præterea vbi eſt quæſtio de re & tempore: non ſufficit alterum probari: vt ff. de teſt. l. ob carmen. §. fi. pro hac parte ſunt leges quæ optimè faciunt: vt ff. de adul. l. denunciaſſe. §. quid tamen. & ff. vi bo no. rapt. l. prætor. §. hoc autem verſi. docere. & nau. cau. ſta. l. debet in principio. & de incendio, rui. naufragio. l. j. §. ſi ſuſpicio. Ex iſtis ergo & alijs quæ poſſent allegari, dicendum eſt ipſum totaliter abſoluendum.

**EContra, quòd debeat puniri,** ac ſi non eſſet inſerta noctis adiectio. nã adiectio noctis non vitiat præcedens. argu. ff. de verbo. oblig. l. j. §. ſi decem. & §. ſi mihi. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulatus. & l. quæ extrinſecus. & ff. de confeſ. l. ſed & ſi decem. dę dolo. l. ſancimus. Item probat verborum ſeparata prolatio. Nam ex fictione iuris videtur duo dixiſſe, ſcilicet commiſſum delictum, & de nocte. duo ſunt præcepta arbitri. licet ergo non procedat cõdemnatio ex eo quod de nocte, tamen procedere debet de vulnere. ff. de arbi. l. Celſus. & ff. de leg. j. l. ſi vnus. § ſi ſeruus. & de condi. inſtit. l. ſi quis ita. & de diuor. l. patrono. Item hoc probat delicti identitas: nam idem videtur eſſe delictum. Videtur enim adijci de nocte, potius cauſa aggrauandi delictum, quam aliud faciẽdi. l. j. in fi. ff. de abigeis. & de ſepulch. violat. l. iij. §. aduerſus. non dicitur ergo deſtruere quæ aguntur. ff. de lega. j. l. ſi cui. ſecundũ omnes. Item hoc probat acceſſorij parua poteſtas. Nã licet deficiat acceſſorium, nihiló minus remanet principale. ff. de contrahen. emp. l. ſi emptione. & l. quamuis. de legat. j. & l. ſi ancillas. & de pecu. leg. l. iij. & de manu. teſtamẽ. l. ſi ita fuerit. in fi. de vẽt. in poſſeſ. mittẽ. l. vbicunq;. §. fi. Acceſſoriũ enim non amouet principale, vt legibus præallegatis: ſed principali amoto, remouetur acceſſoriũ: vt C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. l. fin. & C. ſi penden. appel. mors interue. l. iij. non em̃ reſpicimus acceſſoriũ, ſed principale: vt ff. de in diem addict. l. iij. §. j. In iudicijs em̃ pro actore interpretamur: vt ff. de iud. l. ſi quis intẽtione. & de verb. obliga. l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. qui ſatiſd. cog. l. de die. in prin. Nã etiã in delictis in dubio fit cõdemnatio. l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad l. Aq. & tangitur ff. de fruct. l. fi. Itẽ actus ſeparati, quorum vnus nõ vitiat aliũ, vt ff. de aqua quo. & æſti. l. j. §. Trebatius. & ff. qđ fal. tut. aut. l. j. §. Põponius. de ſtip. ſer. l. ſed & ſi. econtra. imo quodãmodo coniuncti vnus non vitiat aliũ: vt ff. de teſt. tute. l. quæro. Itẽ optimè facit. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. Nã ſicut ibi ſcientia vel ignorãtia nõ eſt de ſubſtãtia delicti: ſic nec hic nox. Itẽ ꝙ nox non ſit de ſubſtantia, patet: qa nox nõ eſt ap-

2 ponenda in libello, ſicut nec dies: vt ff. de accu. l. libellorũ. † Prę terea, in dubio magis eſt dicẽdũ vt res potius valeat quã pereat: vt ff. de reb. dub. l. quoties. Iſta ſufficiãt in j. quæſtione, alia ad præſens ſoluere non intendo, & propterea allegare non curo.

1 ☞ *Scientia uel ignorantia non facit aliud delictum conſiderata ſerui perſona.*

**SOlutio.** Domini noſtri Ieſu Chriſti nomie inuocato, ſalua ſemper meliori ſententia, Dico ꝙ non debeat in aliquo cõdemnari. & hoc per leges allegatas. Primò nõ ol ſtãt leges allegatæ. ſecũdo. ſ. l. j. §. ſi mihi. de verb. obli. § ſi decẽ. & aliæ ſimiles allegatę, q̃ loquũtur qñ extrinſecus adijcit̃, ſeu nõ attinẽs præcedẽtibus. ſecus, vbi adijcit̃ neceſſariũ, vt cohærens. arg. ff. de admi. tuto. l. cũ quæritur. de dã. infect. l. prætor. in fi. & de procu. l. in cauſæ. pro iſta reſpõſitione optimè facit de ver. obl. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. Præterea in legibus iſtis eſt certitudo reſpectu ſtipulãtis, hic verò reſpectu accuſantis: quia non de nocte. ad aliam ſcilicet ad l. Celſus. de arbit. reſpondet vt ibi no. argumen. ff. de conditio. &

a ¶Pupillus. Adde ꝙ iſta q. eſt inſerta per Bar. de verbo ad verbũ in l. ſi minores. ff. qui pe. tu. & ibi vid. & vide Bar. ĩ l. nepotib⁹. C. qui pe. tu. & in l. quid ergo. §. j. ff. de his qui no. in fa. et in cõſ. ſuo qđ incipit an dies. Et de materia vide Pe. de An. in cõſi. xcix. ꝑ declaratione qõnũ. & in cõſil. ccxlij. oĩa iura. & Bal. ĩ l. matres. C. ad Ter. & Ang. de Are. in §. actionũ. in ix. colũ. inſti. de acti. & vide etiã Ma. So. in cõſi. xx. in j. vo. inci. vi ſis. in iij. col. vbi etiã dicit ꝙ iſtã diſputationẽ habet pro conſilio Bartoli in ordine. cxiij. Thomas.

demon. l. hæc ſcriptura. Ad ſecundum nõ videtur idem delictum: quia delictum conſideratur reſpectu pœnæ: vt l. quod ad ſta. ff. de pœnis. & de publi. iudi. l. ij. ad illud, acceſſorij parua poteſtas. quod vbi acceſſorium eſt ſeparatum à principali, habent locum primò allegata. Ad illud in iudicijs pro actore &c. locum habent in his quæ pertinẽt ad deciſionem, vt primò allegaui. Ad illud, actus ſeparati, &c. ſatis eſt reſpõſum: quia non dicuntur ſeparati, imò coniuncti, argu. de verb. obli. l. j. §. cùm adijcit. Ad illud potius res valeat &c. dico quòd ignoratur vel qualitas in quæſtione propoſita non valet quod agitatur, vt in allegatione prima. Secus vbi certum delictum vel delicti qualitas. l. item Mela. §. ſed & ſi plures. ff. ad leg. Aquil. licet ignoretur de perſona. Ad §. ſi detracta. dico quòd
1 †ſcientia vel ignorantia non facit illud delictum cõſiderata ſerui perſona. Item nec dominum: quia ſemper eſt in obligatione dandi, licet quandoq; ex ignorantia domini in ſolu. ſit datum noxæ in obligatione: vt ff. de re iudica. l. miles. §. decem. ſed in quæſtione noſtra aliud poteſt dici cõſiderata perſona delinquẽtis delicti diei & noctis, & eſt aliud in prima allegatione ſatis eſt euidenter oſtenſum. Et vide hanc materiam in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulte. & in compendioſa de qõnibus circa materiam probationum in tertia qõ.

1 ☞ *Ille, cui incumbit onus petendi tutorem, tunc tenetur quando nullus eſt cui legitima tutela deferatur.*

2 *Quando ſunt duæ cauſæ quarum una eſt naturalis, & alia accidentalis: naturalis præfertur.*

3 *Non tenetur quis facere quod factum non releuat.*

## QVAESTIO XVIII.

a PVpillus, ᵃcui erat extraneus pupillariter ſubſtitutus, deceſsit poſt annum à morte patris, nullo ei exiſtente petito tutore à ſubſtituto, vel à matre. Quæritur an ipſius hæreditas deferatur ſubſtituto vel matri, vel neutri. Et primò videamus de perſona ſubſtituti. Et ꝙ ipſe nõ admittatur, videtur caſus in l. ſciant. de legi. hęre. & pro iſta parte non eſt aliquid contra eum allegandum. Econtra quòd iſte ſubſtitutus admittatur. Primò, quia videtur caſus ff. de excu. tuto. l. amiciſsimos. in prin. vbi propter tutelam non adminiſtratam non repellitur ab hęreditate ſibi delata ex ſubſtitutione. Facit eodem titu. l. tutor petitus. §. j. Caſus etiam videtur in l. credendum. §. ſi verò maritus. j. eodem. vbi propter non petitum tutorem non perdun-
1 tur ea, quæ debentur alicui iudicio defuncti. †Secundò ſic: Ille, cui incumbit onus petendi tutorem: tunc tenetur, quando nullus eſt, cui legitima tutela deferatur: vt ff. qui pe. tu. l. ij. & no. in l. mater. C. ad Tertul. Sed hæc mater eſt, quæ omnem legitimam præcedit. in auth. matri & auiæ, quando mulier tu. offi. fun. põt. & in corpore. ergo ſubſtitutus excuſatur, ſi tutorem non petie-
2 rit. †Tertiò ſic arguitur: Quando ſunt duæ cauſæ. quarũ vna eſt naturalis, & alia accidentalis: naturalis præfertur: vt ff. de tute. l. qui habet. in prin. Sed hic eſt mater, cui incumbit onus petẽdi tutorem ex cauſa naturali: quia materna pietas facit eam teneri. Ad hoc C. qui pe. tuto. l. matris pietas. & l. ſeq. Item eſt ſubſtitutus, cui incumbebat onus petendi tutorem per accidens: quia ſubſtitutus: vt d. l. ſciant. ergo mater anteponi non potuit. ergo ſubſtituto negligentia imputatur, donec eum præcedat mater. argu. l. fi. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. poſſunt. de ſucceſ. edic. l. j.
3 in princi. cum ſimi. †Quartò ſic probatur: Non tenetur quis facere quod factum non releuet: vt ſ. ſi quis in ius vocã. non ierit. l. ij. in fine. de arbi. l. arbiter qui calendis. & l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt lega. no. cauea. Sed ſi ſubſtitutus petijſſet tutorem, nõ releuaret aliquid: quia mater in petendo præfertur, adeò ꝙ iudex debet dare illum, quem ipſa petit: vt in auť. de nup. §. ſi quis aũt tutelam. glo. tenet in l. ſi quis ſub condi. ſ. de teſta. tu. Secundum videamus de matre quòd mater repellatur à ſucceſsione, ſi non petijt tutorem. ſunt caſus multarum legum j. ad Tertulli. l. ij. §. ſi mater. qui pe. tuto. l. iij. C. ad Tertullia. l. mater. qui peti. tuto. vel cura. l. fina. & Inſtitu. ad Tertul. §. penulti.

ECcontra, quod pater admittatur ad hæreditatem, probatur. Primò ſic: Tutor teſtamentarius pręfertur matri: vt C. quando mul. tuto. offi. fun. poteſt. authen. matri & auiæ. & in corpore vnde ſumitur. ergo & eodẽ modo ſubſtitutus, cui incumbit onus petendi tutorem in petendo præfertur matri: cùm à teſtatore ſit ſubſtitutus: nõ eſt ergo quid imputetur matri, ſi non petijt, cùm ad petitionem non fuiſſet admiſſa. Secundò ſic: Matri imputatur, ſi non petijt tutorem filijs, quando ipſa habet ius ſuccedẽdi, & in illo iure eſt prima: vt ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. cum ſimi. & ideo dicit lex ꝙ eis, quorum cauſa in ſucceſsione non eſt prima & potentior, nõ imputatur ſi tutorem non petierit. vt l. ij. §. fi. ad Tertul. & C. qui pe. tu. l. ſi verò. C. de legi. hære. l. ſciant. ſed in propoſito in ſuccedendo cauſa ſubſtituti pupillo eſt prima & potior: ergo matri non imputatur, ſi tutorem non petijt. Tertiò ſic: Tunc matri imputatur ſi tutorẽ non petijt filijs, quando filius decedit inteſtatus: vt j. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. ibi: inteſtatorum filiorum. Sed quãdo filius habet ſubſtitutum pupillariter: non poteſt dici inteſtatus. ergo &c. videtur ergo in dictis legi. caſus pro matre: cùm nullo alio modo poſsit pupillus eſſe teſtatus, niſi quãdo habet ſubſtitutum. & ſic in caſu legis non grauatur mater in petendo tutorem. Quartò ſic: Quando filius deceſsit pubes, matri non imputatur ſi tutorẽ non petijt: Ratio: quia tunc iſte filius potuit ſibi prouidere teſtãdo & petendo curatorem. C. ad Tertul. l. matres. qui pe. tu. l. matres. in fi. Sed illa eadẽ ratio eſt in caſu propoſito: quia prouidit pater filio pro eo teſtando, & dando ſibi perſonam, quæ poterit tutorem petere: ergo non eſt quid matri imputetur, &c. ꝙ neutri debetur probatur. Primò pluribus incumbit onus petendi tutorẽ pupillo, ſi vterq; negligit, vnus non excuſatur propter aliũ ſed ambo puniuntur, vt patet in matre & liberto: vt ff. qui pe. tu. l. ij. & C. qui pe. tu. l. ij. ita in propoſito, ſubſtitutus propter matrẽ non excuſatur. & ſic tanquam negligens non poteſt ſuccedere, per l. ſciant. C. de legi. hęre. Item mater propter ſubſtitutum non excuſatur. & ſic ipſa ab hæreditate excluditur per dicta iura: ergo & alij venientes ab inteſtato ſuccedunt. Secundò ſic: Generaliter quando plures tenentur ad aliquid dandum vel faciendum, vnus per alium non excuſatur: imò nihil prohibet omnes in mora conſtitui, & omnes incidere in pœnam: vt j. de ver. obli. l. ij. §. j. & §. fi. l. ea. §. Cato. C. de duo. reis. l. fi. ita in propoſito nec mater propter ſubſtitutum, nec ſubſtitutus propter matrem excuſatur, ſed vterq; incidit in pœnam legis, & ſic ſucceſsione priuatur, & alij ſuccedunt. Tertiò ſic: Quando pluribus incumbit onus aliquid faciendi, licet ſit talis conditio ꝙ vnus alteri pręferatur donec vnus occupet, interim ambo dicuntur in mora: vt j. de adulte. l. ſi maritus præueniat. in prin. vbi videtur caſus quæſtionis noſtræ: licet ergo in petendo tutorem mater præferatur ſubſtituto, vel ſubſtitutus matri: tamen quilibet eſt in mora, donec ad iudicium prouocetur: & ſic vterq; excluditur, & alij ſuccedunt. Quartò ſic: Matri incumbit onus petendi tutorem filij iure quaſi naturali propter pietatem maternam: vt C. qui pe. tu. l. maritus. & eo. ti. l. fi. & ibi no. Sed hæc pietas materna non tollitur, licet filius habeat ſubſtitutum. Durat ergo ratio legis: & ſic iſti ſubſtituto incumbit onus petendi tutorem propter ſpem ſucceſsionis: quia ſpes durat, etiam ſi ſit mater. Apparet ergo cùm ratio legis duret in vtroq;. ꝙ vterq; excluditur, & alij ſuccedunt.

1 ☞ *Quis uult ſubſtitutum excludere à ſubſtitutione directa pupillari: tunc excluditur ſi intra annum ceſſauerit.*

2 *Propter factum patris poteſt omitti hæreditas ex teſtamento impuberis, & ſic impubes inteſtatus decedat.*

## SOlutio in quæſtione prædicta.

Primò aduertendum eſt quòd de perſona ſubſtituti, circa quam dico quòd ſi quidem quis vellet eum repellere: quia cùm tutor eſſet teſtamentarius vel legitimus, ſe excuſat, & non poteſt: vt ff. excuſati. tuto. l. amicíſsimos. in principio. & l. tutor petitus. §. j. eodem titulo. & iſte caſus non pertinet ad quæſtionem noſtram. Si quis verò vult ſubſtitutum à ſubſtitutione repellere, quia pupillo non habenti tutorem non petijt tutorem: tunc aut per hoc quis vult ſubſtitutum repellere à ſubſtitutione fideicommiſſaria: & non poteſt: quia illud conſequitur ex bonis teſtatoris, non pupilli: vt ff. qui pet. tut. l. creden. §. ſi verò ma-
1 ritus. & intelligunt docto. in l. ſciant. C. de legi. hære. †Aut quis vult ſubſtitutum excludere à ſubſtitutione directa pupillari: & tunc excluditur ſi intra annum ceſſauerit: vt d. l. ſciant. & not. ff. qui pet. tuto. l. ij. quod intelligo, niſi excuſetur aliqua iuſta cauſa: vt quia ſubſtitutus eſt minor, vel alia cauſa, vt diximus in matre: vt ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. & §. ſequent. & quod no. C. ad Tertul. l. matres. intelligo iuſtam cauſam eſſe ſi ſubſtitutus ignorat ſe ſubſtitutum. C. qui pet. tu. l. ij. §. ſi mater. verſic. ſed ſi fortè abſens. & propter abſentiam mater excuſatur: eodẽ modo propter ignorantiam. Facit. l. j. ſ. de iur. & fact. ignoran. & quis ord. in bono. poſ. ſerue. l. ij. in princ. nec excuſatur ſubſtitutus ideo, quia pupillus matrem habet, vt oſtendam reſpondendo rationibus factis pro hac parte, ſ. ad excuſandum ſubſtitutum. non enĩ obſtat l. amicíſsimos. nec l. tutor petitus. ff. de excu. tuto. nec l. cre-
a dendum. vt ſ. patet. Non obſtat ſecunda ratioᵃ, quæ dicit ſubſtitutum excuſari: quia mater eſt, cui legitima tutela defertur: quia illa non eſt nec cogitur: ſed ei permittitur ſi vult. vnde per
b eam non excuſatur ſubſtitutus, quin petere debeat.ᵇ Ita determinat Dyn. in l. ij. ff. qui pet. tut. quod verum eſt. non enim ſpes eius, qui poteſt eſſe, excuſat aliquem à petendo tutorem interim ſed ſufficit quod non habeat defenſores: vt d. l. ij. qui pet. tut. in principio. Non obſtat tertia ratio, ſcilicet cauſa naturalis pręfertur accidentali: quia illud verum eſt, quãdo effectus illarum cauſarum ſe non compatiuntur adinuicem: ſed quando ſe compatiuntur, vna cõcurrit cum alia: quod patet per omnia iura, in quibus concurrit obligatio ciuilis, & naturalis. Ita in propoſito nihil impedit quin mater teneatur petere: & etiam ſubſtitutus, ſicut tenetur mater & libertus: vt dicta l. ij. qui pe. tu. Non obſtat quarta ratio ſcilicet quod ſi ſubſtitutus peteret, non releuaret eum: cùm iudex dare debeat petitum à matre: quia illud non eſt verum, vt dixi: licet ſit opinio multorum: vt l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtamen. tutel. Sed poſito quod illud eſſet verum: tamen propter hoc ſubſtitutus non excuſaretur: quia interim donec mater taceat ſubſtitutus dicitur eſſe in mora, & ei currit tempus: licet mater veniens præferatur: vt l. maritus. in princip. ff. de adulte. qui caſus eſt no. ad hoc. Secundò videndum eſt excluſo ſubſtituto, an mater admittatur, an verò & ipſa excludatur: quia tutores non petijt, & loquor de matre maiore vigintiquinque annorum. quæ nullam habet excuſationẽ de his, quæ ponuntur in l. ſecunda. §. ſi mater. ff. ad Tertu. & quod no. C. ad Tertu. l. matres. Solum ergo hic inueſtigandum an iuſta cauſa ſit excuſandi matrem: quia pupillus habet ſubſtitutum. Ad hoc videndum præmitto quod de iure Digeſtorum neceſsitas petẽdi tutorem incumbit ſolum liberis & matri: & nullus alius propter non petitum tutorem priuabitur hæreditate, niſi mater & auia, vt expreſsè dicit tex. in l. ſecunda. qui pe. tu. & ff. ad Tertullianum. l. ſecunda. §. ſi mater. verſiculo ſi filius. per iura verò Codicis fuit introductum ꝙ neceſsitas imponeretur venientibus ab inteſtato, & ſubſtituit & alij priuentur hæreditate: vt C. de legi. hæred. l. ſciant. licet gl. in dicta l. ſecunda. qui pe. tut. videatur velle intelligere illum tex. vt non contradicat illi legi, ſciant. Veritas eſt ꝙ olim à libertis & matre & auia non cogebantur petere, vt ibi expreſsè dicit tex. nec ratio quæ habet locum in matre, habebat locum in alijs ſuccedẽtibus ab inteſtato. Nam ratio eſt materna pietas: vt l. matres. & l. fi. C. qui pe. tut. quæ ratio habet locum in matre, & auia, & non in alijs. Et per hoc concludo ꝙ dicta l. ſciant. corrigat iura antiqua & in hoc. & ſic eſt cõtra ius commune. debet ergo ſtrictè intelligi, ¹vt non extendatur vltra id quod in d. l. expreſſum eſt. Ita dicit textus. C. de appel. l. pręcipimus. in fin. & quod no. in l. quod verò. & l. in his. de lega. Sciẽdum eſt etiam quod matri incumbit neceſsitas petendi tutores filio confeſtim, id eſt, cùm primum poterit, ita ꝙ annus non trãſeat: vt ff. ad Tertu. l. ſecunda. §. confeſtim. ſed alijs ſuccedentibus ab inteſtato, & etiam ſubſtituto datur annus: vt dicta l. ſciãt licet quidam doctores Moderni dicant quod dicta l. ſciant. debet intelligi quod loquatur de anno, ſecundum formam illius legis. §. confeſtim. ſcilicet quod ſtatim teneatur cùm poteſt, licet annus non poſsit tranſire. Pro quibus facit tex. allegat l. ſciãt cùm dicit, ſecundum legem non petierint intra annum, &c. Ex eo enim quod dicit, ſecundùm legem, videtur ſentire, & referre ad dictum. §. confeſtim. ſed hoc non eſt verùm. Nam illud quod dicit, ſecundum legem, refertur ad verbum, petierint. Eſt ergo ſenſus talis, ſi ſecundũ legem: hoc eſt ſecundũ modum legitimum, & permiſſum in eis petendo tutorem: & tunc refertur ad dictam l. ij. qui pe. tu. immutatur ergo d. l. ij. hodie, qui pe. tu. in hoc, quia olim poterant ſi volebãt ex permiſsione legis. Sed hodie imponitur neceſsitas. & ſi non fecerint ſecundũ quod eis lege permittitur, perdunt hæreditatem. Item ſtatuitur eis tempus, vt hoc faciãt intra annũ. Nec eſt mirum ſi mater plus adſtringatur, quã venientes ab inteſtato: quia in ea eſt duplex ratio, ſcilicet materna pietas. Item ſpes ſuccedendi in venientibus ab inteſtato: & in ſubſtituto eſt ſola ſpes ſuccedendi. & iſta interpretatio tanquam verior tenenda eſt: vt l. benignius. ff. de legi. maximè cum l. ſciant. ſit cõtra ius commune, & pœnale. His præmiſsis dico matrem non teneri ſi non petet tutorem filio intra totũ illud tempus, intra quod ſubſtitutus poteſt petere. ſic probo. Certum eſt ꝙ mater propter ſubſtitutionẽ pupillarem excluditur à ſucceſsione filij totaliter etiam à legitima: vt C. de impuberis & alijs ſubſtitutio. l. precibus. & l. Papinianus. ff. de inoffici. teſta. §. ſed nec impuberis. & extra de teſta. c. ſi pater. libro. vj. ſed ei qui excluditur per teſtamentum ſibi debita portione, eſt licitum omittendo facere quicquid poteſt, vt ille inteſtatus decedat. nec videtur dolo vel culpa facere, ſed iuſtè dicitur facere, & ab omni pœna excuſatur. & iſtud eſt multùm approbatum per Iuriſconſultum: vt ff. de legatis. ij. l. cùm pater. §. Titio. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. excuſatus. & l. qui autem. §. nõ ſimpliciter. & ibi
2 no. §. ſi patronus. & de inof. teſta. l. Papinianus. §. iiij. †Et etiã propter factum patris poteſt omitti hæreditas ex teſtamento impuberis: & ſic impubes inteſtatus decedat: vt ff. de acquirenda hæredita. l. Iulianus. aliâs incipit l. ſi pupillus. Licitum ergo eſt matri intra illud tempus, quod datur ſubſtituto ad petendum tutorem, tacere, vt ſic ſubſtitutus excludatur à ſucceſsione, ſi pupillus inteſtatus decedat. Si enim diceres matrem intra illud tempus petere tutorem: iam præueniret ſubſtitutum, & ſic propter tutorem non petitum non excluderetur ſubſtitutus à ſucceſsione: vt ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. verſic. ſi fortè abſens. qđ eſſet abſurdum & contra rationem præcedentem. non enim tenetur ſubſtitutionem conſeruare. ſed magis infringere. Ad hoc etiam omnes rationes factæ pro matre. Sed ſi eſſet inſtituta in tabulis pupillaribus in legitima ſua: tunc ceſſaret ratio ſuprà dicta: vt dicta l. excuſatus. & dicta l. qui autem. §. ſi patronus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Item ſi ponamus ſubſtitutum eſſe talis conditionis quòd impoſsibile ſit eum excludi propter ceſſationem prædictam, vt ſi ſubſtitutus eſt minor: nec eſt poſsibile effici eum maiorem intra pupillarem ætatem eius cui facta eſt ſubſtitutio: tunc enim in matre ceſſat ratio prædicta: ſi ceſſauit petere tutorem, priuatur hæreditate pupilli, ſi quo modo ad eam deuoluitur ſubſtituto mortuo, vel repudiante, per dictam l. ſecundam. §. ſi mater. & ff. qui pet. tutor. l. ij. & C. qui pet. tuto. l. matres. cum ſimili. Nec excuſatur mater propter ſubſtitutum. hæc enim nulla lege cauetur. l. licet enim ſit ſubſtitutus: adhuc tamẽ ſubeſt materna pietas, quæ facit eam teneri, vt dictum eſt ſ. in alle. factis ſ. pro tertia parte. Non obſtat prima ratio, quæ dicit ſubſtitutum in petitione debere præferri. ideo mater debet excuſari: quia poſito quòd eſſet verum quòd ſubſtitutus præferri debet: tamen interim cùm ambo negligunt, vtrique imputatur negligentia: vt l. ſi maritus præuenerit. in princip. c. j. ff. de adulter.

Sed an ſubſtitutus præferatur, poteſt eſſe dubium. pone matrem & ſubſtitutum concurrere in petitione tutoris, & petunt diuerſos tutores: quid faciet iudex? Reſpondeo, non tenetur ſequi conſilium matris, nec ſubſtituti: vt l. fina. ff. qui peti. tu. & ibi no. dicam plenè in l. ſi quis ſub conditione. de teſtamẽ. tutela. Similiter non puto eum errare, ſi præferatur ſubſtitutus. Nam in his quæ pertinent ad tutelam, præfertur is, qui ſperat ſuccedere: licet in educatione præferatur mater: vt C. vbi pupil. edu.

a ¶Non obſt. ſecunda ratio. No. ꝙ Bar. hic vult ꝙ ſubſtitutus non excuſatur à pœna ꝑpter hoc ꝙ ſubſit mater quæ eſt legitima. & ita intellige Bar. in l. ſi minores. in ij. col. in ver. & per hoc determino tex. noſtrum in fi. ff. qui pe. tu. ꝙ ſi pupillus habet legitimum tutorem, licet non adminiſtret, ꝙ mulier, quæ ſuccederet ab inteſtato pupillo, excuſaretur & intellige illum legitimum tutorem, qui poſſet compelli ad tutelam. ſec⁹ ſi eſſet legitimus qui non poſſet compelli vt hic, per Bar. Tho.

b ¶Quin petere debeat. Scilicet vt mater, vt aſſumat tutelam, vel ei renũciet, vt ad ipm vel alios deuoluatur vel vt alter detur. Tho.

debe.l.fi.& ibi no.per glo. Non obſtat ratio ſecunda: quia illa ratio non procedit in matre: nec etiam ſi ſperat ſuccedere: nam materna pietas facit eam teneri ad petendũ tutores, vt dictum eſt. Non obſtat tertia ratio: quia dictę leges non imponunt neceſſitatem matribus petendi tutorem ſimpliciter. Sed ſi nõ petunt eam, priuantur ſucceſſione filiorum inteſtatorum. Vnde ſufficit ad priuandum eum pro tempore quo mater vult ſuccedere, ꝙ filius reperiatur inteſtatus, & ſic fateor de iure antiquo ſi mater eſt ſubſtituta, non priuaretur illa ſucceſſione: quia filius non eſt inteſtatus, ſed hodie priuaretur, per l.ſciant. Non obſtat quarta ratio: quia licet teſtator prouiderit filio de hæreditate: non tamen prouidit ei de tutore, nec de eo qui petierit tutorem directè licet ipſi ſubſtituto neceſſitatem imponat petendi tutorem. Tertiò videndum eſt, an aliquo caſu excludatur ſubſtitutus & mater, & veniant alij. Et conſtat ꝙ poſſibile eſt ſubſtitutum excludi, quia tutorem non petijt, matris vero morte, vel repudiatione. Item econtra, matrem excludit propter tutorem non petitum ſubſtituto repudiatione vel morte; & tunc ſine dubio veniant alij. dubium verò eſt an ſubſtitutus & mater poſſint excludi propter non petitum tutorem. quæ dubietas deſcendit ex eo quia lex videtur velle quòd primo excluſo propter non petitum tutorem non excludatur ſequens: vt l.ſecunda in fine.ff.ad Tertullianum.qui peti.tu.l.nepotibus,& l.ſciant.C.de legiti.hære.& hac lege; ſiue ergo mater excludatur primò: puto ꝙ non excludatur ſubſtitutus. ſiue econtra, excludatur ſubſtitutus: non debet poſtea excludi mater. Sed ad hoc dicendum eſt ꝙ de iure antiquo alijs à matre & auia non imponebatur neceſſitas petendi tutorem, vt dictum eſt: ideo matre excluſa ſequentes agnati non poterunt excludi per negligentiam. Ita loquitur l.ij.in fi.ff.ad Tertul.& glo. ſ.allega. Sed ſi eſſet mater & auia cum vtriqꝫ imponatur neceſſitas petendi tutorem: puto ambas poſſe excludi propter negligẽtiam, per rationes ſ. dictas [a] pro hac tertia parte. lex enim imponit neceſſitatem auiæ: nec diſtinguit vtrum pupillus habeat matrem vel non. Credo tamen ꝙ prius ad matrem debeat ſpectare. nec auia debet celeri feſtinatione matrem præuenire: vt ff.de iure fiſci.l.edicto.§.cum ante.C.de his quibus vt indig.l.ſorore. & quod ibi no.& C.qui admit.ad bono.poſ.l.fin. Nec obſtat.ff.de adulte.l.ſi maritus pręuenerit.& quod dictum eſt ſuprà. Reſpõdeo ad illam legem. nam mater & auia vocantur ex eadem cauſa propter maternam pietatem, quæ cauſa reſpicit matrem per prius: auiam per poſterius. [b] Ex iſto ordine incumbit vtrique onus petendi tutorem. ſed mater & ſubſtitutus vocãtur ex duabus cauſis ſeparatis, quarum quælibet habet ſe ad quẽlibet per prius: & eis ſimul incumbit onus petendi tutorem, ſcilicet matri, & ratione maternæ pietatis: & ſubſtituto ratione ſperatæ ſucceſſionis. Simile in d.l.ſi maritus. Prouocatur enim pater ad accuſationem ratione paternitatis, & maritus ratione maritalis affectionis. licet enim hæc ratio ſit magis intenſa, vt l.iij.in fine.ff. de adulterijs. nõ tamen eſt per modum prius & poſterius, ideo concurrunt & ſimul currit tempus. & prędicta de iure antiquo. de iure verò Codicis ſcilicet per l. ſciant. dico ꝙ illa imponitur ſolùm illis, quorum prima ſpes eſt ſucceſſionis patre mortuo, vt expreſsè ex tex. illius legis colligitur. Si ergo primus excluditur propter non petitum tutorem, alius, cui poſtea incipit pertinere ſpes ſucceſſionis, non priuatur [c] ea, ſi tutorem nõ petijt: quia illa lex hoc non dicit: nec debet extendi, cùm ſit cõtra ius cõmune, vt ſ. in primo puncto oſtenſum eſt; & ſic gloſ.in d.l.ſciant. bene loquitur. nunc ad propoſitum dico quòd poſſibile eſt matrem & ſubſtitutum ſimul excludi propter non petitum tutorem; vt ſi eſt ſubſtitutus, ſi matri in tabulis pupillaribus eſt relicta legitima, vt ſ. dictum eſt in ſecundo puncto. Item & ſubſtitutus eſt excluſus, primò propter non petitum tutorem: tunc incipit currere tempus matri. Ceſſat enim cauſa, propter quam excuſabatur. matri enim omni tempore quo filius eget tutore, ponitur hæc neceſſitas, ſiue tempore mortis, ſiue poſtea. ideo leges vulgares ad hoc allegatæ dicunt matrem etiam puniri, ſi prioribus reiectis alios non petierit. Sed ſi poneres primò matrem ideo excludi propter non petitum tutorem, quia primò ei incumbebat onus: tũc eſt impoſſibile ſubſtitutum excludi. Exemplum. Pupillo eſt ſubſtituta mater primo loco, extraneus ſecundo loco: tunc ſi mater excludetur propter non petitum tutorem, non excludetur ſubſtitutus: quia mortuo patre pupilli, prima ſpes ſucceſſionis non erat talis ſubſtituti: & ſic ad eum non porrigitur. l.ſciant [d].

## Et ſic eſt finis.

Expliciunt diſputationes domini
Bartoli à Saxoferrato legũ
interpretis: & ſunt numero xviij.

.·.

a ¶ Per ſ. dictas rationes. Tu dic ſubtiliter vt notat Bal.in l. precibus.C.de imp. & alijs ſubſti. & in l.iij.C.ad Ter.in ver. modo habui qõnem de facto. Tho.

b ¶ Per poſterius. vide quæ decidit per iſtam doctri. Barto. docto. & præceptor meus Peruſinus do. Pe.Phi.Cor.in cõſi. ccxxxiiij.in iiij.vol. pro deciſione preſentis conſultationis.in iij.colum. Thomas.

c ¶ Non priuatur. Et contrarium videtur dicere idem Bart. in l. nepotibus. C. qui pe. tu. & vide Bald. in l.ſciant.C.de legitimis hæredib. Tho.

d ¶ L. ſciant. Adde ꝙ iſta qõ fuit diſputata per Barto. Peruſij Anno dñi Mccclxv. put inueni in diſputationibus Bartoli manu ſcriptis. Thomas Diplouatatius.



# Incipiunt Tractatus Domini BART. A SAXOferrato, qui ſua ſcientia leges illuminauit. Et primo ſuper conſtitu. extrauaganti, Ad reprimedũ. quã ſuis gl decorauit. & xj.co.appella.

## Sequitur Rubrica: Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur.

a HENRICVS [a] SEPTIMVS DIVINA fauente gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

AD reprimendum multorum facinora, qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis. aduerſus Romanum Imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requieſcit: hoſtili aĩo armati conãtur nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur ꝙ omnis anima Romanorũ Principi ſit ſubiecta, ſceleratiſſimis facinoribus & aſſiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum abſentia, in deteſtãdo læſæ maieſtatis crimine, proceſſus & ſententia retardentur, & tanti ſceleris nephãda temeritas remaneat impunita: hac edictali, Deo propitio, perpetuò valitura lege ſancimus, vt in quocunqꝫ læſæ maieſtatis crimine, & maximè vbi cõtra Romanorũ Imperatores vel Reges aliquid, quod dictũ crimen tangat, aſſeratur commiſſum, poſſit procedi per accuſationẽ, inquiſitionẽ. ſeu denunciationẽ ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout illi, qui iuriſdictiõi præeſt, videbitur expedire. Ad hoc, ſi qua cõitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis perſona cuiuſcũqꝫ ſtatus dignitatis, vel cõditionis exiſtat, ſuper dicto crimine per nunciũ vel per literas, ſeu etiã per edictũ publicè propoſitũ citata vel citatũ neglexerit in termino perſonaliter vel legitimè cõparere: cõtra ipſam vel ipſum perinde ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitimè conteſtata: tam ad receptionẽ teſtium & eorũ publicationem & ſequẽtia, qꝫ ad diffinitiuã ſententiam & eius executionẽ procedatur: legibus & cõſuetudinibus nõ obſtantibus quibuſcunqꝫ. Hanc autẽ generalẽ legem noſtram extendi iubemus ad præterita, præſentia & futura: quã legem ex nunc abſqꝫ alterius tẽporis expectatione tranſcurſus ſuum integrum vigorem decernimus obtinere.

## Idem ad perpetuam rei memoriam.

Quoniã nuper eſt ad auditũ noſtrũ deductũ, ꝙ inter nonnullos fideles, & ſubditos noſtros prouinciæ Lombardiæ, aliorũqꝫ locorũ Italiæ diſceptationes, & dubia ſæpius oriuntur an infidelis & rebellis Imperij quiſqꝫ reputari debeat, niſi prius per noſtrę maieſtatis ſententiam condẽnatus appareat: nos attendentes ꝙ acta praua malorum potius qꝫ verba ſententiarũ ipſos faciũt pœna cõdignos; & eo ipſo ꝙ quis peccat, correctionem meretur: & quantò plus differtur punitio, tantò amplius pœna creſcit, & gẽtibus pernicioſius in exemplũ tranſit: tenore præſentium declaramus, decernimus & pronunciamus ꝙ illi oẽs & ſinguli ſint rebelles & infideles noſtri imperij, qui quomodocunqꝫ publicè vel occultè contra noſtrũ honorem & fidelitatẽ rebellionis opera faciunt, & contra noſtri Imperij proſperitatem aliquid machinantur: contra nos ſeu officiales noſtros in his, quę ad cõmiſſum eis officium pertinent, rebellando. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã declarationis & pronunciationis infringere, vel auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam mille lib. noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum. Data Piſis iiij. Nonas Aprilis: regni noſtri anno quinto, ſcilicet Mcccxij. &c.

Rubrica iſta eſt magiſtraliter poſita cauſa commodioris allegationis, Et aduertendum eſt ꝙ liber Authenticorum diuiſus eſt in nouem Collationes. poſtea ſuperuenit liber Feudorum, quem decimam collationem vocamus. poſt a ſuperuenerunt iſtæ conſtitutiones, quas vndecimam collationem appello, ipſasque gloſſare volui ego Bartol. [b] à Saxofer. ciuis Peruſinus, vt multa vtilia, quæ in eis ſunt, omnibus innoteſcerẽt, & etiam ad laudẽ diuinæ recordationis dñi Henrici Imperatoris ipſarũ conſtitutionũ authoris aui illuſtriſſimi dñi d.Caroli iiij. Romanorum Imperatoris, nũc regnantis: cui debito fidelitatis adſtringor: quia me ſuorum cõſiliariorũ & domeſticorũ numero aggregauit, & me meoſqꝫ poſteros, quos legũ doctores [c] eſſe contingeret, legitimatiõis & cõceſſionis veniæ ætatis alijſqꝫ priuilegijs & gratijs decorauit. In nomine igit̃ Dei omnipotẽtis ad laudẽ, & reuerẽtiã præfati domini Imperatoris ſuiqꝫ aui & ſtudentiũ vtilitatẽ gloſſaui eas ordine j. ſcripto: ſupponens quicquid per me diceretur correctioni cuiuſlibet melius veritatem ſentientis. & quia tex. eſt breuis: nullus me de gloſſarum lõgitudine inculpet. ſunt enim multæ gloſſ. ex quibus hæc collatio multũ vtilis redditur.

1 ☞ *Multitudo delinquentium nõ fuit cauſa finalis huius legis condendæ.*
*Ablatiui abſoluti inducunt diſpoſitionem.*
2 *Fidelitas eſt triplex, una quæ debetur proximo, alia patri, alia domino.*
3 *Fili⁹ tenetur defẽdere patrẽ uerbo & opere, ſed facto nõ.*
4 *Vaſallus tenetur defendere dominum uerbo & facto.*
5 *Princeps eſt Deus in terris.*
6 *Fidelitas habet duas habenas, unam in faciendo quæ quis debet: aliam faciendo quæ non debet.*
*In his duabus habenis corpus utriuſq; iuris fundatũ eſt.*
7 *Cauſæ finalis huius conſtitutionis fuerunt tyrannides, & differentiæ in Imperio exiſtentes.*
8 *Imperator de iure eſt dominus totius orbis, licet de facto ei non obediatur.*
*Imperator dicitur dominus mundi uniuerſalis.*
9 *Imperium Romanũ aduenĩete Chriſto incœpit eſſe Chriſti, & apud Chriſtum, & eius uicarius eſt.*
10 *Rectè dicitur, omnia ſunt Imperij Romani, referendo ad perſonam Chriſti ſecus ſi referamus ad perſonam Imperatoris ſecularis.*
11 *Eccleſia approbat Imperium Romanum.*
12 *Cauſa impulſiua, appoſita in lege, ceſſante, non ceſſat lex.*
13 *Si in lege uniuerſali, uel municipali, apponitur cauſa impulſiua, non poteſt opponi q́ iſta ſit falſa.*
*Cauſa finalis dicitur in Principe reſcribente particulariter, & reſpicit unicum factum.*
14 *Modus appellatur quando continet onus explicandum ab eo, ad quem refertur.*
15 *Si in lege ſint plures cauſæ finales, an requiratur q́ omnes cõcurrant.*
16 *Hæc lex etiam ex identitate rationis nõ extenditur ad aliũ caſum: quia contra ius commune.*
17 *Ratio legis diuerſimode colligitur.*
18 *Significationi propriæ uerborum ſtatur, ubi in lege non apparet ratio.*
19 *Lex edictalis dicitur lex gñalis, & ſic hæc lex eſt gñalis.*
20 *Dictio maximè, qñ ponatur implicatiuè, & quando aliter.*
21 *Imperator ante coronationem quòd poſſit adminiſtrare, priuilegia dare, condemnationes facere, & conceſſiones aliorum Imperatorum tollere, & reuocare.*
*Bartolus fuit delegatus pro cõi Peruſij ad Carolũ quartũ.*
22 *Hæc diſpoſitio habet locũ, nedũ in committente, ſed in mãdante, conſulente, perſuadẽte, auxilium & operam dãte, & in conſulente ad euadente.*
23 *Proceſſus in cauſis ſummarijs q́ non uitiatur, licet non ſeruetur ordo.*
24 *Infantes, ſerui, & mulieres in crimine læſæ maieſtatis accuſant.*
25 *Accuſatio eſt nomẽ iuris, ſicut actio: & eſt ius proſequendi uindictam publicam.*
*Ius ex quo ſumitur uindicta eſt duplex, ſcilicet accuſatio, & officium iudicis.*
26 *Accuſatio etiam pro libello accuſatorio accipitur.*
27 *Accuſatio in caſu huius legis q́ requiratur q́ ſit apertè formata, aliàs ſequitur abolitio.*
28 *Quatuor regulæ, uigore quarum de iure communi proceditur per inquiſitionem.*

CAPITVLVM. I.

*De hæreditatibus ex teſtamento.* *Rubrica.*

De hæreditaibus, Quæ in teſtamento fratribus relinquunt multa dubia oriuntur. Primò enim vidēdum eſt quis eſt iſte ſingularis ſtatus fratrū minorum, ex quo iſta dubia oriuntur. hoc exprimit Nicolaus in c. exiŋt qui ſeminat. §. porrò. vbi ſic ait. Porrò cùm regula ipſa expreſsè contineat ꝙ fratres nil ſibi approprięt, nec domū, nec locum, nec aliquā rē, ſitq; declaratū per eundē prædeceſſorem Gregoriū ix. & nōnullos alios hoc ſeruari debere, tam in ſpeciali ꝙ etiā i cōi, & alibi eodem c. §. ceterū. dicit ſic. Ceterū. cū in eadē regula ſub præcepti diſtrictione prohibitum eſt, ne fratres recipiant per ſe vel per alios denarios vel pecuniā nullo mō, idq; fratres in perpetuum ſeruare cupiant, & vel iniunctū id neceſſe habeāt adimplere &c. Et iſtud q̄tū ad abdicationē ꝓprietatis referē ꝑ Clementē in c. exiŋt. §. ad hęc. quantū verò ad pecuniā vbi Clemens ſtrictius loquit in eo c. §. deniq;. cū idē cōfeſſor, ſic ait, ſummè affectaret ſuæ regulæ profeſſores eſſe abſtractos totaliter ab effectu & deſiderio terrenorū, & ſpecialiter à pecunia: & eius vſu totaliter expertes, ſicut probat prohibitio de recipienda
1 pecunia, & regula ſæpius repetita, &c. Ecce ſtatum † eorum in arctiſsima paupertate fundatū. aliquis ſtatus inter ſeculares homines ob aliquam cām nullo iure inſtitutionis eſt inuentus. Nā hoīes liberi, cuius ſtatus eſt integer, habere pñt in proprio & in
2 cōi. Quidam tñ ſunt, † quorum ſtatus propter pœnam minutus eſt, vt deportati in inſulam: qui licet ea quæ iuris ciuilis ſunt, perdant, tñ quæ iuris gentiū ſunt, retinent: & ex his cauſis poſſunt ſibi acquirere, & actiones habere. ff. de pœnis. l. quidam ſunt. ff. manda. l. ſi mandauero. §. is cui. & de reg. iur. ſi victum. & ibi no.
3 Quidam ſunt † ſerui pœnæ: & ſic perdunt omnia. tñ pro alimentis poteſt ſibi legari. & ipſemet poteſt per ſe vel per alios iudicis officium implorare vt ſibi ſoluat: vt ff. de ali. & ciba. lega. l. ſi cui. & l. ſi ſeruus. & de his quę pro non ſcrip. habē. l. ſi metallum. tñ fratres prædicti ꝑ nulla re tēporali pñt eſſe in iudicio, vt j. dicet. de his quibus vſus pecunię non reperitur interdictus. non ergo ſunt in tanta paupertate propter pœnam in quanta ſunt fratres minores ꝑpter Chri-
4 ſtum. Quidam etiam ſunt, † quos ſeruos fecit captiuitas, vel natiuitas. iſtis etiā ex cauſa alimētorum pōt legari & in multis cauſis pro re temporali in iudicio eſſe pñt: vt ff. de iudi. l. is nulla. & eis vſus pecuniæ nō eſt interdictus: vt ff. de manumiſ. l. is cui. nō enim ſunt in tanta extremitate, in quanta ſunt fratres prædicti propter deū. De his qui in eccleſia dñi militauerūt, nullū genus hominū reperio cōſtitutū in tanta paupertate. De clericis em̄ ſecularibus religioſis nō mendicantibus nō eſt dubiū. de religioſis verò aliŋs mendicātibus cōſtat ꝙ aliqua habēt in cōi quo ad proprietatē: vt colligit ex verbis Gregorij Papæ xij. in conſtitutiōe, quia quorundā. dū dicit referendo verba Gregorij decimi: ſicut fratres minores & prędicatores in arctiſsima paupertate docuit
5 pauperes famulari. Et conſtat † ipſos prædicatores in communi habere, etiā quo ad proprietatē: aliquid, quod eorum regulæ & ſtatuti nō repugnant, &c. De dño noſtro Ieſu Chriſto, et de apoſtolis, & quid iuris fratres habeant in rebus, quarum vſus eſt eis permiſſus: illud eſt quod inconcuſsè credere debemus ꝑ Io. Papā xxij. qui declarauit & ſtatuit in conſtitutionibus ſuis quarum vna incipit: Ad cōnditorem canonum. alia incipit: Cùm inter nonnullos. alia verò incipit: Quia quorundā. In eadem tamen
6 conſtitutione, quia quorūdam. dicit † in quibuſdā fratrum vitam eſſe magis ſtrictam ſecundū regulā, quę fuit apoſtolorum dum ſic ait: Conſtat em̄ multa contineri in dicta regula, quę nec Chriſtus verbis docuit, nec exemplo firmauit: vt puta quod præcepit conditor dictæ regulæ fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam, necnon de multis exiſtentibus in dicta regula, quæ vtique nec Chriſtus nec apoſtoli docuerūt nec firmauerunt exemplo. Nec obſtat ꝙ Chriſtus portare pecuniam apoſtolis & diſcipulis dum eos ad prędicandum mitteret, interdixit. quod tñ antequā ad prædicandum mitteret non legimus interdictum: quia poſt reditum pecuniam portauerūt: vt in pleriſq; locis euangelica ve-
7 ritas, & apoſtolica dicta atteſtanť. Cū ergo ſit vitæ tanta ſingularitas, non mirū ſi eorum occaſione ſingularia dubia oriantur.

CAPITVLVM II.

a Vidam in ſuo teſtō fratres minores vel vnū eorum inſtituit hęredē. Primò quæritur ᵃ an valeat teſtamentum. Ad quod ſciendum eſt, quòd decretalis, exiui de paradiſo. de verbo. ſignifi. in Cle. dicit ꝙ fratres minores iſtarū inſtitutionū nullatenus ſunt capaces. tñ addā ſi quidem ſunt inſtituti, & nullum habent ſubſtitutum vel cohęredē, ꝙ teſtamētum eſt nullū & hæreditas pertinet ad venientes ab inteſtato: vt ff. de his quæ ꝑ nō ſcrip. haben. l. ſi in metallum. & C. de hęre. inſtit. l. prima. ff. de re mili. l. neq; enim. Si verò fratres inſtituti habeant ſubſtitutum vel cohæredem: tunc teſtamentum poteſt valere ſubſtituto adeunte hęreditatem, ad quem primò pertinet, vel adeunte cohęrede, cui creſcit portio relicta fratribus, vbi ſubſtitutus non eſt. C. de cad. tol. l. j. in prin. §. his itaq;.

1 ¶*Ille, apud quem remanet hæreditas, in qua erant inſtituti fratres minores, an eam licitè in foro conſcientiæ retineat. & nume. 7.*
*Nec tenetur illam commutare in ſpecie alterius relicti. & nu. 9. & nu. 15.*
2 *Obligatus ad aliquid de iure naturali, licitè illud non retinet in foro conſcientiæ.*
3 *Obligatio naturalis oritur ex teſtamento imperfecto: & minus ſolenni ex defectu ſolennitatis. & num. 8.*
4 *Qui tenet aliquid contra uoluntatem defuncti, cui ſucceſſit, in foro conſcientiæ illud licitè non retinet.*
5 *Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à iure, dicitur cōtinere impoſsibile de iure: quia impoſsibilium nulla eſt obligatio.*
6 *Oratio uniuerſalis nullatenus prædicatur de pluribus.*
10 *Obligatio naturalis ꝗ non oriatur inter cohæredes ex teſtamento imperfecto. cōtra gl. in l. ſi poſt. C. de iur. & fac. igno.*
11 *Fratres minores ſunt incapaces hæreditatis ſibi reſtituendæ iure fideicommiſſi.*
12 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum fratribus minoribus, tenetur ad æſtimationem quam licitè fratres recipiunt.*
13 *Relictum in fraudem fratrum minorum nihilominus quando dicatur.*
14 *Hæres grauatus dicto fideicommiſſo, licet teneatur ſoluere æſtimationem fratribus: tamen non obligatur.*
15 *Hæres ad quem hæreditas deuenit ab inteſtato uigore teſtamenti in quo erant inſtituti fratres minores habentes clauſulam, & omni meliori modo tenetur ad æſtimationē, & in foro conſcientiæ.*
16 *Hæreditas relicta fratribus minoribus iure legati, licet fratres relicti non ſint capaces, debetur tamen æſtimatio.*
17 *Si relinquitur fratri minori particulariter, uel in eo particularis hæres inſtituatur, an teneat remiſsiuè.*
18 *Inſtitutio facta de eccleſia fratrum minorum tenet. & nu. 10.*
19 *Dominium eccleſiarum fratrum minorum pertinet ad eccleſiam Romanam.*
20 *Eccleſia eſt uſus publicus, & in ea utilitas publica uerſatur.*
21 *Pecunia licet offeratur in eccleſia fratrum minorum pro fabrica: ſecus tamen conuertēda in uſum pauperum. & nu. 18.*
22 *Eccleſiæ fratrum minorum debent eſſe humiles.*
23 *Hæreditas, in qua eccleſia fratrum minorum fuit inſtituta ꝗ requirat aditionem.*
24 *Papa uel procurator uel ſyndicus Romanæ eccleſiæ epiſcopus loci, uel ciuitas, in qua eſt eccleſia, poterit adire hæreditatem, in qua eccleſia fratrum minorum fuit hæres inſtituta.*
25 *Syndicus Romanæ eccleſiæ Epiſcopus, uel ſyndicus communis, ſi ad hoc mandatum habeat, poteſt petere bona hæreditatis relictæ eccleſiæ minorum, ut in utilitatem eccleſiæ conuertantur.*
*Quilibet iudex ſecularis ex officio poteſt unum conſtituere, ut hæreditatem relictam eccleſiæ petat.*
26 *Quilibet de populo poterit deferre hæreditatem relictam eccleſiæ minorum.*
27 *Petens ut quilibet de populo, quomodo cōcludat hæreditatem ad eccleſiam relictam eccleſiæ pertinere.*
*Prædicti petuntur de uoluntate fratrum: aliàs non abſque mandato ſedis Apoſtolicæ.*
28 *Inſtitutio facta de eccleſia, adiecto ꝗ hæreditas uendatur, & in neceſſitatem fratrum conuertatur, ualet. nu. 30.*
29 *Hæreditas relicta ad pias cauſas, uel ꝗ uendatur uel diſtribuatur inter fratres abſque hæredis inſtitutione ualet.*
30 *Hæreditas relicta ad piam cauſam ualet, etiam ſi aliquis non ſit hæres inſtitutus.*
31 *Inſtitutio facta de aliquo ſancto, cuius eccleſia uel oratorium reperitur, tenet, & Epiſcopus capit.*

Laicus



32 *Laicus Guardianus altaris uel eccleſiæ uel capellanus fratrū minorum poteſt hæres inſtitui: quia ut uidetur executor electus actiones mouet, & diſtributiones facit.*
33 *Guardianus fratrum minorū, & etiam clericus ſi inſtituitur hæres, teſtamentum ualet.*
34 *Inſtitutio facta de Guardiano fratrum minorum tranſit ad ſucceſſores.*
35 *Inſtitutio facta de fratribus ſancti Franciſci. quòd negligitur de fratribus minoribus, non de fratribus pœnitentiæ, niſi ex coniectura aliud apparet.*
36 *Fratres tertij ordinis de pœnitentia ſancti Franciſci poſſunt habere in communi, & in proprio.*
37 *Communi uſui ſtare debemus.*

CAPITVLVM III.

1 Ecundò quæritur. † Nunquid ꝑdicti venientes ab īteſtato ſubſtituti vel cohęredes, ad quos dicta hęreditas remanet ſecūdùm iuris rigorē ea poſſunt licitè retinere in foro
2 conſcientiæ. Probari poteſt primò quòd ſic. † Omnis qui eſt obligatus ad aliquid de iure naturali, illud non poteſt licitè ſibi
a retinere in foro conſcientiæ. ᵃ Hoc notanter not. Inno. in nouit. extra, de iudi. Sed iſti apud quos dicta hæreditas remanet, ſunt obligati ad eam reddendam de iure naturali: ergo non poſſunt eam licitè retinere in foro conſcientiæ. Minorem probo. Ex te-
3 ſtamento imperfecto, † & minus ſolenni oritur obligatio naturalis, ſecundùm veram opinio. noſtrarum glo. vt C. de iur. & facti igno. l. cum quis. & de condi. inde. l. j. & ff. de regu. iur. l. cuius per errorem. ergo ex ipſo teſtamento imperfecto ratione hæredis inſtituti, qui non eſt capax, oritur obligatio naturalis. Secundò probatur per leges, quæ expreſsè dicunt ꝙ licet relictum ſit inutile: tamen ille, apud quem remanet, ad id tenetur in foro cōſcientiæ: vt C. de fideicom. l. ij. & ff. de fideicō. l. ij. l. in teſtamento.
4 † Tertiò probatur ſic. Illud quod quis retinet contra voluntatē eius defuncti cui ſuccedit, non poteſt licitè retinere in foro conſcientiæ. iſtud eſt verum, & probatur ff. de reg. iur. l. id quod noſtrum. & extra, de præſcri. c. quoniā. ſed ille, apud quē remanet, de iuris rigore eam tenet cōtra voluntatem defuncti, qui voluit ꝙ fratres minores eam haberent. Quartò, quando aliquid relinquitur ad aliquem pium actum, ſecundùm teſtatoris voluntatē: qui actus de ſe tantū nō eſt licitus ille, apud quē remanet, nō poteſt licitè retinere: ſed debet illud conuertere habita legitima ſolennitate in aliū actū licitū. ff. de vſufr. leg. l. legatū. & de admi. rerū ad ciui. perti. l. legata. Ita ergo in ꝓpoſito: licet ergo fratres minores nō poſsint capere vt hæredes: tñ videť debere vendi hęreditas, & dari eis pretiū cōuertēdū in vſus licitos: & ſic ille, apud quē remanet: nō pōt licitè retinere. Quintò probať: nā quando aliquis eſt non capax relicti abſq; ſui delicto, debetur ei æſtimatio quatenus eā capere poteſt. Exemplū. Cuidā claudo relinquitur militia curſorū. Certè debetur ęſtimatio: vt l. apud Iulianum §. ſi. cum l. ſeq. de leg. j. l. fideicom. §. ſi ſer. & de leg. iij. Ita ergo in propoſito, cùm fratres minores ſint incapaces abſq; ipſorum delicto. E contra, qui non tenetur ad reddendum illud, quod tenet aliquo iure ciuili vel naturali, vel alio poteſt licitè retinere in foro conſcientiæ. hoc eſt notum. ſed ille, apud quem talis hæredi-
5 tas de iuris rigore remanet, eſt huiuſmodi. ergo &c. probo. † Diſpoſitio defuncti quæ continet aliquid prohibitum à iure, dicitur continere impoſsibile de iure: vt l. apud iulianum. §. finali. de lega. j. & de condi. inſti. l. filius. & l. conditiones. ſed impoſsibiliū nulla eſt obligatio: vt ff. de regu. iur. l. impoſsibium. Et nota ꝙ nulla lege obligatur, & ſic nec ciuili nec naturali, nec aliqua lege eſt expreſſum. ff. de actio. & obliga. l. j. §. ſi id quod dare. & nota. per Dynum. extra, de reg. iu. c. nemo poteſt. libro vj. Cùm igitur inſtitutio facta de fratribus minoribus ſit à iure prohibita, vt in c. exiui de paradiſo. extra, de verb. ſigni. in cle. ergo &c. hoc probatur ex textu ibi, vbi dicitur fratres minores hęreditatis vel ſucceſsionis nullatenus ſunt capaces. Et nota quòd dicit nullatenus, & ſic nullo modo ſunt capaces, nec reſpectu ciuilis nec
6 naturalis obligationis: quia † hæc oratio vniuerſalis, ſcilicet, nullatenus, prædicatur de pluribus: ergo de neceſsitate intelligitur, id eſt, nec de iure ciuili nec naturali: & ſic ille, ꝗ retinet, nullo iure tenetur. Tertiò probatur: quia princeps ex cauſa poteſt auferre dominium rei meæ. l. item ſi verberatum. de rei vēdi. & de euictio. l. Lucius. & de officio. præſi. lege, barbarius. ergo eadem ratione poteſt impedire ne quæratur. Cùm ergo dicta conſtitutio impediat quæri fratribus: ergo ille, qui retinet, retinet licitè
7 in foro conſcientiæ, & ille, apud quem † dicta hæreditas de iuris rigore remanet, debet de voluntate defuncti ſolicitè inueſtigare: & tūc aut ex illa inueſtigatione remanet certus ꝙ teſtator voluit illud teſtamentum ſuum valere iure directo, ſ. teſtamentū tantū: aut remanet certus ꝙ teſtator voluit etiā iure codicillorū, & omni modo quo poteſt. Aut is, apud quem remanet, ex prædictis non poteſt eſſe certus, nec applicat animum ſuum ad aliquod prædictorū: ſed remanet in eo quod ius præſumit. Primo caſu quando conſtat quòd teſtator voluit quòd valeret iure directo tantùm. ſcilicet teſtamenti: & tunc is, apud quem dicta hęreditas remanet poteſt eam licitè retinere in foro conſcientiæ. Nam teſtatorem velle ꝙ tantum valeat iure teſtamenti, hoc importat, vt hæres inſtitutus hæreditatem capiat ſuo iure à ſeipſo: vt ff. de hæredi. inſtit. l. ſed & ſi ſub conditione. §. fi. & ſi ipſe inſtitutus à ſe capere non poteſt, quòd alij, apud quos hæreditas remanet, vt venientes ab inteſtato, vel cohæredes, ei reſtituere nō teneantur: vt ff. de codicil. l. j. & C. de fideicō. l. eam quam. Cùm ergo ex virtute dictorum verborum teſtator voluerit illos, apud quos hæreditas remanet, non teneri: apparet quòd licitè poſſunt retinere in foro conſcientiæ. Et per hoc apparet reſponſum ad
8 primam rationem in contrarium factam. † Nam voluntas imperfecta inducit naturalem obligationem: verum eſt in voluntate imperfecta ex defectu ſolennitatis: quia tunc inducitur obligatio naturalis in eo quod teſtator voluit venientes ab inteſtato: non autem in eo quod teſtator noluerit. Sed hic noluit venientes ab inteſtato teneri: ergo licitè retinet. Et eodem modo reſpondeo ad leges in contrarium adductas. Secundo caſu quādo conſtat quòd teſtator voluit quòd valeret omnimodo quo melius poteſt. dicam infrà proxima quæſtio. Tertiò, quando ille, apud quem hæreditas remanet, non poteſt eſſe certus: nec applicat animum ſuum ad aliquod prædictorum, ſed eſt contentus eo quod ius præſumit teſtatorem voluiſſe valere iure teſtamenti tātum. & ſic idem quod in primo caſu. ff. de iure codicil. l. j. & l. illud. §. tractari. C. de teſtamen. l. non codicillum. & de codicil. l. fina. vix tamē puto reperiri aliquem qui voluerit valere omnimodo quo melius poteſt: & ideo in foro conſcientiæ tutius eſt non retinere. Ita dixerunt multi magiſtri Theologiæ, & prædicta vera in venientibus ab inteſtato. In omnibus ſubſtitutis autem nō eſt dubium ꝙ voluntas defuncti tenet. nam voluit defunctus ꝙ hærede inſtituto non adeunte, vel quia non vult, vel quia nō poteſt, ſubſtitutus admittatur. l. cùm proponas. C. de hæredi. inſtit. l. ſi pater ſa. ff. co. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. j. §. ſi proponatur. Ad rationes in contrarium: ad primam & ſecundā iam reſponſum eſt. Ad tertiam dico ꝙ talis, apud quem remanet, non retinet contra voluntatem defuncti, imò ſecūdùm eius voluntatem. præſumit enim lex ꝙ teſtator vellet ꝙ ſi non valet teſtamentum, veniat hęreditas ad venientes ab inſtāto: vt l. conficiuntur. in prin. de iure codi. vel ad coniunctos: vt l. j. §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. Ad quartam & quintam reſponſi. ꝙ illa iura loquuntur in legatis & fideicommiſsis, in quibus teſtator grauat aliquem, apud quē remanet hæreditas. Vnde meritò ille pōt cogi adire: & eius aditione cōfirmaťur teſtamentū. hoc autē loquiť in hæreditate, quæ fratribus iure directo relinquiť, & ſic à ſeipſis. Vnde ſi ſoli ſunt inſtituti, nō eſt cuius aditione cōfirmetur teſtamentū: et meritò nō eſt locus dictæ inſtitutioni. Si verò habent ſubſtitutum vel aliū cohæredem, idem: quia illi non ſunt grauati, vt dictum eſt. Ex
9 prædictis ſatis † clarè apparet ꝙ ille, apud quem dicta hæreditas remanet, non teneť illud, quod eſt relictū iure hæreditario directò cōmutare in ſpeciē alterius relicti: vt ſic nec fratres minores capere poſsint in foro cōſcientiæ, nec in foro ciuili, vt dictū eſt. Sed cōtra prædicta, quæ dicta ſunt de cohæredibus, quibus por-
10 tio relicta fratribus accreſcit: videť ꝙ non, † per gloſ. C. de iur. & fac. igno. l. ſi poſt diui. vbi dicitur ꝙ inter cohæredes eſt obligatio naturalis etiam ex teſtamento imperfecto. Ergo ſaltem in foro conſcientiæ cohæres tenetur. Ad quod dico ꝙ illa gl. non eſt vera, & reprobatur per docto. ibidē. quia ex teſtamēto etiā valido neuter cohæredū alteri teneť: cū vnuiquiſq; à ſeipſo capiat: vt l. ſed ſi in conditione. §. fi. de hære. inſti. Eadem ratione, quando teſtamētū eſt inualidū, non tenetur aliqua obligationē & hoc ex teſtamento, ex quaſi cōtractu cōmunionis. In caſu noſtro nulla pōt fieri obligatio, cùm nulla ſit communio, &c.

a ¶In foro cōſcientiæ. Vide Ang. in cōſi. clxxx. & vide Bart. in l. ij. ff. de his quæ pro non ſcriptis haben. Tho. Diplo.

a ℂIure fideicōmiſsi. Vide Bart.in l.j. pen. colum.& ibi apoſti. vbi etiam doctor. ff. de lega.j.& Barto.in conſil.v. incipi. viſo quondam & in conſ. ſeq.incipi. viſo teſtamento.Tho.

b ℂSed quæro. Vide Io.Cald.in conſ.ij.in tit.de teſtamētis.Th.

c ℂParticulariter.vide quod conſuluit Abb. in cōſ.lxiiij.in ij. vo. & Bar.in l.legatum. & ibi apo.ff.de capi. diminu.Tho.

d ℂSi aliquis. Vide Alexā.in l. ſi mihi & tibi.§.regula.in j.col. in fi.ff.de le.j. & bar. in conſi.v.incip.viſa quadam petitione.et ĩ cōſilio ſequen. inci. viſo teſtamento. & Ioan.Cald.in conſil. xx.in tit.de teſta. & omnino per d. Abb. in conſil. xxxij.in j. vo.inci. caſus contingentia.Tho.

## SECVNDA DISTINCTIO.
### CAPITVLVM I.

DE hęreditatibus
Fratribus minoribus iure fi-
a deicommiſsi[a] relictis poſſunt
plura quæri,hoc autem ſępe
contingit,qñ teſtator iubet ꝙ ſi hæres inſti
tutus deceſſerit hæreditas deueniat ad fra-
tres minores iure,fideicōmiſsi deferri iuri-
ſtę aliàs iuſtè dicunt, licet qñq; habeant iu
11 re directo.Quæro primò† an hmōi fratres
minores ſint capaces.Rñ.nō.nam dicta de
cretalis dicit ꝙ fratres ſucceſsionũ quæ ex
natura ſui indifferenter ad pecuniã, & etiã
ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt.
conſiderata paritate iuris nullatenus ſunt
capaces,ſed qñ alicui hæreditas iure fidei-
commiſsi reſtitueretur, ſucceſsio eſt.ff.ad
Trebel.l.reſtituta.§.fi.cum ſeq.Secundò ꝓ
batur:quia natura huius ſucceſsiōis eſt ,vt
ſuam naturam porrigat ad omnia iura, &
ad omnia mobilia & ſtabilia:vt ad Tre.l.j.
in prin.& l.facta.in princ. ergo huiuſmodi
fratres non ſunt capaces. Quòd hæres à
quo fideicōmiſſum vniuerſale relinquit,tenetur ad executionẽ.

### CAPITVLVM II.

b
12 SEd quæro,[b] Si licitè fratribus fideicommiſſum
reſtitui nō poſsit,vt eſt dictũ†an hæ
res teneat ad æſtimationẽ.Videt ꝙ nō,per tex.dictę de-
cretalis,exiij.quæ ſic dicit. Non licet eis valorẽ hęreditatũ taliũ
vel tantã earũ partẽ ꝙ ꝑſumi poſsit,hoc in fraudẽ fieri,quaſi mo
dò legata dimitti ſibi facere,aut ſibi dimiſſa recipere : qn potius
iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter ꝓhibemus,&c. Ex quo patet ꝙ
nec ad ęſtimationẽ hæreditatis tenet.econtra etiã iure ꝑ leges, q̃
dicũt qñ qs nō pōt capere rẽ ſibi relictã ꝓpter qualitatẽ, ꝑſonæ
ſuæ abſq; ſuo delicto:tunc hęres tenet ad ęſtimationẽ:vt l.apud
Iulianũ.§.fi.cũ l.ſeq.de leg.j.& ibi nota.& de leg.iij.l.fideicō.§.ſi
ſeruo.& de ver.obl.l.multũ.& ibi not. Sed iſta eſt in propoſito
hæres tenet ad ęſtimationẽ:vt in cōſtōne Nicolai Papę quęinci
pit,exiij.§.ad hęc.vbi dicit ꝙ qñ fratribus aliquid ſimpliciter re
linquit,intelligit in cãm licitã,hoc eſt,vt vẽdat,& pretiũ in vtili
tatẽ fratrũ cōuertat.Secũdò ad determinationẽ ꝑdictę dubieta-
tis videre debemus intelligentiã verborũ dictæ conſtitutionis,
exiij.ſuperius relatæ.Nam procurare ꝙ eis fratribus minoribus
relinquat,eſt penitus interdictũ fratribus minoribus.dimiſſa ve
rò recipere,non eſt interdictũ oīno:ſed ita demũ hoc ꝑſumi pōt
13 vt illa verba dicunt.In fraudẽ†fieri intelligo,qñ per hoc aliquid
fieret cōtra paupertatis votũ,vel in aliquo conuenit , vt puta ſi
valor ſeu æſtimatio prædicta tantã quãtitatẽ aſcenderet ꝙ ma-
gis ſaperet theſaurizatũ,q̃ pro neceſsitatibus imminẽtibus rece
ptũ:& ideo in q̃one ꝑdicta dico ꝙ ſi ęſtimatio ꝑdicta magnã &
mirabilẽ quãtitatẽ excederet,ꝙ fratribus nō licet recipere.Ita lo
quunt illa verba.ſed ſi eſſet q̃titas parua & moderata vł de ma
gna q̃titate moderata,accipere licitè fratres pñt,& hęres ad hęc
tenet.Ita loquunt alia iura ꝓ hac parte allegata.Hęc indicãt ver
ba cōſtitutiōis ꝑdictę ibi:tãtã eorũ partẽ,&c.Hęc etiã manifeſtã
tur in eadẽ conſtōne,exiui.§.dubitauerunt.in eo ꝙ tractat de di
ſtributione bonorũ nouiciorũ.& hoc etiam declarat in cōſtōne
Nicolai q̃ incipit,exiij qui ſeminat.§.inſuper nec veriſimilia.vbi
14 cũq;†aũt dixi ꝙ hęres tenet,nō intelligas ꝙ fratribus obłatio q̃
rat.hoc eñ voto eorũ repugnat:ſed in quẽ fundat dicta obłatio
dicemus in ſecũdo libro,vbi de relictis & legatis ſingularibus
tractabitur.vbi etiã dicemus q̃ ſit iſta quantitas moderata.& qd
fiet de ſuperfluo.& an ipſi fratres poſsint prędicta vendere,&c.
Bar.De teſtamẽto,in quo fratres ſunt inſtituti,& dictũ eſt: ſi nō
valet iure teſtamenti,valeat iure codicillorum.

### CAPITVLVM III.

15 EX prædictis, Satis liquet†ꝙ qñ fratres prędicti
hęredes inſtituantur & in teſtamẽ
to dicit:ſi nō valet iure teſtamenti, valet iure codicil.&
omni modo quo melius valere poteſt.ꝙ tunc hæres tenetur ad
æſtimationem ſecundũ prædictum modũ:quia prædicta verba
hoc important de iure:& inſtitutione irritata videantur rogati ꝑ
fideicommiſſum hi,ad quos hęreditas remanet,reſtituere illi in-
ſtituto:vt de fideicom.l.ex teſtamento.& ibi no. & l.eam quam
eo.tit.& iſte eſt caſus ſecundùm vnam lectu.ff.de teſta.l. ex hac
ſcriptura.& l.ex his verbis.& ibi gloſſ.& de iniuſt.teſt.l.poſthu
mus.§.fi.& de teſt.mi.l.quærebatur.§.vtrum.licet gloſſ. C. de li.
præ.aut.ex cã.videat dicere ꝙ illa verba hoc caſu non operen-
tur.ſed illa gloſſ.reprobatur.Ex hoc apparet determinatio illius
tertij membri quod dimiſi ſ.diſt.j.c.ij.qñ ille , apud quẽ hæredi-
tas remanet,credit defunctum voluiſſe teſtamẽtũ valere omni
modo,quo melius poteſt:& tunc tenetur in foro conſcientiæ.

## TERTIA DISTINCTIO.
### CAPITVLVM I.

16 DE hæreditate, Quæ fratribus† iure le-
gati relinquitur,dico idẽ
per omnia quod ad ꝑdicta,quę ſupra dixi in hę-
reditate iure fideicommiſsi eiſdem fratribus reli
cta videlicet vt eius hæreditatis fratres non ſint
capaces eadẽ ratiōe qua ſuprà dictũ eſt:quia trãſ
irent iura & actiones & alia bona:vt l.cùm filius.§.Lucio de le-
gat.ij.& l.mulier.§.fina.ad Trebe.& eodem modo dico ꝙ debet
æſtimatio:quia hęres grauatus eſt à defuncto,ſicut qñ iure fidei
commiſsi relinquitur:vt d.l.mulier.§.fi. ad Treb.

### CAPITVLVM II.

17
c SIalicui, Fratri vel fratribus†relinquatur particu
lariter, [c] & in eo inſtituatur, an vitietur?
Quod videtur:quia hæreditatis nō ſunt capaces:con-
tra videt ꝙ ſit idẽ quod in legatis:vt l.quoties.de hęr.
inſti.Sol.Dicendum eſt ꝙ hęredis inſtitutio ex certa re vel quã-
titate habet effectũ in forma vniuerſali quo ad quędam,vt puta
alijs hæredibus vniuerſalibus non exiſtentibus,totũ ſibi accre-
ſcat:vt l.j.§.j.ſi ex fundo.ff.de hære.inſt.& quantum ad hunc ef-
fectum non valet:quo ad quædam verò habet vim legati:vt di-
cta l.quoties.& quo ad alia de tali inſtitutione ex re certa, quid
iuris in ſequen.lib.dicam.

## QVARTA DISTINCTIO.
### CAPITVLVM. I.

d SIaliquis, [d] In ſuo teſtamento inſtituat hære
dẽ eccleſiã fratrũ minorũ,aliàs lo-
18 cum.Primò quæritur an inſtitutio valet.†Et vi-
detur ꝙ non : nam ſeruus,qui à dño regitur,non
eſt capax eorum,quorum dominus nō eſt capax:
vt ff.de hære.inſti.l.non minus.& de lega.primo.
l.ſi mihi & tibi.§.ij.de acquirend.hęredit.l.ſi ſeruus eius. & de le
gatis.ij.l.ſi Titio & Mæuio.C.de hæredi.inſti.l.neq; per ſe.eadẽ
ratione eccleſia quæ regitur per fratres,non debet eſſe capax eo
rum,quorum fratres non ſunt capaces: puta ſi aliquis hæredem
inſtituat hoc modo:Stichum ſeruũ Titij hæredem inſtituo.Con
templatione enim Titij videtur eum inſtituere:licet ipſe inſtitu-
tus aliàs Stichus non ſit liber homo.C.de iur.deli.l.cum aliquis.
Ita in propoſito,cũ dico eccleſia fratrum minorum,cōtẽplatiōe
fratrũ videtur facta inſtō:ſed ipſi fratres non ſunt capaces.ergo
&c.Præterea,ſicut idem eſt,inſtituit ciuitatem & ciues: vt ff. de
condi.& demon.l.municipibus. & de re.dub.l.ciuilibus, ita vi-
detur idem inſtituere fratres.& eccleſiam fratrũ minorũ.Pręter-
ea,aut conſideras eccleſiam pro collegio,vt not.ff.quod cuiuſq;
vni. no. l.item.& conſtat quòd non valet : nam hæreditatis non
eſt capax. Aut conſideras eccleſiam pro muris ipſius eccleſiæ,
& idem ꝙ non valet:nam hæreditatis aditio requirit animũ,&c.
Pręterea decretalis,exiui.vř velle ꝙ eiuſdẽ cōdōnis ſint eccleſię
fratrum,cuius ſunt fratres:ſed fratres non pñt accipere pecuniã:
ita nec eccleſijs eorum debet offerri:vt dicto §.deniq;.Item ſicut
ipſi,ita eorum eccleſiæ debent eſſe humiles,& non exceſsiuè:vt
in §.hinc eſt etiam.ergo ſicut fratres ſunt incapaces : ita eorum
eccleſiæ. Econtrà quòd valet inſtitutio:nam declaratum eſt in
19 illo c.exiij q ſeminat.†ꝙ dñium eccleſiarum , & fratrũ minorũ
pertinet ad eccleſiam Romanam. Idem poſtea dicit Ioan.Papa
xxij.in illa extrauaganti quæ incip. Ad conditorem in eccleſijs
& alijs quę vſu nō cōſumuntur.Sic ergo ſunt eccleſię Romanę.
igitur eccleſiæ Romanæ acquiritur,& ſic valet. Pręterea eccle-
ſia.eſt



ſia eſt vſus publicus.& in ea verſatur cōis vtilitas,vt l.j.§.ius pu
a blicum.ff.de iuſt.& iu.ergo poſito ꝙ eccleſiæ Romanæ [a] non q̃
reretur,ſaltẽ q̃reretur Reipublicæ illius ciuitatis: cũ in eius ho-
norẽ videat facta talis inſtitutio.Caſus eſt in l.ciuitatibus.de le-
20 gat.j.& l.ſi quid.& l.Lucia.ff.de au. & arg.le.Sol.† Dicendum
eſt licet in religioſis & alijs collegijs hoc ſit ꝙ ipſi non hñt ius in
eccleſia,& ideo qđ cōcedit eccleſiæ:videtur cōcedi collegijs.de
fratribus hoc dici nō pōt:quia nullum ius habet eccleſia: ſed ſo-
b lum ſimplicem vſum facti:[b]& eccleſia & locus videntur vti pre-
cario & receſſuri inde cum dñs mutauerit voluntatem:vt dic.c.
exiij qui ſeminat.Vnde qđ dicitur de fratribus:nō poteſt referri
ad eccleſiam:vt extra,de priui.c.per exemptionem.libro vj.Li-
cet ergo ſtatutum ſit ꝙ fratres non ſint capaces:tamen hoc de ec
cleſia non poteſt intelligi:ergo remanet in iure communi,ſecun
dum quod eccleſia poteſt inſtitui:vt C.de ſacroſanct.eccle.l.j.et
l.generaliter.Non obſt.j.rō:quia ſeruus regitur à dño iure pro-
prietatis:ideo ipſius domini capacitas & incapacitas inſpicitur,
ſed fratres in eccleſia nullum ius habent.Non obſt. ſecunda ra-
c tio.[c]quia cùm dico eccleſiam fratrum minorum,appono vt cer-
ta eccleſia demonſtretur,non vt fratrũ cōtemplatione relinqua-
tur.ſed ſecus cũ dico,inſtituo Titium filiũ Sempronij, cùm iam
Sempronius eſſet mortuus:vt C.de vſuf.l.fin.in fi.& ff.de hære.
inſti.l.his verbis.§.fi.cum fratres quo ad ipſa temporalia habean
tur pro mortuis.Non ob.tertia ratio:aliter enim habẽt ſe ciues ad
ciuitatem:quia ciues habent ius in ea,& iuriſdictionem,ſed fra-
tres nullum ius habent in eccleſia:vnde illa æquiparatio proce-
deret in alijs religioſis.Non obſt.quarta: quia bene erit perſona
21 quæ poterit adire,vt dicetur in ſeq.q.Non ob.quinta†ideo quia
fateor ꝙ ibi nō debet ferri pecunia cōuertẽda in vſum pauperũ.
quia illud eſſet contrectatio pecunię non permiſſa,nec per regu
lã:nec per declaratores,vt ibi dicitur.ſed ibi ponitur pecunia in
fabricam eccleſiæ conuertenda,ita ꝙ fratres nil haberent facere:
22 tũc hoc non reperitur prohibitũ.nec†ob.qđ dicit ꝙ eccleſiæ eo
rum debent eſſe humiles & non exceſsiuè:quia fateor hoc tamẽ
ad fabricam & ſuſtentationem locorum & eccleſiarum humiliũ
poteſt qs inſtitutionem facere, ſicut ad aliam piam cauſam: vt
j.proxi.di.ſatis enim mihi eſt dicere ꝙ illa eccleſia eſt capax : &
ſic valet inſtitutio. Quid autem fiet ſi eccleſia non indiget refe-
ctione vel fabrica.dicam in ſeq.lib.dum de leg.tractabimus.

### CAPITVLVM. II.

d SEd quis[d] petit. Seu adit hanc hrditatem , in
qua eccleſia fratrum minorũ
23 eſt inſtituta.Rñd.dicta†quorundam videmus induce
re quod hęreditatis adito nō ſit neceſſaria. quod patet
quia dicunt in hæreditate delata fiſco non eſſe neceſſariam adi-
tionem,vt probatur.ff.de iure fiſ.l.prima.§.an bona eadem ratio
ne,hic enim inſtituitur eccleſia fratrum minorum,& per conſe-
quens eccleſia Romana, cuius eſt dicta eccleſia. ſed conſtat ec-
cleſiam Romanam in prædictis obtinere fiſci locum ergo &c.
Contrarium tenet gloſſ. in dicto §.an bona eadem ratione.& re
quiritur aditio per legem primam.C.de officio procu. Cæſa.&
eſt caſus ſuprà.de fideicommiſ.libe.l.iiij.§.eadem conſtitutio.&
§.ſequen.& idem vbicunq; in pias cauſas relinquitur hæreditas:
vt C.de epiſco.& cleri.l.ſi quis ad declinandam.§.ſi quidem.ibi:
ſi hęreditatem recipiant,&c.quod denotat aditionem hæredita
24 tis.Cùm ergo neceſſaria ſit aditio:videndum eſt primò per†quẽ
fiat aditio.& dico,ſummus Pontifex eſt principalis dominus,&
rector eccleſiarum dictorum fratrum:ipſi verò fratres habẽt ſim
plicem facti vſum,vt dictum eſt:ideo procurator ſeu Syndicus
Romanæ eccleſiæ poterit indubitanter adire,& petere & vẽde-
re ſecundùm formam mandati quos procuratores poſſunt no-
minares fratres ex vigore literarum Papæ Martini, quas literas
in prædictis,quę fratribus relinquuntur,non puto corruptas,vt
plenè dicam in ſequen.libro,diſtinctio.viij.& ſic nomine eccle
ſiæ adibunt petent diſtrahent.Sed ſi dictus ſyndicus non poſſet
haberi:quia fratres eum nominare nolent vel eſſet eis interdictũ
tunc poſſet adiri epiſcopus.Nam dicta fabrica, ſcilicet, eccleſiæ
conſtructio ſeu fabrica ideo inſtituta eſt vbi alius nō reperitur:
tunc epiſcopus poteſt hoc facere:vt C.de epiſco.& cleri.l.nulli.
& l.ſi quis ad declinandam.& in authen.de eccle.tit.§.ſi quis in
nomine.Adire enim papam propter hoc eſt adeò difficile quòd
reputatur impoſsibile.l.apud Iulianum.§.finali.de legat.j. & ibi
no.& licet eccleſia fratrum ſit exempta:ta-
mẽ epiſcopus potuit prædicta facere ſicut
ſi eſſet relictum ad aliquam piam cauſam,
& nihilò minus pertineret hoc ad curiam
epiſcopi vnde teſtator originem trahit : vt
d.l.nulli.§.j.Sed ſi epiſcopus nō faceret vel
negligeret hæreditatẽ : adire poſſet ciuitas,
in qua eſt eccleſia:cùm ibi etiã eccleſia per
tinet ad honorem & vtilitatẽ ciuium: vt l.
prima.§.ius publicum.& ibi not.ff.de iuſti
tia & iure.& ſic ad honorem & vtilitatem
ciuitatis videtur facta inſtitutio. & ſic ciui
tas poterit adire & petere : vt l. ciuitatibus.
& l.ſi aliquid.de lega.j.l.Lucius.de auro &
arg. lega. Vel pōt dici ex prædictis ꝙ ſunt
plures hæredes inſolidũ, qđ eſt contra l.in
condemnatione.§.vnicuiq;.de reg.iu. quia
vnus ſolus eſt hæres.ſ.illa pia cauſa: & cu-
ius hæreditatis iura exercet eccleſia Roma
na ratione pleni iuris quod habet in eccle-
ſia inſtituta, & epiſcopus ratione generali
quam habet in inſtitutione facta ad pias
cauſas & ciuitatis:quia pertinet ad honorẽ
ciuitatis.

### CAPITVLVM III.

25 PEr quem bona.† Dictæ
hæreditatis petantur, & in vtili-
tatem eccleſiæ.conuertant. Rñ.
f quando fit per ſyndicũ Romanæ eccleſiæ
eſt clarũ, & quando per epiſcopũ ſimiliter
eſt clarum:vt d.l.nulli.& l.ſi quis ad decli-
nandam.Item quando fit per ſyndicum cō
e munis[e],idem:ſed ad hoc mandatum habet.
puto etiam ꝙ quilibet iudex ſingularis ex
officio ſuo poterit conſtituere vnum,per quẽ prædicta fiant: ar.
l.iij.de ali.& ci.le.& de admi.tu.l.Quintus.§.fi.in d.c.exiij qui ſe
26 minat.§.ad hæc.quia fratribus.Item†quilibet de populo poterit
hoc deferre,ſicut bona quæ deferunt in fiſcum,cum l.ff. de iure
fiſc.& in l.nulli.C.de epiſ.& cle.& in aut. de ec.tit.§. ſin autẽ qui
hoc facere ibi:alijs ſic licẽtiã mouẽdi huiuſmodi quæſtionẽ, &c.
Rñd.quia omniũ intereſt:vt l.in prouinciali.§.fi.& l.ſeq.de ope.
27 no.nun.& extra,de re.ecc.nō alie.c.ſi quis presbyter.† Quando
autẽ aliquis petit vt quilibet de populo,cōcludit ſic:& peto pro-
nunciari hæreditatem perditã pertinere ad dictã eccleſiã & piã
cauſam,& illũ poſſeſſorẽ cōdẽnari ad reſtituendũ legitimæ per-
ſonæ ad hoc deputatæ &c.licet enim ipſe agat,nō debet conclu-
dere ꝙ ſibi reſtituat:vt l.hoc iure.ff.de ſol.& l.ſed ſi tñ.de pac.Si
cut dicimus in cōiũcta ꝑſona:vt no.in l.vero ꝓcuratori.ff.de ſol.
nullus tñ prædictorũ abſq; mãdato ſedis Apoſtolicæ poterit ad
hoc ſe intromittere abſq; fratrũ voluntate: vt dicã in ſeq.lib.&c.

## QVINTA DISTINCTIO.
### CAPITVLVM I.

f QVid ſi fratres. [f] Minores † vel aliquis ipſo-
28 rum hęres inſtituatur,adiecta
cauſa ꝙ dicta hæreditas vendatur & in neceſsitatem
dictorum fratrum conuertatur:an talis inſtitutio vale
bit?Videtur ꝙ non.Nam quãdo inſtituitur ille,qui eſt omnimo
do non capax,et rogatur de reſtitutione ei qui capere nō poteſt:
teſtamentum eſt nullum:vt C.de fideicom.l.eam quã.& ibi not.
per glo.& doc.& ibi patet:quia illud teſtamentum nō poteſt va-
lere,ex quo non poteſt adiri hæreditas.l.nemo.de teſta, tu. & de
his quæ in teſta.delen.l.proxi.de re.iur.l.nemo &c.

### CAPITVLVM II.

COntrarium. Puto verum. Ad cuius inueſti-
gationem oportet quòd prius al
terius quæſtionis veritatẽ inueſtigemus. Pone quòd
29 aliquis†nullum facit hæredem in ſuo teſtamento : ſed
ſuam hæreditatem relinquit ad pias cauſas , vel relinquit eam
vendendam vel diſtribuendam inter fratres.an valeat?Et vide-
tur quòd non : quia non ſubeſt perſona , in qua ius & nomen
hęredis cadat:ſicut quãdo inſtituitur hæres ille,qui iam eſt mor-

a ℂEccleſiæ Romanæ. Adde ꝙ cōtra Bart. cōſuluerũt multi docto.vide And. Barb. in c.vos quidẽ. in vl. col.de teſta. vbi pleniſsimè diſputat intellectũ et veritatem doctrinæ Barto. hic. Tho.Diplo.

b ℂSimplicẽ vſum facti.Vide Abb.in cōſi.lxiiij. in ij. vol. inci.quędã dicta.Tho.

c ℂNon obſt. ſecunda ratio.Vide Bart.in l. legatum.in fi.de vſu fru. leg. & ibi Alex. in apoſtil.& Rapha. Cu.in conſi. clix. incip.viſo teſtamento, circa me.Tho.

d ℂSed quis petit. Vide Bart.in cōſi. v. & ibi ſcripſi . & vide Abb. in conſi.xxxij. in j.vol.inci.caſus cōtingentia. in ij. colũ. Tho. Diplo.

e ℂPer ſyndicum cōmunis.Vide Bart.in conſi. inci. viſa quadam petitione. in fi. & in cōſi. ſeq. incip. viſo teſtamẽto.& vide Abb.ĩ cōſi.xxxij. in j.vol.caſus contingentiam. Tho. Dip.

f ℂQuid ſi fratres. Vide Ioan. Cal.in cōſi. xx.in tit. de teſta. & eſt conſi.Pet.de Ancha.vbi plenè de iſto dicto.Tho. Diplo.

tuus,non valet:ſed pro non ſcripto eſt: vt l.j.in prin. & de cadu.
tol.Cōtrarium puto verum,nam in iſtis pijs cauſis ſufficit ꝙ he-
reditas ad piam cauſam relinquatur:vt in redemptione captiuo
rum,& in conſtructione eccleſiæ vel alimentis pauperum,& ſi-
milium:vt C.de epiſco.& cle.l.ſi quis ad declinandam.& in au-
then.de ec.ti.§.ſi quis etiam pro redemptione. Præterea conſtat
quòd Fratres minores ſunt pauperes: & in ſumma paupertate:
ſed quando pauperibus & in eorum alimentis & neceſsitatibus
relinquitur,videtur relictum toti ciuitati, cuius intereſt vt pau-
peribus alimenta non deſint:vt C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.pri
uilegia.& eſt expreſſum ff.de legat.primo.l.ciuitatibus.Non ob
ſtat quod dicitur quòd non ſubſit perſona:quia hanc nego:quia
perſonam ſuſtinebit epiſcopus,vel Reſpublica,vt dixi ſuprà in
30 proxi.diſtinct.& omnia quæ ibi dixi,hic poſſunt repeti.†Nunc
ad ſolutionem q. primæ præpoſitæ redeo, & dico ꝙ talis inſtō
valet:licet perſona fratrū minorum:quia non ſunt capaces: ſub-
ducatur & pro non ſcripto habeatur:tamen remanet cauſa, pro-
pter quam inſtitutio valet, & conſolidatur : vt s̄.dixi. Pro hoc
31 †facit in aut.de ec.ti.§.ſi quis autē omnium ſanctorum.vbi ſi ali
quis inſtituit aliquē ſanctum,cuius eccleſia, vel oratorium non
reperietur:tn̄ capiet ep̄s inſtituēdo aliquē ſanctorū de neceſsita-
te intelligit̄ inſtituta memoria ſeu reuerētia eius.ſ. vt in eius lau-
dē & reuerentiā hæreditas expēdatur. Nec obſtat quod diceba
tur in contrariū:q̄a fideicōmiſſum nō pōt ſe ſubſiſtere,niſi adea
tur hæreditas:vt l.ille à quo.§.ſi de teſto.ff.ad Treb.ſed an talem
cām poteſt ſuſtinere inſtitutio hęredis,licet perſona nō ſit,& ſic
ex tali cauſa inſtitutionis poterit adiri hęreditas.Sed contra prę
dicta facit quod dictū eſt s̄.in prima diſtinctione,vbi dixi quòd
ſi fratres inſtituantur non valet inſtitutio: & tamen cōſtat ꝙ illa
inſtitutio non fuit facta ad alium finē,niſi ꝙ hæreditas in neceſ-
ſitatem fratrum expēdatur.Rn̄.ꝙ teſtator ad hūc finem relique
rit,eſt quędam ꝓſumptio verbis nō expreſſa,nec de neceſsitate
intellecta:ideo inſtitutio hęredis illa cauſa ſubintellecta nō ſuf-
ficit:quia debet teſtator.id quod inſtitutio continet propria vo-
ce exprimere:vt C.de teſt.l.iubemus.& ff.de teſt.l.hęredes palā.
in prin.ſed in caſu nr̄o cām exprimit.ergo &c.Sed contra prædi
ctam ſolutionem facit d.§.ſi quis aūt.vbi cām nō expreſsit:& tn̄
ſufficit ſolutio,vt de neceſsitate intelligat̄ relicta hæreditas ob
memoriā,vel reuerentiā ſancti:Stultus em̄ fuiſſet teſtator qui co
gitaſſet ſanctū, qui eſt in vita æterna,acceptare hęreditatem.ſed
qn̄ inſtituuntur fratres Minores,potuit teſtator aliter ſentire:vt
no.in illa cōſtitutione,exijt qui ſeminat.§.ad hæc, &c.

## SEXTA DISTINCTIO.

### CAPITVLVM I.

32 QVæro. In quibuſdam.†eccleſijs fratrum Mi
norum cōſueuerūt proponi homines
ſeculares ad cuſtodiam altaris, ſeu alterius bene-
ficij vel eccleſiæ. modo pone ꝙ aliquis inſtituit
hæ redē guardianum altaris ſeu eccleſiæ fratrum
Minorum:an valeat talis inſtitutio. Rn̄. cum ta-
lis inſtituitur,ipſum altare ſeu ipſa eccleſia inſtitui vr̄,vt expreſ
sè dicitur in text.& gloſſ.ff.de an.le.l.annua.§.Titia.ſed s̄.deter-
minatum eſt,ſ.valere talē inſtitutionem factā de eccleſia.& idē
puto de altari eadem rōne:& hæc inſtitutio debet valere : & oīa
quæ ibi dixi poſſunt repeti. hoc tamen hæc ſi plus eſt : quia iſte
guardianus laicus vr̄ executor electus:& debet talem diſtribu-
tionem facere:& poſſet actiones mouere,vendere omnia, & ſin
gula facere:vt d.l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſ.&
cle.& in aut.de eccle.tit.§.ſi quis aūt pro redemptione. Hortor
tn̄ fratres minores ob reuerentiā dn̄i noſtri Ieſu Chriſti,& beati
Frāciſci vt tales guardianos in fraudem nō habeant,& eos inſti
tui non procurent,hoc em̄ puritati eorum regulæ repugnaret.

### CAPITVLVM II.

33 QVid ſi talis. Guardianus†eccleſiæ,vel altaris
eſſet vnus d̄ fratribus minoribus.
Rn̄,puto talem inſtitutionē valere:quia ſubducta per
ſona talis fratris remanet īſtituta eccleſia,cuius inſtō
valet:ſicut dixi de ea s̄.proxi.& ſic teſtm̄ eſt diligenter aduerten
dū:an dicat teſtm̄, inſtituo Guardianū fratrum minorū & tunc
nō valet vt dictū eſt.an dicat inſtituo Guardianum eccleſię vel
altaris.& tunc valet,ſicut ſi eſſet inſtituta eccleſia.

### CAPITVLVM. III.

34 ANautem. Effectus talis† inſtitutiōis tranſeat
ad alios Guardianos eccleſiæ vel al
taris, qui pro tempore ſubrogātur in dictis eccceleſijs.
puto ꝙ ſic,vt expreſsè dicit tex.in d. l.annua. §.j.ſed
contra hoc facit quod not.per Inno.extra de offic.deleg.c.ſi.ſed
alio caſu loquitur ſi bene aduertat̄. Itē contra ꝑdicta facit.ff.de
leg.ij.ſi Auguſtæ. ſed ſolue vt ibi no.per gl. & doct.

## SEPTIMA DISTINCTIO.

### CAPITVLVM I.

QVid ſi inſtituantur. Fratres Mino
res ſancti Frā
35 ciſci.Iſta†q̄ſtio habet plus dubij:quia fratres ſan.
Franciſci ſunt fratres minores,de quibus s̄. dixi-
mus.Item ſancti Franciſci ſunt fratres de pœni-
tentia tertij ordinis ſancti Franciſci:& ſic poteſt dubitari de qui-
bus intelligatur. & videtur ꝙ debeat intelligi de fratribus tertij
ordinis.Nam debet intelligi in dubio eo modo quo valeat, non
eo modo quo pereat:vt l.quoties.& in l.ambiguo.de reb.dub.&
de ver.obli.l.quoties.ſed ſi intelligimus de fratribus minoribus
36 non valeret,vt dictum eſt. Si enim intelligamus † de fratribus
tertij ordinis:vt quia prędicti fratres pn̄t habere in proprio & cō
muni,vt dicitur extra de ſen.excōi.c.cum ex eo.in cle.& ibi no.
ergo videtur ꝙ de eis debeamus intelligere.Contra:quia hęc ap
pellatio fratris ſancti Franciſci per prius dicitur de fratribus mi
noribus,& per poſterius dicitur de fratribus pœnitētiæ:ergo de
illis debet intelligi:vt ff.ſi ag.vect.vel emph.pe.l.j.in fine de leg.
ij.l.legatis.& de ver.ſig.l.lege.cēſoria.Præterea communis vſus
loquendi ſic ſe habet quòd fratres minores appellantur fratres
ſancti Franciſci,illi verò fratres de pœnitētia:vt d.c.cùm ex eo.
37 ergo &c.huic autem vſui ſtare† debemus:vt l. cùm de lanionis.
§.aſinam.de fun.inſtru.& l.librorum.§.quod tamen Caſsius.&
ibi not.de leg.iij.& l.Labeo.& de ſupel.le.& hæc puto vera,niſi
ex aliquibus coniecturis apparet quòd de fratribus pœnitentię
ſenſerit.puta ſi in aliqua parte teſtamēti de eis fecerit mentionē:
arg.de leg.j.l.qui filiabus.in princ.vel ſi aliquæ aliæ coniecturæ
legitimæ appareant &c.

# Explicit liber Primus.

*Incipit liber Secundus Minoricarum, cuius diſtinctiones & capitula ſunt hæc.*


PRIMA DISTINCTIO.
Quando fratribus relinquitur pecunia.
Quando relictum valet in quantitate moderata.
CAPITVLVM I.
Quis arbitrabitur an moderata ſit quantitas.
CAPITVLVM II.
Quando eſt quantitas immoderata quid fiet de ſuperfluo.
CAPITVLVM III.
Quid ſi legatum pecunię eſt ſoluendo,& non ſubeſt neceſsitas.
CAPITVLVM IIII.
SECVNDA DISTINCTIO.
Quando relinquuntur ea quæ vſu non conſumuntur adiecto modo illicito.
Quòd non valet relictum ſi modus eſt illicitus ſecundū regulā.
CAPITVLVM I.
Quando non valet relictum ſi modus eſt illicitus aliter quàm ꝑ regulam,& tranſmutabitur in modum illicitum.
CAPITVLVM II.
Per quem fiat iſta tranſmutatio,ſeu commutatio.
CAPITVLVM III.
TERTIA DISTINCTIO.
Quando relinquuntur aliqua ad modum licitū quòd in eo caſu valet relictum.
CAPITVLVM I.
Quid fiet ex eo quod ſupereſt,allegata cauſa finita.
CAPITVLVM II.
Si cauſa ob quam relinquitur non eſt neceſſaria:non pōt in aliā commutari.


Capitulum




CAPITVLVM III.
Deciſio quarūdam quæſtionum quas omiſerat in primo libro.
CAPITVLVM IIII.
QVARTA DISTINCTIO.
Quando fratribus generaliter aliquid abſque modi expreſsione relinquitur.
Quòd relictum fratribus ſimpliciter valet,moderatè tamen.
CAPITVLVM I.
Apud quem eſt dominium rerum legatarum fratribus.
CAPITVLVM II.
Quis poteſt res legatas fratribus vendere.
CAPITVLVM III.
Quid ſi prædicta legata relinquuntur eccleſiæ fratrum.
CAPITVLVM IIII.
QVINTA DISTINCTIO.
Si legatum vni particulari fratri fuit relictum.
Quòd valet legatum vni fratrum,& debet conuerti in eius vtilitatem.
CAPITVLVM I.
Quid ſi ille frater non eget tanta pecunia.
CAPITVLVM II.
SEXTA DISTINCTIO.
De relictis annuis.
Quod relictum annuum non valet etiam quo ad æſtimationē.
CAPITVLVM I.
Idem de relicto diurno,menſtruo,vel ſimili.
CAPITVLVM II.
Quid ſi annuum relinquatur non in perpetuum.
CAPITVLVM III.
Quid ſi annuum in vim conditionis relinquatur.
CAPITVLVM IIII.
SEPTIMA DISTINCTIO.
De modo petendi dicta relicta.
An ille à quo dicta legata relinquuntur ſit ad ea obligatus fratribus.
CAPITVLVM I.
An ſit obligatus alijs quàm fratribus.
CAPITVLVM II.
Per quos dicta legata petantur.
CAPITVLVM III.
OCTAVA DISTINCTIO.
De ſyndico Innocentij,& de ſyndico Papæ Martini.
CAPITVLVM I. & II.
De ſyndico & cōſtitutione Papæ Nicolai ad libros vendēdos.
CAPITVLVM III.
Conſtitutio Papæ Ioannis.
CAPITVLVM IIII.
De ſyndico generali,qui eſt in curia Romana.
CAPITVLVM V.
De fratre minore,qui conſtituitur procurator per conuentum.
CAPITVLVM VI.
De ſyndico procuratoris qui conſtituitur per communitatem,& ſtatuta eorum.
CAPITVLVM VII.
De ſyndico & procuratore fratrum laico qui conſtituitur à capitulo fratrum.
CAPITVLVM VIII.
Quod relictum pecuniæ debeatur moderatè.


1 ☞*Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus tenet,ſi non eſt in maxima quantitate:& conuertitur per alios in eorum neceſsitates.*

2 *Legatum pecuniæ factum minoribus in maxima quantitate præſumitur in fraudem.*

3 *Declaratio quantitatis pecuniæ relicta fratribus an magna uel parua ſit,pertinet ad miniſtrum uel cuſtodem.*

4 *Si quantitas immoderata legata eſt fratribus ſuperfluum reſeruabitur pro neceſsitatibus futuris.& nume.6.*

5 *Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus ſimpliciter intelligitur pro neceſsitatibus imminentibus.*

7 *Fratres imminēte neceſsitate petent ſuperfluū extraiudicialiter per modū eleemoſynæ.*

8 *Fratres non poſſunt recipere diuerſa legata in diuerſis teſtamentis eiuſdem facta, qui coaceruata faciunt ſummam immoderatam,ſed neceſsitate ſuperueniente recipiant quæ primò uenerunt ad ſoluendum.*

9 *Legata re immobili fratribus quæ uſu non conſumuntur adiecto modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur æſtimatio. ſecus ſi aliter eſt illicitus: quia tunc debetur.*

10 *Aedificium ſi legatur fratribus minoribus,ubi id conſtruatur locus,uel diuinum officiū celebretur per fratres uidelicet ibi intrantes : legatum non quod iuſsit teſtator obſeruetur,ſed ut in aliam cauſam transferatur.& nume.12.*

11 *Impoſsibile de iure uidetur,quod per ſolum Principem expeditur.*

13 *Tranſlatio legati facti de ædificio relicto à fratribus minoribus,ut ibi conſtituatur locus,per quem fieri poſsit.& nume.15.*

14 *Iudex magis fauere debet uoluntati eius cui relinquitur, quàm eius à quo relictum eſt.*

16 *Legatum factum fratribus de re mobili uel immobili ob cauſam uel modum licitū quòd teneat.*

17 *Legatum factum fratribus ad unam cauſam, quòd illa cauſa finita ſuperfluum debeat commutari in aliam cauſam.*

18 *Legatum factum fratribus ad illam cauſam ſi illa ceſſat,commutatur in aliam, & legatum tenet.*

19 *Legatum generaliter factum fratribus ſine modi expreſsione ualet: & intelligitur expreſſus modus qui perſonæ legitimæ congruet,dum tamen moderata ſit ſumma.*

20 *Dominium rerum legatarum fratribus minoribus quod remanet apud hæredem.*

21 *Relictum factum pro neceſsitate pauperum,uidetur factum illi ciuitati cuius pauperibus relinquitur.*

22 *Dominium rerum legatarum recta uia non tranſit in legatarium quando relinquuntur per quandam conſequentiam. Sed ſeruitute tacitè & ſic in conſequentiam legata mortuo teſtatore non debetur,niſi ab hærede conſtituatur.*

23 *Dominium panni pro ueſtimentis, uini & frumenti legati fratribus penes quem remaneat.*

24 *Pecunia legata in ſpecie pro uſu fratrum tranſmutatur in aliam ſpeciem.*

25 *Res legata fratribus minoribus cuius pretium conuertitur in eorum neceſsitatem uendi poteſt per hæredem,per executores,per epiſcopum & iudicem ſecularē ex officio.*

26 *Iudex ſecularis uendit ex officio res legatas fratribus minoribus quando hæredes & executores fuerunt in mora conſtituti,ſaltem bina monitione.*

27 *Conuentus fratrum minorum licet non habeat dominium rerum legatarum, habet tamen actionem perſonalem.*

28 *Legari uel donari quòd poſsit uni fratri ſingulariter,& per guardianum,uel cuſtodem in utilitatem dicti fratris primò conuerti.*

29 *Legatum ſingulariter factum uni fratri non debet ad petitionem ipſius ſolui,ſed guardiani.*

30 *Frater minor non poteſt eſſe executor.*

31 *Relictum factum fratri ſingulariter, ultra eius neceſsitatem conuertitur in utilitatem communem conuentus.*

32 *Legatum annuum factum fratribus minoribus licet non ualeat : ualet tamen quòd ius percipiendi uenditur & in neceſsitatem eorum conuertitur.*

33 *Annui reditus computantur inter immobilia.*

34 *Legatum diurnum uel menſtruum factum fratribus quomodo ualeat.*

35 *Legatum annuū factum fratribus minoribus uſque ad certum tempus quod nō ualeat, & fratres à dicto legato debent abſtinere.*

36 *Legatum annuum factum in uim conditionis non ualet,nec fratribus licet accipere.*

37 *Ille à quo facta ſunt legata relicta fratribus minoribus ipſis fratribus non eſt obligatus & quomodo ſit obligatus.*

38 *Obligatio duobus modis intelligi poteſt.*

39 *Legatum factum pauperibus alicuius ciuitatis cenſetur factum ciuitati & ipſi ciuitati acquiritur obligatio.*

40 *Fratres minores petere poſſunt extraiudicialiter legata eiſdem facta,in iudicio non.*

41 *Reſpublica uel eius ſyndicus uel quilibet de populo poteſt petere in iudicio legatum factum fratribus minoribus.*

*Item epiſcopus & iudex ſecularis ex officio.*

*Fratres minores caueant ne aſsiſtant petentibus pro eis legata eiſdem relicta.*

42 *Innocentius papa quartus conceſsit fratribus minoribus poſſe conſtituere ſyndicum.*

43 *Martinus papa eandem conceſsionem & ampliorem fecit dictis fratribus.*

44 *Ioan.papa xxij.aliqualiter dictas conceſsiones reuocauit.*

45 *Fratres minores poſſunt abſque licentia ſedis apoſtolicæ conſtituere ſyndicum ad uendendum libros.*

46 *Fratres minores habent generalem procuratorem in curia electum in capitulo generali per generalem miniſtrum.*

47 *Fratres minores habent etiam procuratores ſpeciales:quos procuratores conuentus appellant.*

*Officium procuratoris conuentus quale ſit.*

48 *Communitates terrarum per ſtatuta poſſunt conſtituere ſyndicum qui relicta obuenientia fratribus minoribus petat & alijs neceſsitatibus fratrum prouideat.*

49 *Fratribus licet procurare ut eis ſyndicus conſtituatur non tamen ad litigia.*

50 *Ciuitas poteſt conſtituere ſyndicum fratribus minoribus,quem ipſi fratres nominabūt.*

*Cautela in conſtituendo ſyndicum ne repugnet regulæ fratrum.& nume.58.*

51 *Syndicus poteſt conſtitui ut etiam alium loco ipſius ſubſtituat.*

52 *Statutum quò in iudicio fratrum minorum nomine compareat,non ualet.*

53 *Poteſtas ſyndici pro fratribus conſtituti à ciuitate qualis ſit.*

54 *Guardianus cum capitulo & cuſtodibus,quomodo poſſunt facere laicum eorum procuratorem & ſyndicum.*

55 *Verba in contractibus impropriantur ut ad materiam adaptentur.*

56 *Caueant fratres ne conſtituant ſyndicum ad lites.& nume.57.*

57 *Syndicus à fratribus conſtitutus non poteſt nomine fratrum agere contra hæredem à quo factum eſt legatum:& quomodo agere debet.*

59 *Syndicus à fratribus nominatus eiſdem legatum contra uoluntatem hæredis uendidit, dominium non transfertur in emptorem : & qua exceptione erit tutus emptor ſi per hæredem uendicatur.*

60 *Fratres minores contra ſyndicum per eos nominatum nullam habent actionem.*

a ¶ Quis arbitrabitur. Vide Raphaël. Cuma. in conſi.clxix. incipien. viſo teſtamento. Thomas.

b ¶ Pone aliquis. vide plenè per Andre, Barba.in c.vos quidem. in v.colũm. de teſtamen. Thomas,

## PRIMA DISTINCTIO.

1 PRimò† quęro quando fratribus minoribus legaẽ, ſeu relinquitur pecunia, an valeat. Et videtur ꝙ non:cùm regula ſit expreſſum, ne fratres concipiant per ſe vel per alios pecuniam vel denarios vllo modo:tamen Nicolaus determinauit ꝙ talia legata valent ſi in fratrum neceſsitatem conuertantur per alios, prout in elemoſynis & quæ viuentibus largiuntur.Idem videtur expreſſum in dicto capi.exiĳt qui ſeminat.§.cæterum.cùm in eadem regula. & §.ad

2 hæc quia fratribus.hoc tamen intelligi debet† dummodo quantitas non ſit tantùm exceſsiua quòd poſsit pręſumi in fraudem, vt dixi in præcedenti lib.ĳ.diſtin. hoc etiam dicitur in capi. exiui.§.cupientes.ibi,nec licet eis valorem &c. & dicto capit. exiĳt qui ſeminat.§.item ſimilia.& §.ad hęc quia fratribus.vbi ſolùm reſtringit ad ea,quæ fratribus pro eorum neceſsitate ſunt neceſſaria:debet tamen hoc intelligi in quantitate moderata.

### CAPITVLVM I.

a QVis arbitrabitur^a an quantitas ſit moderata. Circa hoc Nicolaus prædictus in dicto capi. inſuper.verſi.hoc autem.loquitur ſecundùm exigentiam perſonarũ & miniſtri cuſtodis ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodĳs:cùm de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunſtantiæ plus minus ve actualiter requirant prouideri: ita tamen ſic faciant quòd ſemper in eis & eorum actibus pauper-

3 tas perfecta reluceat,&c. Ex prædictis liquet † quòd declaratio quæ ſit quantitas moderata,ad miniſtros ſeu cuſtodes pertinet. non poſſet igitur facere guardianus, & conuentus ſi ſuper hoc emergeret dubitatio. Apparet igitur quòd ſiue dicta quantitas ſit exponenda in neceſsitate conuentus, ſiue in neceſsitatẽ certi fratris,dicta declaratio pertinet ad miniſtrum & cuſtodes, ſi ſuper hoc dubitetur:quod apparet ibi dum dicit,perſonarum qualitas.

### CAPITVLVM II.

4 QVando autem eſſet † quantitas immoderata quid fiet de ſuperfluo. & hic diligenter attendenda ſunt verba capituli, exiui de paradiſo. §. cupientes.vbi Papa ſic ait.Neq; licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem quòd præſumi poteſt hoc in fraudem fieri quàm ſub modo legati relinqui ſibi facere aut ſic dimiſſa recipere &c.Aduertendum eſt igitur quòd hic Papa nõ irritat legatum, nec hæredes eorum à quibus relictum eſt liberat,ſed limitat receptionem fiẽdam à fratribus.Vult enim quòd fratres non poſsint recipere quando talis receptio præſumeretur in fraudem,vt in præcedenti lib.ĳ.diſtin.eſt declaratũ quòd tunc dicitur fieri in fraudem,quando eſſet tanta quantitas quòd eius receptio magis ſeparet theſauriſari, quàm ob imminentes

5 neceſsitates recipere. Item expreſsè ſciendum eſt † quòd relictum factum fratribus quantuncunq; ſimpliciter intelligitur factum ob neceſsitates imminentes. dicto capi. exiĳt qui ſeminat. §.ad hæc quia fratribus.& de iure ciuili.diſpoſitum eſt quòd relictum factum ob aliquam neceſsitatem imminentem debetur. non aliter.ff.quando dies lega.ced.l. nec ſolent.§. ſi habitatione.

6 In propoſita ergo q̃õ.† ab initio de quantitate legata dabitur fratribus per perſonas conſtitutas ab hoc ſecundùm formam illius conſtitutionis, exiĳt qui ſeminat. dabitur moderata. dico ꝙ dabitur ſecundùm quòd imminens neceſsitas requirit, ſiue neceſsitas quæ inſtantiſsimè habeat tractatum, vt in dicta conſtitutione, exiui, declaratur. reſiduum verò tunc fratres non poſſunt recipere.& ſi nunquam ſuperuenerit neceſsitas nunquam recipere poſſent, ſed alia neceſsitate ſuperueniente licitè illud ſuperfluum poſſent recipere.nec enim receptio poſſet præſumi in fraudem nec animo theſaurizandi, cùm ob imminentem

7 neceſsitatem recipitur.illud † ergo ſuperfluum imminente neceſsitate petant fratres per modum cuiuſdam eleemoſynæ cõſidenter extra iudicium:cùm in iudicio nullo modo poſsint, vt j.

8 dicetur.Quid aũt† ſi in diuerſorum teſtamẽtis variæ quãtitates fratribus relinquantur,quarum quælibet per ſe immoderatam quantitatem nõ facit,ſed omni cumulatione facta efficitur quãtitas immoderata,an fratribus accipere liceat?Reſpon. non puto:quia ſi omnia verba regulæ & dictarum Decretalium diligẽter inſpiciantur ſemper ſe referunt vt liceat recipere pro fratrũ neceſsitatibus,vt d.§.inſuper.& §.ad hæc quia fratribus. ab eis ergu putò ꝙ pro ſua neceſsitate tunc imminente recipiant quę primò venerunt ad ſoluendum:ar.C.de iu.deli.l.ſcimus. §.& ſi imperfectam.ab aliĳs non recipiant:tunc recepturi cùm neceſsitas ſuperueniat,vt in præcedenti.c.dictum eſt.

## SECVNDA DISTINCTIO.

### CAPITVLVM I.

9 ALiquando cõtingit † quòd immobilia & ea quæ vſu non conſumuntur fratribus relinquuntur adiecto modo, ſecundũ quẽ fratribus non licet exigere:an valeat relictum:vel ſaltem æſtimatio fratribus debeatur.quod videtur ſecundũ qđ etiam in præcedenti libro dictũ eſt quando hæreditas fratribus per fideicommiſſum relinquitur.Præterea delegato ſubducitur omnis impoſsibilitas:vt l.obtinuit.de condit.& demon.& C.de inſtit.& ſub.l.reprehendenda. ergo ille modus qui fratribus eſt de iure impoſsibilis,reĳcietur:quaſi modus legati non poteſt cõſeruari,debet tranſmutari in alium modũ poſsibile. l. legatũ. de vſufr.le.Contrariũ videẽ expreſsè in d.§.ad hæc quia fratribus. vbi Papa ſic ait dicens,ꝙ ſi teſtator modum,ſecundũ quẽ fratribus eorũ conditione inſpecta recipere non liceret, exprimat in legando:vt ſi legaret fratribus vineã vel agrum colendũ,vel domum locandã,& ſimilia verba in ſimilibus proferret in modos ſimiles,aut relinquendo reſeruaret à tali legato & eius receptione per omnẽ modũ fratres abſtineant &c.Ex eo quod dicit per omnẽ modum apparet ꝙ etiã æſtimationẽ recipere non debeãt. Nam modus recipiendi legatũ eſt æſtimationẽ recipere. l.ſi domus.§.qui confitetur.de le.j.l.non dubiũ.§.fi.de leg.iĳ.Sol.dicẽdũ eſt ꝙ ſi modus adiectus eſt illicitus fratribus minoribus inſpecta conditione ipſorum,quia tunc etiam ęſtimatio nõ debeẽ: nec poteſt recipi.in tantũ enim ſanctiſsimus pontifex odit eum qui modũ repugnantem regulæ adĳcit:vt pro eo talem eleemoſynam omnino fratres recipere prohibeat,vt d.verba manifeſtè dicunt.Si verò modus eſſet illicitus fratribus: non quia contra regulam fratrum minorum,ſed quia ſic eſſet in quolibet religioſo,tunc tale legatum licet recipere:vt in ſeq.c.dicetur. Nõ obſt. ratio prima in contrarium:quia vbi retentio ipſius rei relictę repugnat fratribus,ipſum legatum nõ eſt modificatũ aliquo mõ repugnanti ipſi regulæ,& ideò à iure modificatur modo licito. In q.verò noſtra ſecus.Non obſtat ſecunda ratio: quia hoc ſpeciale:quia impoſsibilitas non ſubducitur ratione prædicta. Nõ obſtat tertia ratio:quia illud verum vbi modus eſſet illicitus ratione regulæ,vt ſ.dictum eſt,& j.proxi.dicetur &c.

### CAPITVLVM II.

b

10 POne, Aliquis^b reliquit† fratribus ædificia,vt ibi conſtruatur locus fratrũ,vel vt ibi diuinum officium celebretur per ipſos fratres ibi intrantes:an valeat tale relictũ?Et videẽ ꝙ non,quia fratribus non licet recipere hoc ſine ſummi pontificis licentia ſpeciali:vt extra de exceſ.præl.c. j.lib.

11 vj.Sed iſtud quod non poteſt expediri † niſi per ſolum Papam videtur impoſsibile de iure:vt l.apud Iulianum. §.fi.de lega.j.& no.per glo.de ver.ob.l.continuus.§.cùm quis.& per Dyn.de regu.iur.c.quod ſemel Deo dedicatum eſt.lib.vj.& iſtud videtur relictum ſub modo impoſsibili: ergo ſecundum ea quæ dicta ſunt, nullo modo fratribus per illum modum licet recipere.

12 Econtra videtur quod† legatum valeat,nõ vt illud quod teſtator iuſsit obſeruetur,ſed vt in aliam cauſam transferatur, vt memoria & ſalus animæ defuncti ſeruetur,vt l.legatum.de vſufru. lega.& de admi.re.ad ciuita.perti.l.legatum.ſecundo rñ.Et iſtã partem puto veram.non obſtat contrarium.Illud vero quando modus continet impoſsibilitatem vigore regulæ & conditionis fratrum minorum.ſed hoc,ſ.capere nouum locum non eſt eis interdictum:ideo quia fratres minores; quia ſic eſt in quolibet mendicante,vt dicto capi.primo.extra,de priuile.libro.vj.



### CAPITVLVM III.

a

13 PEr quem autem fiat^a iſta† talis cõmutatio in aliud dubitatur. nam quędam iura vidẽtur velle ꝙ poſſet fieri ſine authoritate principis, ſiue pontificis,vt l.j.& l.legatum in prin.de admi.re. ad ciuita.pertinen.ſecundo reſpon.& de religio.domi.c.j.circa prin.in clemẽ. Quędam alia videntur velle ꝙ fiat de voluntate vtriuſq; partis, ſcilicet eius cui relinquitur,& eius à quo relinquitur:vt d.l.legatum.de vſufru.lega.In eo quod dicit,adhibitis primatibus ciuitatis.hoc eſt,his,qui regunt ipſam ciuitatem, cui eſt relictum & hæredibus,à quibus eſt relictum:vt d.l.legatam.ſecundo rñ.de admi.re.ad ciui.pertinen. Quædam iura videntur velle ꝙ ſtetur voluntati eius,cui relinquitur:vt d.l. legatam. ſecundo rñd. verſic.ſi verò plures.ibi,in opus quod ciuitas velit erogari, &c. Sol. dicendum eſt ꝙ quandoq; illud quod teſtator iuſsit fieri in re,vel de re quam relinquit,poteſt licitè fieri de iure & de facto: & tunc illud non põt in alium transferri ſine permiſsione principis.Ita loquuntur iura primò allegata. Quandoq; non poteſt fieri de iure:& tunc debet fieri tranſmutatio de cõſenſu vtriuſq; partis:vt d.l.legatam.de vſufr.le. Quandoq; poteſt fieri de iure, ſed non de facto,& tunc idem:quia poteſt fieri tranſmutatio de conſenſu vtriuſq; partis:puta ſi pecunia legata non ſufficit:vt d. l.legatam.ĳ.rñ.de admi.re.ad ciui.perti. Idem ſi aliud eſſet impedimentum facti eadem ratione.ſed ſi partes eſſent in diſcordia: tunc iudex erit medius,cuius authoritati ſtabitur:ar.C. de nup.

14 l.j.& l.in conuentione.quia iudex† magis fauebit volũtati eius, cui relinquitur, quã eius à quo relictum eſt,vt d.l.legatam.§. ſi

15 verò plures.& ar.l.de die.qui ſatiſ.cog. Nunc ad† propoſitum dico ꝙ illa tranſmutatio fiet ad alium vſum pium per iudicẽ volente hærede,& miniſtro,ſeu cuſtode fratrum. quibus hoc permiſſum.ar.eorũ quæ dixi in præcedenti diſtinctione.& ſi eſſent diſcordes,iudex erit medius non ꝙ ipſe miniſter,ſeu cuſtos prouocetur ad iudicium:quoniam ad iudicium pro nulla re temporali eſſe poſſunt:ſed quando hęres prouocaretur ab alio cui hoc permittitur ſecundùm ea quæ in pręcedenti libro dicta ſunt.& j.dicetur:tunc ipſe miniſter,ſeu cuſtos poterit eſſe coram iudice ſuper hoc volũtatem declarare.Nam eſſe in iudicio hoc ipſi nõ eſt prohibitum.non enim in eius perſona ſubſtantiatur iudiciũ: ſicut põt eſſe in iudicio vt teſtis,vt extra,de teſti. capitu. nuper.

## TERTIA DISTINCTIO.

### CAPITVLVM I.

16 QVandoq; relinquuntur† fratribus res mobiles,vel immobiles ob cauſam vel modum licitum,an valeat vt puta ſi relinquatur vt res vendatur,& in neceſsitatẽ conuertatur.hic Nicolaus papa in d.c.exiĳt qui ſeminat.§.ad hæc quia fratribus. determinauit ꝙ valet, ſed tamen ſi pretium ipſarum rerum faceret quãtitatem immoderatam,dic vt dixi in prædicta diſtinctione quando relinquitur pecunia. Item non intelligas ꝙ dominiũ earum rerum tranſeat in fratres,ſicut in alios legatarios. ſed cuius ſit dominium,dices ſtatim in ſequenti diſtinctione.

### CAPITVLVM II.

17 SEd pone quòd† dictæ res relinquuntur fratribus ad vnam certam cauſam, puta pro fratribus induendis,& tota quantitas quę ex dictis rebus redigitur nõ expenditur in illam cauſam: quid fiet de ſuperfluo?Reſpon.hoc in legato non habemus expreſſum,ſed in eleemoſyna data inter viuos bene declarauit dictus Nicolaus papa in d.c.exiĳt qui ſeminat.§.quia verò puritatem.vbi ſic ait.Cũ ad determinatam neceſsitatem,vt prædicitur pecuniam per aliquẽ concedi contingeret pecunia erogari poſſet à fratribus. ꝙ ſi quidem de ipſa pecunia habita neceſsitate determinata ſupererit concedat ipſe concedens quod reſiduum dictæ pecuniæ in res alias pro aliĳs ipſorum fratrum neceſsitatibus conuertatur quo non conſentiente pro prædictis ipſum reſiduum ſi quidem fuerit,reſtituatur eidem,&c.Ex quibus videtur ꝙ remanere debet dñĳ reſiduum apud hæredem ſi rogatus à fratribus conſentire voluerit. Contrarium tamen eſt verum: nam licet ille qui concedit dum viuit poſſet reuocare:tamen hoc hæredi eius non permittitur:vt ff.de ſer. ex por.l.iiĳ.& qui ſine manu. ad li. perue.l.iĳ. §.fina.& hoc etiam videtur declarari in d.c. exiĳt qui ſeminat.§.in eo vero caſu. ibi non conſtante concedentis morte vel hæredis conditione.cùm ergo contradicere non poteſt & in dictam cauſam conuerti non poſsit: quia cauſa eſt finita, debebit commutari in aliam cauſam eo modo quo dixi ſ. in præcedenti diſtinctione.

a ¶ Per quem autem fiat.Vide per Andre. Barba.in c.vos quidem.in ĳ.col. & ſeq. de teſtamẽ.vbi plenè examinat doctrinã Bartol. hic ad quem me remitto. Thom.

### CAPITVLVM III.

18 POnamus † quòd pecunia vel aliud relictũ ob certã quãtitatẽ quæ tñ neceſsitas non imminet : vt puta relicta eſt pecunia pro fratribus induendis eo anno cum aliĳs de hoc iam fratribus prouiderat. Nã iſta legata alimenta quæ recipiunt nõ poſſunt diu circa idẽ duplicari:vt ff.de ali.& ci.le.l.alimenta.§. baſilicæ. vel pone ꝙ relicta eſt pecunia pro emendo vnũ calicẽ,vel pro emendo paramẽta cũ habent calicẽ, & paramenta ſufficiẽtia: quid fiet de illo relicto.hoc videẽ declaratũ in illa cõſtitutione, exiui de paradiſo, §.quãuis etiam paramẽta.ꝙ ſuperfluitas aut nimia curioſitas in his & in aliĳs nõ põt eorũ ſtatui cõuenire. Ex his videtur ꝙ tale legatũ fratres nullo modo recipere poſſunt : nã videtur expreſſus modus illicitus ex illa regula,& ex conditione fratrũ. Nã & in aliĳs religioſis fratribus iſta duplicitas vaſorũ & paramẽtorũ nõ damnatur:vt C.de ſac.ſan.eccle.auẽ. igitur præterea. vt dixi in præcedenti diſtinctione.Cõtrariũ dico,& eſt caſus ff.de ope. pu.l.fi.in prin.Nõ obſtat cõtrariũ:quia in caſu noſtro nõ expreſſit teſtator modũ illicitũ ex ipſa regula,imò licitũ.licet enim fratribus paramẽta habere,& calicẽ. & dicta cauſa efficitur illicita ex antecedẽti,ſ.ꝙ fratres reperiuntur habere alia vaſa.ſecus ſi teſtator dixiſſet,lego pro emendis paramentis,& vaſis ſuperfluis: qa tũc præſumereẽ modus ex virtute ipſius regulæ reprobatus.

### CAPITVLVM IIII.

EX prędictis manifeſtè apparet deciſio illarũ quæſtionũ, quas tetigi in præcedẽti lib. ſ.qñ eccleſia inſtituitur hęres,vel facta ipſius eccleſię refectiõe pecunia ſuperfluat,vel eccleſia ſeu locus eſt à deo perfectus ꝙ refectione nõ eget, cũ ſit declaratũ in dicta cõſtitutione,exiui de paradiſo,huic eſt etiam ꝙ fratres deinceps temperatis & moderatis ædificĳs, ſint contenti : certè dicta pecunia in alios vſus conuertetur.vt ex prædictis patet.

## QVARTA DISTINCTIO.

### CAPITVLVM I.

19 COntingit quòd aliquando † ipſis fratribus aliqd gñaliter abſq; modi expreſſione relinquiẽ an valeat?Rñ.ſic.& eſt declaratũ in d.c.exiĳt qui ſeminat.§.ad hęc.qa fratribus vbi papa ſic ait.Vbi fratribus ipſis gñaliter abſq; modi expreſsione aliqd legeẽ, hoc in legato ſic indeterminatè relicto in omnibus, & per omnia intelligiẽ ſeruare voluimus,& in perpetuũ pręſenti cõſtõne iubemus,ꝙ ibi in pecunia ſeu eleemoſyna fratribus indeterminatè relicta voluimus ac expreſsimus obſeruari: vide licet vt ſub mõ licito fratribus intelligaẽ eſſe relictũ:ita ꝙ legans merito:nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur,&c.Ex quibus apparet ꝙ legatũ valet & intelligitur modus expręſsius qui perſonæ legitimè congruat.ff.de vſu & habi.l.plenum.§.equitĳ. ſic ergo videtur ꝙ pretium in neceſsitatem fratrum conuertetur:vt ſ.dictum eſt.quod intelligitur,niſi ſummam immoderatam excederet:& tunc ſerua quod ſ.dixi.

### CAPITVLVM II.

20 SEd mortuo teſtatore, †ad quẽ ſpectat dñium dictarũ rerũ.Circa qđ ſciẽdũ eſt ꝙ res ſic relictæ poſſunt eſſe triplicis gñeris.Primò põt eſſe ꝙ relinquunẽ res fratribus,quæ vſu nõ conſumunẽ, quarũ vſus nõ eſt fratribus interdictus,vt ſi relinquanẽ libri theologiæ, & ſimilia:& tũc nõ eſt dubiũ ꝙ dñium pertinet ad eccleſiã Romanã.hoc eſt declaratũ per Nicolaũ in d.c.exiĳt qui ſeminat.§.fra-

a ¶Quis ergo. De iſta deciſione Bart. vide plenè per Ale. de Im. in l.j. in ix. co. ff. d le. j. & Bald. in l. cũ qõ. in fi. C. de leg. & gl. in c.j. de rel. do. li. vj. & Lu. Ro. in ſingul. ccxciiij. inci. prohibetur. et ſic habet quod ipſis fratribus poteſt relinqui vt vendatur fundus. & eis ſubueniatur ex illis pecunijs, & nõ ſunt multi dies ꝙ fuit alleg. in fauorẽ fratrũ minorũ de obſeruãtia ſancti Franciſci de Padua contra presbyterum Io. Ant. de Curte de Padua per me &c. tñ in priuilegijs Sixti iiij. ſummi pontifi. in mari magno aliter diſponitur. Tho.

tres ipſi. vbi loquitur ſic: Cùm aliquid propter Deũ ipſis cõfertur, conceditur, vel donatur, & ibi omnium vtenſilium & librorũ ac eorũ mobilium præſentium & futurorũ quę & quorũ vſusfructus ordini vel fratribus ipſis licet habere proprietatẽ & dominiũ. Quod aũt Inno. Papa quartus prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur: etiam & nos Romanam apoſtolicam eccleſiam ante recipimus, & ad nos & ipſam plenè & liberè pertinere hac præſenti conſtitutione in ꝑpetuũ valitura ſancimus, &c. Quódq; prædictis rebus quæ vſu non conſumunt Federico ſcripſit Io. xxij. Papa in conſtitutione quæ incipit, Ad conditorem. tamen confirmat aliàs confirmauit. cuius verba quantum ad hoc inferius referimus. Solu. poteſt eſſe ꝙ fratribus relinquũtur res quæ vſu non conſumũtur, ſed eorũ vſus eſt fratribus interdictus: vt ſi quis reliquerit domum, agrum & ſimilia, quæ res debent vẽdi, & in neceſſitatem fratrum conuerti: & ad quẽ pertineat dominiũ illarum rerũ non reperio cõſtitutionem aliquam declarãtem. poſſet tamen ad hoc in argumentum & ſimilitudinem adduci quod idem Nicolaus Papa in d.c. exijt qui ſeminat. §. cæterum. quaſi in eadem regula in pecunia conceſſa ab aliquo viuente fratribus ſic ait: ita tamen ꝙ penes ipſum donantem vel donatorem domus, proprietatem ac poſſeſsionem ipſius pecuniæ, cum libera poteſtate renouandi pecuniam ipſam ſemper vſque ad conuerſionem ipſius & rem deputatam plenè ac liberè ac integrè remanentibus in ipſa pecunia nil omnino fratres iuris habeant &c. Ex quibus videtur ꝙ dominium remanet penes ipſum hæredem, maximè cùm idem Papa in verbis quę pręſenti c. retulimus, in tali legato idem per omnia quod in pecunia, ſeu eleemoſyna fratribus oblata voluit obſeruare. Sed hęc ratio non videtur bona. Nam cùm papa dixit, in omnibus & per omnia ſtatim ſe reſtrinxit, videlicet ſub modo licito fratribus intelligatur eſſe relictũ. nõ ergo quo ad dominium. Præterea non videtur eſſe in hærede qđ in defuncto: vt dixi s. in proxi. diſt. Cũ ergo nulla ſit cõſtitutio deciſiua, qd iuris ſit videamus. Et vř dominiũ dictarũ rerũ ad ciuitatẽ vbi ſunt illi fratres, quibus eſt reli
21 ctũ, ꝑtinere. qđ probo. †fratres minores ſunt pauperes & in pau
pertate arctiſsima cõſtituti, vt ĩ eorũ regula, & declaratores pre
22 dicti dicunt, ſi aliquãdo † aliqd relinquatur pro neceſsitate pau
perũ, vř relictũ illi ciuitati, cuius pauperibus relinquitur: vt l. ſi cui relictũ. & in l. ciuitatibus. de leg. j. Si ergo ciuitati videtur relictũ: ergo in ea tranſit dñium recta via. C. cõia. de leg. l. j. & ij. ff. de fur. l. à Titio. & Inſtit. de leg. §. noſtra aũt. nec eſt etiam incongruũ, vt vnus legatarius à teſtatore nominetur, alteri verò quęratur. ff. de leg. iij. l. fideicõmiſ. §. interdum. & de le. j. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. & de condi. & demon. l. Titio. §. Titio. Cõtrarium tñ puto, ſ. ꝙ dominiũ remanet apud hæredem. Nã qñ legatur res, cuius cõmerciũ non habet legatarius: proprietas apud hæredem remanet, & debetur æſtimatio. l. apud Iulianũ. §. fi. cũ
23 l. ſeq. de leg. j. ita in propoſito. Præterea † in rebus quæ non relin
quuntur directò, ſed per quandam conſequentiã non procedit iſta regula ꝙ dominiũ tranſeat recto iure in legatariũ. Hoc probatur ex coniunctione duarum legũ ex l. j. de ſer. lega. & ff. quẽadmo. ſer. amit. l. ſi partem. §. j. ſed qñ ſeruitus legatur tacitè per quãdam conſequentiã, mortuo teſtatore nõ cõpetit ius ſeruitutis, niſi cõſtituať ab hærede: vt d. l. j. & de ſer. l. ſeruũ filij. §. fin. & ibi per Iac. de Are. de leg. j. Ita ergo dicimus in propoſito quod dominiũ rei legatę tranſeat recta via in legatarium cui legatur expreſsè. In eo verò cui legať per conſequentiã non tranſit, niſi per hæredẽ tradatur. & ſic apparet ꝙ remanet penes hæredẽ: ita in propoſito, cũ illi ciuitati nõ legatur expreſsè, ſed per quandã conſequentiã. Præterea hoc vř in ſimili: ſi aliquis legat filio vel ſeruo: videtur legare patri vel dño. quod patet: quia pater vel dominus põt onere fideicõmiſsi grauari. ff. de leg. j. l. cũ filio. cũ ſi. Sed ſi legatũ eſt tale ꝙ nõ poſsit quæri dñiũ patri, vel ſeruo, ſed eius æſtimatio debeť: tũc nõ quæritur dñium patri vel dño, ſed debeť æſtimatio: vt ff. de legat. ij. l. debitor. §. ſeruo. & l. fideicom. §. ſi ſeruo. de lega. iij. ita in propoſito cũ fratribus minoribus nõ poſsit quęri dñium: nec reipu. cui per cõſequentiã videť relictũ eſſe. & huic opi. vňr adhærere verba decretalis s. alle. & relatæ.
24 & per hoc patet rñſio ad rõnẽ in cõtrariũ. Tertiò contingit † ꝙ
fratribus relinquuntur res quæ vſu cõſumũtur, vt vinũ, frumẽtum, pãnus pro indumẽtis, & ſimilia, quorum vſus fratribus nõ eſt interdictus. quorũ dñium dicebãt qdã ad ecclesiã Romanã pertinere ex verbis Nicolai Papæ s. relatis, dum dicit, vtenſilia &c. Sed Ioan. Papa dicit dicta verba debere intelligi de rebus quæ vſu non conſumuntur: & declarauit in dicta decretali, quę inci. Ad conditorem. in multis partibus ipſius decretalis dũ ait: quis ſanæ mentis credere poterit ꝙ intentio fuerit tanti partis vnius oui, vel caſei, ſeu fruſtri panis, & aliarum rerũ vſu cõſumptibiliũ quæ fratribus ipſis, & ad conſumendũ è veſtigio conferuntur, dñium Romanæ eccleſiæ, & vſum fratribus pertinere? Profectò laudabile non vř, vt Nicolaus ait s. Nec obſtat ſuprà dictis ꝙ idem prædeceſſor noſter in ordinatione prædicta etiã illorum quæ ad ſuſtentationem pertinent, niſi Romanæ eccleſiæ dñium reſeruetur. hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi quæ vſu nõ ſunt cõſumptibiles, ſine quibus humana vita non eſt ſuſtentabilis quæ vtiq; non ſunt paucæ: vt in eo. c. idem papa declarauit. Sed in hoc idem conſtituit, dum ſic ait: Sancimus ꝙ in bonis quæ in poſterum conferentur, vel offerenť, aut quolibet alio mõ obuenire contigerit fratribus, ſeu ordinibus s. dictis exceptis eccleſijs, oratorijs, officijs & habitationibus, vtlibris, veſtimẽtis diurnis, & officijs dedicatis vel dedicandis, & quæ ad ipſos obtinent in futurum, ad quæ ſe nõ extẽdunt in cõſequentiã ſuprà dictã, propter quod conſtitutionẽ iſtã ad aliam extẽdi volumus, nullũ ius ſiue dominium aliquod, occaſione ordinationis prædictæ ſeu cuiuſq; alterius, à quocunq; prædeceſſorum noſtrorũ ſuper hoc ſpecialiter dictæ ſanctæ eccleſiæ Romanæ, eccleſiæ acquiratur. ſed quo ad hoc habeantur ordinationes huiuſmodi pro non factis, &c. Ecce apertè liquet ꝙ eccleſię Romanæ non quæritur dominium, nec etiam reipubli. rationibus prædictis. Dicendum ergo videť ſi quidem vinum, frumentum & ſimilia legantur in genere: tunc non tractatur de tranſlatione dominij antequam perueniatur ad traditionem: vt no. C. communia de lega. l. ij. & Inſti. de lega. §. noſtra. Sed ſolùm tunc eſt videndum de perſonali obligatione, de qua j. dicetur. Si verò legaretur in ſpecie, vel cùm perueniretur ad traditionem, cuius ſit proprietas, & dominium, & qualem vſum habeant fratres, dico prout intelligitur ex iſtis conſtitutionibus Ioan. Papæ xxij. quarum vna incipit, ad conditorem. alia incipit, quia quorundam. quarum verba hic nõ refero, quia longum eſſet: ſed prout ipſe declarauit, ita credo ac determino. Illud verò quod s. dixi de rebus quæ debent vendi vt in neceſsitate fratrum conuertantur: idem illud dico in pecunia legata, etiam ſi pecunia legaretur in ſpecie: vt patet in dictis authoritatibus. non enim ipſum corpus pecuniæ in neceſsitate fratrum conſumitur, ſed in ſpeciem aliam tranſmutatur. & hoc quantum ad dominium. Nunc verò quantum ad actionem perſonalem quid iuris ſit, videamus.

CAPITVLVM III.

a
25 QVis ergo poterit dictas † res vẽdere qñ vẽdẽdæ ſunt pro fratrũ vtilitate, vt de hoc Nico. in d. §. ad hęc. quia fratribus cùm permiſit de rebus vendendis pro fratrum neceſsitate ſic ait atq; ad legata ſoluenda tam hæredes teſtatoris quàm executores ſe liberales exhibeant quã prelati ac etiam ſeculares quibus de iure vel conſuetudine prouiſio iſta cõpeteret, cùm expedierit ſe ab officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium ſupplendas, &c. Et ſic manifeſtè apparet ꝙ hoc poſſunt facere hæredes. Nec mirum: quia apud eos eſt dominium, vt dixi. Item hoc facere poſſunt executores, licet aliàs ſuper venditione bonorum requiratur ſpecialis permiſsio teſtatoris: vt l. alio. de ali. & cib. leg. & C. quando decre. opus non eſt. l. pe. & ibi not. hæc ſemper inest ꝙ talis res vendatur, vt dictum eſt. & ſic ſpecialis permiſsio non requiritur. Item hoc poteſt facere epiſcopus & iudex ſecularis ex ſuo officio vt dicitur in d. tex. etiam ex nomine promouentis. quod patet ex vi dictorum verborum dum dicit, ſe promptos exhibeant. & facit etiam l. Quintus. de annu. leg. & in aut. de eccle. ti. §. ſi quis ad ædificandum. & de ali. & ciba. lega. l. iij.



26 in prin. Iudices tamen † prædicti ad hoc venientes præcedente
mora hæredis vel executoris: puta ſi fuit bis monitus, vt in auť.
27 de eccle. titu. §. ſi quis autem. ſupradictus verò conuentus † licet
non habeat dominium, vt dictum eſt: tamen habet actionẽ perſonalem, vt j. dicetur. tamẽ ſi poſſet poſsidere, haberet dominiũ, & poſſet vendere, vt j. dicam. fratres de hoc nullo modo ſe impediant, cùm hoc voto & regulæ repugnaret poſſunt tamen humiliter ſupplicare hæredi vel executori extra iudicium, vt votum teſtatoris adimpleat, vt j. dicetur. ſed ſi prædicta legata non relinquuntur fratribus, ſed eccleſiæ eorum: & tunc puto ꝙ dominium quæreretur eccleſiæ Romanæ: & tunc quid iuris ſit, collige ex his quæ dixi in præcedenti libro iiij. diſtin.

QVINTA DISTINCTIO.

CAPITVLVM I.

28 DE his quæ fratribus largiuntur ſingulariter † ꝙ valeat relictũ factum vni fratri: qualiter fratres in hoc ſe habere debeant, expreſsè determinauit Benedictus papa in conſtitutione quam edidit circa ſtatutum fratrum minorũ. c. xiiij. aliâs exiui. vbi ſic ait: Quilibet autem frater s. dicti ordinis, qui aliqd ſciuit determinato vſu donari vel legari vel pro quo deponi cõtigerit poſtquam huiuſmodi donatio legatum vel depoſitũ ad eius notitiam peruenerit cuſtodi vel guardiano ſuo vel eius vicario, quã citò poterit commodè debeat reuelare fideliter, hoc quilibet facere debeat ſi habet notitiam prædictã. Guardianus autem ſiue frater, cui donatum vel depoſitum fuerit, ſit habilis ad ſciẽtiam capiendã: prouideat ei ſeu prouideri faciat ſecundũ donatiõis, legati vel depoſiti quãtitatẽ: & ſecundũ fratris ipſius idoneitatẽ ad eius ſtudiũ opportunè. Ex his apparet ꝙ legatum debet in fratris vtilitatẽ primò cõuerti. & licet hoc exprimat de libris in c. proxi. exprimit etiam de alijs neceſsitatibus: apparet
29 ex † prædictis ꝙ quando alicui ſingulari fratri legatur, nõ debet
30 ad petitionem ipſius ſoli, ſed ad petitionem guardiani. † Item
ex prædictis patet ꝙ frater minor poteſt eſſe diſtributor: & prætorum officio funguntur fratres: vt dicetur in ſequenti libro.

CAPITVLVM II.

31 SEd ſi frater † ille de tot denarijs pro ſuis neceſsitatibus non indigeat: idem prædictus papa immediatè poſt prædicta ſic ſubdit. Si autem fratres prædicti his libris non indigerent ac vbi de libris indigerent, prouiſio de libris ſufficiens eidẽ aliquid de legato, donato, vel depoſito huiuſmodi ſupereſſet guardianus omne huiuſmodi legatum vel donatũ vel depoſitum vel id quod facta prouiſione eius fratri erit in cõmunem ſui conuentus neceſsitatem cõuerti, ſeu diſpenſari procuret, & neceſsitati eius, cuius cõtemplatione donatum legatũ, vel depoſitum fuerit fauorabilius ſtudeat ſubuenire. Per hoc enim vel conueniens alijs, vel infraſcriptæ conſtitutioni felicis recordationis Bonifacij papæ octaui, quæ incipit. Prius debet ſubueniri fratri ſuprà ſcripto, ſecũdò cõuentui. Ex quo patet ꝙ relictũ fratri hoc eſt cõuentui: & ſic in petendo hoc legatum erit idem quod in eo quod relictum eſt cõuentui fratrum. j. dicetur.

SEXTA DISTINCTIO.

CAPITVLVM I.

32 INterdum etiam † euenit vt fratribus minoribus aliquid annuũ relinquatur. an valeat, quæritur. Et videtur ꝙ non, vt habetur in conſtitutione, quæ inci. Exiui de paradiſo. vbi ſic ait: Cumq; annui reditus inter mobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi reditus retineri paupertas & mendicatio repugnet, nulla dubitatio eſt ꝙ dictis fratribus reditus quoſcunq;, ſicut in poſſeſsionibus vel eorum vſus in eis non reperiatur eſſe conceſſum liberè recipere vel habere conſiderata conditione ipſorum non licet, &c. Ex quibus verò colligitur ꝙ legatum non valet. Ecõtra ꝙ dñij legatum valeat, probatur ex authoritate prædicta ſic: non eſt dubium ꝙ immobilium poſſeſsionum fructus fratribus legatus non valet, vt ipſas poſſeſsiones fratres retineant, ſed vt vendantur, & in neceſsitatem fratrum conuertantur, vt eſt ex
33 preſsè declaratum: ſic cùm † reditus inter mobilia computentur.
de ſac. ſan. ec. l. iubemus. & in auť. de nõ alie. §. hoc ergo. & §. nos igitur. & ſic videtur ꝙ tale legatum valeat, non vt ipſos annuos reditus ipſi fratres habere vel retinere poſſent, quia hoc eſt eis ꝓhibitum: ſed vt illud ius percipiendi vendatur, & in fratrum neceſsitatem cõuertatur vt dictum eſt de rebus immobilibus. Sol. dicendum eſt ꝙ legatum annuum non fratribus interdicitur ratione rei legatæ, ſed ratione modi à teſtatore expreſsi, ſcilicet ꝙ annuatim detur qui modus regulæ, & conditioni eorum repugnat: & ſic videtur ꝙ nullo modo valeat &c.

CAPITVLVM II.

34 PEr omnia † putarem idem ſi fratribus relinqueretur aliquid diurnũ vel menſtruũ vel per alias diuiſiones temporũ, vt puta decẽnio vel triennio: vt ff. de tranſ. l. cùm hi. §. ſi cui. & de alimen. & ciba. lega. libertis quos. in prin. & l. diarijs. de annu. lega. l. penul.

CAPITVLVM III.

35 QVid ſi fratribus † relinquatur aliquid annuũ nõ in perpetuũ, ſed vſq; ad certũ tẽpus: an incidit in prohibitionẽ prædictã? Videť ꝙ nõ propter limitationẽ tẽporis non videť legatũ annuũ, ſed diciť vnũ legatũ, ſ. præſtatio diuiſa: vt ff. qñ di. le. ce. l. ſi cũ præfinitione. Cõtrariũ videtur, ſ. ꝙ valeat in dictã prohibitionẽ per generalia verba dictę conſtitutionis. s. alle. Nã relictũ fratribus ſperatur relictũ pro ipſorũ neceſsitate, vt pro alimẽtis, & ſimilibus: ſed in relicto cauſa alimentorũ, licet ſit frumentũ, tẽpis præfinitione tñ annuũ diceť: vt d. l. ſi cũ præfinitione: ergo &c. Sed ſi relinqueretur cũ tẽpis pręſinitione vni fratri ſingulari: tñ dicetur legatũ annuũ, per rões s. dictas. Si verò relinquať fratribus vnius cõuentus: tũc facit dubiũ: quia cõuentus non moriť. Et ſic ceſſat rõ, quæ eſt in alimentis relictis certæ perſonæ. finaliter puto tñ ꝙ fratres debeant à dicto legato penitus abſtinere. Nam hoc ſtatui eorum & mendicitati repugnat. Nam non viuerent ſimpliciter in ſpe Dei propter ſpem, quam haberent in dicto legato intra præfinitum tempus, ſi in eo eſt eadem ratio quod in legato annuo ſimplici.

CAPITVLVM IIII.

QVid ſi non directò, ſed in vim
36 † cõditionis aliquid annuũ fratribus relinquať, puta aliquẽ hæredẽ inſtituo ſub cõditione ſi aliquid annuũ dederit fratribus minoribus? Certè idẽ eſt qđ s. vt fratribus nullo mõ liceat accipere. Hoc eñ videť in fraudẽ fieri: vt l. qđ cõditionis. de do. cauſa mor. & de condi. & demon. l. Mæuius. §. ille tamen vt impleat conditionem, debet auferre, vt dicta l. Mæuius. ſed contra prędicta videtur ff. de iure fiſci. l. in fideicommiſ. vt ibi patet &c.

SEPTIMA DISTINCTIO.

CAPITVLVM I.

QValiter autẽ petantur dicta relicta ab his, qui ad ea pręſtanda teneñť. Pro cuius declaratiõe eſt vidẽdũ, Primò vtrũ ille, à † quo
37 legatũ relinquiť ad id præſtandũ ſit obligatus, &
cui. Nã pro rebus fratribus ipſis relictis, ipſis fratribus nullũ ius ſeu obligatio quæritur de prædictis. dictus Nicolaus tertius in d. c. exijt qui ſeminat. §. cæterũ. ſic ait, nec cõtra perſonam nominatam ab eis, vel non nominatam, cuiuſcunq; conditionis extiterit, in iudicio vel extra actionẽ proſequať, vel aliquod ius qualitercũq; perſona prædicta in cõmiſsione huius ſe haberet &c.

CAPITVLVM II.

EX hoc patet quòd obligatio fratribus nõ quæriť. Præterea ꝙ obligatio eis quærať, videť contra principale fundamentũ regulæ quæ eſt vt fratres ſibi nil approprient, nec domũ nec locũ, vel aliã rẽ, vt dictis declarationibus ſummorũ pontificũ contineť. Si diceremus ꝙ ſibi acquireť obligatio, aliquid ſibi appropriarẽt. qđ eſſet cõtra vota, cũ iſta regulariter obligatio ſit de rebus, ſine quibus vita põt ſuſtẽtari humana. Præterea in d. regula, exijt qui ſeminat. §. ad hæc, quia fratribus. diciť ꝙ iudex ex officio ſuo ſe prõptũ exhibeat. quæ verba retuli s. in diſtin. iiij. huius ij. lib. ſed ea quæ iudicis officio expediunť, nõ præſupponũt obligationẽ: vt l. qui per colluſionẽ. §. j. ff. de actio. emp. & de an. leg. l. Quintus. & cõclude ꝙ fratribus

obligatio nō quæritur.& ſic hæres vel alij,quibus relinqtur, nō
ſunt obligati ad talia relicta. In contrariũ videtur regula gene
ralis, quæ eſt ꝙ legatario cōpetit obligatio, & actio perſonalis,
& hypothecaria,& actio in rem,vt C.cōia de lega.l.j.& ij.& in-
ſti.de lega.§. noſtra autem. Secundò dicendũ eſt ꝙ in hoc , an
ille à quo relinquitur legatũ ad hoc ſit obligatus, poteſt cōſide-
38 rari quo ad ipſos fratres:&†tunc dicendum eſt ꝙ obligatio pōt
intelligi duobus modis.Vno modo propriè & ſtrictè prout eſt
iuris vinculũ,quo quis neceſſitate adſtringitur:vt inſti.de obli.
in prin.&|hoc modo requiritur ꝙ ſint duo: vnus qui tenetur, &
eſt obligatus:alius cui,& habet obligationē:vt ff.de accep.l.j.&
ibi no.per glo.& hoc modo ſumēdo hæres vel alius à quo lega
tum relinquatur,nō eſt obligatus fratribus & fratres ipſi ꝓpter
paupertatē vitæ & regulæ eorũ neminē tenent obligatum: vt ſ.
dictum eſt. Secundo modo pōt ſumi obligatio largè & impro
priè ex quadã æquitate , in qua quis in ſeipſo tenetur ad dandũ
aliquid vel ad faciendũ. & ad hoc ipſe videt ſe obligatũ, licet à
nemine teneatur:& iſta talis æquitas parit officium iudicis:vt l.
Quintus.de annu.lega.& l.hæreditas.de peti. hære. & iſto mo-
do hęres,vel alius à quo eſt aliquid relictũ,pōt dici obligatus &
per hoc competit officium iudicis, vt ſ.dictum eſt. Tertiò mo
do conſiderari poteſt an ille,à quo eſt legatum relictum,ſit obli
gatus reſpectu aliorum quã ipſorum fratrum: & tunc eſt dicen-
dum ꝙ eſt propriè obligatus.Nam certum eſt ꝙ vita fratrũ mi-
39 norum in altiſſima paupertate eſt fundata.ſed qñ aliqd†ob ne-
ceſſitatē fratrũ vel pauperũ relinquitur illi ciuitati , in qua ſunt
pauperes:videtur ipſis fratribus vel pauperibus relictũ.l. ſi cui.
& l.ciuitatibus.ff.de lega.j.cùm reipublicæ interſit,vt pauperes
ſuſtentenʈur.C.de ſac.ſan.ecele.l.priuilegia.Idem in eo quod re
linquitur propter ſubſidiũ ſtudij ipſorum fratrum: vt d.l. ſi cui.
& l.ciuitatibus. Ex quo cōcludo ꝙ licet ipſius ciuitatis nomen
in teſtamento non ſit inſertum:tñ ipſe qui reliquit legatum obli
gatur ipſi ciuitati ad illud: vt d.l.ciuitatibus.& l.ſi cui.cōiuncta
l.ſeruo alieno.§.ſi teſtator.eo.titu.& l.fideicom.de lega.iij.§. ple
runqꝫ.& §.interdum. de condi. & demon.l. Titio genero.Huic
igitur ciuitati hæres de hoc obligatur ciuiliter & naturaliter. ex
qua obligatione oritur actio,vt infrà dicam.

CAPITVLVM III.

PEr quos ergo dicta legata &
qualiter,petantur & exigantur , ſatis patet ex prædi-
ctis quod diligēter debemus inquirere vel diſtingue
40 re.nam ſi quidē†quæratur an ipſi fratres petere poſſent,dicen-
dum eſt ꝙ duplex eſt petitio. Eſt enim petitio extra iudicium.
& iſtam fratres licitè facere poſſunt.Nam dictus Nicolaus papa
in d.c.exijt qui ſeminat.§.cæterũ cùm in eadē.ſic ait:Poſſunt tñ
fratres ſuas neceſſitates inſinuare,ac etiã ſpecificare, vel expo-
nere perſonæ prædictæ,ac etiã rogare quod ſoluat.poſſunt etiã
eam perſonam exhortari ac dicere,ꝙ fideliter in re commiſſa ſe
habeat,& animæ ſuæ ſaluti in cōmiſſa ſibi ſua executione pro-
uideat,&c. Ecce apertè liquet ꝙ extra iudiciũ petere & exhor-
tari poſſunt.ſicut qñ ab hærede legatur aliquid ſeruo ꝓprio ſine
libertate.l.quidam.§.illo.C.de neceſ.ſeruis hære.inſti. Quædã
eſt petitio, quæ fit in iudicio: & iſta nullo modo poteſt fieri per
fratres , vt probant verba prædicta.ſ.in j.diſtin.c.j. Nulla enim
eſt in eis actio,ſeu perſecutio,hoc eſt,iudicis officium. Hoc pro
batur ex verbis Cle.in d.c.exiui.§.noſtra.ibi dum dicit, ordinis
fratres vbicunqꝫ dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali
pñt in iudicio experiri,&c.Ecce ſatis liquet ꝙ dicti fratres in iu
41 dicio petere nō pñt.Si verò†querat̃ an petere poſſit Reſpublica
ſeu ſyndicus ipſius,patet ꝙ ſic:quia ei cōpetit obligatio & actio
cōtra hæredē:vt d.l.ciuitatibus.de lega.j.Ex hoc etiã ſequitur ꝙ
quilibet de populo hoc poterit petere.ff. de ope. no.nuncia.l.in
prouinciali.§.fratrũ. & l.ſeq. & in aut.de eccle.ti.§. ſi qs aũt.qui
hoc facere,&c.Et hoc dixi plenius in præcedenti lib.iiij. diſtin.
vbi etiam poteſt colligi modus formãdi libellũ.Caueant fratres
ne prædictis ſic petentibus aſſiſtant. hoc enim ſtatui eorum re-
pugnat;vt in c.exiui.ibi : etiam ex talibus exiſtentijs & incurijs:
vt ff.ad Tertul.l.j.§.incidit.expectant enim ꝙ aliquis ad hoc fa-
ciendum ex deuotione moueatur. Poterit etiam exigi iſtud le-
gatũ ex officio epiſcopi,vel etiã iudicis ſecularis:vt ĩ d.declara-
tione Nicolai cōtinetur;cuius verba quãtũ ad hoc retulimus ſ.
in iiij.diſ.huius ij.lib.in c.quis ergo poterit dictas res vendere.&
dic vt ibi.& dabitur pecunia illi,quem iudex deputabit,vel etiã
ipſis fratribus,vt in ſequenti diſtinctione dicam.

OCTAVA DISTINCTIO.

CAPITVLVM I.&II.

DE ſyndicis Verò fratrũ mi
norum ſciendũ eſt,per quoſdam ſummos Pōtifi
ces fuiſſe conceſſum fratribus quòd nominarēt
quoſdam,qui adminiſtrarēt nomine ecclesię Ro
manæ.quæ conceſſiones fuerũt primò per Io.Papã xxij.in aliq
bus reuocatæ.ideò vt prædicta clareſcant,primò priuilegia an-
42 tiqua ad literam referamus.Et primò†Inn.iiij.literas fratribus
conceſſit in hæc verba:Inn.epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei dile-
ctis filijs generalibus & prouincialibus miniſtris fratrũ mino-
rũ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudioſius
dñicæ cōtemplationi vacatis famulando,tanto quieti veſtræ li-
bentius prouidemus,ne pedes quos lauiſſe videmini effectu &
officio omnia relinquendo cogantur,quod abſit, iterum inqui-
nari,Cùm enim lecta à nobis veſtra petitio contineat de rebus
omnibus ordini veſtro conceſſis , vel in poſterũ cōcedēdis per
voſipſos prout exigit neceſſitas iuxta veſtri ordinis ſtatuta diſ-
ponere nequeatis:nec velitis pro cōſcientiæ veſtræ puritate ſer
uanda,ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia,ſed oporteat
vos per hoc ad ſedē apoſtolicã,ad quã rerũ ipſarũ ſpectat pro-
prietas,habere recurſum:nos quieti dicti ordinis neceſſitatibus
veſtris paterna volentes ſolicitudine prouidere, præſentiũ au-
thoritate concedimus,vt ſingulis veſtris liceat in prouincijs eis
cōmiſſis per ſe vel per alios fratres ſuos quibus iniunxerit com
mittendũ cōſtituere aliquos viros idoneos.Deũ timentes q pro
locorũ indigentia ſingulorũ res huiuſmodi conceſſas vel etiam
concedendas authoritate noſtra petere, vendere,tractare,cōmu
tare,expēdere,permutare,ac in fratrum vſum cōuertere valeãt
ſecundũ diſpoſitiones veſtras prout neceſſitatibus vel cōmo-
dis fratrum ordinis memorati:ſicut vobis pro loco & tempore
videbitur expedire.liceat quoqꝫ vobis eoſdē viros ſic conſtitu-
tos à vobis amouere,alióſqꝫ ad præmiſſa exequenda ſine diffi-
cultate qualibet ſubrogare,quoties videbitur opportunũ.Nulli
ergo &c.Data Auenioni iij.Calē. Sept.pōtificatus nñi anno. v.

CAPITVLVM II.

DEinde Martinus quartus Papa
eiſdem conceſſit ſuper prædictis literas largiores in hunc mo-
43 dũ:Martinus†ſeruus ſeruorũ Dei dilectis filijs ſuis generali,
& prouĩcialibus miniſtris,ac etiã cuſtodibus vniuerſis ordinis
fratrum minorum ſalutem & apoſtolicam benedictionē.Exul-
tans in dño ꝙ ſacri veſtri ordinis profeſſores in Dei beneplaci-
tis cōfirmari promptitudine deuotionis & opere illius ſtudētes
imitari veſtigia eiuſdē & via ſummopere cuſtodire, qui deſcen
dens à patre luminũ & formam ſerui accipiens ſeu in laudis be
neficiũ placabilē hoſtiã immolauit,cogitare ĩducimur honeſta
remedia,quibus dicti ordini obſeruantia pura in ſui vigore ſer-
uet.Idémqꝫ fratres qui pro nulla re tēporali poſſunt in iudicio
experiri,& excluſis quibuſcunqꝫ ſolicitudinibus libentius,aper
tius,& quietius,diuinis vacent officijs,& offerentium, donãtiũ
vel tradentium,atqꝫ in vltima voluntate relinquentium ordini
prædicto,vel fratribus aliquid propter Deum pia intentio non
fraudetur:ſicqꝫ vos ſolicitudini,quam prædictus ordo pro ſuis
neceſſitatibus quoties imminebit neceſſitas vel vtilitas ſuade-
ret,remittere ad eccleſiam Romanam vrgerentur,ad quam om
nium rerum mobilium & immobilium,quibus fratres vti poſ-
ſunt,ius proprietatis & dñiũ ſpectat:nullomodo impenſa ſpe-
ctat immoderatè potius quã p hoc vrgeri poſſit fratribus. ſ. di-
ctis benignius indulgentes volentéſqꝫ hæredũ,vel executorum
negligentijs obuiare:vt fratres ſecundũ modos licitos , & con-
gruos ipſi ordini relicta in teſtamentis & eleemoſynis non frau
dentur ac ſperantes ꝙ his quæ pro ſtatu proſpero dicti ordinis
p nos ſalubrius,& vberius cōſulēt quò maiores fueritis , vt hic
in parte authoritate muniti diſcretioni veſtræ, de qua plenè in
dño cōfidimus ſpeciales pſonas q̃ nō ſunt de dicto ordine no-
minãdæ pro locorũ indulgentia ſingulorũ,quas perſonas p vos
taliter nominatas in his adminiſtrationibus legitimis gñalibus
liberan



liberantur:& liberè gerere , & ipſos verè & legitimos admini-
ſtratores œconomos , ſyndicos & actores eſſe de plenitudine
poteſtatis præſentium authoritate conſtituendo decernimus:
qui res ipſas & pretium rerum & prædictas eleemoſynas nomi
ne ipſius eccleſiæ recipiant pro eiſdem,& fratrum ipſorum vtili
tate prout eis licet ex regula vel declaratione cōuertenda, ſicut
quãdo filij generalis & ſingularis noſtri in prouincia vel cuſto-
dia ſibi decreta vel eiſdem fratribus de aſſenſu noſtro extiterint
requiſiti per ſe petendi,exigendi,recipiendi, alienãdi prædicta,
tranſigendi quoqꝫ & poſſidendi,conueniendi, permittendi, re-
futandi,contrafaciendi,agendi defendendi,& in animabus eo-
rum de calumnia & veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alte
rius iuramenti præſtandi cum illis & contra illos,qui huiuſmo-
di res mobiles,aut immobiles aut pretiũ earum vel relictas elee
moſynas fratribus in teſtamentis occuparent,& violenter aufer
rent,ſiue contra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent
& generaliter in omnibus caſibus pro rebus licitis ad eccleſiam
prædictam ſpectantibus ipſorum fratrum vſui cōceſſis,nec nō
pro immunitatibus,libertatibus,iuribus ac priuilegijs & indul-
gentijs eorũ,ſiue cuiuslibet ſatiſdationis & cautionis onere ple
nam & generalem & liberam ac authoritate apoſtolica & in iu-
dicio & extra iudicium poteſtatem plenam & liberam concedi
mus authoritate præſentium facultatem. Nulli ergo &c. Data
apud vrbem veterem xv.Calen.Februa.pontificatus noſtri an
no ij.Idem etiam conceſſit Nicolaus quartus quaſi de verbo ad
verbum,& ideo hic non refero &c.

CAPITVLVM III.

POſtea verò Ioan. papa xxij. in
illa decretali,quæ incipit,ad cōditorē canonũ. prædi
44 cta in aliquibus reuocauit per hęc verba:&†quia pręfectũ prædeceſſorũ noſtrorũ priuilegiũ dudum ſeruatũ quo ad
adminiſtratores bonorũ præmiſſorũ non extitit:nec ſeruauit,&
ipſorũ procuratorũ officiũ qui nominantur à miniſtris & cuſto
dibus dicti ordinis Romanę eccleſię iniurioſum ac multis alijs
moleſtum & etiã inhoneſtũ noſcitur , diſtrictius inhibemus vt
deinceps pro recipiendis,petendis,defendēdis,exigēdis, ſeu ad
miniſtrandis bonis,quæ in poſterũ ordini vel fratribus offerri.
ſeu aliâs obuenire cōtigerit quibuſcunqꝫ nominetur à quocũqꝫ
ſe cōſtituatur ammodo nomine ſanctæ Romanæ eccleſiæ pro-
curator: nec occaſione cuiuſcũqꝫ priuilegij apoſtolici, quicquã
adminiſtratorũ quorũcunqꝫ bonorum, quæ obuenire fratribus
ipſis vel ordini cōtigerit in poſterũ in iudicio vel extra agendo
vel defendēdo,vel aliquo quocũqꝫ modo aſſumere vel exercere
dictæ Romanæ eccleſiæ noĩe audeat: niſi ſedis apoſtolicæ man
dato ſpeciali decernētes irritum & inane.ſi ſecus à quocunqꝫ in
poſterũ contigerit attentari:nō obſtantibus quibuſcunqꝫ priui-
legijs á Martino papa prædicto vel ab alijs prędeceſſoribus no
ſtris ipſis fratribus,vel ordini ſub quacunqꝫ forma verborũ vel
expreſſione cōceſſis.Per hoc autem dicti ordinis regulę nō in-
tendimus in aliquo derogare : nec priuilegijs fratribus ipſis ſeu
eorũ ordini ſeu ab apoſtolica ſede cōceſſis , niſi dũtaxat quo ad
pręmiſſa tangentia pręiudiciũ aliquod generet. Nulli ergo &c.
Data Auenioni vj.Calen.Decem.pontificatus noſtri anno vij.
Si igitur pędicta inſpiciamus,non caſſauit papa prædictus pre
dictam conceſſionē,niſi ſolũ in bonis, quæ in poſterũ fratribus
vel ordini offerri cōtigerit:ergo in his & pro his quæ dictis fra-
tribus erant cōceſſa ante dictã conſtitutionē. vt pro eccleſijs do
mibus,oratorijs & ſimilibus poſſunt nominari procuratores ſe-
cundũ formã prædictarũ literarũ.fuit facta dicti Ioan.conſtitu-
tio,anno Domini Mcccxxvij.die & menſe prædictis. Item eſt
aduertendum ꝙ dicti Ioan.conſtitutio reuocat præcedentem ſo
lùm in his quæ fratribus relinquuntur,vnde ſuper his quæ non
relinquuntur fratribus,ſed eccleſię fratrum poteſt fieri dicta no
minatio ex vigore illius generalis clauſulę poſitę in literis Mar.
aliud eſt enim relinquere fratribus,aliud eſt relinquere eccleſiæ
fratrum,vt dictum eſt in præcedenti lib.in vij.diſtin. & pro iuri
bus eccleſiæ,fratres poſſunt agere, vt ſ.patet, nec eſt reuocatũ.
ergo &c.Item diligenter eſt aduertendum ꝙ ex prædicta cōſti-
tutione nullo modo liceat dictas res fratribus relictas contra vo
luntatem fratrum occupare,vel detinere:& in hoc dictæ regulę
nō ſunt correctæ. qđ facit ad multa dicta & dicēda in hoc capi.

CAPITVLVM IIII.

a ¶Neceſſe.Vide Raphaël.Cuma.in conſilio clxix.incipien.viſo teſtamen.Tho.

REperio etiam quòd
45 per†Nicolaum papam in illa decre
tali,exijt qui ſeminat.§.quia verò dñium librorum.fit mentio de
quodã procuratore ſpãli ad recipiendũ pretiũ librorũ, qui ven-
duntur per fratres,& illud in rem licitã expēdendũ per hæc ver
ba:Si verò res huiuſmodi æſtimata pretio vēdi cōtigerit cũ fra-
tribus ipſis per ſe vel per aliũ recipere pecuniã regula prohibē-
te nō liceat,ordinamus & volumus ꝙ talis pecunia ſeu pretium
recipiatur & expendatur in rem licitã , & cuius vſum fratribus
licet habere,procuratorē præfata ſede, vel cardinali gubernato
re per ſeipſam ſedē gerenti eiſdem ordinis deputandum,&c.Et
ſic videt̃ ꝙ ad iſtum certũ actum datur procurator ab apoſtoli-
ca ſede.in eo quod dicit de Cardinalibus,vr̃ correctũ per decre
talē Ioan.Papæ,cuius verba ſ.proxi.retuli.vbi dicitur ꝙ nullus
poteſt inſtitui procurator dictorũ fratrum nomine Romanæ ec
cleſiæ,niſi de ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali.Vnde eſſet neceſ
a ſe ꝙ Cardinalis conſeruator haberet de hoc ſpeciale mandatũ:
aliâs de hoc procurator citare,aliâs conſtitui nō poſſet. Poſtea
verò Nicolaus papa iiij.in ſuis conſtitutionibus,quas circa ſta-
tum fratrum minorum edidit in illo c.quod incipit,Rurſus or-
dinarius circa venditionem dictorũ librorũ.ſic ait,per illos qui-
bus fuerunt dicti libri diſtributi: dicti libri poſſunt diſtrahi, cō-
mutari,vel vēdi,ſeu quomodolibet alienari:niſi pro melioribus
& vtilioribus libris;& tunc de conſenſu & licētia monaſterij, &
illorum,per quos fuerunt diſtributi,&c. Ecce ergo videtur pro
mittere ꝙ ex cã legitima poſſunt vendi. Miniſtri autem vēditio
præſupponit pretij perceptionem ſecundũ modum & ordinem
eorum ſtatui congruentem: & ſic videtur ꝙ talis procurator ab
apoſtolica ſede non ſit neceſſarius.graue enim eſſet eis procura
torem ab apoſtolica ſede expoſcere ſuper iſtis in quolibet con-
uentu:& ita,vt audio,fratres obſeruant.

CAPITVLVM V.

EſT etiam quidam procurator
46 †generalis ordinis,qui ſemper in curia Romana mo-
ratur.vbi ordo minorum in cōi,& particulari ſemper
habet multa facere.vñ ibidē vnus procurator de ipſo ordine ad
iſta negotia pertractanda , qui eligitur per generalem miniſtrũ
in generali capitulo,de qua conſtitutione præfatus Benedictus
Papa xij.in prædictis ſuis conſtitutionibus ſuper ſtatu fratrum
minorum cxxiij.quædam & ad ipſius officiũ procuratoris per-
tinentia poſuit.Et idem Benedictus in xij.c.de liberis.cuius pro
curatoris officium ad noſtrum examen non pertinet &c.

CAPITVLVM VI.

HAbent etiam fratres in multis lo
47 cis aliquos ex his fratribus†qui vocantur procuratores conuen
tus horũ officiũ eſt ꝙ cùm in regula cōtineatur ꝙ fratres vadant
pro eleemoſyna cōfidēter.vnde cũ ipſis conuentibus ſit neceſſi
tas multa,ſecundũ quod ordo exigit,frater ille qui dicit̃ procu-
rator habet illas eleemoſynas procurare, pōt etiã hoc humiliter
extra iudiciũ ꝓcurare,vt fratribus relicta legata petãtur, vt ſ.in
præcedenti diſtinctiōe dictũ eſt.Poteſt etiã ſibi procurare elee-
moſynas ꝓ fratribus induēdis,& neceſſitatibus fratrũ. licet eñ
in regula diceret̃ ꝙ de fratribus,& neceſſitatibus infirmorũ mi-
niſtri & cuſtodes ſolicitã curã gerãt &c.& ſic videbatur ꝙ alijs
nō poſſet cōmittere:tñ quia ordo exigat ita ꝙ cuſtodes & mini-
ſtri hoc expedire non pñt, conceſſit prædictus Nicolaus in d.c.
exijt.§.quãquã regula.ꝙ ipſi miniſtri & cuſtodes pñt huiuſmo-
di curã & ſolicitudinē exercere: & ſic ſemper hoc debent habe-
re mandatũ à miniſtris & cuſtodibus,& illi qui tenētur ad dan-
eſt ſimpliciter actus tyrannicus, cùm vltimus finis ciuitatis ſit
30 quies, & pax ciuium, vt dictum eſt. Omnia ergo † prędicta ſunt
ſigna ad probandum tyrannidem: ſed principaliter illa duo ſci-
licet conſeruare ciuitatem in diuiſione, & depauperare ſubdi-
tos, & eos affligere in perſonis, & rebus. quod optimè probatur
in capitulis ſuprà relatis. Ex prædictis apparet quem eſſe tyran-
31 nũ. Nonò quæro † ſi aliqs eſt Comes, Dux. Marchio, vel Baro
qui habet iuſtum titulum, & probetur Tyrãnus exercitio, quid
debet facere ſuperior. Reſpon. debet eum deponere: quoniam
qui talia agunt, detinent populum in ſeruitute, ſed ad ſuperiorẽ
pertinet populum de ſeruitute eximere: vt C. de offi. præfect.
Afri. l. in nomine domini. in princi. vbi dicit, fortiſsimos tyran-
32 nos deiecimus. Sed in † quam legem incidunt hi, qui abſque iu-
ſto titulo regnant? Certum eſt quod tenentur lege Iul. maieſt. l.
33 iij. ff. ad leg. Iul. maieſta. de iſto verò tyranno. † qui habet iuſtum
titulum, ſed exercitio apparet tyrannus, dico quod ex eo quòd
ſubditos affligit in corpore, incidit in legem Iuliam de vi publi.
Item ex eo quòd ciuitatem tenet in diuiſione, & ſic iudicia non
patitur fieri vt oportet, incidit in eandem legem de vi publi. vt
a eo. tit. l. qui dolo malo. Item ex eo[a] qđ nouas exactiones, & no-
ua vectigalia ponit in eandem legem incidit: vt eod. titu. lege,
fin. cuius legis pœna eſt deportatio. Inſtitu. de publi. iudi. §. item
lex. & ſic amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis: vt l. quidã. ff. pœ.
& ſic tanquam infames perdunt dignitates & iuriſdictiones:
expreſſe dicitur ad l. Iul. de vi priua. l. ij. in princip. Item ex hoc
incidit in legem Iuliam de ambitu: vt ff. ad le. Iul. de ambitu. l. j.
§. j. & in conſti. l. fin. C. noua vectig. Item forſan incidit in pœ-
nam capitalem: vt C. de exact. trib. l. j. lib. x. Dico etiam quod ſi
exiſtentes in tali tyrannide, quoquo modo publicè vel occultè
machinantur contra principem, vel eius officiales, ipſo iure ſunt
rebelles Imperij, & dignitatem perdunt ſecundum legem nouã
34 Theodoſij Imperatoris. Decimò, quid dicimus † de his quæ vi-
demus feciſſe ſummum põtificem, & Imperatorem, & legatos.
Nam quoſdam quos clarè cognoſcebant eſſe tyrãnos quos per
tyrannidem detinebant, & eos epiſcopos, ſcilicet ſedis apoſtoli-
cæ, vel Imperij conſtituebant vicarios, vt fecit Clemens vj. in ci
b uitate Bononię, de domino Thaddæo de Pepulis.[b] & eius filijs.
Hoc idem fecit Charolus Imperator cum tyrannis in Lombar-
dia. Hoc idem dominus legatus cũ multis tyrannis fecit in Mar
chia Anchonitana. Reſpon. præſumendum eſt quod tanti domi
ni hoc ſine magna cauſa non faciunt, & poteſt eſſe duplex cau-
c ſa. Prima, propter aliqua magna et ardua[c] quæ eis expedire incũ
bat. ſicut enim diligens nauta proijcit viliora, & ſaluat pretioſio
ra: vt ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. qui leuandæ. & diligens paterfa-
milias debet præeligere, vt res pretioſiores ſaluas faciat: vt not.
ff. commod. l. vt ſi certo. §. quod verò ſenectute. Sic etiam domi-
nus iuſtus cum vno tyranno pertranſit, & eum vicarium facit,
vt ea quæ ſunt magna, & ardua reformare poſſet. Tertia ratio po
teſt eſſe charitas & dilectio eorum qui ſunt ſub tyranno ſicut eñ
videamus naturaliter Phyſicos facere quando vna infirmitas
non poteſt ſine magno periculo perſonæ curari: tunc ipſi procu
rant ſuſtentare naturam, ne infirmitas procedat vlterius ex quo
contingit quod natura ſemeptipſum adiuuat, ita quando rectus
princeps facit videns quod quandoq; vnus tyrannus nõ poteſt
deponi ſine magno exterminio eorum qui ſunt ſub tyrãno pro-
pter bona eorum ipſum tyrannorum facit vicarium: vt ex hoc
ille, tyrannus minus timeat, minus populum grauet, & interim
caſus occurrit, per quem ſuadente iuſtitia ſine populi detrimen
to deponetur tyrannus: propter autem dictũ titulum ſuperueniẽ
tem dicti tyranni non deſinũt eſſe tyrãni, ſi prædicta tyrannica
opera exercent. hæc enim quæ dicta ſunt cõmiſſione eis facta
non veniunt: vt ff. de condi. inde. l. ſi procurator. ff. de his quæ in
35 frau. cred. l. ſi pater. Vndecimo quæro an † proceſſus factus per
ſuprà, dictos tyrãnos qui iuſtũ habẽt titulũ valeat. Et dico quod
aut fecit proceſſus cõtra ſuos exititios, & rebelles, & nõ valent:
quia nõ debuerunt cõparere corã iudice ſibi notoriè inimico, vt
dictum eſt in præcedenti. Ea verò quæ ipſe fecit cõtra intrinſe-
d cos[d] valent, donec ipſi tollãtur cũ ipſa dignitate: vt l. Barbarius.
ff. de offi. præto. & C. de ſen. l. ſi arbiter. & de teſt. l. j. & de reſti. in
integ. c. ſuſcitata. & ibi per Inn. de re iudi. c. ad probandũ. & hæc
36 vera donec toleratur. Sed quid ſi iam † cœptus eſt proceſſus ex
quo ferẽda venit ſententia declaratoria cõtra tyrannũ: an facta
pendẽte proceſſu ante ſentẽtiã teneãt? Reſpõ. quãdo fit proceſ-
ſus ex quo ferẽda venit ſententia declaratoria, vt quia faciat ali-
quod delictũ, propter qđ ipſo iure priuatus eſt iuriſdictiõe, vel
dicitur ſeruus, vel infamis: tũc facta poſt ꝓceſſum inchoatũ nõ
valent: vt C. de teſta. l. j. in fin. Nec vſq; adhuc aliquis ſtatus con-
trouerſiam mouit: vt ff. q & à qui. l. quęſitũ. Si vero ſit ꝓceſſus,
ex quo priuãdus venit per ſententiã: tunc interim geſta p eũ va
lent

a ¶ Item ex eo. vide Alex. in l. imperium in xxv. col. iij. folio. in l. col. ff. de iuriſd. iudi. Thoma.

b ¶ De pepulis. vide Raph. cõſil. clxij. in cip. viſa copia priui legiorũ. circa fin. & Bar. in viij. col. ff. de iniuſt. rup. teſta. vbi dicit ita fuiſſe determinatũ Bonoñ. per do. Thaddeũ de Pepulis, dominũ Bono. & in l. j. in x. q. in iiij. col. ff. de iure codic. Thomas.

c ¶ Aliqua magna ardua. Vide plenè per Feli. in c. poſtulaſti. in pe. col. de reſcrip. & vide Alexan. de Imo. in cõſi. cxxiij. i iiij. vol. in vlt. col. Et adde illud conſil. eſt do. And. Bar. Et adde Phili. Fran. in c. ſi gratioſè. in ij. colũ. in prin. de reſcrip. i vj. & vide apoſtil. meã ad Bar. in l. authoritate. C. vñ vi. Tho.

d ¶ Cõtra intrinſecos. vide Fel. in c. cũ oẽs. in xix. col. de cõſtit. & Iaſ. in l. Barbari⁹. in xviij. colũ. in j. limita. ff. de offi. præto. Thomas.



a lent: quia interim dignitatẽ retinet[a] ff. ad munic. l. Lucius. §. in q̃-
ſtionibus. & not. C. de reis poſt. l. j. lib. x. & eodem modo ſi quid
contraheretur, vel ipſi tyranno ſolueretur, valeret, vt no. per In
no. de elec. c. nihil. quod intellige niſi faciat contractus ſubmit-
37 tendæ ciuitatis, vt j. dicam. & per hæc dico † ꝙ ſi aliquis eſt in no
tabili poteſtate, & habet iuſtum titulũ, licet reſpectu exercitij ſit
tyrannus: tamen habet beneficiũ. extra de bap. c. j. in cle. donec in
dignitate toleratur. ſecus ſi eſſet defectus tituli, vt j. no. Item di-
co ꝙ poſtq̃ talis habens titulũ deuenit ad tyrannidẽ per modũ
exercitij, ſi aliquid ſibi plus iuriſdictionis concedi fecerit à po-
pulo, non valeret: quaſi populus per metũ faceret, vt dictũ eſt
in præcedenti. Item omnis contractus, quem faceret de ipſa ciui
tate ſubmittendo, vel obligando eam nõ valeret. non enim loco
domini eſt cũ ipſam ciuitate ſpoliat ſua libertate: vt ff. depoſi. l. ſi
fundũ. §. ſi toto. expreſsius extra de iureiur. c. intellecto. facit de
38 elec. c. fundamẽta. §. pen. lib. ij. Duodecimò quæro † de tyranno
tacito, & velato, vt eſt ille qui ſub quodã velamine nõ iuſtè prin
cipatur in ciuitate. Iſtud autẽ velamen cõtingit duobus modis,
ſcilicet per titulũ quẽ facit ſibi concedi. Sciendũ eſt quod ſ. di-
ctũ eſt ꝙ tyrannus propriè opponitur Regi, ſed de Regta pote-
ſtate eſt ꝙ ſit perpetuus. Item ꝙ habeat omnẽ iuriſdictionem, vt
patet capitulis ſ. relatis. Ex his duobus duo velamina tyranni-
ca ſunt inuenta. Primum ꝙ quidam faciunt ſibi concedi iuriſdi
ctionẽ, & finito tempore reformari, vt ſic regimen eius magis
39 videatur iudicis q̃ tyranni. Sed circa hoc dico † ſi quidẽ habeat
iuriſdictionẽ, & ſibi faciat cõcedi in ciuitate propria, titulus eſt
nullus: nã nullus poteſt talem iuriſdictionẽ habere: vt C. de ꝓ-
feſ. l. in conſiliarijs. fallit in vrbe Romana vbi quis poteſt eſſe p̃-
tor: vt l. ij. C. de offi. præto. & ſenator per annũ tantũ, & nõ vltra
d. c. fundamenta. in fi. Item fallit in defenſore ciuitatis: vt in auť.
de defen. ciui. §. ſed interim. ſed illi nõ habent merũ & miſtum
imperium, ſed nudam iuriſdictionẽ, & ſic de tali qui nullũ titu-
lum accepit, eſſet dicendũ idẽ quod dictum eſt ſ. de tyranno ex
40 defectu tituli. Sed ſi † deponeres ciuitatem ex priuilegio, vel cõ
ſuetudine, taliter ꝙ poteſtas populi cõcedentis nõ poſſet in du-
biũ reuocari, & ſic titulus primo loco cõceſſus valeret: tunc vi-
denpũ eſt an eo ꝙ fecit reformari ſit tyrãnus. ꝙ videẽ de iure cõi
quia talis reformatio nõ valet, imò incidit in legẽ Iul. de ambi.
vt C. de leg. ad l. Iul. de ambi. l. j. Sed ſi poneret ꝙ tãta eſſet pote-
ſtas dicti populi ꝙ poſſet contra dictã legẽ diſpenſare: tunc vidẽ
dũ an tpe primi regiminis ita ſe fortificauit ꝙ populus habeat
neceſſe eũ eligere pro ſequẽti tẽpore: & tunc verè tyrãnus eſt ele
ctus per metũ ex defectu tituli. Si verò eſſet ſpõtè electus. ſed
modò exercitio eſſet tyrannus: dic vt in præcedẽtibus. Secundũ
41 velamen eſt: † quia quidã tyranni faciunt ſibi fieri aliquem titu-
lũ, cui nulla quaſi iuriſdictio ineſt: puta facit ſe creare vexilli fe-
rum, vel confallonerium, vel facit ſibi cõmitti cuſtodiã ciuitatis
vel facit ſe fieri capitaneum ſtipendiariorũ, vel gentis armigerę
& ex hoc non dicunt ſe eſſe tyrannos, cũ ad tyrannũ debeat ſpe
ctare omnis iuriſdictio ſicut ad Regẽ, non eñ põt dici principa
lis qui nullam vel modicã iuriſdictionẽ habet. certè ex illo titu-
lo tyrãnus nõ eſt: ſed hoc ꝙ quandoq; in tantã venit potentiã ꝙ
officiũ ciuitatis ordinat, prout vult ꝙ officiales ei obediunt vt
dño: tunc dico ſi opera tyrannica facit, vel fieri facit verè tyran
nus eſt. nam principaliter in ciuitate regimina obediunt, & non
in re principantur: quia opera tyrãnica facit, & ſic eſt tyrannus.
Sed hoc qualiter poterit probari, cũ talis ſit velatus Tyrannus,
& per ſe non fecit in palatijs raro intrant, ſed ſuis ſcriptis & nũ-
cijs regimina obediunt? Reſpon. dura probatio eſt, cũ quando
fiunt prædicta teſtes non vocentur, & hoc cõſiderans decreta-
lis in certo caſu ſtatuit probari per alicuius iuramentum, vt ex-
tra de reſcrip. c. j. lib. vj. ſed hoc non puto generale eſſe ibi enim
iurans nullo alio præiudicio grauatur: & ideo puto hoc aliter
probandum. Sciendum eſt enim ꝙ licet quidã actus per ſe dire-
ctò probari non poſſunt: probantur tamen, vt dixi in libro de al-
luuionibus, quæ licet videri non poſsint cum creſcunt: ex eo ta-
men ꝙ factum eſt ſequitur de neceſsitate quod flumen attulit.
Item licet filij gñatio non videatur, pro plena tamen proba-
tione eſt ꝙ natus in domo ex mulíere cohabitante cũ viro: vt ff.
de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filiũ. cum enim probatio faceret
fidem iudici, iſta ſtatim fidem iudici adducunt. ita in propoſito
ſi aliquis probauerit ciuitatẽ eſſe in diuiſiõe; eſt eñ vna pars ex-
pulſa foris, & quod in ea fiunt maleficia, &
enormia, nec puniuntur, & ꝙ ciues multũ
grauantur. & ſimilia pertinent ad actus ty-
rannicos, de quibus diximus. Item ꝙ ille ta
lis qui habet illũ titulũ eſt, potentior homo
qui ſit in ciuitate, & eſt publica fama ꝙ fa-
cit prædicta fieri, ſatis puto probatum tyrã
nidem. Prædicti enim actus ab alio q̃ à p̃-
dicto potentiore procedere nõ poſſent. ſa-
tis enim cum fama prædicta ad fidẽ iudicẽ
inducunt, cui congruit id ꝙ dicimus in eo
qui iuſtè principatur. ſufficit ꝙ ſic habeatur
& ſic reputetur, vt l. Barbarius. ff. de offic.
præto. eadem ratione multũ facit quis tãq̃
42 tyrannus habeatur & reputetur. An aũt facta † tẽpore dicti tyrã
b ni valeant[b], dico idẽ quod dixi de tyranno manifeſto, qui facit
fieri per officiales electos à ciuitate. Et prædicta vera quãdo ma
ior pars populi opprimitur, grauatur, vel malè contentatur. Si
enim aliqui extra ciuitatẽ tenerẽtur, vel aliqui in ciuitate eſſent
malè tractati ad honores non vocati: in alijs autem ciuitas bene
regeretur, & ad omnẽ vtilitatem bene attẽderetur: tunc talis ha
bens talẽ titulum, vel ſimilem per excellentiam non eſſet tyran-
nus ſimpliciter loquendo, ſed per tale regimen cõmunis vtilitas
attenditur, ꝙ directè eſt oppoſitum tyranni: ſed in his quæ fie-
rent contra extrinſecos & inimicos illius hominis ſic præcellen
tis, licet bene regat Rempublicam: puto dicendum idem ac ſi ty
ranno factum eſſet, nullus enim prohibet ꝙ quis reſpectu terra-
rũ dicetur tyrannus, reſpectu verò cõmunitatis iuſtus iudex: vt
C. ſi qua prædi. pote. l. j. Propter quod ſciendũ eſt ꝙ ſicut rarò re
peritur vnus homo ſanus per oĩa, quin in corpore aliquo patia-
43 tur defectus: ita † rarò, reperitur aliquod regimen, in quo ſimpli
citer ad bonum publicum attendatur, & in quo aliquid tyranni
dis non ſit. magis enim diuinum eſſet quàm humanũ, ſi illi qui
principantur nullo modo propriũ cõmodũ, ſed cõem vtilitatem
44 reſpicerent. Illud tamen † dicimus bonum regimen, & nõ tyrã-
nicũ in quo plus præualet cõis vtilitas, & publica, quã propria
regentiũ, illud verò tyrannicũ, in quo ꝓpria vtilitas attẽdit. Et
iſtud dicit Aegidius. in iij. lib. de regi. prin. ca. xj. & iſtud eſt pre-
cipuè aduertendũ quando tractatur de probando an aliquis ſit
45 tyrannus. Tertium velamen eſt † quando quis nullum titulum
in ciuitate ſibi concedi patitur, ſed regimina ciuitatis ita ordinat
quòd omnia procedũt ſecundũ velle ſuum. iſtos eſſe tyrannos
poteſt probari eo modo quo ſupra proximè dictum eſt, ſcilicet
ꝙ ſit homo potentior habens maiorem ſequelam. Item quòd eſt
publica vox & fama, & facit prædicta fieri, & multa oportet ꝙ
tẽpore tyrãnidis fiant, propter quæ prauitas tyranni latere nõ po
teſt, & facilius apparebit modus probandi. De his aũt quæ fiũt
tempore talis tyrannidis, dico quod ſ. proximè dixi. An autẽ in
vicinia, vel certa parte ciuitatis poſſet eſſe tyrãnus ſ. dixi. &c.

Explicit tractatus de tyrannia do. Bar. à Saxoferrato.

## *Incipit tractatus Repræſaliarum.*

1 *Repræſaliæ à quo tempore frequentari cœperunt.*
2 *Repræſaliæ & ſi latè accipi poſſunt: tamen ſunt quando conceditur licentia capiendi perſonam, uel res alterius pro altero.*
3 *Repræſaliæ ut ſint licitæ in foro conſcientiæ requiritur authoritas ſuperioris, cauſa iuſta concedendi, & intentio iuſta & recta.*
4 *Repræſaliæ de iure ciuili licitæ ſunt duobus concurrentibus, ſcilicet authoritate ſuperioris, & iuſta cauſa.*
5 *Ius concedendi repræſalias inductum uidetur de iure diuino, & de iure gentium.*
6 *Ciuitas poteſt bellum indicere ob tutelam unius ciuis.*
7 *Liberi debitoris poſſunt capi quando alia remedia ceſſant contra debitorem.*
8 *Statuta concedentia repræſalias ultra caſus à iure communi permiſſos, quando fieri poſſunt, & ualeant. & nu. 10.*
9 *Statutum Florentiæ, quòd mercatore fugiente uxor & liberi teneantur, ualet.*
10 *Terræ quæ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis certis pactis non dicuntur ſubditæ, ſed fœdere æquali & liberæ ſunt.*
11 *Statutum concedens repræſalias in ſubditos, an exerceri poßit extra territorium.*
*Statutum quòd filij cedentis foro, uel rumpentis quando poßit contra filios extra territorium exerceri.*
12 *Statutum quòd homines unius uillæ, unus teneatur pro alio, non comprehendit illum qui de nouo eſt effectus homo illius uillæ in debitis antiquis.*

a ¶ Retinet. vide Iaſo. in l. Barbarius. in penul. col. in ver. quintò limita. ff. de offic. præto. Tho.

b ¶ Valeant. Quod illegitimè factũ eſt à tyranno adueniẽte iuſto domino debere caſſari. Bar. per illũ tex. & idem Bal. & Pau. de Caſt. in l. decernimus. C. de ſac. ſanc. ecc. Phili. deci. plenè in cõſi. cxc. incip. in cauſa in qua agitur. in iij. col. Th.

a ℭRepræſaliarũ materia. Iſte eſt tractat⁹ Bar. de quo meminit idē Bart. in l. nã Seruius in prin. ff. de ne. geſt. & in l. puinciales. ff. de verb. ſigni. vbi dicit intendere facere tracta. de repræſalijs. & adde ꝙ iſtũ tracta. cõpoſuit bar. anno domini Mccc-liiij. Tho.

b ℭ Theologis. Vide Rapha. Cum. in con ſi. cxl. incip. domini iudicis. in fi. princip. Tho.

c ℭAd tertium. Ad dicta per Bar. hic adde plures concor. per Alex. de Imol. in cõſil. xlij. in j. vol. inci. ſuper præmiſſo themate. in vij. colũ. & do. Iaſ. in l. ſi quis. §. legis. C. de inoff. teſ. in l. de quibus in xx. col. ff. de legi. Tho.

d ℭ Fugiente. Vide Alex. in l. ſæpe. 1 iiij. col. ff. de re iudi. vbi plenè examinat dicta per Bar. hic. Th.

13 *Statutum quòd unus homo uillæ teneatur pro alio, intelligitur de debitis contractis intra territoriũ ſtatuentis.*

14 *Repræſaliæ per pactum, quando licitæ fieri poſſint.*

a Repræſaliarum[a] materia nec frequens, nec quotidiana erat tempore quo in ſtatu debito Romanum vrgebat Imperiũ, ad ipſum enim tanquam ad ſummum monarchã habebatur regreſſus. & ideo hanc materiã legum doctores & antiqui iuris interpretes 1 minimè pertractauerunt. Poſtea verò † peccata noſtra meruerũt ꝙ Romauum Imperium proſtratũ iaceret per tempora multa, & Reges & Principes, ac etiã ciuitates maximè in Italia, ſaltem de facto in temporalibus dominum non agnoſcerent, proptereꝙ de iniuſtitijs ad ſuperiorem non poteſt haberi regreſſus, cœperunt repræſaliæ frequẽtari. & ſic effecta eſt frequens & quotidiana materia. Ego itaq; Barto. à Saxoferrato ciuis Peruſinus minimus legũ doctor, cum ſpeculationibus ad ius ciuile ſpectantibus operam dans ad communem vtilitatem, & maximè vniuerſalis ſtudij Peruſini, ſuper iſta materia libellum compoſui, quẽ correctioni cuiuſlibet melius veritatem intuẽtis ſuppono. mihi enim ſatis eſt quòd hic libellus alijs, quos Deus ſui gratia ſublimi manu ingenio altius inueſtigandi materiam tribuat, ipſum itaque libellum ordine infrà ſcripto tranſcriptum vniuerſitati prædicte tradidi anno domini à natiuitate Mcccliiij. die penul. menſis Februarij.

De repræſalijs. tractaturi requiritur de aliquibus quæſtionibus, principaliter quas poſtea per particulares quæſtiones clarè examinabimus. Prima, quæſtio eſt, an repræſaliæ ſint licitæ. Secundò quare poſſint concedi. Tertiò, per quem iudicem repræſaliæ poſſunt concedi. Quartò, qualiter concedũtur. Quintò quibus conceduntur. Sexto, contra quos conceduntur. Septimo, conceſſæ contra quas perſonas exerceantur. Octauò, contra quas res. Nonò, qualiter exerceantur. Decimò, de remedijs exactis &c.

Quæſtio prima An repræſaliæ ſint licitæ? Circa quam quæritur, an ſint licitæ in foro conſcientiæ. Secundò, an ſint licitæ in foro ciuili. Tertiò, an ſtatuta poſsint fieri licitè vltra caſus à iure permiſſos. Quartò, an ſtatuta quæ circa hanc materiam repræſaliarum fiunt, poſsint exerceri extra territorium. Quintò, an per pactum repræſaliæ poſsint licitè fieri.

Ad primum an repræſaliæ ſint licitæ. Reſpõ. & ad declarationẽ huius tractatus &
2 totius quæſtionis præmitto ꝙ repræſaliæ poſsint † multum late accipi, pro omni eo quod habet poteſtatem, perſonam vel res alterius capiendi, & ſic comprehenderent eum, qui habet poteſtatem capiendi ipſum principalem debitorẽ, vel res ipſius quorũ hic nõ intendo tractare. ſed ſolum quando conceditur licentia capiendi perſonam, vel res alterius pro altero. & iſtæ ſunt quæ in vulgari noſtro vocantur repræſaliæ, de iure verò cõmuni vocantur pignorationes: vt in auf. vt non fi. pignora. col. v. & extra de iniu. & dan. da. c. j. lib. vj. Alibi verò vt Piſis aliter. Alibi autem habent alia nomina, de quibus non curo: quia imponuntur ad placitum. Prout ergo hoc nomen capitur vel exigat,
3 quæro † an ſint licitæ in foro conſcientiæ. Et videtur quod non. nam anima quæ peccauerit, ipſa morietur: & filius non portabit iniquitatem patris. Eccleſiaſti. xviij. ſic patet quod alius pro alio non poteſt capi. præterea, non licet in foro conſcientiæ facere id, quod repugnat naturali rationi: ſed iſtæ repræſaliæ naturali rationi repugnant, vt extra de iniur. & dam. da. c. j. lib. vj. ergo non ſunt licitæ. In contrariũ ꝙ ſint licitæ, videtur authoritas Augusti. in libro quæſtionum. Iuſta bella ſolẽt diffiniri quæ vlciſcũtur iniurias, ſi gens vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerint quod à ſuis improbè factũ. xxiij. q. ij. c. dñs noſter. Secũdò ad hoc vt repræſaliæ ſint licitę in foro cõſcẽtię reqř primò authoritas ſuperioris, ſcdò cauſa iuſta cõcedendi: quia denegauit iuſtitiam, vt d. c. dominus noſter. Tertiò requiritur ꝙ intẽtio ſit iuſta, & recta eius q habet repræſalias. vnde Auguſt. in lib. contra Fauſtum. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominãdi, & ſi qua ſunt ſimilia, hęc ſunt quę in bellis culpantur. & ſic licet eſſet authoritas ſuperiorum, & iuſta cauſa, tamẽ animus iniquus faceret repręſalias illicitas in foro conſcientiæ. Hæc ſentit Sanctus Tho. in ij. ij. q. xl. c. j. in foro autẽ ciuili, de tali animo nõ curatur: quia de cogitatione nõ curatur: vt l. cogitationis. ff. de pœ.
b In prędictis tamen eſt ſtandum Theologis[b].

Ad ſecundum an repræſaliæ ſint licitę in foro ciuili. & videtur ꝙ non, vt in auf. vt non fiant pig. col. v. poſita C. ne vxor pro mari. auf. & omnimodo. & in auf. vt nulli iudi. §. quia verò. poſita C. de actio. & oblig. auf. imo. & ad idem C. de decur. l. prouindendum. lib. x. & vt nul. ex vi. pro alie. debi. te. l. j. lib. xj. & extra de iniur. & dã. da. c. j. lib. vj. & C. ne fil. pro pat. auf. habita ibi, ex peruerſa cõſuetudine &c. Et videtur ꝙ ſint licitę, cùm gens & populus iuſtitiã requiſiti facere neglexerit: vt xxiij. q. iiij. c. dominus. vbi hoc eſt expreſſum. & facit quod no. C. de Iudę. l. nullus. ff. de incẽ. rui. naufr. l. ne qd
4 qď vi. aut clam. l. ſi alius. §. belliſsime. & quod ibi not. Sol. † doct. omnes cõmuniter in ſententiam iſtã inclinant ꝙ ſi quid eſt. j. illũ hominũ vel populũ qui iuſtitiã facere, & debitum reddere negligit, põt haberi recurſus ad ſuperiorẽ: tũc repręſalię ſunt licitæ duobus interuenientibus. Primò requirif ſuperioris authoritas. nõ enim licet alicui ſua authoritate ius ſibi dicere, vt iura vulgaria dicũt, & eſt expreſſum xxxij. q. c. j. Secũdò ꝙ ſuperioris authoritas inteponaf ſibi ex iuſta cauſa. nã iſta decreta, niſi ex natura & iuſta cã interponantur, ſunt ipſo iure nulla: vt l. cũ verò. §. ſubuentũ. ff. de fideicõ. libr. & l. j. §. hæc verba. & ff. ne vis fi. & per totũ. Cauſa aũt legitima eſſe videf, ꝙ dñs, gens, vel populus requiſitus iuſtitiã facere neglexerit: vt d. c. olim. eo. tit. in auf. habita. ne fi. ꝑ pa. in fi. & Ia. de Bel. in q. ſua diſputata, quam ponit in auf. vt non fi. pig. Hoc idẽ videf Sãct. Tho. de Aquino. vt
5 dixi in ꝑcedẽti q. ſi bene aduẽtaf. prędicta mihi videtur ꝙ † ius concedendi repręſalias nõ iure ciuili, vel canonico ſit inductũ, ſed magis iure diuino, vt d. c. dñs noſter. & de iure gẽtiũ, quidã permittũt bella licita: vt l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & ꝙ ibi no. & bellũ licitũ eſt ex cauſis ꝑdictis. ꝙ etiã ꝑcatur: qa de iure gentiũ eſt ꝙ id, ꝙ qs ob tutelã ſui corporis fecerit, videf feciſſe iuſtè: vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim corpus intelligo, ſiue loquamur de
6 vno indiuiduo, ſiue de vno corpore miſto. Vnde † ob tutelam vnius ciuis, poteſt ciuitas indicere bellum: ſicut vnus particularis põt indicere bellũ cõtra oẽs ob tutelã pſonę ſuæ, & ſuarũ rerum, vbi ſuperioris copia, vel aliud remedium haberi nõ poteſt, vt dictis iuribus. & ꝙ vi, aut clam. l. ſi alius. §. belliſsimè. & quod no. in d. l. nullus. C. de iudæ. & ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitor. cum ſimi. ergo &c. & prædicta puto iure gentium, &
7 veritati ciuili conſonare. Nam † vbi alia remedia ceſſant contra debitorem poſſunt capi homines liberi: in quibus debitor ius habebat vt puta liberi caſus eſt ſingularis. ff. de acqui. hære. l. pro hęrede. §. ſi quid tantum. & ibi no. in fi. gl. mag. Sed ciuitas vel dñs iuſtitiã facere negligens, vel recuſans eſt debitor iuſtitiam poſtulantis: ergo homines ſubditi illi domino vel populo capi poterũt Præterea, propter delictum domini negligentis facere iuſtitiam poteſt indici bellum, contra totam terram, & omnes gentes ſubditas ſibi: vt in auf. ſi verò dominus temporalis. C. de hære. & cõcluditur repræſalias eſſe licitas ex cauſis legitimis. De iſtis autem cauſis dicitur latius. j. in ij. q. principali. ſufficiant prædicta quantum ad hunc paſſum.

c Ad tertium [c] † an ſtatuta poſſunt fieri licitè vltra caſus iure communi permiſſos. Dico ꝙ ſi ſtatuta fiant contra terras, vel ſubditas ꝙ tunc poſſunt fieri licite repræſaliæ, per ſtatuta etiam extra cauſas prædictas à iure communi permiſſas. Vnde ſi ciuitas ſtatuit quod quilibet de villa poſsit capi pro debito alterius, vt C. de omni agro deſer. l. j. libro. xj. ſicut quandoq; ſtatuitur quod vxor teneatur pro viro: vt C. in quib. cau. pigno. ta. contra l. ſatis. & quod filius teneatur pro patre. C. de primipi. l. fina. libr. xij. Et ſic patet quod ſtatuta
d communis Florentiæ. quæ dicunt quod mercatore fugiente[d]



teneatur vxor & liberi. licet non ſint hæredes, procedunt de iure cõi. & intelligo terras ſubditas ſimpliciter, ita ꝙ ſint de comi-
9 tatu. Terræ † verò q̃ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis, certis pa-
a ctis ſubditæ nõ dicuntur[a], ſed dicuntur terræ liberæ fœderatæ fœdere inæquali. de quibus loquitur lex non dubito. ff. de capti. & poſtli. reuer. & in illis puto idem quod in alijs terris omnino
10 liberis. Si verò ſtatuta † fiant in vna ciuitate contra aliam terram liberam circa repræſalias concedendas: tunc aduertendum: quia in cauſis concedendarum repræſaliarum vertitur iuſtitia facta, ſeu iuſtitia denegata à terra contra quam repræſaliæ conceduntur, & circa hoc non poſſunt fieri ſtatuta. Non enim ciuitas poteſt facere legem ſuper alterã: quia par in parem non habet imperium, & quia poteſt extra territorium ſuum ſtatuere, quę ſunt iuriſdictionis alterius, & non ſuæ vt dicunt iura vulgaria. Secũdò vertitur in cauſa ſi ſuperioris copia haberi non poteſt & circa hoc ſimiliter non poteſt: fieri ſtatutum puta ſi ſtatutum diceret ꝙ repræſaliæ concedantur, nec teneatur quis ire ad ſuperiorem: vt extra, de iureiurand. c. venientes. & argumento l. pen. ff. de aqua plu. arcen. Tertiò vertitur in cauſa ſuperioris authoritas id eſt authoritas ipſius ciuitatis concedentis repræſalias: & tunc circa hoc poteſt facere ſtatutũ, an in talibus prædictis concedatur, & quo ordine. Nam cũ iſta cauſa & iſta inſtantia ſit ſua: poteſt circa hoc ſtatuere: cũ quælibet ciuitas ſtatuta facere circa ordinationem, quæ in foro eius agitur, poſsit: vt ff. de teſt. l. iij. §. fin. C. de iura. calum. l. ij. §. fi. & quemadmodũ teſtamenti. aperi. l. ij.

11 Ad quartum an † ſtatuta, quæ circa repræſalias fiunt, in ſubditos poſsint exerceri extra territorium. Exemplũ: Dicit ſtatutum Florentiæ qui rumpit ſeu foro ceſsit: an filij vigore illius ſtatuti poſsint exigi extra territorium. Reſpondeo, ſi quidem talis filius erat natus tempore quo pater rũpit, fefellit, ſeu foro ceſsit in ciuitate Florentiæ: & tunc ſi qui-
b dem extra territoriũ Florentiæ[b] aliquis vellet exercere dictũ ſtatutum, faciendo executionem facti: hoc nõ poſſet: quia nec ſententia vnius iudicis extra territorium executioni mãdari debet, abſque literis primi iudicis: vt l. à diuo Pio. §. j. & ibi plenè dixi. ff. de re iudi. & extra de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Sed ſi vellet quis extra territorium agere contra talẽ filiũ condictione ex illo ſtatuto ordinariè hoc poſſet: quia actio vbiq; ſequitur eum, cui competit: vt C. de præſcrip. lon. tẽpo. l. fi. ſicut contra vnum ex contutoribus poteſt agi contra tutorem, vbicũqué ſortitur forum: vt l. hæres abſens. §. j. coniuncto. §. fi. eiuſdem l. ff. de iudi. Credo tamen ꝙ ſi talis filius ſortiretur originem propriam alibi, licet eſſe de Florentia ratione originis paternæ vel
c haberet domicilium alibi anteq; pater rumperet:[c] quòd tũc ciuitas illa, in qua ſortitur forum ratione originis vel domicilij, ſimiliter ex vigore talis ſtatuti ciuis eius vel incola ſubijceretur ſibi, poſſet eum defendere, quaſi præueniſſet, & ſtatutũ communis Florentiæ non poteſt habere effectum, quo talem ciuem ſubtrahat, abſque facto ſuo: argu. eius ꝙ nota. C. de incol. l. ciues. lib. x. Si verò talis filius natus fuerit, poſteaquàm pater rupit, vel foro ceſsit: tunc ſtatutum non ligat eum: quia verba ſtatuti dicunt de filio eius eo tempore quo rumpit. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff.
12 noxa. & l. Titius. ff. de teſta. mili. Et idem dico † ſi ſtatutum dicat ꝙ homines vnius villæ teneantur vnus pro alio. Nã ille qui de nouo effectus eſt homo illius villæ, non tenetur pro debitis antiquis: vt C. de decu. l. prouidendum. lib. x. & ꝙ not. per Dy. ff. ad
13 municip. l. incola. Item eſt aduertendum † quòd prædicta. ſtatu-
d ta[d] facta in ſubditos, ꝙ vnus teneatur pro alio, debent intelligi ſi ſimpliciter loquantur de debitis cõtractis intra territorium ciuitatis: vt l. cùm vnus. §. his qui ff. de bon. auth. iudi. poſ. & in c. vt animarum. extra de conſtitu. lib. vj. & ideo ſtatutum Florentiæ ſi ſimpliciter loquitur de filijs rumpentium vel foro cedentium, non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentiæ, cũ ibi fortè non haberent hypothecam, vel ſtationem.

14 Ad quintum an † per pactum repræſaliæ poſsint fieri licitæ. Reſpondendum eſt, ſiquidem eſt pactum priuatorum: tunc non valeret, vt expreſſum eſt in authentic. vt non fi. pigno. §. j. non enim poteſt vnus paciſci, vt alius pro eo exigatur, vt ibi dicitur. quod intelligo etiam ſi vnus paciſcatur, vt exigaf alius in quo habet ius: vt patronus in liberto, & dominus in vaſallo, & ſimilibus: vt C. ne fil. pro pat. l. fi. niſi eſſet talis dominus, qui poſſet condere legem: vt j. dicam, licet per pactum fieri nõ poteſt. Iudex tamẽ homines ſic cõditionatos in ſubſidiũ capere põt, vt dixi ſ. in j. q. circa fi. Si verò eſſet pactũ vniuerſitatis: tũc ſi talis eſt vniuerſitas, quæ nõ poteſt legẽ condere: tũc idẽ quod ſuprà dictũ eſt de pacto priuatorũ. Si verò talis ſit vniuerſitas vel dominus qui vel q̃ poteſt legẽ condere: tunc per pactum põt fieri ꝙ vnus pro alio exigatur. Nam pactũ eius, qui poteſt legem condere, eſt lex: vt ff. de publi. l. Cæſar. q; C. de dona. inter vir. & vxo. l. pen. ꝙ eſt notabile ad multa, & ſpecialiter ad ea quæ dixi ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi actor. Et ex prædictis patet ꝙ ſtatutũ ciuitatis, vel domini cõcedentis repræſalias non poſsit fieri hodie in extraneos, vt in ꝑcedentibus dictũ eſt: tamen per ſtatuta ciuitatis, contra quam concedũtur, poſſunt fieri licitè vltra ius cõe contra ſuos &c.

1 *Repræſaliæ ut concedantur, primò adeundus eſt iudex cauſæ, & denegata iuſtitia requiritur iudex concedens repræſalias, ut ſcribat.*
*Iudex non audit requirentem quòd ſcribatur iudici rei ꝙ faciat iuſtitiam, aliàs concedentur repræſaliæ, niſi primò conſtet de iuſtitia denegata.*
2 *Ciuitas non poteſt ſtatuere quòd fiat requiſitio per literas, ꝙ fiat iuſtitia: aliàs repræſaliæ concedentur.*
3 *Requiſitio iudici qualiter fieri debeat, ut repræſaliæ poſsint concedi.*
4 *Poteſtas concedens repræſalias ſuccedit loco deficientis ſuperioris. & ſ. nu. 1.*
5 *Pupilli, & miſerabiles perſonæ non coguntur litigare in foro aduerſarij, quinimo iudex eorum ſcribit iudici alterius ciuitatis, ut aduerſarium ipſorum cogat alibi litigare.*
6 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur remiſsiuè.*
7 *De iure canonico etiam actor poteſt trahere reum ad litigandum extra propriam diœceſim.*
8 *Ciuitas ad petitionem ſui ciuis poteſt requirere aliam ciuitatem ut compellat aduerſarium in ciuitate propria litigare.*
9 *Quis requiretur ut iuſtitiam faciat, ad hoc ut repræſaliæ concedantur.*
10 *Qualiter ſuccuratur illi qui litigauit in ciuitate: quæ habet iudices primæ & ſecundæ appellationis, & cõtra iuſtitiam ſuccubuit.*
11 *Remediũ repræſaliarũ eſt extraordinarium & odioſum.*
*Repræſaliæ non conceduntur pro modico, & niſi totaliter ius partis tollatur.*
12 *Copia ſuperioris quomodo intelligatur quod non poſsit haberi ad hoc ut procedi poſsit ad repræſalias.*

Secũda quæſtio principalis eſt de cauſis concedendarum repræſaliarum: & quia inter cætera requiritur quod dominus gens, vel populus requiſitus iuſtitiam facere neglexerit, ſeu recuſauerit, & ſuperioris copia haberi non poſ-
e ſit,[e] ideo quæritur primò quis debeat requirere populum dominum ſiut gentem, vt faciant iuſtitiam. Secundò quæritur an poſſit requiri vt alterius iudicis iuriſdictionem proroget vel arbitros eligat, cùm ibi nequeat litigare. Tertiò quæritur quis requiratur vt iuſtitiam faciat. Quartò quæritur quæ iuſtitia ſit ſufficiens concedendarum repræſaliarum. Quinto, quomodo intelligatur quòd ſuperioris copia haberi non poſsit.

f
1 Ad primum. [f] quæritur † quis debeat requirere dominium, populum ſeu gentem, vt faciat iuſtitiam. Reſpondeo. poteſtas eius qui concedit repræſalias ſuccedit in loco ſuperioris deficientis, ſi eſſet vt dictum eſt ſ. in q. Sed ſuperior ſi eſſet quis non poſſet adire, & conqueri de iniuſtitia iudicis, niſi primò ipſum iudicem requiſiſſet: vt in auf. vt diffe. iud. in prin. colum. viij. & de man. prin. §. ſit tibi quoque tertium. colum. ij. ergo & modo iſta pars ad hoc vt poſsit petere repræſalias, debet prius adire iudicẽ primum, & ab eo iuſtitiam petere, vt dictis legibus,

a ℭSubditæ non dicũtur. Nota quod dicit Bar. hic & idẽ ponit & ſequif do. Maria. Soci. in cõſi. lv. in iij. col. & Pe. de Ancha. poſt Pau. de Leaza. in cle. ne Romani. §. ſanè. in xj. col. de ele. in fi. vj. q. vbi referũt fuiſſe de facto Bononiæ. & Federi. de Senis in cõſi. cxxx. inc. factũ tale eſt, quædã domus. & plura ponit Fel. in c. Rodul. in xv. col. de reſcrip. & in c. cũ Bertoldus. in xij. col. de re iu. & vide etiã Feli. in c. poſtulaſti. in iiij. declaratione de foro compe. & multa ad hæc ſcripſi in tractatu de Venetæ vrbis libertate, & eiuſdem imperij dignitate, et priuilegijs. in xl. priuilegio, in reſponſiõe ad xiij. arg. ꝙ illuſtriſsi mũdo. etiã de facto nũquam fuit ſuppoſitum Imperio Romano, quicquid ſcribat Blanchus Forolíuienſis & Paulus diaco. Tho.

b ℭ Florentiæ. Vide Iaſ. in l. de quibus. in xxj. colũ. ff. de legib. Tho.

c ℭRumperet. Vidẽ apoſtil. ad Bar. in l. j. in antepe. col. C. de ſum. trini. & fid. catho. in verſic. vltimo quæro. Tho.

d ℭPrædicta ſtatuta. Vide do. Phili. deci, in l. j. ff. de bo. poſ. cõtratabu. liber. Tho.

e ℭHaberi nõ poſsit. Nota ꝙ vbi domin⁹ negligens habet ſuperiorem à quo ſperari põt iuſtitiã repræſaliæ non tenentur licitè. vide Felin. in c. poſtulaſti. in iij. col. in iij. declaratiõe de foro compet. & ponas hic. Tho.

f ℭ Ad primũ. Vide plenè per Bart. Soci. in conſil. cxx. in j. volu. incip. cum in præſenti. in penult. colũ. Thomas.

a ℂPro iſtis ergo ꝑſonis. Vid domi. Mar. Laudẽ.in tracta. de principib⁹ i col. cccxv. vbi ſequit dicta ꝑ Barto.hic.Thom.

b ℂAd tertium. Vide Bar.So ci.in conſili. cxx.incip.cũ in præſenti.in vlti.col.Th.

c ℂAd quintũ quęritur. Vide do.Iaſ.in l. Barbarius.in xviij. col.in j.limita.ff. de offi.præto.Tho.

quæ ſunt mirabiles ad hoc. imò dico ꝙ ſi pars iret ad iudicem ſuum,& diceret,domine,ſcribas tali iudici ꝙ faciat iuſtitiã, aliàs concedat repræſalias:ꝙ iudex eum audire non debet:vt d.§.ſit tibi quoq; tertiũ. Dico

2 etiam † ꝙ ciuitas nõ poteſt de hoc facere ſtatutũ,videlicet ꝙ ſufficiat requiſitio per literas,& ſic vt faciat iuſtitiam.nam anteq̃ iuſtitia non ſit denegata,non pertinet ad cognitionem ſuperioris:& per conſequẽs nec alterius ciuitatis vbi deficit ſuperior,& ſic non pōt de hoc facere ſtatutũ.facit ꝙ dixi ſ.i qõ.iij.Itẽ qlibet reus vel actor debet primò iudicẽ reqrere.Ex

3 ꝑdictis apparet † qualiter debeat fieri dicta requiſitio.debet enĩ actor offerre libellũ cum omnibus ſolennitatibus debitis quãdo eam requirit libellum vel implorare officiũ iudicis pro executione:quando cauſa habet paratã executionẽ vel reus debet modo debito exceptionem opponere in caſu quãdoque requiritur ꝙ vnus iudex ſcribat alteri iudici,ſcilicet pro exequenda ſentẽtia ab eo lata,vt extra de fo.cõpe.c.Romana.& dixi ſ.in q.iij. Item in alio caſu quẽ vide.j.proxi. Ad ſecundũ quæritur an poſsit requiri vt alterius iudicis iuriſdictionẽ proroget,vel arbitros eligat cũ in dicta ciuitate nequeat actor litigare ſecurè.reſpondeo

4 vt dixi ſ.proxi.† Poteſtas enim qui concedit repræſalias,ſuccedit in locũ deficientis ſuperioris. Vidẽdũ eſt ergo ſi ſuperior hoc

5 facere deberet. Et reperio † de iure ciuili hoc debere ſeruari pro pupillis,viduis & miſerabilibus perſonis:maximè ſi aduerſarij potentiã perhorreſcũt. C.qñ impera.in.pu.& miſe.per cog.l.j.in

a fi.Pro iſtis ergo perſonis[a] ciuitas earũ propriè poſsit ſcribere alteri ciuitati,vt aduerſariũ dictarum perſonarũ cogeret alibi litigare,cũ tales miſerabiles perſonæ ipſius aduerſarij potentiã perhor

6 reſcant:ꝙ ſi nõ faceret,ſtatim apparet iniuſtitia.† Quæ aũt intelligantur miſerabiles,declarat plenè Azo in Summa illius tituli.

7 De iure † verò canonico eſt latius introductũ,vt vbicũq; qs litigiũ haberet cũ dño,vel cũ vniuerſitate terrę,ſeu ciuitatis,ſeu quomodocũq; aduerſarij potẽtiã perhorreſcat,etiã ſi nõ ſit de dictis perſonis miſerabilibus,poſſet per ſuperiorẽ trahi extra propriã diœceſim:vt extra de reſcrip.c.ſtatutũ.§.cũ vero.lib.vj.plus videtur ꝙ vbicunq; actor & reus ſunt diuerſarũ ciuitatũ,actor poteſt trahere reũ per ſuperioris reſcriptũ extra propriã ciuitatẽ,dũ tamen nõ trahat eũ in ciuitatem ipſius actoris:vt d.c.ſtatutũ.§. cũ aũt actor,quaſi præſumatur ſemper ꝙ forenſes cũ ciue,in ciuita

8 te propria nõ litigãt ſecurè,per quã decretalẽ dico † ꝙ vna ciuitas ad punitionẽ ſui ciuis pōt requirere aliã,vt cõpellat aduerſariũ extra ciuitatem propriam litigare:& maximè ad petitionem miſerabiliũ perſonarũ,vel cũ aduerſarij potentiã perhorreſcunt vt dictũ eſt.& ſuper hoc credo ciuitates poſſe facere ſtatuta. Et hic modus videt̃ mihi multũ æquus,& iuri & rationi conſonus.

b

9 Ad tertium.[b] quæritur † quis requirit̃ vt iuſtitiã faciat reſpon.vt dictum eſt,poteſtas concedẽdi repræſalias ſuccedit in locum deficientis iudicis ſuperioris: ſed de iure antequam adeatur ſuperior, debet primò requiri iudex, ad quem ſpectat prima cauſa, & ipſo negligente debet requiri proximus ſuperior, qui primo præcipiat vt iuſtitiam faciat,qui ſi non faciat,adeundus eſt princeps:vt in auth.de mand. princ. §.ſi tibi quoque tertium.& ſi non eſt proximus ſuperior adeundus eſt epiſcopus antequam eatur ad principem,vt in aut.vt diffe.iudi in prin.Ex hoc videtur quod antequã quis adeat iudicẽ terræ ſuæ pro petendis repræſalijs,debet adire primum iudicem & ipſo negligente ſuperiorẽ,ſcilicet populum.vbi populus dominatur,vel dominum,vel regem,vel principẽ.hoc aũt non eſt indiſtinctè verũ.Nam illud quod dicitur de adeundo epiſcopo, non arbitror oportunum eſſe:quia vſus talẽ conſtitutionẽ non admittit.nec epiſcopi tali iuriſdictione vtũtur in partibus iſtis. Simile nota.extra de treu.& pace.c.j.& de reb.eccle.non alie. c. j.lib.vj. In eo quod dicit aut.hoc ius porrectum.non eſt de neceſsitate ſeruandũ:facit ꝙ dicta conſtitutio vt diffe.iudi.non reperitur approbata ab eccleſia,ergo &c. vt in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.extra de conſti.ſed illud quod dixi de adeundo ꝓximũ ſuperiorem de populo vel domino videtur eſſe verum per dicta iura,quando populus iudex primus requiſitus denegat facere iuſtitiam nil faciendo.ita loquuntur dicta iura.Si verò iuſtitiam denegat pronunciando,vel aliquid faciendo contra iuſtitiã: tũc ſi eſt iudex appellationis,ille proximior debet adiri antequam ad auxiliũ ciuitatis,vel terræ propriæ,vel domini proprij redeat:vt ff.de appel.l.j.§.ſi quis in appellatione.Si verò iudicem appellationis non haberet[c] vel appellari non poſſet:tunc recurret̃ pro repræſalijs ad iudicẽ ſuũ eſt enim quid imputetur illi populo, vel domino,cur appellationis iudicẽ non cõſtituit.ipſe verò populus vel dominus adeũdus eſt:quia cõtra vel præter leges prætoritas nõ poteſt facere lite pendente,vel finita:vt C.de tranſact.l. cauſas.& in aut.in me litis non fie.ſa.for.col.viij. & dixi plenè ff.de iuſti.& iur.l.omnes populi.eorũ tamẽ eſt culpa,vt dictum eſt.Ex prædictis patet ꝙ ſi in ciuitate eſſet aliquod ſtatutum ꝙ manifeſtã iniquitatem cõtineat.ita ꝙ ſi ciuis alterius ciuitatis ibi litigaret:certũ eſt eum perdere,nõ eſt neceſſe ꝙ iudex illius ciuitatis requiratur,ſed directò poterit quis requirere iudicem ſuũ, qui requirat illã ciuitatẽ vt ciui ſuo iuſtitiã faciat,& iniquitatem illius ſtatuti quantũ ad ciuem ſuum tollat.arg.C.de ſac.ſanc.ec

10 cle.aut.caſſa.& extra de hære.c.ſtatutum.lib.vj.Sed circa † prædicta dubitat̃,pone ꝙ ciuitas vna habet iudices primæ & ſecundæ appellationis.cõtingit quòd quis litigauit in cauſa principali,& in prima & ſecunda cauſa appellationis ſuccubuit contra iuſtitiam:qualiter ſuccurretur huic? videt̃ enim deſtitutus omni auxilio.Nam ad principem non pōt haberi regreſſus: quia non licet tertiò prouocare:ergo nec ad ciuitatem propriam habere recurſum.ſed dicendũ eſt ꝙ ſi quidem eſſet ſentẽtia lata ob gratiã partis,& iniquè:tunc poſſet peti reſtitutio:& ſic poſſet peti corã maiore:vt ff.de mino.l.perfecti.& arg.C.de accuſ.l.abſentem.& ita poterũt peti repræſaliæ coram iudice proprio.Si verò ſententia eſſet lata ob gratiam,vel dictum eorum qui regunt ciuitatem tunc ipſi parti tenerentur ad intereſſe.ꝙ apparet:quia criminaliter puniuntur:vt l.j.C.vt lite pend.& de his qui pe.no.l.j. & ſic per conſequens tenetur actione in factum ad intereſſe: vt ff. de fal.l.qui nomine.& ff.pro ſoc.l.nec quicq̃.Si verò ſententia eſſet lata iniquè ſolùm ex iudicis motu:tunc non video remediũ contra partem,vel ciuitatem:quia nõ eſt quid eis imputetur,ſed eſt remedium contra ipſum iudicem,qui iniquam proprio motu tulit ſententiam,de quo remedio dicam infrà &c.

Ad quartum quæritur,quæ iuſtitia ſit ſufficiens cauſa concedendarum repræſaliarum. Re

11 ſpondeo.primò † videndum eſt quòd non ſit circa modicum. iſtud enim remedium repræſaliarum cùm ſit odioſum,vt extra, de iniur.& dam.da.cap.j.lib.vj.& eſt ſubſidiarium contra ius cõmune,vt dictum eſt non debet dari pro modico:vt l.ſcio. ff. de in integ.reſtit.& ff.de dolo.l.ſi oleum.§.fin.cum ſi.Secundò aduertendum eſt quòd per prædictam iuſtitiam ius partis totaliter lædatur:ſecus ſi lædatur aliqualiter.C. de preci. Impe. offe.l. quoties.vt ſi totaliter iuſtitiam non facit:vt C.de ſer.fugi.l.mancipia.in fi.& ff.de dam.infect.l.iiij.§.in eum.vel probationem nõ recipit:vt l.ſi quando.C.de teſti.vel ſententiam diffinitiuam iniuſtã tulit:vt C.de pœ.iudi.qui malè iudi.l.j.& ij. Si autem partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriã: tunc recurremus ad diſtinctionem quæ fit,an ab interlocutoria poſsit appellari, vt eo caſu eſſet ſufficiens cauſa, quo poſsit appellari de iniuſtitia ad petendas repræſalias,aliàs ſecus, Qualiter autem hæc iniuſtitia probetur,dicam infrà &c.

c Ad quintum quæritur[c] quomodo intelligatur quod ſuperioris copia haberi non poſsit.Re

12 ſponde.quandoque † non poteſt haberi copia ſuperioris de iure,nec de facto:quia non eſt:& tunc eſt clarum:vt d.capi.dominus noſter.in xxiij.q.ij.& quod not. C.de iudic.l.nullus.& ff. ꝙ vi aut clam.l.ſi alius.§.belliſsimè.cum gloſſ.ſua. Quandoque poteſt haberi copia de iure,ſed non de facto. Exemplum: Imperator eſt modò in Alemania, & de iure eſt ſuperior: tamen de facto in partibus iſtis ei non paretur. Vel pone: In Marchia eſt rector pro ſancta matre eccleſia, tamen de facto nil poteſt propter occupationem tyrannorum, ſcilicet quòd videtur ſuperioris copia non haberi. Quandoque tamen non poteſt haberi copia de facto,nec de iure. Exemplum. Aliquis tyrannus occupauit multas terras de facto,non de iure:non eſt dominus.& puto recurrendum ad ea quæ not. Innoc.in c.nihil.extra,de elec. videtur ꝙ aut tyrannus ille ſua authoritate occupauit: & tunc non habetur pro ſuperiore,& non valeret quod ab eo fieret: vt C.de



C.de ſacroſanc.eccle.l.decernimus. Aut fuit electus ab habentibus poteſtatem facere per vim,vel metũ:& tunc aut hoc nõ eſt notoriũ,ſed pro vero dño ſe gerit,& ſic reputatur cõmuniter: & tunc habet̃ pro ſuperiore:vt l.Barbarius.ff.de offi.prętο. Aut eſt publicè notũ ꝙ eſt tyrãnus,nõ dominus: & tũc non habetur pro ſuperiore,nec debet requiri:debet enim ſic reputari,licet nõ ſit:vt C.de teſt.l.j.& per alia iura quæ alleg.Inn.in d.c.nihil.&c. Quãdoq; copia ſuperioris poteſt haberi de iure & de facto, ſed haberi non expedit:quia fortè expenderetur plus quàm ſit id,de quo contenderetur,vel fortè paſſus iniuriam eſt pauper:& tunc etiam puto ꝙ non ſit neceſſe ꝙ adeatur ſuperior,imò ſit procedendum, tanq̃ ſi ſuperioris copia non haberetur:arg.C. de ann. & trib.l.mediterraneæ.lib.x.& ff.de pign.act.l.ſi ſeruos. ſiue ex parte iudicis,ſiue ex parte ſuperioris adiri non poſsit,idem iuris videtur:vt l.j.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.&c.

1 ☞ *Si ſtatutum uel conſtitutio permittit repræſalias,conditione illius iuris aditur iudex.*
2 *Repræſaliæ de iure communi petuntur manu regia.*
*Reprælię permittuntur de iure diuino,& de iure gentium.*
3 *Concedens repræſalias non debet habere ſuperiorem.*
4 *Poteſtas ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem de facto,non concedit repræſalias,niſi ſtatuto caueretur.ſed regentes ciuitatem.*
5 *Ciuitas quæ ſubeſt alicui Regi,uel principi,non poteſt repræſalias concedere.*
6 *Superioris copia ex parte concedentis repræſalias,quando haberi non poßit,ut ciuitas ſubdita illas concedere poßit.*

TErtia principalis quæſtio eſt, per quem iudicem repræſaliæ poſſunt concedi. Circa quod quæritur. Primò,quo iure adeatur quis vt repręſalias concedat. Secundò,quis eſt ille iudex cuius poteſtas debet implorari pro repræſalijs concedendis,&c.

AD primum. quæitur quo iure adeatur quis, vt repræſalias concedat. Reſpõ.

1 † ſi quidem per ſtatuta terrarũ vel conſtitutiones dominorũ,aliquibus eſt conceſſa poteſtas:tũc iudex adhibetur condictione ex illo ſtatuto,vel conſtitutione,vel iudicis officio implorabitur ſecundum quod ex illo ſtatuto,vel conſtitutione præcipitur:vt l.vnica.ff.de condic. ex lege. & ibi plenè dixi. Qualiter autem circa hoc ſtatutum factum eſt probabiliter

2 ignoro:vt extra,de conſtit.c.j.lib.vj.Si verò quærimus † de iure communi:tunc aduertendum eſt ꝙ de iſtis,repræſalijs concedẽdis nulla iuris ciuilis cõſtitutione cautum eſt.& rationes, & iura quæ ad hoc cogunt,ſunt magis de iure diuino,& de iure gentium,quo bella licitè permittuntur,quàm de iure ciuili, vt dixi ſ.j.q.ij.Sed illo iure gentium non erat actio,neque iſtæ formulę agendi,ſed omnia expediebantur manu regia:vt l.ij.in princ. ff. de orig.iur. Vnde dico quòd etiam hodie vbi iuſta cauſa repræſaliæ poſtulantur de iure communi,non dicitur intentari actio, vel officium iudicis implorari:ſed magis dicitur requiri manus regia,ſeu poteſtas regia,ſecundum inſtitutionem iuris diuini,& gentium.quod à iure ciuili non eſt immutandum.

Ad ſecundum quæritur quis eſt ille iudex,cuius poteſtas debet implorari. Reſpondeo,ſi quidem per ſtatuta edita ab his qui habent authoritatem hoc ali

3 quid eſt geſtum:illi adeundi ſunt. Sed ſi de iure communi † loquamur:tunc ſicut ex parte illius,contra quem repræſaliæ conceduntur,requiritur ꝙ ſuperioris copia haberi non poſsit,vt dictum eſt:& ſic ex parte concedentis repræſalias requiritur ꝙ ſit talis,qui ſuperiorem nõ habeat.quod probatur.nam concedere repræſalias eſt indicere bellum,licet qñq; iſtud bellum non indicatur vniuerſaliter ex parte indicentis,vel eius,contra quem indicitur ꝙ vni permittitur alios capere,ſcilicet particulares homines:& ſic in dubio eſt particularis ex vtraq; parte, vt dicã j. viij. q.iiij.poſſet etiam eſſe vniuerſale ex vtraque parte:ſed bellũ iuſtum non poteſt indicere,niſi ille qui ſuperiorem non habet: vt ff.de capti.l.hoſtes.ergo nec concedere repræſalias. Ita tenet In

4 no.extra de reſti.ſpol.c.olim. Ex hoc ſequitur † ꝙ ſi eſt aliqua ciuitas,quæ ſolũ de facto non recognoſcit ſuperiorem, & regitur per populũ ſecũdũ ſuos ordines,& ſtatuta:ꝙ Poteſtas & rector illius ciuitatis non poſſet concedere repræſalias,niſi eis ſpecialiter aliquo ſtatuto eſſet permiſſum. Deberet ergo audiri pro repræſalijs iſte populus,vel ordo,vel apud quẽ eſt omnis cõis po

5 teſtas.& hoc puto verũ.Itẽ † ex ꝑdictis ſequit̃ ꝙ ſi eſt aliqua ciuitas,q̃ ſubeſt alicui principi ſeu regi, ꝙ nec ipſa ciuitas nec aliquis officialis principis, vel regis pōt concedere repræſalias,ſed ipſe ſolus princeps vel Rex. Dico tamen ꝙ in

6 oĩbus caſibus, in quibus dixi ſ. ij.q. v. † ꝙ ſuperioris copia haberi non intelligitur ex parte,contra quem conceduntur:in illis intelligendum eſt ſuperioris copiam nõ haberi ex parte concedentis,& in illis caſibus ciuitas ſubdita Regi vel Comes Regi ſubditus poſſet repræſalias concedere. Sicut enĩ in quibuſdam caſibus propter vrgẽtem neceſsitatem permittitur aliquibus ꝙ ius ſibi dicant:vt ff.quæ in frau.credi.l. ait prætor. §.ſi debitorem.& quod vi aut clã.l.ſi alius. §.belliſsimè.& not.C.de iudi.l.nullus.ita in propoſito ex dictis cauſis poterit ciuitas, vel dominus ſubditis concedere repræſalias:quia ſuperioris copiã nõ pōt habere.

a ℂManus regia.nota quod dicit Barto. hic ꝙ ille qui non recognoſcit ſuperiorẽ, non teneatur ſeruare ordinẽ, & ꝙ nulla ſolennitas requiritur, nec libellus,nec alius ordo nec ſcriptura,et ꝙ habẽs repræſalias ab eo non debet de alio proceſſu docere. ſed ſufficit ſolam cõceſsionẽ oſtendere, omnia alia prẹſumũtur tanq̃ manu regia facta. Ita dicit Bald. in conſil. cxij. in ij. vo.incip.quatuor ad probandum.in prin. alleg.Bar.hic, & inducit dominos Venetos qui non recognoſcunt ſuperiorẽ, qui conceſſerunt repræſalias contra dominos Malateſtas de Arimino.Tho.

1 ☞ *Repræſaliæ ad hoc ut concedantur,ſufficit ꝙ petãtur manu regia,nec aliqua ſolennitas iuris ciuilis requirit.*
2 *Cauſa,propter quã repræſaliæ cõcedũtur,debet eſſe uera,*
3 *Requiritur etiam quod eis,contra quos conceduntur, ius ſaluum ſuæ defenſionis ſit.*
4 *Sufficit oſtendere ſolam conceßionem repræſaliarum abſque proceſſu.*
5 *Cautela ut fiat proceſſus,& in ſcriptis redigatur,antequam concedantur.*
6 *Ordo impoſitus per ſtatutum in petendis repræſalijs ille ſeruatur.*
7 *Si ſtatutum concedit poteſtatem officiali concedendi repræſalias:tunc libellus datur, citatur pars,& lis conteſtatur.*
8 *Quilibet habens mandatum poteſt comparere ad defenſionem eorum,contra quos repræſaliæ poſtulantur.*
*Item quilibet de populo.*
9 *Quilibet de populo ciuitatis à qua repræſaliæ petũtur,cõparere poteſt,ne cõcedãtur.*
10 *Defenſiones quæ opponantur ad hoc ne repræſaliæ concedantur.*
cõtra quas nõ poſſunt exerceri. Tertiò an poſsint capi res exi-
ſtentes in territorio ciuitatis, contra quã cõcedunt̃ reprẹſaliæ, &
duci ad ciuitatem concedentem. Quartò an poſsint capi res exi
ſtentes in territorio alicuius tertiæ ciuitatis ſitæ, ſcribendo iudi-
ci illius ciuitatis,&c.

**AD primum** quẹritur vtrum res dictarum perſonarum contra quas poſſunt exerce
1 ri repræſaliæ poſſunt pro reprẹſalijs capi. † Ad quod di-
co:quædam ſunt perſonæ contra quas non poſſunt exerceri re-
prẹſaliẹ ſolũ ratione perſonæ:vt quia mulier infans, vel furioſus
vel ſimilis:& tunc ſine dubio contra res eorum poterunt exerce
ri:vt l. ſatis. ff. de in ius vo. & in authen. vt nul. iud. ibi:neceſſariũ
ver. ſi verò mulier. Intellige tamen ꝙ non capiuntur res eorum
taliter vt per hoc viderentur teneri perſonæ. nõ enim poſſet mu
lier ſpoliari veſtimentis, vel alijs rebus, ſine quibus honeſtè vi-
uere non poſſet:vt l. in eadẽ §. fi. ff. ex quib. cauſ. ma. & quod ibi
not. Quædam ſunt perſonẹ contra quas non poſſunt exerceri re
prẹſaliæ ex certa cauſa, vt contra ſcholares, vel ambaſiatores, vl'
ſimiles:& tunc cõtra res eorum quas portarent, vel haberent ne-
ceſſarias ad illam cauſam nõ debent exerceri repræſaliæ, ſed cõ
tra:aliàs ſic: vt l. publicanus. §. de rebus. ff. de pub. facit quod di-
xi ſ. proxima q. circa ſcholares &c.

2 **Ad ſecundum** † quẹritur quid ſi dictẹ perſonæ contra quas non poſſunt exerceri repræ-
ſaliæ, portent res aliarum perſonarum, contra quas poſsint exer
ceri. Rñ. ſi quidem portẽt dictas res neceſſarias ad ſuum vſum:
vt equum ad equitandum, & ſimilia: vt l. in lege cenſoria. ff. de
ver. ſig. & tunc non poſſunt capi, vt dixi ſ. in q. prẹcedenti:circa
ſcholares. Si verò nõ eſſent eis neceſſariæ:tunc poſſunt capi, nec
eſt qui repugnet:vt l. ſacroſanct. C. de ſacroſanct. eccle.

3 **Ad tertium** † quẹritur an poſsint capi res exiſtentes in territorio ciuitatis, cõtra quam repræ ſaliæ
conceduntur,& duci ad ciuitatem concedentem, ſi quidem re-
prẹſaliẹ ſimpliciter ſunt conceſſẹ, non intelligitur data poteſtas
petendi in territorio concedentis. nõ enim vltrà extenditur ſim
plex conceſsio, vt l. cum vnus. §. is cuius. ff. de bon. autho. iu. poſ.
& extra, de conſti. c. vt animarum. libr. vj. Præterea conceſsio
repræſaliarum eſt quoddam particulare conceſſum priuato cõ-
tra priuatos, vt dictum eſt ſ. xvj. q. iiij. ſed ſi
a equitaretur in territorio ciuitatis, cõtra quã
eſſet bellum vniuerſale,& contra ipſam ci-
uitatem. ergo &c. Prẹterea aggredi in terri
torio alterius ciuitatis, eſt cauſa maioris tu-
multus:ergo non videtur conceſſum in du
bio:vt l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Con-
cludo ergo ꝙ ſolum interritorio concedentis poſſunt reprẹſaliẹ
concedi. aliàs exerceri. nec poteſt quis aggredi territorium alte-
rius, niſi hoc ſit expreſſum per verba hoc de neceſsitate impor-
tãtia. Qui ergo vult, faciat hoc exprimi ſpecialiter in cõceſsiõe.

a ¶ Sua authoritate. No. hanc deciſionem Bar. & per ipſam cõſuluit Pau. de Caſtr. in conſi. cccxiiij. inci. ſuper eo quod primo loco. in primo dubio vbi videas. Th. Dip.

4 **Ad quartum** † quẹritur an poſsint capi res ſitẹ in territorio alterius terræ ciuitatis, ſcribendo
iudici illius ciuitatis. Reſpond. licet de iure communi in execu-
tione ſententiẹ hoc permittatur, vt l. à diuo pio. §. j. ff. de iu. & ff.
de bo. aut̃. iudi. poſsi. l. cum vnus. §. pe. cum ſi. tamen cum reprẹ-
ſaliẹ ſint quoddam bellum, vt dictum eſt, quis non poteſt coge-
re alium ad bellum:niſi ſibi ſubditum. in x. col. in titu. hic finitur
lex Corradi. c. domino guerram. & quis non cogitur alium iuua
re:niſi eum cui ſubeſt:vt l. culpa caret. & quod ibi not. ff. de regu.
iur. & per Dy. extra, de reg. iur. non eſt ſine culpa. lib. vj. niſi for-
tè eſſet ciuitas fœderata, quẹ deberet facere guerram, & pacem
ad petitionem hoc ſcribẽtis per ea quẹ dicta ſunt. & arg. ad hoc
optimum. ff. de capt. & poſtli. re. l. non dubito. circa finem &c.

1 ☞ *Capere homines, & res uigore repræſaliarũ propria authoritate quis poteſt, quando copia iudicis haberi non poteſt.*
2 *Perſona capta pro repræſalijs debet ad iudicem duci.*
3 *Res captæ pro repræſalijs poſſunt per capientem retineri.*
4 *Res pro repræſalijs captæ uenduntur, & æſtimantur iudicis authoritate.*
5 *Repræſaliæ poſſunt exerceri die feriato ob neceſsitatem hominum: in ferijs autem in honorem. Dei poſſunt ex cauſa.*
6 *Repræſaliæ ſi conceduntur per habentem poteſtatem legis cõdendæ, poſſunt concedi ut exerceantur etiam diebus feriatis in honorem Dei.*
7 *Cognitio ſummaria, uel ordinaria, quando quis uult defendere ſe, & res ſuas occaſione repræſaliarum captas.*

**NOna quæſtio.** Principalis eſt, qualiter reprẹſaliẹ exerceantur,
circa quod q̄runtur multa. Primò, an quis poſsit
capere homines,& res vigore reprẹſaliarum per
ſe, an per miniſtros iuſtitiẹ,& ſuos. Secundò, an
homines & res captas teneatur quis iudici prẹſentare, an verò
poſsit in ſuo priuato carcere retinere. Tertiò, qualiter res captẹ
vendãtur, & ẹſtimentur. Quartò, an reprẹſaliẹ poſsint exerceri
die feriata, vel non. Quintò, ſi aliquis vult defendere ſe, & res
ſuas occaſiõe reꝑ̃ſaliarũ captas, qualis cognitio debeat adhiberi.

1 **Ad primum** quẹritur † an quis capere poſsit homines & res, vigore reprẹſaliarum per ſe, an ve
rò per miniſtros? Et videtur quòd per ſe, ſicut in bello per ſe ho-
mines & res capiuntur. Sed certè vt dixi ſ. viij. quẹſtio. iiij. ver-
ba iſtius conceſsionis debẽt intelligi ciuiliter. & ideo puto quòd
a non poſsit cepere homines, nec res ſua authoritate:[a] vt l. miles.
§. qui iudicati. ff. de re iud. & de reg. iur. l. non eſt ſingulis, quod
tenet Iacob. de Bel. in authen. vt non fi. pign. in quẹſt. quam ibi
ponit. quod intellige ſi poteſt haberi copia iudicis, qui concedat
ſuos miniſtros. aliàs poſſet capere ſua authoritate:vt l. ait prẹtor.
§. ſi debitorem. ff. quẹ in frau. credito. & C. de decu. l. generali. li.
x. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alius. & quod ibi not.
Eſt ergo tutius, vt ceſſent prẹdicta quòd in conceſsione expreſ-
ſè ponatur quòd ille, cui cõceduntur reprẹſaliẹ poſsit homines,
& res capere per ſe,& ſua authoritate, &c.

2 **Ad ſecundum** quẹritur an homines, & res captas teneatur quis iudici prẹſentare, an † ve-
rò poſsit in ſuo priuato carcere retinere. Iaco. de Bel. in quẹſtio-
ne prẹdicta dicit quòd debet iudici prẹſentare: vt dicta l. nõ eſt
ſingulis. & ne fiant illicitẹ exactiones:vt l. illicitas. ff. de offic. prẹ
ſi. & ne inde naſcatur iniuriandi occaſio,&c. vt l. meminerint. C.
vnde vi. Ergo quando capitur perſona, puto eum verum di-
cere, vt captus debeat dari iudici. Caſus eſt in dicta l. genera-
li. C. de decurioni. lib. x. & not. in l. j. C. vbi de curia. vel cohor. &
Inſtit. de actio. in princi. & in x. colum. de pace iura fir. c. j. niſi ex
preſsè dicatur in conceſsione quòd poſsit in ſuo priuato carce-
3 re retinere. Quando verò † capiuntur res, dico quòd res ca-
piuntur vt in cauſam iudicati, vel vt ex primo, vel vt ex ſecũdo

decreto,ſecundùm ea quę dixi ſ.iiij.q.vltima.non eſt dubium quòd res debẽt remanere penes capientem:vt l.is cui.§.qui legatorum.ff.vt in poſſ.lega.& pro hoc non eſt neceſſe plus ire ad iudicem,ſed ſufficit prima conceſsio. Qualiter autem vendantur vel ęſtimentur,vt ſi quis accipiat in ſolutũ, dicam ſtatim.

4 Ad tertium †queriturqualiter res captę venduntur & ęſtimãtur,vt ſibi quis accipiat in ſolutum. Reſpond,venditio non poteſt propria authoritate fieri:vt d.l.miles.§.qui iudicati.ff. de re iud. Item ęſtimatio debet fieri per iudicem:vt l.ij.in fi.C.de iur.do.impe. requiritur ergo in omnibus prędictis authoritas iudicis.Et ſemper intellige niſi aliud in cõceſsione exprimatur. Dico etiam quòd in computatiõe eius quod quis recipit, debet fieri detractio expenſarum factarum:in p̃dictis:vt l.fin.§.in computatione.C.de iur. delib.& ff.ad l.Fal.l.quantitas &c.

a Ad quartum [a]quęritur an reprę
5 ſaliæ†poſsint exerceri capiendo homines, & res die feriata etiam in honorẽ Dei, ad quod dico quòd diebus feriatis ob neceſsitatem hominum poſſunt reprę ſaliæ exerceri,ſicut etiam poteſt fieri executio rei iudicatę: vt extra, de iudi.c.fi.lex enim ſolũ prohibet ne illo tempore quis cogaturvenire ad iudicium ad litigandum:vt ff.de fer.l.j. ſed in executione iudicati non eſt litigium:ergo &c. Si verò quęrimus de diebus feriatis in honorẽ dei: tunc eſt dubium per l.dies feſtos.C.de fer. Tamen putarem ſic dicendum eſſe quòd poſsibile eſt repræſalias concedi contra homines alicuius terrę ſi hoc ſeruaretur ꝙ diebus feriatis non poſſunt capi nunꝗ̃ caperẽtur,& ſic cõceſsio repræſaliarum eſſe inutilis:quod poſſet contingere:vel propter longinquitatẽ, & diſtantiam loci,& ſic homines perraro veniunt, vel propter paucitatẽ populi ciuitatis,vel terrę,contra quam ſunt conceſſæ,ita ꝙ ſunt cauti,& nõ venirẽt niſi diebus feſtiuis: & iſto caſu poſſent exerceri die feriata in honorem Dei: vt ff.de fer.l.j.&.ij.C.de fer.l.ij. Si verò iſtud particulum non ſubeſt:tunc tali tempore non poſſunt reprę ſaliæ exerceri:vt d.l.dies feſtos.facit quod no.per glo. in d.l.dies feſtos.in ij.glo.ibi dum dicit, niſi timeatur de eius receſſu.quæ videtur probare hanc diſtinctionem.& hoc erit in æſtimatione iudicis:vt l.de pupillo.§.ſi quis riuos. verſi. toties. ff.
6 de ope.no.nuncia.Tutius eſt ergo facere † hoc exprimi in conceſsione ꝙ poſsint eas exercere diebus feriatis,& in honorẽ dei, quod poteſt fieri quãdo conceditur per eum,qui habet poteſtatem concedendi legem, vt per populum, vel dominum,arg.C. de fer.l.prouinciarum.ſed ſi concederentur per alium iudicem, nõ valeret dicta expreſsio:vt ff.de fer.l.j.& arg.C.de fer.l. à nullo. in fin.quatenus fieret ex cauſa legitima ſecundùm diſtinctionem ſuprà dictam &c.

7 Ad quintum quęritur ſi aliquis†vult defendere ſe.& res ſuas occaſione repræſaliarũ captas. qualis cognitio debeat adhiberi? Ad quod dic ꝙ ſi quidem poſt capturam eſt facta perfecta executio, vel quia res vendita, vel data in ſolutum,ſecundũ ea quæ dixi ſ.eadem q.iij. tunc adhibetur cognitio ordinaria,nec habet locum officium iudicis in hac cognitione:vt ff.de re iud.l.à diuo pio.§.ſi poſt aditum. Si verò perſona vel res adhuc durat capta, nec eſt facta executio:tunc ille qui vult perſonam & res defendere,iudicis officium implorabit,per quod fiet ſibi editio omnium actorum,quorumvigore captus eſt ipſe vel res eius:vt C.de edẽ.l.is apud quem. vt li.pe. l.ij.ff.de eden.l.j.§.edenda.ſemper edenda ſunt quę facta ſunt in abſentem: vt d.l.is apud quem.ſecundum ſecundam lecturam. Quibus adhibitis poteſt opponere quis,vel ex parte cauſæ iniuſtitiæ,vel ex defectu concedentis, vel modi, vel eorum defectu perſonæ,vel rei captæ quæ capi non poterat,vt ex prædictis patet,& in hoc etiam adhibebitur ſummaria cognitio:vt ff. de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus . Sed dubitat̃ an ſup hoc poterit impetrare cognitionẽ extra illũ locũ ſecundũ ea quæ dixi ſ.ij.q. Reſpon. ſi quidem vellet hoc impetrare ſuper cognitione, quæ adhibetur officio iudicis nõ poſſet:quia ſecundũ hoc diuideret continẽtiam cauſæ:vt l.nulli.C.de iudi.hoc enim pertinet ad officium iudicis exequentis in d. §. ſi ſuper rebus. & ſi ſuper hoc vellet principaliter agere competentibus actionibus poſſet, ſecundùm ea quæ dicta fuerunt ſ.ij.q. ij.

a ¶Ad quartum. Vide Alex.de Imo. in l.filiusfa.in addi.Bar.ff. de dona.in ver. ſolemus feriarũ.& in l.p̃ fides.ff.de feri.et bal. in l.milites.in j.colũ. C.de teſta.mili.& facit ꝙ debitor ſuſpectus de fuga,põt per iudicẽ perſonaliter capi,et incarcerari etiã tempore feriato ĩ honorẽ Dei,ſecundũ gl. ſing.ĩ l.fi.in ver.fideiuſsiones.C.de ferijs. quã bal. & alij ibi ſequuntur, & illã pro ſin.ẽt alle.bal. ĩ capi. ff.ĩ vl.co. extra de ferijs vbi ampliat ẽt ſi ferię eſſẽt ſolẽniſsimę vt natiuitatis vel paſchę dñi cũ concor. de quibus p do.Iaſ.in l. ij.in v. col.ff.de iuriſ. om.iud.& in l.ij.§.fi. ff.e.& in l.pleriq;. in iiij.co.ff.de in ius vo. & do.Io.Bap. de ſancto Seue.plenè in tracta.de debito.fugi.in viij.q.prin. & Alex. in l.diuus.ff.de fer.& illã gl.ẽt reputat ſin. Ang.de Are.in §.j. in iiij.co.Inſti.de act.& vide quę no. Bal.per illã gl.in l.fi.C.de exhibẽ.reis. Et adde ad Iaſ.vbi ſ.Tho.

b ¶Ad primum. Adde Bar.in l.nam.& Seruius in princ.ff.de nego.geſt. & vide Ale. ĩ l.dedi.§.fi.circa medium.ff.de condi. ob cauſam.& ĩ l.ij.§. itẽ ſi ex facto.in vlt.col. ff.de verb.obli.& ibi apoſtil. Tho. Diplo.

1 ☞Exacto pro repræſalijs quomodo ſuccurratur in propria ciuitate contra illum cuius occaſione conceſſæ fuerunt repræſaliæ.
2 Contra officialem negligentem facere iuſtitiam quomodo ſuccurratur pro repræſalijs exacto.
3 Exactus non poteſt capere homines, & res illius ciuitatis, in qua captus fuit pro repræſalijs.
4 Titulus,quod quiſque iuris,non habet locum in executione facti.

DEcima Principalis quæſtio eſt, de remedijs exactis per repræſalias. circa quod quærunt̃ plura. Primò quærit̃ an exacto ſuccurratur in ciuitate propria cõtra illũ priuatũ cuius occaſione ſunt conceſſæ. Secũdò an exacto ſuccurrat̃ contra rectorẽ,qui neglexit facere iuſtitiã,cuius occaſione fuerũt repræſaliæ cõceſſæ. Tertiò an talis exactus poſsit ſine alia conceſsione capere homines,& res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occaſione repræſaliarum,&c.

b AD primum [b]quæritur† an exacto ſuccurrat̃
1 in ciuitate propria, cõtra illũ priuatũ,cuius occaſione cõceſſæ ſunt repræſaliæ. Iaco. de Are.tãgit hoc ff.de ver.obli.l.ij.§.fi.& dicit ꝙ huic exacto ſuccurrit̃ cõtra illũ,per tex.l.j.ff.de neg.ge.& l.licet.§.fin. ff.nau.caup.ſtab.& l.ſi verò.§.cũ aũt.ff. de his qui deie. vel effu. Sed cõtrariũ videt̃ determinatũ per glo. in l.ſi quis dolo.§.j.ff.de re iudi.Nam iſte nõ exigit̃ propter delictũ illius priuati, ſed propter delictum totius ciuitatis denegãtis facere iuſtitiã,vt in præcedentibus dictum eſt:& ideo ſic dico:Aut reprę ſaliæ ſunt conceſſæ contra ipſum iudicem vel officialem qui non fecit iuſtitiam,quod poteſt fieri,vt dixi ſuprà vj.q.j.& ille eſt exactus.aut eſt exactus alius de populo,non officialis.Primo caſu,aut ille officialis non fecit iuſtitiam,ſcilicet , faciendo aliquid iniuſtum, aut denegando facere iuſtum.Primo caſu, illi officiali non ſuccurritur contra illum principalem debitorem : vt nota. in d. l. ſi quis dolo.§.j.Secundo caſu, ſuccurritur ei contra principalem debitorem,textus eſt nota.C.de exact.tribu. l. miſsi opinatores. in fine.libro x.Secundò quando exactus eſt alius de populo,eſt vera opinio Iacobi de Areti.per .l.allegat. per eũ, propter quod puto quòd ille captus ſoluens poteſt petere quòd ſibi cedantur actiones contra illum principalem debitorem:vt l.licet.§.fina.ff. nau.caupones,ſtabula. ad ſimilitudinem correi fideiuſſoris , & eius qui exactus eſt per hypothecariam,&c.

2 Ad ſecundum quæritur † an exacto ſuccurratur cõtra rectorem,qui neglexit facere iuſtitiam? Ad quod reſpondetur quòd ſicut contra principalem debitorem ſuccurritur, vt dixi ſuprà , proxi. quæſtio.ſic contra officiales,etiam ſi ipſi ſunt debitores , vt ſuprà probatum eſt in præcedentibus.ſed hoc fiat cum ordine.Primò enim conueniendus eſt ipſe principalis debitor:& ideo exiſtente non ſoluendo, vel non reperto,peruenitur ad illum qui principaliter iuſtitiam facere neglexit,vt l.j.in principio. ff. de magiſtra. conuenien. & C.de conue.fiſ.debi.l.quoniam Augerio. libro x. & ipſo iudice non exiſtente ſoluendo,venitur ad alios officiales , qui requiſiti cum poſſent alios cogere ad faciendum alijs ſoluere neglexerunt argumen.l.j.§. nunc tractæ. ff. de tutelis & rationibus diſtrahendis.

3 Ad tertium quæritur an talis † exactus poſsit ſine alia conceſsione capere homines,& res ciuitatis,in qua captus fuit exactus occaſione repræſaliarum.Et videtur quòd ſic,per titu.ff.quod quiſq; iuris . Præterea , vt dictum eſt,repræſaliæ ſunt quoddam bellum, licet eoipſo quòd vna ciuitas quæ põt bellũ indicere contra vnã ciuitatem,& facit illam ſibi hoſtem,eoipſo illa contra quam indicitur, videtur illam indicentem etiam ſibi hoſtem facere : vt ff.de capti.l.hoſtes. & ſic ab vtraq; parte ſunt captiuitates,& poſtliminia.Contrarium puto verũ†.Nam tit.ff.quod quiſq; iuris.loquitur in iuris executio
4 ne,vt ſi ciuitas vna conceſsit repræſalias contra aliam ex cauſa non legitima:vel modo non legitimo : ex eadem cauſa vel eodẽ modo poſſunt concedi contra aliam.non autem habet locum in executione facti. Nam ſi vna ciuitas aliquid facit de facto,non poteſt priuatus eodem modo facere de facto:tunc enim permittitur vindicta:& vindicatio,quod non lice:vt l.ſciant.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil.Non obſtat quod dicitur quòd ſtatim ex vtraq; parte bellum videtur indictum:quia illud procedit quando bellum ex vtraq; parte indicitur vniuerſaliter. hic autem ex parte indicentis vni perſonæ tantũ conceditur,non autem cuilibet de populo:& ſic non poteſt intelligi ex aduerſo quòd quilibet de populo poſsit capere , propter quod populus concedens reprę ſalias hoc facit ſupplens defectum ſuperioris : vt dictũ eſt ſuprà,in j.quæſt.principali.Sicut ergo ſi ſuperior hoc conceſsiſſet,alius nõ poſſet ſua authoritate capere:ita ex aduerſo:nec hoc caſu.ille ergo,qui eſt exactus ſi paſſus eſt iniuſtitiam,petat à terra ſua repræſalias more legitimo aliàs ſua authoritate nõ poteſt exercere, &c.

Explicit tractatus repræſaliarum editus à domino Bart.à Saxoferrato,legum doctore Peruſiuo.



## *Incipit tractatus de inſignijs, & armis.*

1 ☞Inſignia conceſſa dignitati,uel officio,portat ille qui habet dignitatem illam,uel officium,alij non.
2 Inſignia ſingularis dignitatis,puta Regis nemo defert , nec rebus ſuis depingere facit principaliter:acceſſoriè ſic.
3 Habentes ex conceßione inſignia & arma,illi ſoli illis utuntur.
Arma Bart.& ſucceſſorum ex conceßione, eſt Leo rubeus cum duabus caudis,in campo aureo.
4 Quilibet põt ſibi aſſumere arma, & inſignia illa portare,& in rebus pprijs impingere.
5 Portans arma uel inſignia unius,quomodo & quando poßit prohiberi, & per quem.
6 Aſſumẽs arma uel inſignia alterius,quæ portauit ab antiquo,ſi ille uериſimiliter non lædatur,nec iniuriatur,licitè aſſumit,& portat.
7 Faciens ſignum unius artificis, quod facit in gladijs:& alijs operibus,licitè prohibetur ab illo,& etiam à quolibet tertio.
8 Notarius non poteſt aſſumere ſignum alterius, & ſi aſſumit prohiberi poteſt.
Fabricator chartarum poteſt prohiberi uti ſigno alterius fabricatoris.
9 Habere arma ex conceßione Principis prodeſt: quia alijs præfertur, & non poteſt ab alio prohiberi.
10 Arma,ſeu inſignia domus tranſeunt in omnes deſcendentes de illa agnatione.
11 Baſtardi non utuntur inſignijs de iure,licet de conſuetudine non ſeruatur in Tuſcia.
12 Signum ſocietatis ſocietate diuiſa apud quem remanere debeat.
13 Inſignia ſeu arma qualiter ſunt pingenda,infigenda, ſeu portanda.
14 Animalia quæ portantur in armis,ſi depinguntur in uexillis,facies debet reſpicere haſtam.ſecus ſi pars animalis portaretur.
15 Animalia quando deſignantur,debent deſignari in nobiliori actu eorum, etiam quo magis ſui uigorem oſtendunt.
16 Leo,Vrſus,& ſimilia ſunt pingẽda erecta,eleuata,et ore mordaci, ac pedibus radẽtibus.
17 Equus deſignandus eſt rectus,& eleuatus,quaſi ſaliens.
18 Agnus deſignatur,quaſi planè ambulans per terram.
19 Pes dexter ſemper debet antecedere,quando animal deſignatur.
20 In uexillis inſpicitur illa pars quæ reſpicit portantem,non pars conuerſa.
21 Facies animalis depicti in uexillis tubarum,non debet reſpicere tubam.
22 Si duo animalia inuicem ſe reſpicientia portantur pro inſignijs , non refert quomodo pingantur in uexillis.
23 Inſignia conſiſtentia in uarietate diuerſorum colorum,quomodo depingantur.
Locus prior,& ſuperior,nobilior eſt poſteriore et inferiore.
Color nobilior debet poni propè haſtam.
24 Aureus color nobilior eſt cæteris, & per eum figuratur ſol.
Nil nobilior luce.
25 Color rubeus,ſeu purpureus repræſentat ignem,& eſt nobilis.
26 Aſureus color eſt tertius,& repræſentat ærem.
27 Color albus eſt nobilior nigro,& color niger eſt infimus.
28 Arma quæ portãtur in ueſtibus,ꝙ ſuperior pars debet reſpicere caput,inferior pedes.
Nobilior pars armæ debet reſpicere latus dextrum.
29 Arma quæ pingenda ſunt à parte poſteriori hominis.pars nobilior debet reſpicere latus ſiniſtrum hominis.
Mos ſcribendi noſter,quare ſit nobilior more ſcribendi Hebræorum.
Bartolus didicit literas Hebræas.
30 Literæ,& arma in ſigillis per conuerſum inciduntur.
31 Arma in clypeis depingenda nobilior pars debet reſpicere partem clypei, quæ importãdo reſpicit latus dextrum.
32 Arma depingenda in coopertorijs equorum nobilior pars reſpicere debet caput equi.
33 Arma quomodo pingãtur in coopertorijs lectorũ,in parietibus,& alijs locis ſtabilibus.

HOrum gratia de inſignijs & armis,quæ quis in vexillis & clypeis portat videamus.Primò an hoc ſit licitum:& eo caſu quo eſt licitum,qualiter ſint pingenda,& portanda.
1 Circa quod dico,ꝙ † q̃dã ſunt inſignia dignitatis,vel officij,quæ portare poteſt quilibet habẽs illam dignitatem, vel officium: vt inſignia proconſularis, & legatorum:vt l.j.ff.de offi.proconſul.& leg. & de rer.diuiſione.l.ſanctum.ſicut de facto videmus hodie inſignia epiſcoporum.& iſta poteſt portare quilibet habẽs illam dignitatem : vt d. l.alijs.autem portare non licet,imò portans incurreret crimẽ falſi:vt ff.de falſis.l.eos. §. fi.& ideo puto ꝙ ille qui portat inſignia do
a ctoratus, [a] cùm non ſit doctor,teneatur illa
2 pœna.† Quædam ſunt inſignia cuiuslibet ſingularis dignitatis : vt videmus. quilibet Rex,quilibet Princeps, & cæteri potentiores habent arma, & ſua inſignia,& iſta nemini alteri licet deferre,vl' ſuis rebus depin
b gere: [b] vt C.de his qui pe.no.l.j.& no.in authẽ.de man.prin.§.pen.quod intellige principaliter:ſed acceſſoriè nõ eſt prohibitum, vt puta in ſignum ſubiectionis ſuperponere inſignijs proprijs, inſignia domini Regis,vel Comitatus,hoc de cõſuetudine ob
3 ſeruatur.† Quędam ſunt inſignia ſeu arma priuatorum hominum, ſeu nobilium,vel popularium.de iſtis quidam reperiuntur q̃ habent arma,& inſignia,quæ portãt ex cõceſsione Imperatoris, vel alterius domini, vt vidi concedi multis à sereniſsimo principe Carolo iiij. Romanorum Imperatore necnon Rege Bœmiæ:& mihi tunc conſi
c liario [c] eius conceſsit inter cætera,vt ego & cęteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portaremus. & iſtis licet portare talia inſignia. nec eſt dubium. De principis enim poteſtate diſputare, ſacrilegium eſt:vt C.de ſacrileg.l.ij.ad idem.C.ne li.ſi.iu.au.in rubr. & nig.ſine enim iudicis authoritate prohibetur:ergo iudicis authoritate permittitur.
4 Arma autem † quidam inſignia ſibi aſſumunt propria authoritate:& iſtis an liceat, videndũ eſt.& puto ꝙ licet.ſicut enim nomina inuenta ſunt ad cognoſcendum homines.C.de inge.ma.l.ad cognoſcendum. ita etiam iſta inſignia ad hoc inuenta ſunt. ff.de rer. diui.l. ſanctum. ſed talia nomina cuilibet licet imponere ſibi ad placitum,vt dicta l.ad cognoſcendum. & ff.de fal.l.fal. in princip.ita iſta inſignia cuilibet portare,
d & impingere in ſuo tamẽ,nõ in alieno, [d] vt C.ne li.ſine iudi.aut.l.ij.& ibi not. per glo. facit extra,de conceſ.præben.c. dilecti & quod ibi not.per gloſſ. Sed quæro,vnus
5 † portat certa arma vel inſignia , alius vult portare eadem:an licet, vel prohiberi poſſit? Videtur ꝙ poſsit portare:quia quilibet poteſt ſumere nomen alterius.ff.ad Treb. l.aut facta.§.ſi verò nominis.de lega.ij.l.cũ filius.§.patet.& poſſunt eſſe plures eiuſdẽ

a ¶Inſignia doctoratus.Nota ꝙ ſi quis non eſt doctor, &. portat inſignia doctoratus,tenetur pœna falſi.adde Bar.in l.eos.§.fi ff.de fal. & in l.data opera. C.de profeſſo.& medi.lib.x.cũ concor.de quibus per Fel.in proœ. Gregoria. in viij.col.cui adde do.& Fel.in c.vt apoſtolicę.de priui.lib.vj.faciunt no. per doct.in l.Barbarius.& ibi vide Iaſ.in vj.co.de offi.prętо.Limita tamen pręfatã concluſionẽ Alex. in d.l.eos.ĩ add. bar. ſi doct.ſe appellat. et aliquem actum facit doctori conuenientẽ: quia tũc tenetur pœna falſi , aliàs non & adde ꝙ ita videtur eſſe de mente Bald. in l.qui pętextu. C. de ſacroſan.ecc.& in ſpecie. Lu. Ro.in l.q aliena.§.interdum.ff. de acquiren. hęre. & do.Manſue.de Peru. in repe.ru.C.de teſta. milit.in xix.char.Secũdò limita, ſi fuiſſet priuatus doctoratu, & vteretur inſignijs doctoratus : qa tunc extra ordinem debet puniri,p ea quæ no. Bart.de notario in l. data opera.ĩ xvj.col. C.qui accu. non poſ. cũ cõcor. de quibus. & per Iaſ.in l. ſciendum.§.fi.ff.qui ſatiſda.cog. & ſcripſi plenè in tractatu meo d̃ pręſtan.doct.lib.iiij. de inſignijs doctoratus . in xj. qõ. princ. Tho.Diplo.

b ¶Depingere. Vide Iaſ.in l.j.C. vt nemo priuatus.in prin.vbi dicit ꝙ inſignia principis non debent depingi, niſi ſuper reb⁹ quæ ſunt principis, prout videmus in armis ſancti Marci, q̃ nõ pinguntur ſuper oſtiũ dom⁹ niſi ſint illuſtriſ. Tho.

c ¶Tunc cõſiliario. Vide Marti. Lauden.in ſuo tract.de leg.maximè principum in concluſione xxxv. ſ fi.vbi dicit ꝙ Bar.in legatione, qua vſus fuit ad impetrãdum Carolum quartũ Piſis nomine communis Peruſij impetrauit arma de quibus hic,ſed vide Bar. hic dicẽtem in l. Gallus. §.forſitan.in j. quęſt. ff.de li.& poſth. quẽ non alle.do.Marti.et dicit Ang. de Peru.ſ l.quiſquis.C.ad l. Iuli.maie. ꝙ Carolus quartus quando aſſumpſit Bar.in ſuum conſiliarium fecit illum illuſtrẽ. de quo per Iaſ.in l.j.in iij.colũ.ff.de offi. eius cui man.eſt iuriſ. Tho.

d ¶Non in alieno. Vide Paul. de Caſtro. do. Alexand. & do. Iaſ.in rubr.C. vt nemi.liceat ſine iud. autho. vbi ponunt caſum qui fuit de facto de quadam fraternitate quę fecit depingere arma in vna poſſeſsione, ſuper quã habuerunt ſententiã & pendebat appellatio ꝙ nõ poterat,&c. Tho.

nominis:vt l.duo ſunt Titij. de teſta.tu. &
de legat.ij.l.ſed & ſi quis ſeruum.§. ſi inter
duos.ergo poteſt quis ſumere arma aliena,
& plures eadem inſignia portare,vel rebus
imponere poſſunt,cũ vtrũq; fiat ad cogno
ſcendum. Econtrà videtur de reg.iur.l.id
quod noſtrum. ſi enim prius eſt noſtrum,
ſine facto noſtro à nobis auferri nõ poteſt.
Sed hoc non bene facit: loquitur enim in
his quibus plures inſolidũ vti non poſſunt:
aliàs ſecus,vt in vſu plateæ,balnei, theatri,
& ſi.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.
commoda. Præterea ſignum quod portat
alius non eſt vnum & idem, imò ſunt di-
uerſa,habentia tamen eãdem ſimilitudinẽ.
Ad deciſionem ergo prædictorum pręmit
to ꝙ ſignum alienũ portare prohibere po-
teſt ille cuius eſt ſignum, ſeu petere quòd
prohibeatur,ſi ex hoc ipſe iniurietur: quia
fortè ille cum vituperio portat,ſeu tractat.
C.de epiſco.audien.l.minimè.& eſt expreſ
ſum extra de exceſ.pręla.c.dilecte. aliàs de
conceſ.præben.c.dilecta.argu.C.de Iudæ.
l.Iudæos quos.Secundò de hoc poteſt cõ
queri quilibet tertius qui lędit̃,& ad ipſius
petitionem poteſt prohiberi ne portet. C.
de his quę pœ. nota.l.j.& ibi not.& in aut̃.
de man.prin.§.pen.Tertiò iudex ex officio
ſuo viderit hoc ad ſcandalum poſſe eſſe,&
diſſenſionem ſubditorum poteſt prohibe-
re:arg.C.de lati.liber.tol.l.j.§.ſed & qui do-
mini.vbi circa eos qui pileati incedunt,lex
Iuli.ſtatuit ne populus decipiatur. expreſ-
ſius extra,de Iudæ.c.in nonnullis.His pręmiſsis
6 † in quæſtione præmiſſa diſtinguit̃,
ꝙ ſi vnus aſſumit arma,quæ alius portauit
ab antiquo,& illius nõ intereſt nec ex hoc
veriſimiliter lædi poteſt.Exemplum,vnus
Theutonicus tẽpore indulgentiæ fuit Ro-
mã:vbi reperit quẽdam Italicum portãtem
arma antiquorum ſuorum, & inſignia.vo-
lebat de hoc conqueri.Certè non poterat,
tanta eſt enim diſtantia inter vtrunq; locũ,
ſiue domicilium,ꝙ ex hoc ille primus lædi non poſſet, & in his
in quibus quadam publica facultate quis occupat ſibi vſum,
non licet quæri,niſi ex magna cauſa:vt ff.ne quid in flumi. pub.
7 l.j.§.ſunt autem qui putant.† Quandoq; poteſt contingere,quòd
alterius poteſt multum intereſſe. quid enim ſi odijs plenus, cu-
ius vitæ multi inſidiant̃:aſſumat arma,& inſignia hominis qeti,
& pacifici? Certè illius intereſt,& poterit facere eum prohiberi,
ſi vituperiosè portet,vt dictum eſt.multò fortius poteſt peti ꝓ-
hibitio,ne ex hoc propter vnionem armorum,alius pro alio oc-
cidatur,vel iniurietur. Idem ſi ex hoc pudor primi aliquo mo-
do lædatur,arg.d.l.minimè.& l.Iudæos.& per officium iudicis
ad quem ſpectat quies popularis:vt ff.de of.pręfe.vt.l.j.§.quies.
Quandoque poteſt cõtingere ꝙ multorum de populo intereſt.
Ponamus exemplum in alijs inſignijs,quàm in his quæ portant
pro armis.pone quendam fabrum eſſe doctiſsimum qui in gla-
dijs,& alijs operibus ſuis facit certa ſigna,ex quibus opus ipſius
magiſtri eſſe cognoſcitur,& per hoc tales merces melius vendũ
tur:& auidius emuntur,tunc puto ꝙ ſi alius faceret tale ſignum
poſſet prohiberi: quia ex hoc populus læderetur. acciperetur
enim opus vnius pro opere alterius.ar.l.j.de Lati.liber.tol.& de
8 Iudæ.c.in nonnullis.† Et eadem ratione dico de inſignijs, qui-
a bus vtuntur notarij [a].C.de aſſeſ.do.l.nemo.§.nec callidis. & in
aut̃.de inſtru.cau.§.ſed inſtrumenta.& §. oportet. & quod ibi
not.vbi ſi alius ſignum alterius acciperet,poſſet prohiberi.Idem
de ſignis,quibus vtuntur fabricatores chartarum de papyro, in
ſimilibus per eaſdem rationes, & hoc ſimiliter expeditur iudi-
9 cis officio,vt dictum eſt.† Sed ſecundum hoc quæro,quid rele
uet habere iſta arma ex conceſsione principis. reſpõdeo multũ.
Primò,quia eſt maioris dignitatis:ſicut dicimus in teſtamẽto fa

cto corã principe.C.de teſt.l.omnium.Secũdò, quia nõ poſſunt
ab alio prohiberi illa portare.C. de iureiuran.l.ij.& ff. de mino.l.
minor magiſtratus.in prin.& §.ij.Tertiò,quia ſi duo aſſumpſe-
runt eadẽ arma,ſeu eadem inſignia,nec de prioritate,nec de po-
ſteritate apparet:præfertur ille qui à principe habuit.l.ſi duas.ff.
de excuſa.tuto.Quartò,quia ſi eſſet in exercitu, vel alio loco,&
b quæreretur quis deberet præcedere [b]: debent præferri illius ar-
ma,quæ à principe ſunt conceſſa.ff.de albo ſcri.l.fi.C. de conſu.
l.j.lib.xij.& extra,de maio.& obedien.c.per tuas.& arg.l.ſi duas.
ff.de excuſ.tuto.Et prædicta intelligo cæteris paribus,ſ. ꝙ aliàs
illi qui habent arma,ſint æqualis dignitatis.aliàs præcederẽt ar-
ma illius,qui eſſet in maiori dignitate.arg.ff. de albo ſcriben.l.j.
10 & C.de conſuli.l.j.li.xij.Quæro qualiter iſta† arma,vel inſignia
tranſeant in ſucceſſorem.Reſpon. quædam ſunt vnius domus,
ſeu agnationis:& iſta trãſeũt in omnes de illa agnatione deſcen-
dentes,ſiue ſint hæredes patris,vel aui eorum,ſiue non: argu.ff.
de relig.l.familiaria.& l.ſequen.nec per diuiſionem poteſt aſsi-
gnare vni.argu.C.de religio.l.ſi ſepulcrũ. ad cognatos verò vel
11 affines non pertinent,vt C.de religio.l.ius familiarum. † Ex hoc
c poſſet quęri an baſtardi [c],vel ſpurij poſsint vti illis inſignijs,& vi-
detur ꝙ non,quaſi non ſint de familia,vel agnatione:vt l.pronũ-
ciatio.ff.de verbo.ſignifi.contrarium tamen obſeruatur in Tu-
ſcia de conſuetudine,cui ſtandum eſt. Quandoq; tamen multi-
plicantur hi,qui portant talia inſignia,vel arma. & conſuetũ eſt
per aliquos aliquid apponi vltra,vt ab alijs dignoſcantur,& diſ-
cernantur quod licet:ſicut nomini additur prænomen.Quædã
verò ſunt inſignia alicuius ſocietatis aliquorum negotiatorum,
& hic cùm ſocietas ad hæredem non tranſit, non eſt tractandũ.
12 Sed apud quem remanebit† ſignum ſocietate diuiſa? ꝙ enim o-
mnes vtantur eo ſigno,non eſt æquum,vt dictum eſt. Reſpon.
ſi quidẽ erat vnus in ſocietate,qui erat capitaneus & quaſi ma-
giſter ſocietatis,ſicut dicitur in ſimili.ff.de lega.ij. l. peculium.§.
j.tunc apud eum debet remanere ſignum:quia ipſe erat inter cæ
teros maioris honoris:arg.ff.de fun.inſtru.l. fin. Si verò hic non
erat:tunc apud eum remanebit qui erat ſocius maioris q̃titatis:
vt ff.fami.erci.l.ſi quæ ſunt cautiones. Quid ſi omnes ſunt æqua
les? Tunc ſorte dirimendum eſt:vt d.l.ſi quæ ſunt cautiones. pu
to tamen ꝙ ſi diſſoluta ſocietate remanet† negotiator,debet rema
nere ſignum:hoc ideo quia aliorum nõ intereſt. Item quia quã-
uis diſſoluta ſocietas ſit:tamen negotiatio remanet penes illum:
ergo iniquum eſt quod ſignum,quod erat acceſſorium negotia-
tioni,ſeparetur ab ea.argu.C. communia vtriuſq; iudi. l. poſſeſ-
ſionum.quædam verò ſunt ſigna artificij cuiuſdam ſeu peritiæ.
Et hic aduertendũ,quandoq; ſunt ſigna quædam artificij,in qui
bus principaliter operatur qualitas loci.Exemplum:in Marchia
Anchonitana eſt quoddam nobile caſtrum, cuius nomen Fa-
brianum,vbi artificium faciendi chartas de papyro principali-
ter viget,ibiq; ſunt ædificia multa ad hoc,& ex quibuſdam arti-
ficijs meliores chartæ veniunt,licet etiam ibi faciat multùm bo-
nitas operantis,& vt videamus hic quodlibet folium chartæ ha
bet ſuum ſignum per quod ſignificatur cuius ædificij eſt char-
ta.Dic ergo ꝙ iſto caſu apud illum remanebit ſignũ, apud quẽ
remanebit ædificium ipſum,in quo fit,ſiue iure proprietatis, ſi-
ue iure conductionis,ſiue in mala fide remaneat toto tempore,
quo teneat,non poteſt prohiberi vti ſigno, ſicut in cæteris iuri-
bus realibus.argu.ff.de ſerui.ruſti.præd.l.via conſtitui.§.fina.et
ff.ſi ſer.ven.l.ij.§.fi.& l.ſeq.& quẽad.ſer.amit.l.vſusfructus.& l.
ſeq.& idem in conductione talium officiorum,arg.ff. loca.l.ſed
addes.§.illud.& l.videamus.§.item proſpicere. Quædam verò
ſunt inſignia artificij.in quo principaliter bonitas artificij opera-
tur,vt videmus in ſignis quæ apponuntur in ſpatis, gladijs, &
alijs operibus metallorum: & iſto caſu omnes, qui ſtant in vna
ſtatione,poſſunt vti iſto ſigno,quaſi magiſter principalis iſtius
ſtationis approbet illa opera:vt in aut̃.de tabel.§. nos autem. &
no.in glo.quæ incipit,caue tibi.in fi.gl.Si verò ſeparentur: tunc
ſignum debet remanere apud ipſum,qui principaliter erat in ſta
tione.argu.ff.de fun.inſtru.l.fi.& ſ.dixi.Sed ſi fortè omnes erant
æquales,vbi inuicem conueniunt, apud quem remaneat illud
ſignum ſorte dirimetur,vt d.l.ſi quæ cautiones.fami.erci.Secun
13 dò principaliter † eſt videndum, qualiter iſta arma ſeu inſignia
ſunt pingenda,inſigenda,& portanda.Ad quod ſciendum eſt ꝙ
quandoq; portãtur in vexillis,& vehiculis, quãdoq; in veſtibus
hominis

a ¶ Notarij. Vide ple-
nè per Feli.in prœ.
Grego.in ix.colum.
Tho.Diplo.

b ¶ Pręcedere. Facit q̃
dicit do. Abb. ĩ c.per
tuas.de maio.et obe.
ꝙ miles creat⁹ à ma-
iore, p̃cedit militem
creatũ à minore, q̃-
uis pri⁹ idẽ dicat Frã
ci. Tig.in l.ij.de albo
ſcribẽ. Scd̃ò facit qđ
doctor creatus ab im
peratore p̃cedit do-
ctorẽ creatũ ab alio
ĩferiore, licet pri⁹ ſe-
cũdũ Lud.ro.ĩ l.ſi ve
ro.§.de viro. in xlix.
fallẽ.ff.ſol.ma.quẽ re
fert & ſequit̃ Ale.ĩ l.
ij.§.pri⁹.ff.de vul. &
pupi.& ibi vide Iaſ.
ĩ .ij.co.Adde do.Mã-
ſuetũ de Peruſio ĩ re
pe.ru.C.de teſt.mili.
l.j.char.i pri.& Mar.
Laudẽ. ĩ ſuo tract.de
digni.ĩ cõclu.xvj. &
eudẽ in cõclu. xxxij.
Tertiò facit qđ dicit
Frã,Tig.ĩ d.l.ij.ff.de
albo ſcribẽ. de cano-
nico facto à papa ꝙ
debet p̃ferri canoni-
co facto ab inferiore.
de quo ꝑ And. Sic.c.
qđ clericus.ĩ antepe.
co.circa mediũ. đ ſo.
cõp.& Feli.ĩ d.c. per
tuas.de ma.& obe.đ
qbus plenè ſcripſi in
trac.meo đ p̃ſtã.doc.
li.j.in xvij.q.ij.q.pri.
& in ix.li.xv.q. prin
ci.Tho.Diplo.

c ¶ An baſtardi. Vide
plenè de hac q.ꝑ do.
Nico.de Vbal. audi-
torẽ Rotæ digniſsi-
mum in ſuo tracta.
de ſucceſ. ab inteſta.
in xix. & xxxix.
columna. Thom̃.



hominis, quandoq; in clypeis:quandoq; in coopertis lectorum
& ſimilibus locis ſtabilibus.Circa quolibet pręddictorum aliqua
videamus.circa quod ſciendum eſt, ꝙ iſta inſignia quandoque
ſumuntur ex aliqua re exiſtente,vt multi aſſumunt aliquod ani
mal vel caſtrum,vel montẽ,vel florem,vel aliquod ſimile.quã-
doq; iſta inſignia nõ aſſumuntur ex aliqua re exiſtente,ſed ſunt
ſigna ſimplicia,ſ.variationes quorundam colorũ, vel per dimi-
dia,vel quarteria,vel per aliquas literas rectas tranſuerſas,vel ſi
14 miles,quandoq; miſtũ ex vtroq;.His præmiſsis videamus† qua
liter portentur in vexillis illa ſigna quæ ſignificant aliquam rẽ
præexiſtentem.Ad quod dico ꝙ ars imitatur naturam,inquan
tum poteſt.vnde iſta inſignia debent eſſe ſecundũ naturam rei
quam figurant.& non aliter.arg.l.ſi pater.in fi.l.ſeq.ff.de adopt.
& de ſta.ho.l.non ſunt liberi.De natura autem vexilli cum por-
tatur in haſta ſecundum illum vſum ad quem vexillum deſti-
natur,haſta pręcedit vexillum ſequitur. Vnde quandocunque
animal quod debet deſignari in vexillo, facies eius debet reſpi-
cere haſtam,cum de natura faciei ſit antecedere. idẽ & in omni
re & figura quæ habet partes quæ denotantur per ante & poſt,
vt in pręcedenti libro dictum eſt: tunc enim ſemper pars ante
rior rei debet eſſe verſus haſtam.aliàs videretur retrocedere tã-
quam monſtrum.Sed ſi alicuius rei pars anterior ſolũ portaretur
pro armis, & inſignijs,vt ſunt quidã qui faciem arietis, vel bo-
uis,pro ſuo ſigno portant:tunc non poteſt pars anterior reſpice-
15 re haſtam:ſed à latere reſpicit.Sed dubitatur qualiter† dicta ani-
malia debent deſignari:vtrum quaſi ſtent recta,an quaſi per ter
ram planè ambulent,vel quomodo? Rñ.dicta animalia debent
deſignari de nobiliori actu eorũ,& etiã quo magis ſuum vigorẽ
oſtendant:vt ff.de ſta.ho.l.quęritur.& de acq.re. do.l. quicquid.
§.cũ partes.ſic etiam ab antiquo vſitatum eſſe videmus ꝙ prin-
ceps in maieſtate,pontifex in pontificalibus depinguntur.& de
ſignantur.Nunc ad propoſitũ dico ꝙ quædã animalia ſunt quo
rum natura fera eſt:vt ff.de poſtul.l.j.§.beſtias.& iſta debent de-
16 ſignari in actu feroci†,vt Leo,Vrſus, & ſimilia.figuratur ergo
leo erectus,eleuatus,mordax ore,& radens pedibus,& idem in
ſimilibus animalibus. ex hoc enim actu magis ſuum vigorem
oſtendit.Quædã ſunt animalia non ferocia,& in his inſpici de-
17 bet nobilior eorũ actus diuerſimode.Vnde† ſi quis equum pro
ſuis armis portaret,nõ deberet eũ deſignare rectũ & eleuatum.
hoc enim vitioſum eſſet in equo:ideo debet deſignare rectũ, &
eleuatũ parte anteriori aliqualiter,quaſi equus ſaliens. In hoc
18 enim actu magis eius vigor oſtenditur. Sed ſi quis† pro ſuis ar-
mis agnũ portet:tunc deſignare debet quaſi planè ambulantem
per terram.in eo enim actu maximè eius vigor oſtendit̃.de qui-
19 bus & omnibus animalibus ſimilia dicenda ſunt.† Circa pedes
etiam aduertendum eſt ꝙ ſemꝑ pes,qui antecedat,ſit pes dexter
quia vt in pręcedẽti libro dictum eſt,pars dextera eſt principiũ
motus.aliàs ſignare talem figurã læuam, eſſet quod vtiũ ſonat:
vt ff.de ædil.edi.l.qui clauum.§.item ſciendũ.ſed hic erat dubiũ.
Quid ſi in vna parte vexilli figuraret̃ tanq̃ pes dexter præcede
re,ab alia parte videbitur pes ſiniſter præcedere. hæc autem in-
cõgruitas magis euidenter apparet in his,qui pro ſuis armis ali-
quam literam,vel literas portant. Nã ab vna parte ſunt literæ re
ctæ,ab alia parte cõiter non eſt forma literarum. quod apparet
ſi quis literas conuerſas à latere conuerſo reſpicit. Sed dicendũ
20 eſt,quod† ſicut in literis reſpicit̃ alia pars q̃ reſpicit ſcribentem,
nõ pars conuerſa:ita in vexillo inſpicit̃ pars quę reſpicit portan
tẽ,nõ alia.quod enim ex alia parte eſt,nõ ex principali propoſi-
to cõtingit,ſed per accidens:ſicut ſi quis ſeipſum in ſpeculo aſpi
ciat.quod enim in ſe dexterũ eſt,in ſpeculo ſiniſtrũ apparebit.&
p̃dicta vera in vexillis quæ portant̃ in haſta, cuius recta natura
eſt,vt eleuata portet̃,& recta:vt ff.de ſerui.ruſt.prædio.l.q cella.
21 in princ.Sed ſi loquimur† de vexillis & vexiculis q̃ portant̃ in
tubis quarũ natura propriè eſt,vt ad os tubicinum poſitæ,quaſi
per planũ gerentes poſitũ:tunc facies rei:vel deſignatæ pars an-
terior non debet inſpicere tubã,ſicut haſtam. non enim tuba eſt
pars anterior,ſed ſuperior,& ſic debet partem anteriorem illius
vexilli tubæ planę iacentis portare. Et prædicta vera in dubio
quãdo de proprietate armorum,& quid inſpiciat tractatur.Sed
22 quid † ſi portent̃ duo animalia ſe inuicem reſpicientia? & tunc
non eſt locus prædictæ inueſtigationi:quia incertis,non certis,
locus eſt coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.obl.& no.

in l.tres denũciationes.C.quomodo & qñ
23 iudex.Circa ſecundũ no.† ꝙ qñ arma ſunt
quædam inſignia ſimplicia, & varietates
quorundã colorũ:tunc aduertendũ eſt qua
liter debent portari,& in nobiliori loco po
ni.C.dè officio præfect.vrb.l.j.& de of.rec.
prouinc.l.potiores.& de conſuli.l.j.lib. xij.
Item p̃mitto ꝙ locus prior,& ſuperior eſt
nobilior poſteriore,& inferiore:vt d.l.& de al.ſcriben.l.j.hoc p̃-
miſſo dico ꝙ arma quandoq; variantur per medium:vt quia qs
portat banderiã duorũ colorũ tunc aut diuiduntur per medium
ante,& poſt:in iſtis caſibus in dubio etiam color nobilior debet
eſſe ſ.id eſt,in ea parte quæ reſpicit cœlum, vel ante,id eſt in ea
parte quæ reſpicit haſtam.Si verò variatur per quarteria: tũc no
bilior color debet eſſe in quarteno ſuperiori, & anteriori propè
haſtã.Si verò variatur per liſtas directas:tunc liſta colorum no-
biliorum debet eſſe prope haſtã.Si verò variatur per liſtas tranſ
uerſales,liſta nobilioris coloris debet eſſe verſus cœlũ. Si verò li
ſtæ,vel bandæ ſint pendentes: tunc cũ haſta habet ſe tanq̃ pars
prior in banderia:ideo pars magis eleuata debet reſpicere haſtã.
Iſta oĩa probant̃ ex pręſuppoſitis. Sed dubitatur quis color ſit
nobilior:tũc aduertendũ eſt diligenter. Nã color vnus eſt nobi-
bilior altero reſpectu eius quem repræſentat ſecundũ ſe.Primò
24 † color aureus nobilior eſt ꝑ eũ,cui repręſentat̃,lux. ſi quis em̃
vellet figurare radios Solis,quod eſt corpus magis luminoſum,
hoc nõ poſſet congruentius facere q̃ per radios aureos. conſtat
aũt ꝙ nil luce nobilius:& certè nihil eſt.C.de ſum.trin.& fide ca
tho.epiſtola inter claras.ibi:nihil eſt quod lumine clariore præ-
fulgeat.& C.ne fi.pro patre.aut̃.habita.ibi,totus mundus illumi
natur.Et ideo in ſacra pagina pro re maximæ excellentiæ figu-
rat̃:vt ibi:fulgebunt iuſti ſicut ſol. Matthæi vij.& alibi,Reſplen
duit facies eius ſicut ſol.vt Matthæi xxiij.& propter huius nobi
litatem nulli licet portare veſtes aureas,niſi principi.C.de veſti.
25 olo.& deaura.l.j.& ij.li.xij.Sequens color nobilis† eſt color pur
pureus,ſeu rubeus,qui figurat ignem,qui eſt ſuper alia elemen-
ta,& nobilius elementorũ eſt, & corpus poſt ſolẽ ſecundariò lu
minoſum,& propter eius nobilitatẽ nulli licet portare veſtes cõ
ptas eius colore:vt C.de veſti.olo.l.ij. & iiij. & v.lib.xj.& in di-
26 cta l.exprimitur dictũ colorẽ eſſe nobiliorem alijs.Sequẽs† poſt
prædicta color eſt azureus:per eũ enim figurat̃ nobilis aër, qui
eſt corpus tranſparens,& diaphanũ,& maximè receptiuum lu-
cis,& eſt elementũ ſequens poſt ignem nobilius alijs,vnde præ
dicti colores propter id,quod repręſentant,dicuntur nobiliores.
27 Qualiter † autem colores dicunt̃ nobiliores ſecundũ ſe,dico ſi-
cut lux eſt nobiliſsima,eius contrariũ dicunt̃ tenebræ,& ſic viliſ
ſimæ fit in coloribus ſecundũ ſe.color albus eſt nobilior:qa ma-
gis appropinquat luci.Color niger eſt infimus:qa magis appro-
pinquat tenebris.Colores autem medij ſunt nobiliores,& etiam
minus nobiles ſecundũ plus,& minus,quod appropinquant al-
bedini,vel nigredini. Iſtud videtur dictum Ariſtote.in libro de
ſenſu,& ſenſato.Dixit ꝙ quandoque iſta arma portantur ſuper
28 veſtibus hominum.nunc iſtud † quod in armis habet ſe:vt pars
ſuperior debet eſſe verſus caput hominis.quod verò habet ſe vt
inferior,verſus pedes.Itẽ in eo quod depingitur in anteriori par
a te hominis, [a] vt in pectore pars nobilior armorum debet reſpice
re latus dextrum.eſt enim illa nobilior pars,& principium,vt in
29 pręcedentibus dictum eſt.De eo† verò quod depingit̃ à parte
poſteriori hominis poteſt dubitari.Pro cuius declaratione præ-
mitto illam quæſtionẽ quæ fuit inter Iudæos & me, dũ Hębrai-
cum addiſcebam.dicebant enim ꝙ mos ſcribendi noſter nõ erat
rationabilis.incipimus em̃ à latere ſiniſtro ſcribere, & trahimus
literam ad latus dextrum:& illud quod debet eſſe principiũ mo
tus eſt terminus:& illud quod debet eſſe terminus,eſt principiũ.
ac modus ſcribendi eorum eſt rationabilior:quia incipiunt à la-
tere dextro,& vadunt verſus ſiniſtrum. Ad quod tollendum di
cebam quòd aliquid rationabiliter debet fieri reſpectu finis, ad
quem ordinatur:ideo finis dicitur primus intellectus operantis,
& hæc naturaliter ſunt vera,& probatur per legem. Nam & ſi
intellectus operantis finis ſit rationabilior, etiam ſi poſtea non
ſequitur, non dicitur rationabiliter operari.ff.de neg.geſt.l.ſed
an vltro.§.j.cum ſimili. Sed prædicta ſcriptura fit vt legatur.
Legere autem eſt oculis inſpici.ff.de his quæ in te. delen.l.j. §.j.

a ¶ Parte hominis. Vi
de ꝑ do.Bar. Veron̄.
in ſuo tract.de Impe.
militum eligendo. in
xxij.co.in primo pri
uilegio dignitatis.v-
bi omnino videas.
vbi arguit contra do-
minos Venetos.Th.

a ¶ De alimentis Dicit Alexand.de Imo. in l.ſi cū dotem. §.ſi maritus.in vlt.colū. ff.ſol.mat.φ Bartol. compoſuit tract.iſtū de alimentis,& poſt ea alium tractatū lō giorem,& ſic ſecundū ipſum Bart. com poſuit tract.alimentorum duplicatum & ſic dicit ita habere ſed aduerte φ Alex. nō vult allegare bar. in iſto trac.ſed in tracta.de teſte. dum alle.in vj.oppoſ.prudē tię.Et adde φ iſte tracta.eſt Bart. & ita p trac.Barto.alleg. do. Abb.in c.ij.de cōuer ſi.infide.& Ale.in l. ſi cū dotem.§.ſinautē in ſæuiſsimo.in j. & ij.colū.ff.ſol. mat. & in l.diuus.in j. & ij. colū.& in l. hære.in j.col.ff.ad l.Fal.& in conſilio xxvj. in iij. colū.& in conſi.dcc-lxxx.in vj. vol.inci. videtur forſan,in pe. colum. & do.Iaſ. in l.de alimētis. in prin. C.de tranſac. & in l.j.§. huius ſtudij. ff. de iuſti.& iur.& do. Bapt. Seue. in ſuo tract.de tranſa.in ix. q.in fin. tamen iſte tractatus eſt do.Nicō.Alexand.de Peruſio qui fuit gener Bartoli. & ita vidi in multis libris antiquis manu ſcriptis in quibus iſte tract. adſcribitur prędicto do.Nico. nihilominꝰ cogita.Tho.

& ſic legere fit per viſum,videre autem eſt facti,vt Phy.dicunt.ſcriptura autem repręſentata in oculis noſtris agit in oculos noſtros,oculi autem pati dicuntur. quod patet:quia ex hoc lęduntur.Cùm ergo ſcriptura agat in oculis,debet iſta actio incipi à latere dextro ipſius ſcripturæ : quia illud latus eſt principium motus: ſeu actionis:ſed latus dextrum ſcripturæ,quæ nos reſpicit, eſt reſpectu lateris noſtri ſiniſtrum,ſicut ſi homo voluat.vultum ſuum verſus meum directò,latus eius dextrū reſpectu mei eſt ſiniſtrum.Et ſic apparet φ nos in ſcribēdo magis rationabiliter operamur.inſpicimus enim finē:ſi vt à latere dextro ſcriptura in omnibus incipiat operari ſecundū modū Iudæorū,incipiat à latere ſiniſtro.Ad propoſitam quæſtionem qualiter arma debeat pingi rationabiliter à parte ſuperiore , ſup veſte hominis:dico φ illa pars armorū q̄ ſe habet vt anterior, vel nobilior bebet eſſe verſus latus ſiniſtrum hominis portantis. Ratio,quia illius arma ſicut illius reſpicies rectè illud videas. facies ergo iſtius arma à parte poſteriori. Sed fingo vnum hominē habere vnā faciem retro : ꝑculdubio latus quod erat ſiniſtrū,ex parte poſteriori erit dextrum.Sed pone aliquem velle ſcribere Latinè in ſpeculis alicuius.abſq; dubio incipiet à parte ſiniſtra : quonia illo reſpectu literæ erit dextra:vt ſ.oſtenſum eſt.Ex his
30 etiam † apparet φ literæ & arma debēt incidi in ſigillis per conuerſum : quoniam fit ad finem imprimendi in ceram , vel aliam materiā, & remanet rectū, & ſic inſpicere debemus finē ad quē fit nō id qđ fit. Si verò incideret in aliqua re,non ad ſigillandū, ſed vt ſic eſſet: tunc debet incidi directè.
31 Quandoq;† dicta arma depinguntur in clypeis:tunc ſimiliter pars clypei, quæ ſecundum naturam portandi reſpicit latus dextrum:illa enim aſſumi-
32 tur vt potior,vt patet ex his quæ dicta ſunt. Quandoq;† portantur,& pinguntur in coopertis equorum:& tunc ſiue à pte dextra, ſiue à parte ſiniſtra debet reſpici pars nobilior caput equi.monſtruoſum eñ eſſet φ vnus caput equi reſpiceret,& alius caudā. hoc autem φ nulli licet magis accederet, & cum deberent ſtare in fronte,vel in groppa:tunc latus dextrum reſpiceret, ſecundū
33 ea quæ dicta ſunt.Quandoq;† depinguntur in coopertis lectorum,& ſimilium& tunc debet inſpici ea res,in qua debet pingi, cum ſtat in ſuo proprio eſſe.ſunt enim in coopertorijs lectorum quædam partes quæ circa lectum.que dam verò quę planæ iacent ſuprà.& in parte iacēti formam pingendi ſumunt à forma hominis iacentis in lecto:in parte verò pendenti.In omni autem loco aſſumatur forma pingendi arma, à forma hominis rectè iacentis.Quandoque figurantur vel pinguntur in parietibus,vel alijs ſtabilibus locis:& tunc ſi quidem locus vbi pingitur,habet ſe vt paries:conſiderat paries vt faciem ſuamvoluat verſus nos. & ſic latus dextrum parietis cognoſcentis. & ſic facies nobilior arborum voluatur verſus partem dextram. Prædicta vera, niſi ex cauſa.quid enim ſi in mediovnius parietis depingatur ſtatua principis,vel alterius excellentis,vel fortè arma regia : tunc alia arma,quæ ab vtraq; parte depinguntur , debent illam ſtatuam, vel ipſius arma inſpicere,nō inſpecto à dextris,vel ſiniſtris voluatur, ad ſimilitudinem hominum trium circa dominum exiſtētium. homines enim ſe voluunt verſus eum.ſed ſi locus vbi pingitur habet ſe vt cœlum,veluti cameræ, vel aulæ:tunc ex dictis in præcedenti in libro cognoſcendum eſt vbi dicatur caput, & vbi aulæ,vel cameræ.poſtea finge hominem iacentem,& vultū verſus nos voluentem , ex quo conſidera dextram partem, & ſiniſtram,& ſic modum depingendi & ingreſſum: vt ex prædentibus patet. Si autem locus vbi pingitur,habet ſe vt cœlum ſeu terra:tunc eodem modo conſidera caput & pedem iacentem ibi,& voluentem vultum verſus nos, & cognoſces dextram,ſiue ſiniſtram,ex quo modum rationabilem depingendi inuenies. Vnum tamen ſcias quòd licet arma ſua,et inſignia ſua poſſet in terra ſculpere:tamen arma alicuius domini ſui,vel maioris non licet in terra ſculpere,vel pingere,vt C.ne li.ſig. ſalua. Chriſti &c.in rubro & nigro &c.

Hunc tractatum de inſignijs,& armis editum à domino Bartolo de Saxoferrato publicauit poſt mortem dicti domini Bartoli dominus Nicolaus Alexandri legum doctor generq; ſuus. octauo die Ianuarij.

## a *Incipit tractatus,[a] De alimentis &c.*

1 *Alimentorum oppellatione continentur omnia neceſſaria ad uitam,ſine quibus corpus humanum ali non poteſt.*
2 *Alimenta remiſſa tranſactione,uel pacto,non remittitur ueſtiarium, uel habitatio.*
3 *Alimenta debita iure ſanguinis debentur etiam magiſtro tribuenti liberales artes. ſecus ſi debentur ex diſpoſitione hominis.*
4 *Lectus φ debeatur illi,cui legata ſunt alimenta,uel uictus,uel educatio.*
5 *Famulo ſi legatur uita in domo teſtatoris,debentur omnia neceſſaria ad uictum.*
6 *Alimentis legatis uel ſi legatur uictus,uel educatio debentur medicinæ.*
7 *Cibario,uel diario legato non ueniunt ueſtitus,nec habitatio,nec medicinæ.*
8 *Pater cogitur alimentare filium neceßitate naturæ,& filius patrem.*
9 *Filius emancipatus qui non alit patrem,poteſt in patriam poteſtatem reuocari.*
10 *Filius nolens alere patrem poteſt exhæredari : & eſt iuſta cauſa.*
11 *Pater ex cauſis ex quibus poteſt filium exhæredare, ex illis poteſt ei denegare alimenta.*
12 *Pater filium,& filius patrem tenetur alere:niſi alendus habeat artem,ex qua ſuſtentari poßit.*
13 *Mater alit filium uſque ad triennium,& etiam poſt,ſi pater eſt inops,& ipſa diues.*
14 *Pater non alens filium,quando tenetur lege Cornelia.de ſicarijs.*
15 *Frater tenetur alere fratrem, uel ſororem.*
16 *Socer tenetur alere nurum.*
17 *Pater filium naturalem,& etiā natum ex dānato coitu de iure canonico alere tenetur.*
18 *Alimenta ſi relinquuntur alicui,cui diuerſimodè præſtare conſueuit teſtator,debentur inſpecto tempore teſtamenti.*
19 *Iudex conſtituit alimenta deberi per unum hæredem.quando plures hæredes ſunt inſtituti,& incommodum eſſet legatarios conuenire ſingulos.*
20 *Alimenta non debentur per eum,qui eſt ſoluendo pro eo qui non eſt ſoluendo.*
21 *Alimenta ſi ſunt relicta,an debeantur menſtrua,uel annua,remißiuè.*
22 *Alimenta præſtantur iuxta teſtatoris conſuetudinem,ſi de ea non conſtat, arbitrio boni uiri.*
23 *Legatum alimentorum quando factum eſt pauperi dicitur ad pias cauſas.*
24 *Alimenta in quo loco præſtantur,remißiuè.*
25 *Filius præſtans alimenta patri,illa portat ad locum ubi pater eget,& degit.*
26 *Filius an alat patrem deportatum,remißiuè,*
27 *Incapax,cui alimenta ſunt legata,admittitur,officio iudicis.*
28 *Præſtans alimenta coniuncto,quando repetat, remißiuè.*
29 *Alimenta an petantur pro tempore futuro. remißiuè.*
30 *Alimenta præſtans per triennium inducit obligationem perpetuam.*
31 *Legatum alimentorum non minuitur,licet teſtator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in teſtamento.*
32 *Aeſtimatio pro alimentis præteritis debetur pro habitatione , medicinis , & ſimilibus; pro frumento,uino,oleo,carnibus,& ueſtibus non,& peti poteſt.*
33 *Tranſigere ſuper alimentis debitis,uel ex contractu inter uiuos , uel ultima uoluntate quando poßit.*
34 *Ratio quare ſuper alimentis debitis ex contractu tranſigatur,non ſuper debitis ex ultima uoluntate.*
35 *Paciſci ſuper alimentis ſine decreto non poteſt quando debentur ex ultima uoluntate.*
36 *Alimenta ex ultima uoluntate quomodo intelligantur deberi.*
37 *Tranſactio ſuper alimentis,ſi alimentandus facit ſuam conditionem meliorem,tenet ſine decreto.*
38 *Alimenta ſi ſunt relicta pluribus:hi inter ſe ſine prætore non tranſigunt.*
39 *Ciuitas petit legatum factum ad alimenta pauperum.*
40 *Extraneus hæres filij tenetur alere patrem filij.*
41 *Monaſterium ſuccedens monacho,tenetur alere patrem monachi.*
42 *Ratio præſtandi alimenta penitentibus per ſexum fœmininum non eſt par,ſicut uenientibus per maſculinum.*
43 *Abbas alit monachum pendente quæſtione an ſit monachus.*
44 *Res quæ uendi non poteſt,uenditur pro alimentis.*
45 *Vaſallus alit dominum egenum.*
46 *Tutor denegans alimenta pupillo,remouetur à tutela,& punitur.*
47 *Sententia ſuper alimentis eſt diffinitiua,& ab ea appellatur : tamen interim alimenta præſtantur.*
48 *Vir alit uxorem nullam dotem habentem ſi ei operetur,uel per eam non ſteterit.*
49 *Vxor alit uirum inopem,& eius bona habet obligata pro reſtitutione.*
50 *Tutor tenetur alere matrem & ſororem pupilli egentes.*

Tutor



51 *Tutor pauper debet ali de bonis pupilli.*
52 *Alimenta debentur ex fructibus & reditibus.*

TRactaturus de alimentorum materia: quia alimēta deberi cōtingit tam ex iure naturali,quā ex iure ſanguinis,& affectionis,& tam ex hominis mortui diſpoſitione φ ex diſpoſitione viuētis:& quia quæ à natura ſunt digniora eſſe noſcunt:ideo de his alimentis putaui prius oſtendere,quæ naturæ debētur. deinde ſucceſſiuè dicam de his quæ hominis voluntate debentur:& ſubdam quęſtiones quaſdā, & dubia parti cuilibet adaptāda.Et qa fruſtra eſt de alimentis quærere, ſeu tractare, niſi ſcrutemur quid eorum appellatione cō
1 tineatur:Ideo quæro,quid† continetur alimentorum appellatione. Et dico, ſi tractamus de alimentis præſtandis, appellatione alimentorum continentur omnia neceſſaria ad vitam , ſine quibus corpus humanū ali non poteſt:vt cibaria,alimenta &c. quæ hominum natura demonſtrat.Item habitatio:vt l.legati.ff.de ali.& ciba.leg. Item cal-
a cearium:[a] vt l.cū hi.§.de calceario.ff.de trāſ
2 act.Si verò tractemus †de alimentis remittendis tranſactione vel pacto remittens alimenta ſimpliciter,nō videtur remittere veſtiarium,vel habitationem:vt l.cū hi.§. qui
3 tranſit.ff.de tranſact. Quæro, an ei † cui
b debentur alimenta debeātur ſumptus[b] pręſtādi magiſtro,qui eum imbuit liberalibus artibus.Dic,aut alimenta debētur iure ſanguinis,vt j.dicam: &.tunc tales ſumptus debentur.Caſus eſt in l.qui filium.ff.vbi pup. educ.debeat. Aut debentur ex diſpoſitione hominis:& tunc non debētur. Caſus eſt in d.l.legati.Quid ſi debeat educari?Reſpon. idem eſt,vt.l.fi.de alim.& cib.leg. Quæ-
4 ro†an in dictis tribus caſibus parem ſignifi
c cationem portantibus contineatur lectus,[c] vt ille cui legantur alimenta vel victus, vel educatio debeat habere lectum. Reſpō. ſic l.quos nos.§.viuere.ff. de verbo. ſigni.cùm viuere nō poſsit quis commodè ſine eo, vt
5 ibi no. Quæro†ſi aliquis legat victum famulo ſuo in ſua domo,vt quotidie faciunt teſtatores,quid videatur legatum.Reſpon. quòd videntur legata omnia , quæ ad victum ſunt neceſſaria,& ſic omnia ſupradicta,vt probatur in dicta.l.quos nos. §. verū
6 viuere.ff.de verb.ſig. Quæro†an illi,cui
d debeantur[d] alimenta,vel victus, vel educatio debeantur medicinæ.Credo qđ ſic:cùm non ſit poſsibile ſine eis ducere vitā ſuam, & ſic debentur, cùm neceſſarium corpori debeatur:vt l.ſi cū dotem.§. ſinautem in ſęuiſsimo.ff.ſolu. matrimo. licet in contrariū poſsit retractari, quaſi ibi ponatur ſpecies
7 ſeparata. Sed quid ſi debeatur † diarium, vel cibarium ? Dic ſolum cibum deberi, non veſtium,nec habitationem , vel alia ſ. dicta:vt l.diarijs.de alimen.& ciba. lega. & appellatione cibariorum intelligo potum: vt l.& ſi non ſint. §. Stichum.ff. de auro & argen.lega.& cui debentur cibaria,non de-
e bentur medicinæ:[e] quia ſolùm eum cibare tenetur,& ita retulit conſuluiſſe ſæpe domi.Franci. Tigri.de Piſis legum doctor in perſona domi.Ioan.de Luciano dum Spoleti aſſeſſoris officio fungeretur. Viſo quid contineatur appellatione alimentorum,videamus quibus perſonis ex neceſsitate naturæ,& ſanguinis alimenta debean-
8 tur.& primo † pater tenetur alimentare filium,& cogitur officio iudicis:vt l.ſi quis à liberis.& ibi gloſſ.ff.de liber.agno. & .C.de pat.pot.l.nec filium. Item filius patrem tenetur alere:vt l.ſi quis à liberis.in principio & C.de oper.lib.l.prima.in fin. & idem de auo,& nepote diſpoſitiuo,qui tenet locum patris:vt l.ſecunda.§.non ſolum. ff.de excu
9 ſa.tuto. Quæro†circa hoc: filius emancipatus non alit patrem:nunquid ex hoc poteſt reuocari in patriam poteſtatem?Videtur quòd ſic:vt lege ſecunda. j. de ingratis liberis.Nam atrocem iniuriam committit in eum ſi patri egenti denegat alimenta: vt lege, necare de liber. agnoſcend. propter quam atrocem iniuriam emancipatus reuocatur in patriam poteſtatē, ſicut etiam libertus reuocatur,vt dicta l.j.de ingra. lib.
10 vbi no.per glo.propter†quod dicerē φ ſit cauſa ſufficiens exhæredandi filiū patri, cū patrem necare dicatur,ex quo ei indigenti
11 denegat alimenta,vt dixi. Quæro† an ex
f cauſis,[f] ex quibus pater filium poteſt exhęredare,poſsit pater ei filio vt ingrato denegare alimenta.glo.dicit φ ſic in d.l.ſi quis à
g liberis.§.vnde ſi iudex:ff.de li.agno.[g] Item
12 †hoc procedit:quia pater filium vel ecōtra alere teneatur: niſi alendus habeat artē, ex qua ſuſtentari poſsit:vt d.l.ſi quis à liberis. verſi.ſed ſi filius.quod intelligo,niſi ſit perſona quæ operari dedignaretur , vt miles, vel homo nobilis:quia eo ipſo φ eget,licet operari poſsit alendus eſt:vt d.l.ſi quis à liberis.§.ij.verſi.facilius quorundam, &c. & quod ibi apoſtillauit Iac.de Areti. pro quo
13 facit quod j.proximè dicam. Quero†an
h mater[h] teneatur filium alere.Et dico qđ ſic vſq; ad triennium,& etiam vltra,ſi pater laboret inopia. mater autem affluat opibus: vt l.j.§.ſi mulier.ff.de lib.agno.quod eſt verum,ſcilicet quod vſq; ad triennium alere teneatur , niſi ſit perſona talis conditionis, quam lactare non deceat, vt nota. Azo in Sum.C.de pa.po.in fi. Pro quo facit quod no.Iac.de Aret.in l.ſi maritus.ff.ſolu.matri.
14 Quæro † an in caſibus, in quibus pater tenetur alere filium, ſi eum faciat perire fame,an teneatur lege Cornelia de ſica. Glo. tenet quòd ſic,in d.l.necare.ff. de lib.agno.
15 Quæro†an frater [i] fratrem vel ſororem
i teneatur alere. Reſpon. quòd ſic:vt l.mutus.§.manente.ff.de iur.do.& not. per gloſ. in l.quàmuis.ff.ſoluto matrimo. & in dicta l.ſi quis à liberis.§.primo.& ff.de tut.& rati.diſtra.leg.prima.
16 Quæro†an ſocer teneatur alere nurum. Dic quòd ſic : vt dicta lege, ſi quis à liberis. §. non tantùm.
17 Quæro † an pater teneatur filium na-
k turalem[k] tantùm alere? Reſpon. quòd ſic:

a ¶ Item calcearium. Vide Philip.Deci.in l.alimentis.in princ.C.de tranſactio. Tho.Diplo.

b ¶ Sumptus. Vide Bar.in l.legatis.ff.de ali.& cib.leg.cum concor. de quibꝰ ibi per Alex.in addi.& ibi vide apoſtil.meam.& vide Alex.in l.ſi cùm dotem.§. ſinautem in ſæuiſsimo.ff.ſol.mat.Tho.Diplo.

c ¶ Lectꝰ. Vide Bar.in l.legatis.in fi.ff.de ali.& cib.leg.Th.Di.

d ¶ Debeant. Vide Alex.in l. ſi cū dotē. §. ſinaūt in ſæuiſsimo. in j.col.ff.ſo.ma. Philip.Deci. in l. de alimentis. nu. iij. C. de tranſactio. & vide j. in apoſtil.in ver. medicinæ.Tho.

e ¶ Medicinæ. Vide Bar.& doct.in l.ſi cū dotem. §.ſinaūt in ſæuiſsimo.ff.ſol. ma.et ibi Alexā.in j.col. & Bar.in l.legata.ff. de ali.& cib.leg.& bal. in l.in rebus,§.poſtica.ff.commo. & in l. quid in vxorē. C. de neg.geſt.& do. Vitalē de Neapo . in ſuo tra.clauſularū, in ru. an poſsit renunciari beneficio alimentorum.Tho.

f ¶ Ex cauſis. Viđ Iaſ. in l.ius ciuile. in pe. col.ff.de iuſti.& iur. & in auē.vnde ſi parens.in prin. C.de inof.teſta.Tho.

g ¶ De liberis agnoſc. Viđ ibi apoſtil.meā. Tho.

h ¶ An mater. Viđ Abba.in c.ij.de cōuerſi. infide.& Ale. in l.ij. C.de pat. pote. in additio. Bar.ibi apoſti. meam.vide in l.ſi qs §.ſi mater.ff.de lib.agnoſcē. Tho.Diplo.

i ¶ An frater. Viđ Ange.de Are.in §.ſed & ſi qs.Inſtit.de gradibus.& Alex.in l.j.in iij.col.ff.ſol.matr.& vide Bart.in l.ſi quis à liberis.§. vtrum.ff. de lib.agnoſcē. & in l.q̄uis.ff.ſol. mat.gl. & Bar.in l.parentes. C.de alen.liber.& in l.ij.in ij.col. vbi pup. educ.debe.quid autē in fratre vterino?Dic qđ Cy. poſt multa ī l.j.C.de libe. agno.tenet idem: quia nō reperitur prohibitum. quod intellige ſano modo verum eſſe, vbi frater non habet vnde aliunde ſe alat, vt no.glo.in l.qui filium.ſuper verſi.hoc dicto,& cū frater aliter conſulere non poteſt,id eſt, cū ab alio ali non debet d.l.qui filium ſed pone qđ frater habet patrem diuitem,& fratrē diuitem,à quo debet petere alimenta? Dic qđ à patre . idem ſi haberet auum diuitem,& patrem diuitem , debet à proximiore ali,vt no.Cy. in l.j. C. de alen. lib. Sal.in l.fi. C. eod. & per Bar.in l.pe.eo.ti. & idem de patre & filio diuite, quod pater filium alit:vt l.penul.ff.de lib.agno.Præterea ratio eſſe debet:quia horum alimentorum pręſtatio deſcendit ex charitate ſanguinis,& ex æquitate:vt no.tex.in l.ſi quis à liberis.in ver.& magis.ff.de li.agno.& ſic horum alimentorum præſtatio eſt facienda ſecundùm proximiorem gradum magis ſtrictum petenti:vt d.l.peñ. & petit tam à genere maſculino φ fœminino:vt d.l.pe. ſed tunc deſcendit ad lineam fœmininam in ſubſidium,ſcilicet alijs non extantibus proximioribus. & idē eſt cenſendum de alimētis fœminæ cū alij proximiores nō ſuperſunt, ſed tm̄ frater,p iura ſuperiꝰ all. & ea quæ not.etiam Bar.in d.l.penul.Ad prędicta quoq; facit no.q.do.Dy.in l.alimenta.C.de neg.geſ. vbi vide omnino an frater teneatur alere fratrem exiſtente matre in medio : an autē ſi pater egenus habeat fratres,qui tenētur eum alere,& habet hr̄des extraneos filij,& habet matrē, ad quos ptinet onus alimentādi, vide barto.in l.ſi quis à liberis.§.item reſcriptū. ff.de lib. agno. Tho. Diplo.

k ¶ Filium naturalem. An autem pater teneatur alere filiū prodigum,vide Bal. ar. illius text.in c.pe. de conſu.qđ pater pōt denegare alimenta filio prodigo. & vide l.penul.ff.de iur. do. & glo.in l.iniquum. C.qui accu. nō poſ. & Bal.in l.fina.C.de dotis promiſ. & Io. And.in c.Quintauallis.de iureiu. & Bar. in l. ſi quis à liberis. §.pares.et ibi apoſtillam.ff.de libe. agno. quando pater poteſt denegare alimēta filio. & ibi an alimenta ſint de iure naturali , an autem filio robuſto, & ſano poſſit pater denegare alimenta quando filiꝰ nihil vult operari,vide Bart.in l.j.in fi,C. de mendi. vali.libro xj.& in lege , ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liberis agnoſcendis. An autem pater teneatur alere filium diuitem vide Alexan. in l.prima in iij.colum.ff.ſoluto matrimo. An autem pater teneatur alere filium inceſtuoſum, et filios ex damnato coitu, vide eundem Alexan. in l.ſecunda.in prin. in vlt.col.ff.de in ius voc.& Bar.in l.ſi qs à liberis. §. vtrum.ff. de liberis agnoſc.An autem pater teneatur alere filium ſpiritualem,quem de ſacro fonte leuauit.dicit Bal.fortè φ ſic:ſicut adoptiuū,vt ipſe no.in auth. niſi rogati.C.ad Trebellia.& doctores in l. ſi quis. §.vtrum.ff.de liberis agnoſcendis. Tho. Diploua.

vt dicta l.ſi quis à liberis.§.j.C. de inceſt. nup.authen. ex complexu.vt ibi notatur, ſed ex æquitate Canonica etiam natos ex damnato coitu tenetur alere:vt in c.cùm haberet.extra, de eo q̃ dux.in matri.quã pol.per adul. Viſo cui debeantur alimẽta pręſtari ex neceſsitate:modò videamus quibus debentur alimenta
18 ex mandato hominis. Circa quod quæro,† ſi teſtator ſic dixit: Lego ei alimenta quæ ſolitus ſum ei præſtare in vita mea. an teſtator ei præſtitit vario modo: quia quandoq; ei præſtabat ampla alimenta, quandoq; ſtricta, quod ergo tempus inſpicietur? Dic quòd inſpicietur tempus conditi teſtamenti, vt quomodo tempore conditi teſtamenti, ea præſtabat, eo modo præſtari debeant alimenta poſt mortem teſtatoris: vt dicta l. Mela.§. ſed
19 ſi alimenta.ff.de aliment. & cibarijs legatis. Quæro † quid ſi relinquuntur alimenta, & ſunt plures hæredes inſtituti in teſtamento, ita quòd ſit incommodum legatarijs conuenire ſingulos hæredes, & pro hæreditaria portione: qualiter conſuletur legatario. Dic quòd iudex conſtituet, per vnum hæredem illi
20 præſtari alimenta:vt l.j.ff.de ali.& ciba.leg. Quæro:† plures debent alimenta, quorum aliqui ſunt ſoluendo, aliqui non: nunquid propter exiſtentem non ſoluendo tenebitur ille, qui eſt ſoluendo? Dic quòd non:vt l.iij.in fi.ff.de alimen.& ciba. leg. & l.
21 pecuniæ.eo.tit. Quæro † quo tempore ſint alimenta præſtanda, vtrũ menſtrua, vel annua. Iacob.de Are.in l.fi.ff. de liber. agno. diſtinguit: Aut debẽt ali vſq; ad dictũ tempus vel perpetuò donec viuit, & alimẽta ſunt præſtanda. & tangitur in d.l. fin.C. de epiſ.& cle.l.ſi quis ad declinandã.& in l.pecuniæ. in fi.ff. de ali. & ciba.lega.& no.gl.in l.nec ſemel.§.ſi in habitationẽ.ff. quãdo di.leg.ce.& l.Firmio.§.pater.ver.ſed non initio. Facit ff. de trãſ.
22 l.cũ hi.§.cauſæ. Quæro, legata ſunt † alicui alimenta: hæres dicit, nolo tibi præſtare neceſſaria ad vitam, ſed tu potes viuere cum tanto pane, & aqua in die: & nolo tibi id præſtare, & non aliud: quid iuris? Dic ꝙ ſi teſtator conſueuit præſtare alimenta, illa talia per hæredem præſtabuntur: aliâs conſiderabũtur facultates debentis alimenta præſtare, & dignitate legatarij cui deberẽtur, & conſuetudo regionis: & his conſideratis pręſtabuntur alimẽta arbitrio boni viri:vt l.cùm alimenta ff.de alimen. & ciba. leg. & l.ſi cui annuum.ff.de an.le.& l.cùm hi.§.in perſona.ff.de tran
23 ſac.& l.ſed & ſi quid.poſt prin.ff.de vſufruc. Quæro,† vtrum legatum alimentorum dicatur ad pias cauſas. Gl.dicit quòd ſic in l.ſi quis Titio.ff.de lega.ij.& C.de ſac.ſanc.eccle.l.ſancimus. circa fin.dum non dicit in ſimili. Sic glo. exemplificat legatum ad pias cauſas legato alimentorum. quod eſt verum quando legatũ eſt pauperi:vt in aut.vt cùm de app.co.§. aliud quoq; capitulum.ibi:egenis alimenta impendant,&c.& eſt gloſſ.in l.ſi cui annuum.ff.de annu.leg.& probatur in l.cùm hi.§. ſi in ſingulos annos.ff.de tranſact.& hic ſoluit quæſtionẽ an in legato alimen
24 torum poſsit Falcidia detrahi. Quæro † in quo loco debeant alimenta præſtari. Vide gloſſ.in l.cùm hi.§.cauſæ.ff. de tranſactio.
25 tamen in caſu notabili, quando † filius debet præſtare alimenta patri, debet portare ad locum vbi pater eget, & degit, vt probatur in authen.de inceſt.nup.poſt princip. Et ſi dicatur: illud eſt ideo, quia pater erat ibi deportatus: & ſic non potuit venire ad filium pro alimentis.non bene dicunt: quia per procuratorem vel nuncium potuit mittere, vt dixit domi. meus in l. item
26 lla.de conſti.pecu. Quæro † an filius teneatur alere patrem deportatum. Dic vt dicto §.j.& in authen.inceſt.C.de inceſt.nup. l.mutus.§.manente.ff.de iure dotium. facit gloſſ. in l. legatum.
27 ff.de capi.dimi.& infrà proximè dicam. Quæro † ſi legantur alimenta incapaci, vt damnato in metallum, vel ſimilibus, an poſſint ad legatum admitti: dic quòd ſic, iudicis officio: vt l. ſeruos ad cuſtodiam.de alimen.& ciba.lega.& quod no.in d.l.cum hi. vbi ſeruus vel incapax poteſt de alimentis tranſigere, vel pa
28 ciſci. Quæro quid ſi aliquis habens † de bonis alicuius, vel aliquo modo coniunctus præſtet alimenta alicui, an poſsit ab eo repetere. vide ff.de nego.geſt.l.Neſennius. & C. de tranſactio
29 nib.l.de alimentis.& C.de nego.geſt.l.alimenta.† quomodo alimenta poſsint peti pro futuro tempore, vide in dicta l. alimenta.C.de nego. geſt.& l.non] quemadmodum.ff. de iudic. Item
30 not.† ſpeciale in alimentis: quia ſi per triennium præſtentur, inducunt perpetuam obligationem ad ea præſtanda in futurum:vt l.prima C.de fideicommiſsis.& l.ſi certis annis.C. de pa
31 ctis. Quæro,† teſtator legauit alimenta, & plura alia legata fecit: deinde in alio teſtamento & codicillis legata minuit, dicendo: quæ legaui volo pro tertia parte præſtari. an hoc refertur ad legatum alimentorum? Caſus notabilis quòd non, in l.libertis.§. poſthumus.ff.de ali.& ciba.leg.& eſt caſus notabilis in l. Caius
32 ff.de annu.leg. Quæro,† debetis mihi alimenta in æſtimatione: de præſentibus non eſt dubium vt ipſa ſpecies debeatur:vt dicta l.legatis.ff.de alimen.& ciba.lega.& l.verbo victus. de verborum ſignificatio.& l.j.C.de ero.mili.anno.lib.xij.de præteritis autem alimentis videtur idem per l.cùm vnus.§. verbis. & l. libertis.§. manumiſ. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi tex. denotat alimenta præteriti temporis peti poſſe. In contrarium videtur quod æſtimatio ipſa peti poſsit:vt l.ſi vſusfructus mihi in biennium. ff. de vſufruct.le. Vnde vt prædicta iura concordentur, diſtingue quòd quædam ſunt alimenta de præterito tempore: & ipſa non petentur, vt habitatio. nam impoſsibile eſt dari habitationem præteriti temporis: & ideo tenetur pro ipſa habitatione petere æſtimationem, vt dicta l.ſi vſusfructus. Quædam ſunt quę non pereũt, tamen expedit nobis quod præſtentur, vt medicinæ, quibus anno præterito indigebam, & nunc non egeo: quia ſum ſanus: & pro iſtis etiam petetur æſtimatio:vt dicta.l.ſi vſusfructus.& l.patronus qui operas.& l.libertus.in fine.ff.de oper.liber.quæ bene probant. Quædam ſunt quæ expediunt nobis vt hodie dentur ſicut heri: vt frumentum, vinum, oleum, carnes, veſtes & ſimilia: quæ anno præterito dare debuiſti. Et de iſtis dico petendum quod debitum fuit:vt dicta lege. libertis. §. manumiſ. & l.cum vnus.§.verbis.ff. de alimen. & ciba. lega. petitur autem pro his præteritis, non etiam petendis. Caſus eſt nota.in lege.nulli.C.de ero. mili. an. libro. xij. Verum eſt, multoties petimus æſtimationem alimentorum, & aduerſarius reſiſtit, & ſic deueniunt
33 ad tranſactionem: ideo videndum eſt † qualiter ſuper alimentis debitis tranſigatur. Et dic quòd aut alimenta debentur ex vltima voluntate, aut ex contractu inter viuos, & iſto vltimo caſu poteſt ſemper creditor tranſigere & paciſci.l.cum hi.§. plane.ff. de tranſactio. Si ex vltima voluntate: & tunc aut vult tranſigere ſuper alimentis præteritis aut futuris. de præteritis poteſt tranſigi:vt dicta.l.de alimentis.C.de tranſactio.& not. in dicta.l.cum hi.in ij.gloſſ.ſuper futuris verò alimentis non poteſt tranſigi ſine decreto prætoris:vt l.cum hi.in principio.ff.de tranſactio. Ratio, quare licet tranſigi ſuper alimentis præteritis, eſt: quia ceſſat
34 ratio, ne fame pereat alimentarius. Sed quæ eſt ratio † quod ſuper alimentis debitis ex contractu licet tranſigere, non ſup debitis ex vltima voluntate? Reſpon. ratio eſt multiplex. Prima eſt duplex, ſcilicet fauor alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt l.alio.& l.ſeruos.& l.Mela.ff.de alimen.& ciba.lega.& l.fina.C. de neceſ.ſeruis. In alimentis verò ex contractu inter viuos eſt vnus tantum, ſcilicet fauor alimentorum. Item alimenta mihi debita ex contractu inter viuos debentur mihi ex mea induſtria. & ſi fuit diligens in quærendo ea, ita; præſumor diligens in retinendo: ſed alimenta mihi debita ex vltima voluntate non debentur mihi ex mea induſtria, ſed ex aliena prouiſione: & ideo ceſſat præſumptio in remittendo, vt probatur Inſtitu.de verborum ob
35 ligatio.§.ex conditionali. Item † ſicut non poteſt trãſigi ſine prętore ſuper alimentis ex vltima voluntate debitis: ita non poteſt
36 paciſci:vt not.in d.l.cum hi.in ij.gloſſ.ff.de tranſact. & † intelligo deberi alimenta ex vltima voluntate ſiue debeantur ex teſtamento, ſiue ex donatione cauſa mortis, ſiue relinquantur ab eo, cui mortis cauſa aliud eſt relictum, vel cauſa conditionis implẽdæ:vt d.l.cùm hi.§.ij.& iij.& debet prætor decretum interponere:vt d.l.cùm hi.§.cauſæ autem ſunt iuſtæ. cauſæ quæ debeant mouere prætorem, vide vt ibi habetur in.§.ſequen. Si verò ſine
37 † prætore tranſigat ſuper alimentis & meliorem facit conditionem ſuam: tenet tranſactio, aliàs non vt d.l.cum hi.§. quid ergo.
38 Item ſi pluribus † alimenta relinquuntur, nõ poterunt ſine prętore inter ſe tranſigere: quia durat ratio prohibitionis:vt d.l.cũ hi §. ſi vni. aliàs ſecus:vt l.voluntatis.C.de fideicõ.& de tranſactione ſuper alimentis fienda, dic plenè vt d.l.cũ hi.ff.de tranſactio. per
39 totam legem.† quæro, relictum eſt aliquid ad pauperum alimẽta, an ciuitas habeat petitionem illorum alimentorum? Dic quòd ſic: cùm dicatur relictum in honorem ciuitatis: vt l. ciuitatibus. poſt prin.ff.de lega.ij.Gul.in Spe.de inſtru.edi.§.nunc verò ali
40 qua, quæro † an extraneus hæres filij teneatur alere patrem egenum. Dic ꝙ ſic, per tex.in l.ſi quis à liberis.ff.de li.agn. & ſimiliter



a ¶ Nullam habet dotem. Vide Alex.in l.ſi cùm dotem.§.ſinautem in ſæuiſsimo in ij.colum.ff.ſolu.matrimo.& in conſil.xxvj.in vj. volu.in ij.colum. Thom. Diploua.

b ¶ Pro reſtitutione. Vide Bar.in l.Lucius.ff.de ali.& cib.leg.& Pau. de Ca.cõſi.viij.incip.quo ad primum.Tho.Diplo.

c ¶ Vltimò quæro. Vide Bar.in l. Imperator.in fi. ff. ad Treb. et do. Vitalem in ſuo tract.clauſularum.in clau.an iuri alimẽtorum poſsit renuncia ri.in xv.colũ.& ſeq. vbi plenè examinat dictum Bar.& quomodo intelligit.Th. Diplo.

d ¶ Imperator. Hic finit tractatus Bart.ſiue Nicolai domini Alexan. de Peruſio, cui fecit additiones dominus Angel. de Vbaldis de Peruſio, quæ modo imprimũtur. Alium quoq; alimentorum tractatũ fecit dominus Pe. de Vbaldis frater ipſius Ang.& Bald.maximus Canoniſta, quẽ poſuit ſuper c. cum non habeat. de eo q̃ duxit in matrimoni. quam polluit per adulte. inci. tracta. de alimentis. iiij.ſimpliciter videamus.quibus adde ſupra dicta.& etiam quod ſi creditor fecit aliquẽ incarcerare, & non eſt ſoluendo, tenetur præſtare alimẽta debitori in carceribus, ſecundum Bald. in tracta. de carceri. in vlt.char.in fi.& Ange.de Are.in §. fin.in fin. Inſtitu.de actio. & not. quia pluries practicaui in Romãdiola, & etiam Venetijs diebus proximis elapſis coram R.domi. Cęſare Bachono vicario R.do. Hierony. quirini patriarchæ Venetiarũ vicario digniſsimo. & compatre meo. Adde etiam domi. de Rota in deciſ. cxliiij.in antiquis incipit, not. quòd accuſato de crimine, vel ſuper bonis, pendente lite adminiſtrantur alimenta. Item in cauſis alimentorum procedit ſummariè. vide tex.glo.& Bar.in l.ſi quis à liberis. quòd limita in alimentis de futuro. ſecus de præteritis ſecundùm Barto.in l.de alimentis. C. de tranſactio. & ibi vide Iaſo. & eundem Iaſo. in l. cũ hi.in principio. poſt Albe.de Roſa. ff. de tranſactio.& Pet.de Ancha. in clemen. j. de iur. patr. Item in cauſis alimentorum proceditur diebus feriatis. vide Alexan. in l.prima.in iij. col. ff. ſolu. matrimo. & ibi vide quod alimenta cùm maiori facilitate præſtantur & alia priuilegia alimentorum ponit Barto. in lege, Mæla. in principio. ff. de alimen. & ciba.legat.

¶ Adde etiam ꝙ vbi relinquitur pecunia pro alimentis videtur eſſe de mente teſtatoris quod de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata præſtantur.tex.eſt in l.diuus.& ibi Alex.in ij.col.ff.ad l.Falcidiam. Item alimenta legata Titio & familiæ, quæ & quibus veniant. & vide Alex.in cõſil.clxxviij. in vj.vo.incip.videtur forſan.in princi. Item iudex: nemine inſtante & petẽte officio ſe interponit fauore alimentorum.l. diuus. & ibi Alexã. vbi videas.ff.ad leg. Fal. Item alimentorum onus ſequit̃ bona ad quẽcunq; trãſeant.l.ij.in princi. & ibi Bar.in princip.& circa medium. & in l.ſolent.in ij.col.ff.de ali.& ci. le. Imol. & Pau.de Ca.in l.nihil de leg.j. Itẽ alimenta per teſtatorem relicta Titio ſi non petijt ab hærede, & iuſſu ſuis ſumptib9 non poteſt illa petere. Vide Paul. de Caſtr.de vidua.in l.diuortio.in iij.col.ff.ſolu.mat.& Fel.plenè in c.ex parte in fi.de accuſa. quod no.quia practicaui in cauſa Feder. de Superchijs de caſtro medij de Piſauro. Itẽ an ille qui tenetur præſtare alimenta ſufficiat ſibi dare præbẽdã vel ponere ipſum in hoſpitali ad alimẽtandum.vide Cardi. Alex.in c. cum haberet.in ij.co. de eo qui duxit in matri. quã pol.per adul.& an ſi quis tenetur quem alimentare teneat̃ ad mercedes magiſtrorum, vide Bal.in l. q̃ filium.ff.vbi fil.educa. deb. Item legatũ alimentorum eſt arbitrarium, etiã ſi hæres non cõfecit inuẽtariũ: quia nõ debet inſolidũ, nec vltra vires hæreditarias.bal. in l.voluntatis. in ij. col. C.de fideic.& in cõſi.cxv.in iiij.vo.inci.cõſideran. & in taxatione iſtorũ alimẽtorum debet fieri ex fructibus hæreditatis, vt per doct.o.in l. Imperator.ff.ad Trebel. & tenet Bald. in d. l. cum voluntatis. Item in alimẽtis præſtandis debet haberi rõ ad bona emphyteutica. Item ad legitimam ipſius filij debentis. Item etiam debet duci æs alienum, vt plenè per Alexan.in conſil.c.in j. volu.incip. ſuper primo caſu.in vl. co. Itẽ debet haberi cõſideratio ne filius fame pereat, vt prouideat̃ filio & hrẽdi ſicut & legatario, vel vxori in dictis alimẽtis taxandis: vide plenè per Bal.in d.cõ.cxv.vbi omnino videas.

41 ter † monaſterium ſuccedens monacho tenetur alere patrem monachi, cùm ſit ſuus hæres cuiuſdam ſemimortui:vt not. in aut.
42 ſi qua mulier.C.de ſac.ſan.ecc. Quæro † an ſit par & eadem neceſsitas alimenta præſtãdi venientibus per ſexum fœmineum, ſicut venientibus per ſexum maſculinum. Text. videtur velle quòd non, in l.pe.ff.de lib.ag. vide in l.ſi quando negotium.vbi gloſ.not. quæ no.in ar.pro ſubdito.C.de or.co.& ibi
43 allegantur multa iura. Item † monachus alendus eſt ab Abbate, dum pendet quæſtio an ſit monachus vel non, & cauſa cognita præſtabuntur:vt extra, de accu.c. ex parte. & l.ſi inſtituta.§.pe.ff.de inoffic.teſt. Quid autem in cauſæ cognitione verſetur, vide
44 in d.c.ex parte. Quæro, † aliquis non habet vnde ſe alat, niſi venderet aliquã ſuam rem, quæ tantum eſt ad petitionem iudicis ſequeſtrandam. Dic quod propter alimenta vendi poteſt.& vide tex.in l.fi.C.de ord.
45 cog. Quæro,† an vaſallus tenetur alere dominum egenum. Certè ſic, aliàs poſſet dominus, cui alimenta denegantur, auferre ei
46 feudũ:vt x.col.de for. fid. c.j. Quæro:† tutor denegat alimenta pupillo: an ſit iuſta cã remouendi eum? Reſpon. ſic & etiam puniendus eſt:vt l.fi.ff.vbi pu.edu. debe. & l. iij.§.tutor qui alimenta.ff.de ſuſpe.tu. Quæ
47 ro † an ſententia lata ſuper alimentis ſit interlocutoria, vel diffinitiua? Reſpon. quod eſt diffinitiua:vt d.l. ſi quis à liberis. §. ſi q̃s ex his.de lib.ag. Quæro an à ſententia lata ſuper alimentis poſsit appellari. dic quòd ſic do.Franc.Tigri.de Piſ.dicit oppoſitũ: quia iterum prouideri poterit. quod cùm ſit informata conſcientia iudicis per alimentarium: tamen ſentẽtiam pro eo tulit, facit interim alimenta præſtari:vt d.l.ſi quando negotium.quæ communiter intelligitur quãdo pars petens alimenta intentionem ſuam fundauerat, & iudicis conſcientiam infor
48 mauerat. Quæro, an maritus † teneatur alere vxorem, & quando habet ab ipſa dotem, non eſſet dubium quod teneatur eam alere: quia dos tenet̃ & debet reſeruari oneribus matrimonij:vt l. pro oneribus. C. de iure dot. Sed quãdo vxor nullam habet do
a tem[a], dico idem ſi ipſa marito operatur. & idem in hærede mariti diſſoluto matrimonio:vt no.glo.l.ſi cùm patronus.C.de oper. lib.aliàs ſi ei non operaretur, credo eam nõ alendam, niſi ipſa eſſet furore detenta, vel ſi maritus eam expulerit: cùm tunc non ſtet p ipſam quò minus operetur marito:vt l.ſi cũ dotem.§.ſinautem in ſæuiſsimo.ff.ſolu.matrimo.& not.per Cy. in l. quod in vxorem
49 C. de nego.geſt. Quæro † quid econtra: an vxor teneatur alere virum egẽtem? Specu.tenet quod ſic, in titu.qui filij ſint legi.§. j.verſi.quid ſi mulier. & vide etiam de iure dot.l.vbi & ff.ſolu.matrimo.l. ſi conſtante.
50 in prin. Quæro † an vxor habeat bona vi
b ri obligata pro reſtitutione.[b] Iac.de Are.dicit quòd ſic, per l.Lucius.ff.qui pot.in pig. habe.oppoſitum tamen tenent do. Franciſ. Tigri.de Piſis, per l.j. ff. ſolu. matrimonio.

Quæro an tutor teneatur alere pupilli matrem & ſororem egentes. dic quòd ſic: vt l.ſi poſt.in princip.ff.de tute.& ra.diſtra.
51 Quæro † ſi tutor eſt pauper, nec habeat vnde ſe alat, an debeat ali de bonis pupilli? Text.videtur quòd ſic, in l.prima.§.ſi pupilli.ff.de tute.& ra.diſtra. Vltimò quæ
c ro[c], an alimenta ſint præſtanda de pecunia redacta ex venditione rerũ, an ex fructibus earundem. dic quòd ex fructibus & redditibus debẽt alimenta præſtari:vt l.iij.§. Modeſtinus.ff.vbi pup.edu.debe.et ff.ad Treb.
d l.Imperator[d].in fi.&c.

Iſtæ ſunt additiones Ange. de Peruſio, quas inueni in xx.lib.conſi. poſt tractatum Barto.de alimẽtis, manu ſcriptum in char. cclxxxij.Tho.

Adde prædictis ꝙ poteſtas & alij maiores officiales tenentur alere eorum iudices & officiales ſi infirmentur, & eis medicinas dare, & expenſas tantum condecentes facere inſpectis conditionibus, qualitatibus, & gradibus perſonarum ad recuperationem ſanitatis. Ita dicit Cyn.in l. quod in vxorem.C.de neg.geſt. quem ſequitur ibidem Bald.& not.per Bartol.in l.legatis alimentis.ff.de alimen.& ciba.leg.& per eundem in l.ſi cùm dotem.§.ſinautem in ſæuiſſimo.ff.ſoluto matrimonio.in fin.lect.illius l.& not.per Specu.in titu.qui filij ſint legiti.verſic.ſed nunquid his qui tenentur pręſtare alimenta. Item domi. Bart. in quodam ſuo tracta.dicit quòd per alimenta educationis, vel victus debentur medicinæ: cũ non ſit poſsibile ſine eis vitã ſanam ducere. Pro quo eſt tex.in d.§.ſinaũt.ibi: alimẽta præſtare, & medicinis eis ſuccurrere.& no. in ſimili in l.dignũ.ff.de his qui.vt indi. Itẽ no.ꝙ per diarium, vel cibarium, ſolus cibus debetur: non aũt veſtimenta, habitatio, vel alia ſuprà dicta:vt l.diarijs.ff.de ali. & ciba. leg.& ꝙ appellatione cibi, etiã potus intelligit̃:vt l.ei non ſic.§.ſi cui eſcariũ.de auro & arg.leg.& l.j.de ali.& cib.leg.& cũ debẽtur cibaria, medicinæ nõ debent̃: q̃a eum ſolũ cibare, & nõ alimentare tenet̃, quorũ appellatione veniſſent p̃dicta.& ita refert Bar.ſe cõſuluiſſe. Idẽ dicũt Frã.Tigri.& Io.de Ligna.de quo no.in ſi.in l.ſed ſciẽ. & l.de ætate.ad Tre.ibi: impendiorũ quoq; rõnem haberi.& j.ſequitur, ſalutis & dignitatis rõ habenda eſt &c.& no.in l.idemq;.§.Labeo.ff. mand.& in ſimili in l.ſumptus. ff.de pac.in l.quid proprio.§.litis impendia.ff. de p̃cur. & not.in.l.j.§.item ſumptus litis. ff.de tute. & ra.diſtra. Nam cibaria congrua debentur in obſequium aliorum exercentibus, vt no.in Spe.de ſalarijs.§.ſequitur.verſic.quid ſi aduocatus in aliquo caſu.& ver.ſunt hic. arg.cum ſimi. Idem no.in teſtibus, q̃ ob obſequiũ alicuius teſtificantur, vt ſumptibus producantur, & alantur:vt not.l.quoniã.C. de teſti.& l.eos.C.de app.& in l. ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmodum teſta. aperi.cum ſimi.vide in fi.ff.de lib.exhi.l.ſi quis

à liberis.in prin.ibi:quorundã ægritudine.& cum æquitate hęc
res deciditur.Ang.de Vbal.de Peru.

Explicit tractatus ſuper alimentis editus per do.Bar.à Saxo
ferrato excellentiſsimum legum doctorem &c.

Incipit tractatus quæſtionis ventilatæ coram domino noſtro
Ieſu Chriſto inter virginem Mariã ex vna parte, & diabolum
ex alia parte.

1 *Chriſtus humani generis uerus eſt ſaluator, & authoriſans.*
2 *Iudices interdum ſecundũ iura utuntur mera iuſtitia, quandoq; iuris rigore, uel etiam æquitate, prout perſona, locus, cauſa & tempus deſiderant.*
3 *Qui malè agit odit lucem.*
4 *Iudicium quot & quibus perſonis conſtet.*
5 *Mores mulierum leuiter offenduntur.*
6 *Mulieres ab omnibus officijs publicis abſtinere debent: tamẽ pro miſerabilibus perſonis pupillis, & uiduis ad poſtulationis officium admittuntur.*
7 *Nulla dierum præſcriptio iuuat malæ fidei poſſeſſorem: quia hi uerè poßident, quorum nomine poßidetur.*
8 *Quid ſi patres comederunt uuas acerbas, & dentes filiorum obſtupuerunt.*
9 *Remedium ordinarium ubi habet locum non eſt recurrendum ad extraordinarium.*
10 *Quibus dolis & laqueis, uel infinitis ad fallẽdum genus humanum utatur Cacodæmon.*
11 *Angelus, qui peccauit, iuſto Dei iudicio fuit puniendus.*
12 *Deus (ut omnium in ore uerſatur) creauit hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam.*
13 *Qui occaſionem damni dat (ut regula canit) damnum dediſſe uidetur.*

NOſtis fratres chariſsimi, in
quit Satanas: Proditoria miniſteria Iudæ q̃ ꝓcura
uit, & ipſe Iudas magiſtrũ ſuũ prophetã qui filiũ
dei ſe dicebat morti tradi fecerit. Noſtis etiã quali
ter genus humanũ ab ortu & creatione mundi fuit damnatum
propter obedientiã Euæ, ac poſtea fuit ſaluatũ per virginẽ Ma
riã glorioſam. nam mulier dãnauit & mulier ſaluauit. Cogitauit
itaqꝫ nequitia infernalis, ac etiã ineffrænata cupiditas inter ſe cũ
aſtutia conuocato, habitoqꝫ diabolicæ fraudis conſilio qualiter
poſsit genus humanũ in ſuã priſtinã reducere ſeruitutẽ, & in
tuens ille fraudulentus machinator naturam mulieris debiliorẽ
exiſtere viri ſuggeſsit vxori Pilati volẽti impedire mortẽ Chri
ſti: & dum à ſonno diſcederet eius viro Pilato dixit hæc verba:
Multa enim paſſa ſum hac nocte &c. Iudæi viderunt Deũ ſal
uatorẽ noſtrũ, multa miracula faciẽtẽ dicebãt: Expedit vt vnus
homo moriatur pro populo. Alij aũt dicebant, nõ expedit Chri
ſtum mori, vt voluit inferre mulieri Pilati: quia ſolatiũ eſt miſe
ris ſocios habere pœnarum: vt ff. qui & à qui. l. proſpexit. xix. q.
iij. c. memoria. volebant ipſi Iudæi ipſis ſtãtibus in Iudaica per
fidia, vt totus populus Chriſtianus deperiret faciens ad inſtar
canis, qui dum iacet in paleis aſino ibidem exiſtente non come
dit paleas, nec ꝙ aſinus comedat vult conſentire. vnde in hoc
dubio exiſtens dixit Pilatus: Quod ſcripſi ſcripſi: vt probatur
ij. q. j. c. multi interfecerunt. & argu. xxij. q. iij. c. obl. & ita fuit
crucifixus, mortuus, & ſepultus. arg. l. diſtin. c. prudentem. vnde
cogitauit malitia, & nequitia infernalis longo ac malitioſo pon
derato conſilio ꝙ procuratorem mitteret ad præſentiam Ieſu
Chriſti ſufficienter inſtructum. Accedat quod legitur xiij. qõ.
ij. c. iuſsit. circa princ. ad petendum ꝙ genus humanũ ad ipſius
priſtinam reduceretur ſeruitutem. alias non valuiſſet procura
tor: vt extra de procur. c. j. & C. de ſatiſda. l. vnica. Nec miremur
ſi dicimus ꝙ dæmon ad præſentiam ſuperioris poteſt accede
re: quia loquimur verum eſſe Chriſtum humani generis ſalua
1 torem authorizantem. † Quia ſicut ſcitis dæmon vbicunqꝫ eſt
præſentialiter, potentialiter cruciatur: quia pœna ipſum comi
tatur, ſicut lepra leproſo eſt infixa: vt ff. de pœn. l. quis ergo. &
ſicut vanus caſto, vel tuba præconis laneis, vel pellibus, vel fru
mento, & licet dæmon ſit vbique, vt dictum eſt s. ſ. præſentiali
ter: hæc ſua tamen pœna nullatenus in aliquo releuatur: quia
propter eius immenſam ſuperbiam ad pœnam inferni perpe
tuam extitit condemnatus. Procurator legitimè conſtitutus,
& aſſuetus ad præſentiam Chriſti accedens, dixit: Creator cœli
& terræ ego ſum damnatus, & procurator nequitiæ inferna
lis: vnde coram vobis compareo, & ad informationem veſtram
placeat aliquantulũ me audire; quia ſi vobis placeat quædã bre
uiter explanabo. Reſpondet dominus: Tu ſcis ꝙ merita cauſa
rum partium aſſertione panduntur: vt C. ſi per vim vel alio mo
do. l. fi. in fi. & extra, de accuſ. c. qualiter & quando. la ij. vnde à
te nullatenus volumus informari. Recolimus enim dum per
mundum ambulabamus, qualiter nos informare volebas, dum
dixiſti nobis. Dic ꝙ lapides iſti panes fiant, dixiſti quoqꝫ ꝙ mira
bilia nobis dares, ſi te adoraremus. Dixit dæmon prędictis audi
tis: Domine deus, vos eſtis iuſtitia: vt xlv. diſt. c. communis. vñ à
vobis iuſto iudice peto mihi iuſtitiam exhiberi. peto nãqꝫ genus
humanũ in ius vocari: cũ ab ea parte ius incipiat: vt Inſti. de pœ.
te. li. §. fi. & extra de probatio. c. qm̃ cõtra falſam. & ipſum genus
humanũ coram vobis cõpareat ad tertiam diẽ vtilem ad reſpon
dendũ mihi procuratori nequitiæ infernalis. Et ecce ꝓcurato
rium meum, vel mandatum, qđ coram vobis allego, & ꝓduco:
cũ aliàs admitti non debeo. l. j. C. de procu. & extra, de procu. c. j.
Quo inſpecto cùm diabolus non careret in iudicio omni calum
nia dixit dominus de die agatur. Reſpondet dæmon. Ad diẽ cra
ſtinam fiet dilatio. Tunc reſpondit Ieſus: Tu s. dixiſti de tribus
diebus vtilibus: quomodo ergo reuocas quod dixiſti? Tu bene
noſti experientiam facti, vt l. ij. in prin. C. vt in poſ. leg. & ſcis qđ
lõga via eſt à terra vſqꝫ ad cœlum, quam viam tu bene expertus
es, dum per ſuperbiam tuam de cœlis noſtra authoritate cecidi
ſti. Vnde cùm diſcordes ſimus in aſsignatiõe diei, nõ tibi, ſed no
bis, vt iudici, eſt diem partibus aſsignare: vt ff. qui ſatiſd. cog. l. de
die. in prin. & arg. extra de iure patro. c. cũ aũt. & extra de offi. de
leg. c. de cauſis. Ideo nos tibi & humano generi aſsignamus ter
tiam diem vtilem, vt in diem veneris ſancti: quia in ea die in cru
cis patibulo mortẽ ſuſtinuimus acriter corporalem. Reſpon
det dæmon, ea dies vbiqꝫ locorum eſt inſignis, & celebris: vt ex
tra de foro comp. c. fi. ſic etiam iura per ora principum diuinitus
promulgata teſtantur: vt C. de præſcri. lon. temp. l. fi. & probatur
C. de vete. iur. enuc. l. j. quare citatio, & quicquid ex ea ſequeretur,
non valeret, & nullius eſſet momenti. arg. extra de no. ope. nun.
c. ij. ff. de reg. iu. l. cùm principalis. Reſpondit Ieſus, nos iura con
dimus & authoritatem damus iuribus, non iura nobis: quare vo
lumus citationem valere: vt Inſti. de iur. na. §. ſed quod principi.
Non obſtat ꝙ talis dies veneris ſancti ſit iuridicè feriatus, & di
xit Angelo Gabrieli Ieſus præcipiendo notificare cum tuba fer
rea: vt extra de app. c. cum parati. & C. de fer. l. cùm dies. vt ad di
ctum diem genus humanum veniat reſponſurum coram nobis
procuratori nequitiæ infernalis. Quibus peractis receſsit dæmõ
ad inferos cũ talibus nouis, qualia ſuperius audiuiſtis, & omnia
geſta per Ieſum: & cùm diabolis ſocijs ſuis infernalibus reuela
uit. Videntes autem dæmones quòd nullum grauamen, nullãqꝫ
iniuriam in dñm inuenerũt, habito conſilio eorum ſtatuerũt eun
dem procuratorem ad diem ſtatutum mittere, vt viderent iuſti
tiam iudicantis. qua die ſancta adueniente cogitans dæmon, qđ
maior erat cõtumacia actoris q̃ rei: ar. C. de iud. l. ꝓperandũ. §. ſi
quidẽ. & §. ſeq. & quod in regno cœlorũ habebat inimicos, cõpa
ruit tempeſtiuè, vt loquamur more humano, in loco vbi, ſeu in
quo pro tribunali Ieſus ſtare cõſueuerat: vt ff. de iuſti. & iu. l. oẽs
populi. §. alia. & ff. quis or. in bo. poſ. ſerue. l. ij. quia in domo Dei
manſiones multæ ſunt. facit pro hoc gl. no. lxxxiij. diſt. c. ad hoc
in gl. ſuper ỽbo, & potiores. & cũ tex. de pœ. diſt. iiij. §. porro. ỽſ.
in domo patris mei, &c. facit etiam quod habetur Ioan. xiiij. ca.

Adueniente itaqꝫ die veneris ſancti, ſtatim comparuit dæmõ
dicens: Domine Deus ego ſum ille damnatus, qui habeo cõque
ri coram vobis contra genus humanum. Dixit dominus, Vade,
& expecta, tu ſcis ꝙ totus dies cedit humano generi: vt in auť. de
iud. §. ſedebunt. co. vj. & Inſt. de inuti. ſtip. §. pe. Expectauit ergo
dæmon vſqꝫ ad horam nonam, & videbat (vt more humano lo
quamur) alios euntes, & redeuntes, vnde ſatis dolebat: quia ipſe
ſolus audiri non poterat. Quapropter aſſumpta audacia iteratò
dixit; O pater, qui es ſumma iuſtitia, ego me præſento coram te
contra genus humanum. Cui dominus ait: ò importune, & pro
terue, nonne dixi tibi ꝙ tota dies cedit humano generi? Et ſic ex
pectauit dæmon vſqꝫ ad noctis tenebras: vt extra de offi. delega.
c. conſuluit. & cœpit vociferati diabolus dicens: Vbi eſt iuſtitia
tua domine, quam etiam in cœlis vix inuenio? Dixit dominus:
Veni maledicte: qa iam eſt hora vt te audiamus. & exhibuit ſta
tim citationem: qua exhibita exclamatum extitit per Angelum
Gabrielem, ſi eſt ibi aliquis pro genere humano. veruntamen
quilibet obmutuit. Tunc dixit dæmon, Nemo credat quod ego
velim procedere niſi curiali modo: quo poſito conſtat de contu
macia generis humani: quare cum ſuper hoc dicant iura quali
ter iudices agere debeant, non tamen ſtatim ſententiam excom
municatio



municationis fulminare, vt vos ſcitis: ego nõ peto hoc, ſed peto
tantùm literas quibus contineatur ꝙ ego ſufficiẽter cõparui ne
mine pro humano genere comparẽte. Neſcio igitur quid minus
poſſum petere: vt ff. de ſerui. vrba. prædi. l. quidam Ibertus. quia
ſicut ego aliàs dixi, curialiter agere propono: verũtamẽ nõ quę
rebat dæmon, niſi ꝙ nos cautè redigere poſsit in priſtinã ſeruitu
tem & in primæuam obedientiã, ad quã vt noſtis, fueramus cõ
demnati per factũ Euæ. Reſpondet Dominus, qui nouit abſcon
2 dita tenebrarũ. † Tu ſcis ꝙ iudices quandoqꝫ ſecũdũ iura vtunť
mera iuſtitia, quãdoqꝫ rigore iuris, quãdoqꝫ æquitate ſecũdũ per
ſonas, cauſas, loca, & tempora, vt legitur extra, de homici. c. ſicut
dignũ. C. de legi. & conſti. l. j. & xlv. diſt. c. dominus. Vnde cùm
æquitatem ante oculos habemus, vt ff. de eo quod cer. loco. l. qđ
ſi Epheſi. in fi. volumus ipſa æquitate ſuadẽte præſentem diẽ in
diẽ craſtinã prorogare, quã tibi humano generi aſsignamus ad
cõparendum legitimè corã nobis, ipſamqꝫ prorogamus, vt ſupe
rius eſt expreſſum, quod de iure poſſumus: vt extra, de offic. de
leg. c. conſuluit. exclamauit voce magna dæmon, & dixit: Domi
ne, vbi eſt iuſtitia tua? Iam enim his per ea quæ video in exercẽ
da iuſtitia defeciſtis. Dixit Dominus, Eijcias eum foras: nonne
tibi diximus ꝙ volumus æquitatem ſeruare? & ipſe dæmon ſic
electus de regno cœlorum ad inferos rediens, primò dura ſocijs
ſuis retulerat: modo retulit duriora. Verũtamẽ dixerũt demones
adinuicẽ. Si æquitate penſata Dominus Ieſus iudex noſter pro
ceſsiſſet: certè te procuratorem nequitiæ infernalis audiuiſſet.
Ex quo enim æquo quis vtiť, nemini facit iniuriã: vt ff. de aqua
plu. arcẽ. l. j. Sed ex quo te audire noluit, à iuris tramite diſcedere
nõ tardauit. vnde poſtq̃ res ſic ſe habet craſtina die ad Ieſum iu
dicẽ nr̃m hora tẽpeſtiua dirigas greſſus tuos. Sero aũt facto fuit
magnus rumor in cœlis, qualiter genus humanũ erat in cõtuma
cia, chorus ſanctorũ exclamauit dicens: Dñe Ieſu Chriſte Rex
glorię et mũdi ſaluator, nõ eſt bonũ humanũ genus deperire: ſcis
eñ niſi fuiſſet clemẽtia tua q æquitate pẽſata diẽ prorogaſti ĩ diẽ
ſequentẽ qualiter genus humanũ firmaſſet pedes ſuos in ſtabili
gradu: & ſic finaliter clamauit voce magna chorus ſanctorũ in
fauore humani generis, ꝙ rumor aſcẽdit ad aures beatæ Mariæ
virginis, quo audito & ĩtellecto ipſa amariſsimè fuit turbata. Et
inquirens qđ erat innouatũ, nec poterat innouari dilatione pen
dente: vt C. de dila. l. ſiue pars. dixit publicè ꝙ voluiſſet eſſe aduo
cata humano generi. quo audito oĩs chorus cœleſtis magno gau
dio fuit repletus. Mane aũt redit procurator nequitiæ infernalis
tẽpeſtiuè ſubditus ad cõſiſtoriũ & iudicẽ & cũ cordis amaritudi
ne vidit Chriſtum cũ magnitudine ſedente pro tribunali. poſtea
aũt aduocata humani generis venit cũ comitiua gloriæ cœleſtis
& cũ multitudine angelorũ alta voce canentiũ: Aue regina cœ
lorũ. & ad ipſam magnanimandã erant interpretes humani ge
neris, & dicebãt: mater miſericordiæ nos qui ſumus humanũ ge
nus, ab hoſte maligno protege. Quibus auditis aduocata vltra
ꝓceſsit, & ſedit ad dexteram filij Dei patris omnipotẽtis, & tur
bata valde, vt eius facies indicabat, allocuta eſt filiũ ſuum dicẽs:
Rñde, fili mi: audio genus humanum vocatũ ad pręſentiã veſtrã
quare ſi eſt aliquis contra genus humanum cauſam ſe habere di
cat, aſſurgat: Dixerunt angeli: ò aduocata humani generis, vide
ỽſutum procuratorẽ nequitiæ infernalis damnatũ, ex eius ĩmen
ſa ſuperbia, dum inter nos reſidentiã faciebat. ipſe eñ eſt ille, qui
non ceſſat infeſtare iudicẽ contra genus humanũ. Qui ſtatim cũ
vocatus fuit, citò comparuit demiſſa facie, & animo petulanti.
Quo audito diabolus beatam virginem aduocatã humani gene
3 ris eleuatis oculis nõ audebat aſpicere: † quia qui malè agit, odit
lucẽ: vt extra, de offi. dele. c. conſuluit & ff. de ven. inſpi. l. j. circa
mediũ. Virgo enim Maria ipſum procuratorẽ nequitiæ inferna
lis cũ horribili oculo reſpiciebat, & magnã perturbationem eius
facies indicabat. Dixit aũt dominus dæmoni: Modò dicas qcqd
habes dicere contra genus humanũ. Reſpondit dæmon. San
cte pater, non moueat te caro & ſanguis tuus, nec etiã amor ma
tris tuæ, arg. extra, de præben. c. graue. ibi: carnalitatis ſequẽs affe
ctum, &c. ſed ſola iuſtitia: quia vos eſtis iuſtitia, vt xiiij. diſtin. c.
Deus noſter. vos eñ eſtis charitas, æquitas, & veritas, & vos di
citis, via, veritas & vita vbiqꝫ locorũ ſum. ergo faciatis qđ ſcribit
4 Io. j. c. Dixitqꝫ dæmon: † Ego dicam cãm meã, ſed non video cũ
quo loquor: quia, vt ſcitis, iudiciũ conſtat ex tribus ꝑſonis: vt ex
tra de ỽb. ſig. c. forus. & C. ad leg. Cor. de falſ. vbi perſonam autẽ
rei ſeu cõuenti non video: qũo ergo cauſam dicã: quia nõ habeo
reſpondentẽ legitimè, quis ſit legitimus cõtradictor, vide Cy. in
l. fi. in v. col. C. de edi. diui Adri. tol. Reſpondet beata Maria vir
go. Dictũ dæmonis facit pro me. dicit enim ꝙ iudiciũ conſtat ex
tribus perſonis, ſ. iudicis, actoris, et rei. Sed ego nõ video ꝑſonam
actoris, qđ eſt primũ fundamentũ: vt. ff. ſi pars hęr. pe. l. j. §. j. & ff.
de iure cod. l. quidã referunt. cũ ſi. ergo dæmon audiri nõ debet,
& ꝓnunciari & declarari peto cum inſtãtia quantũ poſſum. ipſe
enim qđ de ſeipſo deberet dicere, de alijs atteſtatur. quod eſt cõ
tra l. in arenã. in fi. C. de inof. teſt. Reſpondet dæmõ: Fundata eſt
amodo perſona actoris, ſ. ex procuratorio meo, iam s. allegato, &
ꝓducto ſcripto manu notarij publici anno dñi M.ccliiij. indi. v.
præſente Raphino de Machometo, & Cerbero, & quã pluribus
adhibitis rogatis, & vocatis ad chartã procuræ, ita ꝙ amodo fun
data eſt perſona actoris, maximè cùm ex parte iudicis ad mei ꝓ
curatoris legitimi petitionem citatio emanauit. Dixit aduocata,
5 † qđ mores mulierũ leuiter offendunť: vt extra de ỽ. ſig. c. forus.
& C. de ſpon. l. iiij. vnde ne teneamus diẽ in longo ſermone, peto
copiam citationis mihi exhiberi: quia ſic oportet fieri anteq̃ ad
alia ꝓcedamus: vt ff. de procu. l. ij. & extra de proba. c. qm̃ contra
falſam. Dæmon ait: Cui fiet copia? Partẽ eñ conuentam, quæ in
iudicio legitimè intereſſe deberet, nõ video. Reſpondet aduoca
ta: Ecce me, quæ ſum aduocata humani generis, & pro ipſo ge
nere humano parata ſum ſtare in iudicio, & tibi iuridicè reſpon
dere. Reſpondit diabolus: Audi pater & dñe iudex, & reſpice ve
ritatẽ: quia tua mater ab omni aduocationis officio excluditur.

Aduerte primò: quia mulieres pro aliquo poſtulare prohibẽ
tur: quia virile eſt officium: vt ff. de poſtu. l. j. & iij. q. ij. §. ſunt tres.
in fi. Pręterea ipſa eſt mater tua, vnde ipſam reddo ſuſpectam: vt
extra, de app. c. poſtremo. & c. cũ ſpeciali. & C. de aſſeſ. & dome.
l. domeſticus. Nam ſi matris tuæ officiũ admitteretur, ſ. vt aduo
care poſſet pro humano genere, poſſet de leui mater tua te Ieſum
filium ſuum ad ſuã partem trahere, & ſic ius & iuſtitia à ſuis ter
minis totaliter deuiaret. ex quibus dico eã non eſſe admittendã,
& pronunciari, & declarari peto. Dixit aduocata filio ſuo: Caue
fili mi ne fraus illius ỽſuti te circunueniat. Aſſerit eñ me aduoca
tam generis humani non eſſe admittendam: mentitur enim: cum
verè contra veritatem loquatur, & etiam contra iura. nã in eius
6 ore nunq̃ fuit veritas inuenta. Noſti domine iudex fili mi, † qđ
licet mulieres non admittantur ad poſtulationis officium: tamen
pro miſerabilibus perſonis, coniunctis, pupillis, & viduis bene
admittuntur: vt extra de procu. c. fi. & iij. q. vj. c. ſunt autem. C. de
aduo. di. iu. l. petitiones. §. licentiam. & ff. de procu. l. ſeruum quo
que. vtile eſt etiam ſi bene inſpiciamus fili mi, vbi ſunt magis mi
ſerabiles perſonæ, q̃ in mundo, quem iſte procurator nequitiæ
infernalis nititur redigere ad primæuum ſtatum, & ad priſti
nam ſeruitutem quod eſt contra mores, & iuſtitiã, & iura natura
lia: vt ff. de iuſti. & iur. l. manumiſsiones. cum ſi. Præterea ipſe di
cit & allegat qđ ego ſum mater iudicis: vnde tanquã mater quia
ſuſpecta admitti non debeo in iudicio. ſed contra hoc eſt qđ de
beo admitti & audiri: nã poſſum præſentem cauſam defendere,
ipſamqꝫ proſequi: quia mea intereſt tanq̃ aduocata. nam ſi eſſem
Iudæa vel excõicata, defenſiones meæ mihi ſaluæ eſſent, & au
diri deberem. ar. extra de exce. c. cum inter priorem. & c. dilectus
filius. cum ſimi. Multò ergo magis admitti debeo, cum nulla
infamia penitus ſim detenta. Præterea noſti fili mi chariſsime,
tres etiam ordines approbatos. Primus eſt ordo coniugatorum.
HAEc figura differt ab oībus p̄cedētibus . nā iſtarū aliquæ cōtinentꝰ vna linea recta aliquæ pluribus lineis rectis,aliquæ linea vna circulari.iſta verò cōtinetꝰ tribus lineis:quarū duæ ſunt circulares, vt a .b. q̄ eſt prima.c.d.quæ eſt vltima.alia media.b.c.dico ergo ꝙ prima vna linea recta crocea.a.b.totū infra illā lineā,& antequā ripā cōtētū,eſt p̄dij Lucij:& de illo ad Titiū nil pertinet, nec iure ꝓpinquitatis,nec iure adhærentiū,vt patet ad ſenſum,& eodem modo ducatꝰ alia linea crocea recta.c.d.& illud totum pertinebit ad Caiū ad Titiū verò nihil eadē ratiōe quo facto remaneret figura tribus lineis rectis cōtēta,& ſic qualiter diuiſio debeat fieri apparet ex.xij. figura ſupra poſita , & hoc oſtēdūt lineæ ductæ rubeæ.Illud etiā notandū eſt vniuerſaliter,ꝙ concauitates q̄ ſunt in ripa vnius prædij ſi ſunt ita irregulares ꝙ in p̄ditas figuras nō cadāt:debēt reduci ad regularitatē,& rectitudinē:vt hac figura factū eſt.nā portus qui ſunt in inſula,ipſius inſulæ eſſe dicūtꝰ,vt ff.de pub.l.Cæſar. portus aūt eſt quidā locus cōcluſus,ſeu quædā cōcauitas q̄ eſt in ripa,vt ff.de verborū ſignificatione l.portus.ita cōcauitates q̄ ſunt in ripa prædij debēt eſſe ipſius p̄dij.Hæc de figuris irregularibus dicta ſunt,vt ſi quando reperiuntur,ad regularitatē reducantur,quæ figuræ irregulares ſunt infinitæ,nec de eis poteſt dari doctrina,niſi reducātur ad figuras regulares.Præterea,quædā dicta ſunt de linea recta quæ declarant quæſtionē occurrentē de facto inter dominos molendinorū ſuperiorū,& dominos molendinorū inferiorū.erat namq; pactum ꝙ clauſura molendini ſuperioris,nō poſsit eleuari altius,niſi ad certū clauū immiſſum in quadā colūna exiſtēte ab vna parte fluminis,verſus littus ipſius fluminis. accidit verò ꝙ ab alia parte fluminis nulla colūna reperiebatur,neq; aliquis clauus, niſi ſolū ab illa parte de qua actū fuit inter dominos molendinorū.Quærebatur quantū ab alia parte de qua nihil actū erat an dn̄s inferioris molendini poſsit vel debeat altius eleuare clauſurā:dubiū erat:quia cū tantū vnus punctus detur à quo linea debet duci.ſ.ille clauus qui eſt in colūna,ſolum ab vna parte fluminis,ab alia verò parte fluminis nō ſit punctus, videtur ꝙ ab alia parte fluminis vbi colūna non fuit immiſſa: neq; clauus poſſet altius eleuare clauſurā,dn̄s molendini inferioris,& aquā ducere in quacūq; parte vult.patet cū ab alia parte nō ſit poſitū aliquid,ꝙ declaret quātū flumen ducatur in altū,vel clauſura nō poterat dari ibi:aliqua cōparatio: arg. l.in teſtamento.ff.de condi.& demō.Sed reſpondetꝰ ꝙ illa verba q̄ dicūt ꝙ clauſura nō poſsit eleuari altius illo clauo,debet intelligi de tota clauſura.ar.ff.de ſerui.vrbano.prædio.l.ſi ſeruitus.& ſic debet intelligi prout ille clauus reſpicit totā longitudinē & latitudinē clauſuræ,per directū linea trāſducta.arg. C.de ędifi.priua.& d.l.inter eos.de acquirēdo rerū dn̄io.Qualiter aūt linea directa trāſducatꝰ,apparebit, ſi ex illo clauo extendatꝰ chordula verſus aliā partē ripæ:deinde ſuper illā chordulā plūbū,ſeu perpendiculū ponatur. Et ſi quidē chordula plūbi illa chorda clauo ducta facit angulos omnes recte ad modū rectæ crucis,linea eſt rectè ducta.Siverò anguli eſſent aliqui acuti,& aliqui obtuſi : tūc linea aut eſſet nimis erecta vel nimis depreſſa,vt patet ex his q̄ dicta ſunt ſupra in ſecunda figura.Itē faciūt p̄dicta in ar.ad aliud ꝙ ſæpe occurrit de fctō:maximè in inſtr̄is diuiſionū,vt ſæpe apponitꝰ ꝙ vnus habeat à tali loco ad talē prout trahit,ꝑ directū:de quorū verborū ſignificatiōe quādoq; vidi indubitari. Dico igitꝰ,ꝙ qn̄q; in inſtr̄o apponitꝰ totus locus per quē debet duci extēſio latitudinis.qn̄q; ponūtꝰ extremitates,limitatæ.qn̄doq; ponitꝰ vna extremitas limitata,alia verò obſcura.Primo caſu exēplū . dicit inſtr̄m ꝙ qcqd eſt à tali via,vel à tali flumine circa ſcd̄m qđ protrahitꝰ per directū ſit primi.qđ verò eſt vltra ſit ſecūdi. & a hoc qđ dixi ꝑ directū debet intelligi prout via,vel flumē vadit,& licet nō vadat rectè:tn̄ rectū appellatꝰ ſcd̄m qđ curſus eſt directus,vt ff.de excuſatio.tuto.l.nō ſolū.§.primo, ibi. viā rectā dirigēs &c.Scd̄o caſu exēplū.ſi dicatꝰ a tali termino vſq; ad talē prout trahit per directū ſit talis:tūc verū eſt qđ rectitudo eſt ab vno pūcto ad aliū extēſio,vt dictū eſt in prima figura.Tertiò caſu exēplū qđ talis primus habeat à tali termino ꝓut trahit ꝑ directū.nā licet terminus ipſe ſit rectus & pūctualis,vt ꝑtes declarāt:tn̄ ad nullas ꝑtes duci pōt linea recta niſi ſcd̄m qđ terminus eſt altus vel ꝓcliuus,latus vel ſtrictus acutus vel planatus,rotūdus in modū colūnæ,vel quadratus. Et ad hoc dico qđ lapides,qui ponūtur ꝓ termino,conſueuerūt poni taliter qđ in certā partē videtur reſpicere , vt ſi lapis



eſt longus.non enim debet reſpicere à lateribus,ſed per directū à parte ante acuta.Et ita vidi ruſticos antiquos dicētes:q pus eſt ſtandū in iſtis:vt ff.de legatis.iij.l.ſi chorus.iūcto c.qa iudicāte.extra,de pręſcript.Ex qualitate ergo termini hoc per pēditꝰ vel ſi qua litas termini hoc nō induceret:tūc eſſet aduertendū ꝙ ſi terminus ille eſſet prope aliquā ſepē vel limites qđ ab illis limitibus ducatꝰ linea recta,hoc eſt quòd angulum rectum dimittat in ripa.quod qualiter fiat,in ſuperioribus clarè declaratum eſt.Conſulo tamen quòd qui talia inſtrumēta cōponūt curēt clarius exponere,& hęc linea recta.Ea verò q̄ dicta ſunt de linea rotūda,faciūt ar.imò determināt q̄ſtionem no.de facto emergentē.ꝓut in ſequenti figura declarabitꝰ.&c.

a ❡De inſula . Dicit Fel.ī c.Rodulphꝰ.in xvij.col.de reſcri.ꝙ bar.hic plenè ponit de iſula.tn̄ vide Bal. ī rubri.ff.de rerū diui.ī vj.col.& ſeq.in ver.nūc videamꝰ vbi ponit ēt plenè đ iſula ꝙ alia eſt naturalis q̄ ſemꝑ fuit,vt Corſica,& Sardinea, & ſimiles Alia caſualis & accidētalis q̄ ī flumine ſemꝑ naſcitꝰ & ī mari rariſsimè, vt ibi ꝑ eū.& ibi po an cōcedatꝰ occupāti & vide Alex.ī l.j.in pri.ī antepe.co.ff.de acq.poſ.ī ver.capio gl.ī ver.mari.& ibi ponit de inſula nata ī flumine.& Bar.Vero.ī ſuo tract.de ſerui.ruſ.prædi.in rub. de itine.in iiij.col.& ſeq.An autē ciuitas Venetiarū dicatur īſula,dic ꝙ nō:qa nō habet ſphærā terræ ſed eſt fundata in alueo maris, & nullꝰ alueꝰ appellatꝰ īſula, vt patet Inſti.de rerū diui.§.itē ꝑ alluuionē.& ita ī ſpē cō ſuluit bal.ī cōſ.ccccxxix.ī iij.vol.inci.q dā emerūt.& vide ī cōſi.ſeq.& ſequitur Iaſ.ī l.ſi iſulā.ī ij.co. ff.de ver.obl.ſcripſi plenè in meo tract. de Venetę vrbis libertate & eiuſdē Imperij dignitate , & priuilegijs.& ī priuilegio xxxviij.in reſponſione ij.argumenti . quē dono dedi Sereniſsimo principi do. Andreę Griti & excellen.cōſ.x.à quibꝰ Alexan.filius meus dono habuit officiū notariatus,ſupra cōſulū in vita ſua.Th. Diplo.




FIgura iſta dirimit quęſtionē magnā occurrētē de facto ſtatuto cauebatꝰ ꝙ qui ꝑ vim dānificaret aliū de re valoris decē flore.auri,deberet morte puniri.Cōtigit ꝙ q dā ad domū alterius acceſsit,vt vegetē vino plenā ꝑ vim effudit,& vegetē deſtruxit,ſola vna dogha remāſit,& de bonitate vini erat certū ſed de quātitate erat dubiū,hoc eſt,quātę capacitatis eſſet veges,dico ꝙ ex his q̄ dicta ſunt ś.in xiiij.figura hoc poterit clare haberi hoc modo.Signetꝰ illa rotūditas illius doghę in terra vel in tabula,vt oſtēdit lignea nigra,a.b.cōſtat em̄ ꝙ illa eſt pars rotūditatis totius vegetis ſuꝑ illā partē fiant ſigna ad diuidēdū centrū,vt in illa xiiij.figura dictū eſt & ducantꝰ duę lineę,q̄ ſe pręſcindāt ꝙ eſt centrū.plenè cōſtat in pūcto,c.deinde pone pedē circuli immobilē in pūcto,c.& extēde vſq; ad linea.a.b.& ꝑficias circulū,vt oſtendit circulus rubeus datus:dico ꝙ de neceſsitate illa erit rotūditas vegetis.Si igitꝰ habes longitudimē ex dogha remanēte rotūditate ex circulo,quilibet communis Geometer ſciret dicere capacitatē. & ſi veges in medio eſſet largior de facili ad æqualitatē reducitur per menſores communis vel demonſtratoris,vt videbis breuius in ſequenti figura &c.




ISta figura facta eſt ad demōſtrandū idē ꝙ præcedens ſed breuius.Cōſtat em̄ ꝙ dogha vegetis habet duas lineas circulares,ſcilicet interiorem & exteriorē:& interior eſt minor,& quęlibet reſpicit vnū centrū.Idē dogha vegetis habet duas lineas rectas,ſcilicet ab extremitate exteriori vſq; ad extremitatē interiorē.Sed duo pūcti exteriores illarū linearū magis diſtāt ab inuicē q̄ duo iteriores, & ideo ſi dictæ duæ lineæ protrahantur: neceſſarium eſt iungi,vt dictum eſt in prima figura.ſic ergo groſsities vnius doghæ vel duarum ſatis patet vt oſtendunt lineæ,a.b.c.ab exteriori circulo vſque ad interiorem.deinde ducentur lineæ doghæ rectæ ab vtraque parte,& iungant ſe in puncto,b.d.ipſi enim centrum circuli interior & exterior.voluas ergo circulariter, & habebis groſsitiem vegetis,&c.

b ❡Quod raro accidit Scribit Euſebius in lib.de temporibꝰ qđ anno mūdi, ſeūdo ś. gntū millesimū,Olī piade cxlv. iuxta Therā apparuit inſula quę vocatꝰ Hiera. Itē āno Chriſti xlvij.& Olimpiade ccvj.īter Therā & therasiā exorta eſt inſula habēs ſtadia xxx. Thomas.

*Incipit tractatus de inſula domini Bartoli.*

POſt tractatum de alluuione,ſupereſt vt de inſula[a] videamus,de qua ſic ait lex: Inſula, q̄ in mari naſcitur,ꝙ raro accidit occupantis ſit, quādo nullius eſſe creditur.In flumine nata,quod frequenter accidit,ſi quidem mediam partem fluminis tenet:cōis ſit eorū,qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſsidēt pro modo latitudinis cuiuſq; prædij quæ latitudo prope ripam ſit,quòd ſi aliquis proximior ſit,eorum eſt tantū qui ab vna parte ripam poſsident prædia.ꝙ ſi ex vno latere prorupit flumen, & alia parte nouus riuus fluere cœpit:deinde nouus iſte riuus in veterē ſe conuertit,ager,qui à duobus riuis cōprehēſus in formā inſulæ redactus eſt,eius eſt in cuius eſt,& fuit.hęc verba ſunt.ff.de acquirendo re.l.adeò.§.inſula.Idem habetur modica verborum mutatione facta.Inſtitu.de re.di.§.inſula . legis ergo verba diſcutiamus.ait ergo:

INſula. eſt locus circūdatus aquis.qui cū deſinit circundari,deſinit eſſe inſula : vt ff. de acquirendo rerum dominio.l.inſula. Vel aliter. Inſula dicitur domus in mari,quæ eſt quaſi inſula. Dicitur inſula quaſi in ſalo poſita,ſecundū Iſidorū.Ita notat glo.ff.pe verborum obliga.l.ſi inſula.cum ſimilibus.

QVæ in mari. Mare eſt colectio aquarū multarū ſalſarum. Propriè enim mare ab amaritudine dicitur,& oportet ꝙ cū magno cōtineatur:aliàs em̄ licet mare appellatur,mare nō eſt , ſed magis ſtagnū vel lacus,vt dicimus de mari Galilææ ꝙ in ſacra ſcriptura mare appellatur,tamen ſtagnum ſiue lacus eſt:& tunc iure priuati,vel publici,vt flumen eſt,vt præce, libr. dictum eſt ſuprà in verbo flumine.

NaſCitur. Naſci dicitur cúm primò dicitur apparere.

b QVod ratio accidit [b] Raro accidere dicitur,de quo ſemel aut bis extitiſſe memoria eſt . ꝙ verò plus euenit, frequenter accidiſſe dicimus:vt ff.de leg.l.nā ad ea. & ſeq.& hoc in his quæ aliquē cōſuetū ordinē in naturā nō habent.aliàs em̄ cū minus euenit quā ſit cōſuetū ordine naturæ,raro eueniſſe dicimus.ſi plus ordine cōſueto,tunc frequēter.Raro em̄ pluiſſe dicimus iſto anno,ſi ſcd̄m cōſuetudinem nō pluit:& frequēter,ſi plus cōſuetudine.Facit ś.de ędil.edi. l.quibus.ſimile eſt in moribus:qa qui minus cōſueto more ad

forum,vel ad eccleſiam vadit,raro ire dici
tur. facit ff.de contrahen.empt.l. ſi .ſ. ſed ſi
ſecundùm conſuetudinem vadit: tunc mo
deratè accedere ſeu fieri dicimus. Facit ff.
de contrahen.emp.l.fiſtulas.in fine.

**OCcupantis fit.** Occupare enim dicimus eum qui inſulam eo animo ingredi
tur,vt totam occupet: nec eſt neceſſe,vt o
mnes glebas inſulæ circundet:vt ff.de acq.
poſ.l.iij.in prin. & ſit eius iuris dominium,
per rationem quæ ſequitur,&c.

*1 Iuriſdictionem habens in territorio mari cohærẽti,habet etiam iuriſdictionẽ in mari uſq; ad cẽtũ milliaria.*
*Inſula in mari nata,dicitur illius prouinciæ uel iuriſdictionis cui magis eſt propinqua.*
*2 Inſula in mari alto poſita propinqua alteri inſulæ dicitur eius iuriſdictionis & prouinciæ cuius eſt illa inſula.*
*Inſula Sardiniæ dicitur Italiæ.*
*3 Inſula nata in mari alto,& non propinqua alicui loco,uel inſulæ erit occupantis quo ad dominiũ & iuriſdictionẽ Imperatoris de iure ciuili, de iure gentiũ occupantis etiam quo ad iuriſdictionem.*
*4 Inſula uel locus occupanti conceſſus,ſi à pluribus occupatur,omnes totam dicuntur occupaſſe.*
*5 Si plures concurrunt in unum ad occupandum locum: & quilibet per ſe uult occupare:cuius erit locus.*
*6 Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata ſeu currentia ſuper loco facta.*
*7 Conceſsio iure occupandi alicui,ſi negligat occupare,amittit ius ſuum.*
*8 Conceſſo territorio ſpecialiter per ſuperiorem, quando conceſsio ualeat.*
*9 Territoriũ an uideatur occupatũ ab eo qui in eo cũ exercitu ſtat,ut ſtatim ſuum fiat.*
*10 Gentes exiſtentes in loco occupato,quibus legibus regentur.*
*11 Occupans locũ ob delictum habitantium,poteſt illorum bona auferre,& alteri dare.*

**NVllius enim eſſe creditur.** Ex
quo enim ſequitur ergo occupantis fit naturali ratione:vt ff. de
acquirẽ.re.do.l. iij.in prin. Licet aũt nullius ſit iure dominij:
1 †an quo ad iuriſdictionem alicuius ſit:vt maleficia,quæ ibi com
mittuntur,poſsit punire: & gentes quæ ad illum locum inhabi
tandum accederent poſsit ius dicere:dubitari poteſt. Ad quod
videndũ eſt an qui habet iuriſdictionẽ in territorio cohærẽti ma
ri habeat in ipſo mari:ꝙ vſq; ad quod ſpatiũ. Et videtur ꝙ non:
quia mare eſt cõe omnibus. In contrarium eſt veritas.imò ſicut
præſes prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus
per terrã:vt ff.de offi.præſi.l.cõgruit.ita etiã per aquam:vt C.de
a claſ.l.j.lib.xj.Ex hoc apparet ꝙ etiam in mari habet iuriſdictio
nẽ & in inſulis quæ ſunt in dicto mari, multòmagis. Inſulæ em̃
illæ quæ à prouincia modico ſpatio diſtant,illius prouinciæ eſſe
dicimus,vt ſunt inſulæ Italiæ.& ff.de verbo. ſig.l.notionem.§.j.
Modico aũt ſpatio diſtare puto quãdo diſtant per centũ mil
liaria,vicinus enim locus dicitur.ff.de dam.infec.l.iiij.§.ſi tã vici
nũ. cui congruit extrà, de reſcrip.c. nõnulli.vbi dicitur ꝙ intra
duas dietas non dr̄ locus remotus. Cõſtat aũt ꝙ centũ milliaria
b per mare[b] minus eſt duabus dietis.Cũ igitur ſit alterius quo ad
2 iuriſdictionẽ non põt eſſe occupãtis.Sed†ſi inſula eſſet in mari
alto,vt à qualibet regiõe diſtãs:tũc videndũ eſſet an poſſet dici
propinqua alteri inſulæ,vt dicãtur nobis vicinæ,vel propinquę
vt ff.de acquir.re.do.l.pe.§.Paulus reſpõ.& eo.tit.l.inſula.& no.
in fi.per Azo.in Summa Inſti.de re.diui. Et ideo inſula Sardi
niæ,Italiæ dicitur licet ab Italia magno ſpatio diſtet:ſed eſt pro
pinqua inſulæ Corſicæ quæ ab Italia modicũ diſtat.Secundùm
3 alios autem†ſi nec alicui regioni,nec inſulæ alterius vicina eſt,
c tunc nõ poſſumus dicere[c] ꝙ aliquis in ea habeat iuriſdictionem
niſi Imperator qui omnium dominus eſt:vt l.deprecatio.ad leg.
Rhod.de iact.Dico igitur ꝙ talis inſula occupanti cõcedit̃ quo
ad dñim.Sed ſi quo ad iuriſdictionẽ ibi ꝓ magiſtratu vel rectore
ſe gereret abſque principis iuſſu,incideret in l.Iul.maie.vt ff. ad
leg.Iul.maie.l.iij.in fi.& hoc ſecundum iura ciuilia.ſecũdum ve
rò iura gentiũ gens quæ dictam inſulam occuparet, faceret ſibi
Regem:vt ff.de iuſti.& iure.l.ex hoc iure.& ille eos manu regia
reget: vt ff.de orig.iur. l.ij. circa princip. & hoc obſeruandum
d eſſet inter eas gentes[d] quæ nec iure Romano, nec aliquo iure
4 ciuili vtuntur. Sed quæro† quid de inſulis,& locis alijs quæ
ab aliquibus gentibus habentur,& detinentur:tamen concedũ
tur occupanti, vt contingit aliquando: vt C. de hæret.in aut.ſi
verò dominus temporalis.& x.col.de ſta.contra.liber.ec.§.ſi ve
rò dominus temporis.Contingit etiam quandoq; ex ſpeciali cõ
ceſsione Papæ,vel principis,vel alterius iuriſdictionem haben
tis. Reſpon. circa hoc multa videnda ſunt. Primò ſciendum eſt
ꝙ ſi vna terra à pluribus occupatur, non poteſt dici ꝙ quilibet
per ſe occupauerit partem vel omnes totam ſimul: vt ff. ad leg.
Aquil.l.ita vulneratus. in fi. & de fur.l.vulgaris.§.penul.opor
tet ꝙ omnes in vnũ concurrant,vt vnus Rex,vel baro vel vnus
populus vel plures ſimul ad vnum finem concordent. Quid
5 †ergo ſi plures in vnum concurrunt, & quilibet vult occupare
per ſe,quis dicatur occupare? Reſpon.quãdoq; tractatur de oc
cupatione iuris, quæ fit ratione iuris priuati & ad priuatam vti
litatem.& iſtam materiam poſui in l.ſi pluribus.de lega.j.Quan
doq; tractatur de iure occupandi ad priuatã vtilitatẽ ratione pu
blici iuris,hoc eſt, quod omnibus competit, vt in occupatione
eorum quæ in nullius bonis ſunt de quo dixi in l.quò minus.ff.
de flu.Sed quando tractatur de iure præoccupandi ad vindictã
publicam:& ſic principaliter permittitur propter publicam vti
litatem,licet cedit ad priuatam vtilitatem occupantis. & iſta eſt
materia,in qua leges dicunt ꝙ ante lit.conteſt.ſi plures veniunt
cõdẽnandi,iudicis eſt electio, vt præferat idoneiorẽ.ff.ad accu.
l.ſi plures.de popu.act.l.j.quæ leges propriè faciunt. Nam po
pularis actio fit ad publicam vtilitatem principaliter: ſed illud
quod exigitur,fit actoris:vt l.ſi cui.de verb.ſigni. ſicut hic illud,
quod occupatur,eſt occupantis ante lit.conteſt.poſt lit.verò cõ
teſt.non admittuntur:vt l. ſi cui.nunc in propoſito,ſicut in bel
lo ciuili quod fit in iudicio illud quod fit ante lit.conteſt,dicitur
præparatorium,per lit.conteſta.incipiunt tractari merita cauſæ:
vt C.de lit.cõteſt.l.j.de procur.l.nulli.ita in bello naualli omnia
præparatoria ſunt ante bellũ inchoatum. Poſtquàm verò quis
cum exercitu iuerit ſuper illum cuius terram quis vult occupa
re,dicitur res inchoata.Si ergo plures domini vel populi præpa
rent ſe ad idem: poteſt ſuperior eligere vnum quem putauerit
idoneiorem. Iſta enim præparatoria non faciunt deſinere rem
eſſe integram: vt l.ſi pecunia:in prin.ff. de condi.ob cau.licet ſit
arg.contra.ff.de pollicitationibus.l.j.§.cœpiſſe.vbi dicitur quòd
propter præparatoria deſinit res eſſe integra, ſed alius eſt caſus
ibi.Sed poſtquam vnus cum exercitu ſuo iuerit ad occupandũ,
alius de iure non poteſt ire. ius enim acquirendi illam terram
6 iam eſt acquiſitum illi eunti:vt l.litus.de verb.ſign.Sed†quid ſi
non iuerit aliquis dominus cum exercitu,ſed aliquam caualca
tam ſeu currentiam fecit fieri ſuper illam terram: an ex hoc vi
deatur ius præoccupatum? Rñ.nõ ſicut enim per dationem li
belli vel per reſponſionem ad vnam poſitionem, vbi de nego
tio tractatur aliquid principari dicitur:nec res dicitur cœpta:vt
extra,de lit.conteſta.c.j. ita per vnam caualcatam,vel currentiã
non dicitur res cœpta & præoccupata facta.ſed cum iuerit cum
exercitu quo poterat terram acquirere ſecundùm rei exigen
tiam.quod optimè probatur ff.de verbo.obligatio.l.continuus.
§.item qui inſulam. poteſt ergo ſuperior re integra concedere
7 vni illud ius occupandi.& hoc pluries factũ eſt à Papa. †Sed
quid ſi ille,cui conceditur,negligat occupare:an ab illo iure ca
dat? Reſpond. ſic ſi ſine iuſta cauſa differat.idem ſi iuit in ex
ercitu & eum poteſt facere,ſi ſine iuſta cauſa receſsit illud amit
tit:vt ff.de dam.infec.l.ſi finita.§.illud quæritur.& §.ſi quis me
tu.Et prædicta vera quando conceditur ius occupandi. Sed
8 †quid ſi ſuperior concedit ſpecialiter ipſum territorium? Re
ſpon.ſiquidem loquatur de conceſsione facta ab eo qui legi
bus non eſt ſubmiſſus: tunc ſi voluit potuit.& de eius poteſta
te diſputandum non eſt.Quid autem voluerit ex modo conce
dendi apparet,Si verò concedens erat ſubmiſſus legibus:& tũc
ſi quidem concedentis fuerint,poſſunt concedi: ſicut multa &
infinita regna fuerunt conceſſa quæ fuerunt populi Romani,
& multæ terræ quæ fuerunt à Chriſtianis regibus detentæ, &
poſtea occupatæ tunc illę poſſunt concedi. Nam adhuc conce
dens habet ius priuilegij:vt l.id quod.& l.ab omnibus.§.j.de leg.
j.Si verò nunquam fuerunt concedentis,ſed ſemper fuerunt ho
ſtium:non poſſunt concedi:vt ff.de verb.obli.l.liber homo.& vi
9 de ibi quod dixi. †Sed an illud territorium, in quo cum exer
citu

a ¶Quod etiã in mari. Vide Bar.in l.Cæſar.ff. de publ. & ibi Alexan.de Imola. in additio.& vide Feli. in c. Rodulphus. in vij.colũ. de reſcrip. Tho.

b ¶Per mare.Nota ꝙ dicit Bar.hic,ꝙ quinquaginta milliaria per mare ſunt minus q̃ vna dieta ad ea. q̃ ponunt doct.in c.nõ nulli.de reſcrip.& in l.j. ff. ſi quis cautio. & adde quòd iſtud dictum Bar.hic allegat Feli.in c.olim.in iij.col.de excep. Th.

c ¶Poſſumus dicere. Vide Feli.in c. Rodulphus.ĩ vj.& viij. col.de reſcrip.& vide omnino. Paul. de Caſt.in l.inſulæ Italiæ.ff.de iudic. Tho. Diplo.

d ¶Inter eas gentes. Vide de iſta materia per Bal.in rubr.ff.de rerum diuiſi.ĩ vj. co. & ſeq.& Bar. Vero. in ſuo tract. de ſerui. ruſt.prædio.in ru. de mari. in iiij. colũ. & ſeq.& per totũ. Th. Diplo.



citu ſtat,videatur occupaſſe,vt ſtatim ſuũ fiat.Reſpon.aut cepit
aliqua loca quæ poſſunt retineri,etiam ſi totum territorium nõ,
capiatur forte,vel aliqua caſtra vel fortilicia,vel aliquam regio
nem inter montes vel intra flumina: & tunc illud ſuũ efficitur.
ſi verò nõ poſsit illud retinere,niſi locum principalẽ capiat:tunc
ille locus,in quo eſt cum exercitu,non efficitur ſuus:quia ille ſu
ſtinendo,vel præliando adhuc liberari poteſt.vnde non dicitur
ille locus occupatus:arg.ff.de acquir.re.do.l.in laqueum. Sed
10 quæro†ille gentes[a],quæ ſunt in illis locis,quæ occupantur,qui
a bus legibus regentur,an legibus nouis illius Regis vel populi
qui occupauerit eos,an verò legibus eorum antiquis? Gul.de
Cug.hoc tangit ff.de pig.actio.l.ſi cõuenerit.§.j.& arguit ꝙ de
bent regi ſcd̃m leges,quę ſunt in regno occupantis:quia videtur
auctũ regnũ:ſicut dicimus in eo ꝙ accreſcit per alluuionẽ ꝙ effi
citur eiuſdem iuris,cuius erat prædium,cui adijcitur, vt dictum
eſt ſ.in princ.lib.ſuper verbo noſtro.Pro hoc.ff.de admi.tuto. l.
quoties.§.fi.In contrariũ videtur ꝙ nõ debeant cõſeruari ſtatu
ta regni,niſi appareat expreſsè ꝙ Rex accepit eo animo vt ſibi
vniret,& vnũ regnum eſſet:quia talis acquiſitio debet intelligi
ſine præiudicio iuris aliorũ:vt ff.ne quid in loco pub.l.j.§.merito
& §.ſi quis à principe & pro hoc C.de offi.preto.Afri.l.in nomi
ne domini.§.fi.arg.C.de coll.fun.pa.l.filius.lib.xj.& ſic cõcludi
tur ꝙ regentur ſuo iure,nõ iure regni.arg.ff.de leg.iij.l. prædijs.
§.Titio.& de fun.inſtr.l.Seiæ.§.Tyrannæ. Illud enim territoriũ
intelligitur venire cum ſuis iuribus.de pig.act.l.aliena.de ſerui.
ruſti.prædio.l.via.§.ſi fundus. Iſta ſunt verba eius. Mihi videtur
dicendũ,ſi quidem nõ conſtat de mente occupãtis,ſtandũ eſt iu
ribus antiquis illius loci,quatenus honeſta ſunt, per ea q̃ dicta
ſunt per Gul.Si verò ille,qui occupauerit,expreſsè vult illa iu
ra vel conſuetudinem mutare,an poſsit? Dico,aut ille locus fuit
ſubmiſſus occupationi propter delictũ domini, qui tunc illum
locũ tenebat:& tunc occupans acquirit omne ius illius domini.
& ſicut ille dominus primus poterat mutare leges: ita & occu
pans. Aut propter delictum ſubditorũ,& nõ domini: & tũc oc
cupãs poterit acqrere ius ſubditorũ.& ſicut ſubditi poterãt mu
tare:ita ipſe occupãs poterit. Aut ꝓpter delictũ cõe: & ſuccedit
occupãs in ius vtriuſq;. Alteri aũt q in hoc nõ deliquit, nullum
ꝑiudiciũ facit,vt expreſsè ꝑdicta probãtur in dicta aut̃. ſi verò
11 dñs tẽporalis.C.de hæreti.Ex prędictis aũt†apparet ꝙ talis occu
pans.bona eorũ qui ibi habitabãt,poſsit auferre,& alteri dare.ꝙ
verũ eſt,qa poterit, ſi ex eorũ delicto talis occupatio facta fuit.
aliàs ſecus.Et prædicta in occupatoribus, qui ſunt inferiores à
principe.Princeps enim ſolutus eſt legibus,& omnia poteſt.

**IN flumine nata.** Hæc eſt ſecunda pars. nota quod tribus modis cõtingit:
vt ff.de acquir.re.do.l.ergo.§.tribus. Primò,cùm circun
datur ager qui non erat alicuius, de quo loquitur vltima pars
præſentis relatæ legis. Secundò, cum alueum dereliquit ſic
cum,& incipit fluere. Tertiò, cum paulatim coalendo locum
eminentem fecit ſupra alueum.Et aduertendum eſt quod dicit
per alueum nata,non dicit naſcitura. Non igitur tempus, cum
incipit apparere,inſpicimus, ſed tunc cum opin. circuncolen
tium inſula Incipit reputari.argu.ff.de flu.l.Paulus.§.j. quod di
cit lex eſſe natam, ſine dubio verum eſt, ſi priore æſtate ſic ſte
terit.ante enim poſſet dubitari,an ſit inſula,an verò locus in me
dio qui propter ſiccitatem vacuus remanſit.Si verò æſtate prio
re ſic ſteterit,ſicut dicitur,verum dicit: arg. ff. ne quid in flumi.
pub.l.ij.§.ſi autem. Ad quod facit d.l.ergo.§.tribus.de acquir.re.
domi. ibi dum dicit, cùm primum extiterit, quod perfectum
ſignificat, cùm ſit futurum ſubiunctiui: vt l.j.ff. quod quiſque
iur.de verbo.oblig.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ab eo verò
tempore, ſi quid annuatim dicta inſula reciperet, iudicaretur
ſecundum l.inſula.ff.de acquir. rer. domi.Item dicit nata, ſcili
cet caſu vel diuina poteſtate.non dicit facta manu hominis. ſi
tamen ab homine facta eſſet,idem iuris eſſet:vt,ff.de acquir.rer.
domi.l.penul.§.fin.Et hoc facit ad quæſtionem cuius ſit cluſa
facta in flumine.de quo dixi in l.quò minus.ff.de flumini. Item
dicit nata,intellige quod ſolo cohæreat.ſi enim ſupra aquam ſta
ret,vt quandoque accidit publica eſſet:vt ff.de acquir.rer.domi.
l.penul.§.j.

*1 Frequenter accidere quid ſit.*
*2 Medium eſt quod conſiſtit inter duo extrema,*
*Extremitas,principium & finis.*
*3 Caput ſeu principium alicuius rei ubi ſit,& quantum ſpatium occupet.nu.9.*
*Caput hominis habet tres proprietates,ſcilicet initiũ neruorum,pars honorabilior,& uerſus cœlum erigitur.*
*Pes hominis tres proprietates habet.*
*4 Caput ſeu principium uel initium fluminis eſt unde flumen originem capit:& finis ubi flumen terminatur.*
*5 Caput anni,tempus à quo incipit dicitur,finis à tempore quo finitur.*
*6 Caput eccleſiæ ubi altare honorabilius.*
*Caput aulæ ubi magis homines ſedent.*
*Caput ſcholæ ubi cathedra poſita eſt.& ibi de fine.*
*Ciuitas honorabilior,caput prouinciæ.*
*7 Caput montis dicitur pars ſuperior eleuata:depreſſa appellatur pes.*
*8 Caput rei,dicitur locus,per quẽ ingreditur.ſi per omnes partes eſt ingreſſus, dicitur quòd eſt uerſus meridiem,pes uerſus ſeptemtrionem.& nu.9.*

**QVod frequenter accidit.** †Quid ſit frequenter acci
1 dere,dixi ſ.in verbo,raro.ſi quidem mediam partem flu
minis teneat,qd' gloſ.exponit id eſt,in medio fluminis eſt.Quid
autem ſit in medio eſſe,vel quæ ſit media pars alicuius rei,videa
mus.Interdum enim accipitur media pars,id eſt dimedia rei,fa
cta diuiſione vnius rei in duas partes quælibet dicitur dimidia:
vt ff.de verbo.ſignific.l.nomen filiarum.§.portionis.Ne ergo ſic
intelligatur,exponit glo.id eſt,in medio fluminis eſt.Vt autem
ceſſet dubitatio,melius poſſumus exponere,ſcilicet vt diuidat̃
tota latitudo fluminis in tres partes ęquales.Si ergo inſula tenet
illam partẽ fluminis quæ eſt in medio facta diuiſione in tres par
tes æquales:tunc erit communis,vt litera.dicit.Videamus ergo
2 quid eſt eſſe in medio & quæ eſt media pars.quid† ergo eſt me
dium? Reſpon.quod conſiſtit inter duo extrema:vt C.de iudi.
authent.ad hęc.ff.de ferijs.l.more Romano.ſi quis ius dice.non
ob.l.j.§.j.facit in authent.in medio litis non fieri ſacras iuſ.per to
tum,vt hic apparet.nõ ergo poteſt cognoſci medium niſi extre
mitates cognoſcamus.Extremitates verò ſunt caput ſeu prici
piũ & finis.Aliæ autẽ extremitates dicuntur latera.De latere di
cemus j.de capite autem , fine & medio hic dicamus,videlicet
3 vbi dicatur eſſe†& quantum ſpatium occupet:hoc autẽ neceſſa
rium eſt.Sępe enim in ſtatutis fit mentio de capite alicuius rei vi
delicet ſi quid factum fuerit in capite plateæ,vel fori,vel in pede
vel in medio,ſoluantur decem.Item in contractibus ſæpe vidi
vendi tot ſtadia terræ in capite vel in fine fundi.Docet ergo Iu
riſconſultus ſcire quid ſit,& quantũ duret alicuius rei caput ſeu
pes,& ſimilia. Aliæ verò extremitates dicũtur latera.De lateri
bus dicemus j.de capite,fine & medio hic dicamus,videlicet v
bi dicitur eſſe,& quantum ſpatium occupet.Caput autem in ho
mine habet duas aut tres proprietates.Primò,quia inde omnes
nerui initium capiunt.& ex hoc inſurgit alia proprietas:quia eſt
honorabilior pars corporis:vt l.cùm in diuerſis.ff.de relig.Ter
tia proprieias eſt ꝙ verſus cœlũ erigitur.& iſtud idẽ quãdoque
dicimus principium.Eodẽ modo pes ſeu finis habet tres ꝓprie
tates.Primò quia in illa parte finitur & terminatur corpus.Secũ
dò,quia eſt pars ignobilior.Tertiò,quia verſus terram iungitur
& totũ corpus ſubſtinet.Ab iſtis proprietatibus diuerſimodè
4 caput & pedem ſeu finem alicuius rei dicimus.primò in†flumi
ne dicimus caput fluminis,vnde flumẽ originẽ capit:vt ſi ex fon
te,ipſe fons,& ſimilia.vt ff.de aqua quoti.& æſtiua.l.j.§.caput.
& illud etiam dicitur principiũ ſeu initium,vt ibi dicitur.& eo
dẽ modo pes ſeu finis fluminis dicitur locus vbi flumẽ termina
tur & finitur,qd' eſt mare,in quo intrat,vel aliud flumẽ:vt ff.de
5 locis & itine.pupil.fina.de ſerui.ruſti.præd.l.fina.Eodem†mo
dò dicimus in tempore.dicimus enim caput anni,tempus,quo
annus incipit.finis,tempus,quo terminatur,vt in illo verſu: An
nua ſi debes,tunc inſpicies caput anni,&c.vt not.C.de adimen.
6 lega.lege j.& hæc de prima proprietate.Secundò contigit†quã
doque aliqua eſſe,in quibus locus à quo originem ſumunt,non
poteſt apparere,vt in ſuperficie vnius domus aulæ,eccleſiæ,&
ſimilium:tunc caput eccleſiæ eſt vbi eſt altare honorabile:& ca
put aulæ eſt locus,vbi magis homines conſueuerunt ſedere:&
caput ſcholæ dicitur vbi cathedra poſita eſt:pars verò illi oppo
ſita dicitur pes ſeu finis.argu.ff.de offi.proconſu.l.ſi aliquam.ibi

a ¶Illæ gentes. Vide Alexã.plenè in l.j.in prin.in v.co.ff.de le.j.& ibi videre poteris plures concor.& plenè per Felin.in c.trãslato.in iij.col.de cõſti.& Lud.Rom. in conſ.ccxix.incip. preſens caſus. in ij. co.Thom.

caput prouinciæ &c. Ciuitas enim honorabilior dicitur caput
prouinciæ. Ad idem C. de ſumma trinitate. epiſtola, inter claras.
7 ibi: caput eſt omniũ eccleſiarũ. Tertiò contingit † à tertia proprie
tate caput dici: vt ecce locus quidam eminens eſt, ſeu montuo-
ſus. Partem enim ſuperiorem eleuatam appellamus. Caput par-
tem inferiorem depreſſam appellamus pedem, & ſic in capite, &
pede, & in principio, & in fine dicimus: arg. de aqua plu. arcen. l.
8 j. §. fina. Poſſet enim eſſe aliqua res in qua † neutrum iſtorũ con-
curret: & tunc puto ꝙ illius rei caput duceretur locus, per quem
in illam rem ingredimur, iuxta illud: In capite libri ſcriptum eſt
de te, appellat enim caput libri illam partem per quam ad ipſum
librum legendum ingredimur. Ad idem quod not. ff. ſol. matri.
ſuper rubri. ibi nota. quòd hic non eſt caput libri, &c. ff. ad leg.
Falcid. l. quærebatur. ſuper illo verbo, tres partes, &c. Sed poſ-
ſet contingere ꝙ per omnes ipſius loci partes eſt ingreſſus: &
tunc putarem caput illud dici quòd eſt verſus meridiẽ: & pedẽ
9 quod eſt verſus ſeptẽtrionem, vt j. oſtendam. Videamus † ergo
quantum ſpatium occupat caput, quantum pes ſeu finis, & quã
tum medium. Ad quod dico ꝙ punctus ſeu linea indiuiſibilis q̃
eſt in capite poteſt dici caput: vt d. l. j. §. caput. de aqua quotid. &
æſti. & eodem modo pes medium dicatur ille punctus, vel linea
indiuiſibilis, quæ eſt in medio diſtans tantum ab vna extremita
te, quantum ab alia. & ita intelligit hæc gl. Inſtit. de re. diui. §. in-
ſula. dum dicit hoc, ſcilicet eſſe in medio poteſt apparere acce-
pta chordula, & facto puncto in medio, &c. quod ſatis placeret
ſi materia de qua tractatur hanc interpretationem pateretur, vt
ſi diceretur à capite vſque ad medium agri liceat Titio ire. Intel
ligo à linea indiuiſibili quæ eſt in capite vſque ad lineam indi-
uiſibilem quæ eſt in medio, ſecundùm prædicta iura. ſed ſæpe
ſermo hanc interpretationem non patitur. Quid enim ſi dicatur
ſi quis inueniatur per caput plateæ cum curru puniatur. vel vẽ-
do tibi decem ſtadia terræ in capite fundi? proculdubio de pun
cto vel linea indiuiſibili intelligi non poteſt. per illam enim nõ
poteſt iri: nec in ea poſſunt decem ſtadia terræ eſſe. aliter ergo in-
telligendum eſt de quo tetigi. ff. de fur. l. iij. prout verò dico quã
doq; extremitates ſunt diſtinctæ, & limitatæ: tunc vna dicitur
caput ſeu principiũ: alia dicitur pes ſeu finis. & quicquid eſt in-
tra illas duas extremitates dicitur mediũ: vt ff. de ſerui. vrb. præd.
l. ſi ædes. ibi: medius mons. & de ſerui. ruſt. præd. l. tria prædia. ibi
per mediũ fundi, &c. & de ferijs. l. more. ibi, luce media. C. de iu
di. aut. ad hæc. cum multis ſimi. Quandoq; extremitates nõ ſunt
diſtinctæ: & tunc puto ꝙ totus ille locus diuidi debeat in tres
partes æquales: vnde illa quæ erit ſecũda, dicetur mediũ: vt hic
ſecundũ lec. quam tenui cui applaudet cõmunis vſus loquendi
& intelligendi. Tertia dicitur finis. Quãdoq; contingit ꝙ locus,
de quo agitur habet multas diſtinctas partes: tamen in diſpoſi-
tione accipitur vt totum, vt ecce planus Tyberis eſt diſtinctus
per prædia multorum. ſed in ſtatutis dicitur quòd ſi aliquid fuit
factum in capite plani Tyberis vel medio vel fine: tunc enim cõ
ſideratur per ſtatutum illud, vt vnum totum integrum: ideo eſ-
ſet facienda diuiſio in tres partes, vt dixi. Sed quæro quando vẽ
do decem ſtadia terræ à capite, vel à pede, vel in medio, qualiter
fiet diuiſio. & vtrum certus locus videatur venditus vel iunctus
dicam in ſequenti lib. in figura.

1 ☞ *Inſula in flumine communi nata communiter acquiritur iure dominij non poſſeſſio-*
*nis, niſi apprehendatur.*
2 *Inſula qualiter communiter diuidatur.*
3 *Inſula parua, uſus eius publicus eſt. ſi magna, ripæ tantum ſunt in uſu publico.*

1 **Communis fiat eorum.** Intelligo † cõ
munem iure
dominij. Non enim iure poſſeſſionis. Cùm enim ſepa
rata ſit inſula à primo fundo per poſſeſſionem primi
fundi illa non videtur poſſideri, niſi apprehendatur: vt j. ſequi-
tur ibi, quod ſi alteri propinquior. &c. & ff. de acquirend. poſſeſ.
l. iij. in princip. in gl. ſuper verbo quilibet. debet ergo poſt ap pre
hendi: argu. ff. de acquiren. poſſeſ. l. cùm hæres. Item quod dicit
2 cõis † fiat, intellige ꝙ æquali parte, ſcilicet mediam partem flumi
nis tenet, & ripæ quæ eſſent ab vtraque parte rectæ. Item ratio-
ne propinquitatis media cedit vni & medietas alteri, ſed ſi inſu-
la eſſet plus verſus vnam partem quàm verſus aliam: illa tantũ
pars inſulæ quæ vni parti propinqua eſt illius fundi eſt, & illa
quæ magis propinqua eſt alteri cedit alteri. quatenus ergo cui-
que propinquior illi cedit. ff. de acquiren. rerum domi. l. ergo. §.
tribus. ibi: cuius ager proprior fuerat. quod ergo dicit ei agro ce-
dit qui propinquior eſt, intellige, id eſt, quatenus propinquior
eſt: vt ff. de leg. j. l. Stichum qui meus erit. cui congruit ꝙ in ſeq.
§. de alueo dicitur quod iure propinquitatis cedit eis qui ab vtra
que parte poſſident: & ſic apparet ꝙ diuiſio cõmunis eſt. Hoc
etiã declarat glo. hic & Inſti. de re. diui. §. inſula. prout dicit de pũ
cto in medio chordæ poſitæ. Ex quo apparet ꝙ quantum pro-
pinquior: eſt eatenus cedit. Lineam autem diuidentem per me
dium ita ꝙ quicquid excedit circa lineam ſit propinquius illi
qui habet prædium circa flumen. & quicquid eſt vltra lineã eſt
propinquius ei qui habet vltra flumen. & hoc eſt difficile, vtile
& neceſſariũ: ideo hoc demõſtrabo per caſus & figuras quas in-
3 frà ſubdam. Item hoc † ꝙ dicit ꝙ eſt vſus cõmunis, intellige iure
dominij, vſus autem inſulæ eſt publicus ſicut riparum: vt ff. de
acquir. rerum domi. l. pen. §. j. hoc intelligo ſi inſula eſt parua, ita
ꝙ tota poſſit dici ripa vel ripæ cedere propter arctationẽ aquæ:
vt ff. de flumi. l. pe. Sed ſi inſula eſſet magna, ita quod in ea eſſent
prædia culta: puto ſolum ripas eſſe in vſu publico, non prædia
eadem ratione qua cætera prædia. Item prædicta vera, niſi eſſent
agri limitati: vt ff. de flumi. l. j. §. inſula.

1 ☞ *Dictio uterque, diſtributiua duorum tantum, & quandoque inter plura ponitur.*
2 *Inſula quæ eſt in medio, & ab uno latere ſit ager limitatus, uel cœmeterium, an alteri*
*tota acquiratur.*

**Qui ab vtraque** parte fluminis. De duabus
partibus loquit, quæ ſunt flu-
1 minis latera. hæc enim dictio vterque, † diſtributiua eſt
duorum tantùm, licet quandoque inter plura ponatur: vt C. de
furtis. l. ancillæ. de verborũ ſignificatio. l. continuus. §. item qui
inſulã. & ideo ſi contingeret flumen ita currere ꝙ tria latera præ
diorũ reſpiceret: inſula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis
2 tãgẽtis: vt j. in figuris declarabitur. Sed qd † ſi ab vna parte eſſent
p̄dia limitata, quibus nõ poſſumus vti quaſi inſula: vt ff. de acqr.
rerum dominio. l. in agris. & ne quid in flumi. publi. l. j. §. ſi inſu-
la. vel fortè cœmeterium alicuius eccleſiæ, cui nõ põt q̃ri, vt di
ctũ eſt s. in p̄ced. lib. an tota inſula erit eius, q p̄dia habet ab vna
parte? Videtur ꝙ non: quia inſula defertur vtriq; pro diuiſo: er-
go eſt locus iuri accreſcendi, vt vnus capiat ꝙ alteri non acqui-
ritur: vt ff. de vſufru. accreſcen. l. j. in principio. Præterea ſi eſſet
verum ꝙ vnũ reiecto alijs acquirit: male diceret tex. in l. j. §. in-
ſula. vbi dicitur ꝙ in nullius bonis eſt inſula quando prædia ab
vtraq; parte ſunt limitata: quare inſula erit aliorum prædiorũ q̃
magis prope ripam eſſent. cõtrarium puto. Pro cuius euidentia
ſciẽdum eſt ꝙ ius acquiſitionis per alluuionẽ, de qua dictum eſt
in præced. lib. fit ratione contiguitatis & adhærentiæ: & ideo po
tentius eſt ius acquirendi ratione vicinitatis de quo hic dicitur:
vt patet ff. de acquirend. rerum dominio. l. inſula. vbi illa quæ al
luuio addiderit inſulæ quærerent ipſi inſulæ, non aũt ei qui ab
vtraque parte p̄dia poſſidet: quia prædia limitata alijs prohiben
tur q̃ri: vt d. §. ſi inſula. ſed ſi cui alteri ratione vicinitatis vna par
ticula inſulæ quaſi deberet totũ additũ ꝙ prohibetur alijs quaſi
ſibi acquireretur iure cuiuſdam alluuionis & adhærentiæ, quod
probatur: quia incrementum poſtea obueniens ſibi quæreretur,
vt d. l. inſula. ergo multò magis illud incrementum quod ſua par
ticula ſimul que portio vacans tempore quo portio noſtra mihi
quæreretur, fortiori iuri accreſcit quam illa quæ ex poſt facto in
cipit vacare: vt ff. de acquiren. hæred. l. ſi duo. coniuncta l. ſi mi-
nor. & l. cum hæreditate. eod. tit. Nec obſtat ff. de vſufru. accreſ.
l. j. in prin. quia ſeparatũ eſt illud ius accreſcẽdi ab iſto. hic enim
ſemp fit acquiſitio certæ parti diuiſæ: & de certa parte accreſcẽte.

**Prope** ripam prædia poſſidet. Prope ripam poſſi-
dere intelligo ꝙ prædia ſunt ipſi ripæ coniun
cta, vel fortè ſi diſtant mediante via: vt l. martius. de ac-
quir. rerum domi. & dixi s. in præceden. libr. & ꝙ dicit poſſident
intelligo quo præcedendi. & eodem iure acquiratur inſula, vt in
præced. lib. dictum eſt.

**Pro modo** latitudinis cuiuſque prædij hoc de
claratur per Iuriſconſultũ ff. de ac-
quir. rerum domi. l. inter eos. videlicet vt quanta eſt la-
titudo prædij iuxta ripam: eatenus linea per directum
protendatur. Circa quæ multa dubia occurrunt quæ determina-
ta ſunt in figuris præcedentis lib. ſicut cum diuiditur alluuio in-
ter



ter eos qui ab vtraque parte prædia poſſident. Ita illa pars inſu-
læ quæ cedit prædijs quæ ſunt ab vna parte debet diuidi.

**Quæ latitudo** prope ripam ſic inquit: Si ergo
finis agri iuxta ripam eſt largus
licet prædium poſtea in ſe arctetur, vel econtra, ſolùm
latitudo, q̃ eſt iuxta ripam, attenditur, & ſecundũ illã
debet duci linea recta, vt in præceden. lib. dictum eſt, &c.

**Quod ſi alteri parti** proximior ſit, &c. ꝙ
qualiter appareat. h.
dicit gloſ. accepta chordula, & puncto poſito in me-
dio, vt hic dicit glo. & Inſtit. eo. §. inſula. & quod dicit
proximior, quatenus proximior eſt illa pars quæ vni parti flu-
minis proximior eſt, eorũ tantũ eſt, qui ab vna parte poſſident
p̄dia & eorum eſt eo iure quo prædia ſunt eorum: vt dictũ eſt.

1 *Latera ſunt ſex.*
2 *Sorſum dicitur totus motus à parte inferiori uerſus ſuperiorem.*
*Deorſum, à parte ſuperiori uerſus inferiorem.*
3 *Pars ſuperior & inferior denominantur per caput & pedes,*
*Per aduerbia localia ſurſum & deorſum.*
*Per præpoſitiones ſuprà & infrà, uel ſuper & ſubtus.*
4 *Ante, & retro, propriè cadit in animalibus.*
5 *Ante & retro, appoſita ad denotandum tempus qualiter intelligantur.*
*Tempus eſt quædam fluxibilitas. & curſus.*
*Ante & poſt, poſita cum caſu ſunt præpoſitiones: ſine caſu, aduerbia.*
6 *Ante & poſt, poſita circa locum quomodo intelligantur.*
7 *Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, uel ſit in uia magis honorbaili*
8 *Dextra propriè cadit in animalibus ſe mouentibus: impropriè in alijs rebus.*
*Dextra uel ſiniſtra domus uel agri quomodo capiatur.*
9 *Dextra uel ſiniſtra fluminis qualiter cognoſcatur.*
10 *Superficies terræ, dicitur facies terræ quæ erga cœlum reſpicit.*
11 *Cœlum habet dexteram, quæ eſt Oriens, & ſiniſtram Occidens.*
*Orbis caput eſt in meridie: pes in ſeptemtrione.*

1 **Quod ſi ex vno latere.** Latera † autem
ſex reperiuntur
ſcilicet ſurſum, deorſum, ante & retro, dextrum & ſini
ſtrum. de quibus in contractibus. & alijs diſpoſitioni-
bus ſæpe fit mentio, vt vendo vel lego decem ſtadia terræ ex
parte ſuperiori vel inferiori, ex parte anteriori vel poſteriori, ex
parte dextra vel ſiniſtra. Ideo quid prædicta vocabula importẽt
diſcutiamus. Surſum quidam appellant illam partem quæ eſt s.
reſpiciens cœlum. deorſum, illam partem, quæ eſt infrà reſpiciẽs
2 terram, licet hoc modo loquendi non vtamur, ſed ſurſum † ap-
pellamus totum ipſum motum à parte inferiori verſus ſuperio-
rem, & deorſum totum à parte ſuperiori verſus inferiorem:
& hoc ſiue ſit motus localis, ſiue intellectualis de gradu in gra-
dum aſcendendo vel deſcendendo. ff. de gra. l. Iuriſconſultus. §.
3 nam quoties. & §. tranſgrediamur. Dico ergo † quòd pars ſupe-
rior & inferior denominatur primò per nomina, vt caput & pes
principium & finis: vt s. dictum eſt ſuper verſi. ſi quod partem.
Secundò denominatur per aduerbia localia ſurſum, & deorſum
ſed illud impropriè, vt dixi. Tertiò denominatur per præpoſi-
tiones, vt s. & j. vt ff. vti poſſid. l. ſi duo. §. Labeo. & de aqua plu.
arcen. l. ſuper iter. de arbo. cæd. l. j. §. j. Quartò, per nomina adie-
ctiua deriuata ab iſtis præpoſitionibus, vt pars ſuperior & infe-
rior. l. j. §. fina. de aqua plu. arcen. Quintò, per alias præpoſitio-
nes, ſcilicet ſuper & ſubter: vt ibi, ſuper cathedram Moyſi ſede-
runt Scribæ & Phariſæi. vt extra, de ſepul. c. dudum. in Clemen.
vel verius dicendum eſt quòd nunquam dictæ partes deno-
tantur, niſi per nomina ſuprà dicta, & etiam per aduerbia.
a Nam ſuprà & infrà[a], ſuper & ſubtus, ſi adijcitur caſuali, tunc
eſt præpoſitio: nec important illam partem rei, de qua quæri-
mus, ſcilicet aliquam aliam rem eſſe ſupra & infra illam: vt
ſupra domum tuam vel fundum tuum pendet arbor, &c. non
ſignificatur ſuperior vel inferior pars rei, ſcilicet arborem ſupra
rem exiſtere. Sed ſolùm denotatur exiſtentia ipſius arboris:
& idem in omnibus legibus ſupra ad hoc allega. Sed ſi dictæ di-
ctiones ponerentur ſine caſu, vt vendo tibi decem ſtadia terræ
ab ea parte quæ eſt ſupra vel infra: tunc non ſunt præpoſitio-
nes. ſed aduerbia loci, ſecundum Priſcianum in maiori tracta-
tu de præpoſitionibus. tunc ergo idem eſt dicere quòd à parte
inferiori, vel ſuperiori, quæ pars quæ ſit, & quantum duret,
dixi s. dum dixi de capite & pede. Videndum eſt de ante, &
4 retro. † Circa quod ſciendum eſt quòd Ari a
ſto. in ſecundo de cœlo & mundo. dicit qđ
ante & retro propriè eſt in animalibus. Ap-
pellamus enim illam partẽ antè, in qua prin
cipaliter ſunt ſenſus, & ex facie hoc iudica-
tur. In alijs verò quæ carent ſenſibus, dicta
vocabula non cadunt propriè, ſed per ſimi
litudinẽ quandam. Ad quod aduertendum
5 quòd † ante & retro quãdoq; apponitur ad
denotandum tempus: quandoq; apponitur
ad denotãdum locum. Circa tempus eſt ſci
endum quòd tempus eſt quædam fluxibili
tas. de tẽpore enim nõ habemus niſi inſtans. qđ enĩ præterit, eſſe
deſijt: ꝙ verò venturũ eſt, nõdum fuit. Dico ergo in ſtãti, in quo
ſumus, rectè loquẽdo tẽpus ꝙ præterijt appellamus retro: & per
cõſequens ꝙ futurũ eſt, dicit ante: vt in prima cõſtitutione Cod.
in princip. ibi: retrò princibus. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. retro. ad
legem Aquil. l. ait lex. ibi: retrorſum. de reg. iur. c. ratihabitionẽ
retro trahi, &c. cum ſi. lib. vj. Huius ratio eſt: qa, vt dixi, tempus
eſt quædã fluxibilitas, & quidã curſus & homines cætera anima
lia creata carentia ratione, ꝙ in curſu præteritũ eſt, habent retro:
ꝙ verò futurũ eſt habẽt ante. Ad iſtã ſimilitudinẽ dicimus iſta,
ſcilicet ꝙ de tẽpore habemus inſtans: illud præterit habemus re
tro: ꝙ futurũ habere dicimus. illud ꝙ præterit eſſe ante: ꝙ verò fu
turũ eſt eſſe poſtea: vt C. de arb. l. cùm ante. de bo. damn. l. ſi quis
poſt hac, ff. de acquiren. poſſeſ. l. ſi quis ante. tunc enim ſimilitu-
do ſic procedit quaſi curſor in certa parte itineris ſe reuoluat &
remoueat: tunc enim illa pars quæ concedendo rectè erit, re-
trò incipit eſſe ante econuerſo. propriè igitur locutio eſt præ-
cedens. & quia ibi illa reuolutione non agemus, per hanc igi-
tur dictionem ante, poteſt ſignificari tempus præteritum & fu-
turum: quod ex verbo apparet, cui adijcitur. quod ſi eſt præte-
ritum, ſignificat futurum. Sed hic poteſt occurrere dubitatio.
pone ſic: Reperi ſcriptum in aliqua diſpoſitione, Si quis ante
aliquem dixerit aliquid vel fecerit, &c. quomodo intelligitur
hoc verbum ante. hoc enim verbum fecerit, reperitur in futuro
ſubiunctiui & in præterito. Sed qualiter debemus aſſumere,
dixi in repe. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. dum tractaui de in
terpretatione ſtatutorum. dixi etiam & de condi. & demonſtra.
l. ſolemus. & prædicta cum reſpectu præſentis loquimur de tem
pore præterito, & futuro. Quandoque tamen in præſenti lo-
quimur de tempore præſenti, & poſt reſpectum alicuius tempo
ris futuri vel præteriti. reſpectu futuri, vel ecce, promittis facere
vel dare ante paſcha vel poſt paſcha. & iſta locutio recta eſt: vt
ff. de verb. obli. l. qui ante calendas. & l. eum qui ita. §. qui ita ſti-
pulatur. cum ſi. & procedat ſimilitudo ſic: Pone curſorem in me
dio plani videre turrim: rectè dicit totum ſpatium quod eſt inter
ſe, & turrim eſſe ante turrim: qa ante oculos eius eſt, & etiã ante
illam partẽ turris, quæ primo eius aſpectui præſentatur: & ſicut
latus oppoſitum illi turri quo ad illum dicitur retro ſeu poſt, vt
j. dicet: ita totũ quod ille latere poſteriori reſpicit dicitur poſt. &
ita propriè dicimus ex conſuetudine. reperimus enim paſcha
futurum in medio: nunc ergo vſque ad paſcha dicitur ante: vltra
dicitur poſt, vt dictis legibus. Sicut etiam dicimus reſpectu præ
teriti temporis, vt ecce ante paſcha præteritum factum dicimus
quod præterijt, quod ſecutum eſt, dicimus factum poſt paſcha:
vt l. huiuſmodi ſtipulatio interpoſita. & d. l. ſi ita quis. §. Seiæ. ff.
de verb. oblig. cum ſimi. & tunc procedit ſimilitudo, ſicut in illo
paſchate, homo ſtans retro ſe voluiſſet vt dixi. proprius ergo di-
ceret à paſchate retro, & paſchate ante, velut in præcedenti locu
tione dicimus ante paſcha, id eſt primò quàm paſcha ſit, & ita
vtimur. prædicta verba ante, & poſt, ſi ponantur cum caſu, ſunt
præpoſitiones: ſi ſine, ſunt aduerbia temporis vel loci, & ſignifi-
6 cant tempus vel locum. Circa verò locum ſciendum eſt † quòd
quædam ſunt loca eminentia, quædam depreſſa & plana. in emi
nentibus, ſicut ſunt domus, & cætera ædificia, montes & colles,
dicimus ante & poſt. In domibus enim dicimus partem ante il-
lam eſſe quæ eſt iuxta viam, per quam ingreditur domum: vt ff.
de via pub. l. ſi. §. fin. ibi: ante ergaſteria & communi diui. l. arbor
§. de veſtibulo. vbi gl. exponit ꝙ veſtibulum eſt locus ante oſtiũ
per quem quis habebat aditum. pars illi oppoſita dicitur poſt:
vt ff. de ſeruit. vrba. præd. l. quidam Iberus. ibi: poſt horrea. & di

a ¶ Nam ſuprà & infra. Vide q̃ dicidit p iſtam doctrinã Bar. hic do. Bar. Socin. in conſi. clxxxj. i ij. vo. incipiẽ. viſis capitulis. in penul. co. i verſic. circa tertium. vbi etiam ponit ꝙ de natura dictionis infrà, eſt vt contineat cõtententa inter extrema quibus adiungitur. Tho

a ℭCōtingit eſſe ſiniſtram. Vidē plenē p do.Bartho. vero.in ſuo tract. de Imperatore militum eligendo. in xxij. col. in j. priui.dignitatis. vbi infert per iſtam doctrinam Bar.vbi arguit cōtra dominos Venetos qui imaginem beati Marci in ſigillis,et aureis groſſiſq; argenteis imprimunt à dextra, ab altera verò parte imaginē ducis:dixi plenē in tracta. meo de Venetæ vrbis libertate,& eiuſdem imperij dignitate, in priuilegio.xl viij.Tho.

citur poſt,illa pars,q̄ eſt oppoſita illi parti,
quæ eſt ante plateā,& ſic etiam vtimur, &
loquimur.& hoc ſecundū ſimilitudinē pręcedentem:nam,vt dictum eſt,pars anterior
in animalibus dicitur illa,in qua eſt facies:
7 & facies domus dicitur†illa,quæ iuxta viā
nobis oſtenditur : vtín locutione vulgari
vtimur:& ſecundo Machab.iiij.c. circa fi.
dicitur:Ornauerunt faciem templi coronis
aureis.ſicut enim dicimus facies operis. ff.
de noui oper.nun.l.ſtipulatio.§.opus.& alibi priſtinam faciem ædibus reddat:vt ff. loca.l.ſed addes.§.ſi inquilinus hoſtium. Sicut igitur illa pars dicitur facies:ita dicitur
pars anterior,& pars ſibi oppoſita dicitur
poſterior.Sed ſi domus à pluribus partibus
eſſet circundata viis per illam excellentiam
diceremus faciem quæ magis in honorabili via eſt.q̄ ſi vtraq; eſſet æqualiter honorabilis: illa dicitur facies,per quam ingredimur:vt ff.de leg.iij.l.prædijs.§.balneas.de
dam.infec.l.quod conclaue.Prædicta vera,niſi conſuetudo loquendi aliquid opponeret.In locis verò depreſsis & planis, in
quibus non videmus ſuperficiem ſuperiorem,non eſt dare partem quæ dicatur ante & poſt reſpectu ſui. ſed reſpectu noſtri.
Exiſtens enim in fundo,rectè poteſt dicere aliquam partē eſſe
ante eum aliquam poſt eum,vt de tempore dicimus. In montibus etiam appellamus ante illam partem,quæ nos reſpicit, quaſi faciem partem illi oppoſitam appellemus poſt.& ſic illa pars,
quæ quo ad nos ſecundùm noſtrum aſpectum eſt ante. ſecundùm aſpectum aliorum dicitur poſt.& ſic conſiderandus eſt,locus,in quo verba proferuntur. nonnunquam tamen ex parte
montis eſt aſpectus ita notabilis,vt ſi reſpicit aliquam ciuitatem
notabilem q̄ ſemper illa pars dicitur ante,reliqua verò poſt hęc
autem ſecundùm conſuetudinem circuncolentium intelligēda
8 ſunt. Dextra & ſiniſtra ſecundùm†Ariſto.in dicto libro de cœlo & mundo,propriè cadit in animalibus:quia dextra eſt principium motus,ſiniſtra eſt terminus:& ideo communiter cōtingit
q̄ incipiens ambulare incipit cum pede dextro:vel incipiens aliquid agere incipit cū manu dextra,niſi ſit ſiniſter: vt ff. de ædil.
edi.l. clauum.§.item ſciendum.In iſtis ergo rebus quæ non mouentur impropriè loquimur.Appellamus enim dexterā & ſiniſtram quandoque reſpectu noſtri.Si enim diceremus vendo tibi decem ſtadia terræ à parte dextra eundo ab hinc verſus Florentiam:tunc clarus eſſet ſermo q̄ de illa parte intelligēdum eſt
quæ nobis euntibus eſt à latere noſtro dextro.Si verò ad perſonam non habeatur reſpectus,ſed ſimpliciter dicatur à latere dextro vel ſiniſtro rei:tunc ſi quidem illa res eſt eminens & eleuata,
vt domus,ita quod eam dicimus habere faciem:apertè inuenit
dextra & ſiniſtra.finge enim vnum hominem ſtantem rectum,
& voluentem faciem ſuam verſus illum locum quem voluit
domus:tunc illa pars quæ illi homini ſic imaginato opponeretur,diceretur dextra vel ſiniſtra:& dicetur illa domus eſt dextra
vel ſiniſtra.hoc probatur expreſsè Ezech.xlvj.c.fi.vbi ſic ait:Facies domus reſpiciebat ad orientem:aquæ autem deſcendebant
in latus templi dextrum ad meridiem.&c. vnde ſimilitudo hominis eſt:quia facies hominis reſpicit orientem:latus enim dex-
9 trum eſt meridies.Si verò non†eſſet corpus ita eleuatum:tunc ſi
quidem locus ille habet caput & pedes,ſecundum quod ſ.diximus:neceſſario per eandem ſimilitudinem dabimus ei dextram
& ſiniſtram.Exemplum in flumine.fingamus hominem iacentem in flumine tenentem caput vbi eſt caput fluminis:pedes verò vbi eſt pes vel finis fluminis:faciem autem verſus cœlū; tunc
ſtatim dextra & ſiniſtra pars fluminis cognoſcitur.& ita loquitur text.ff.commu.præd.l.refectionis.§.fi.ſic etiam in alijs locis
quæ caput & pedes habent.fingas hominem ſic iacere proſtratum:tunc dextram & ſiniſtram cognoſces.ſed ſi dicitur,cognoſcatur cur caput & pedes in tali parte fingantur. Sed cur facies
verſus cœlum reuoluta ponatur,vellem docere. ſi enim faciem
verſus terram voluit,dicamus tunc partem quam primò dicebā
a dextram continget eſſe ſiniſtram[a].& econuerſo reſpō.totius terræ ſuperficies eſt verſus cœlum,& dicitur ſuperficies quaſi ſuperior facies:vt ff.q̄ vi aut clam.l.ſi vitem §.antepen.vbi in tex.habetur duplex litera.alia ſpecies fundi,alia facies fundi. & ibi di-
10 cit gloſ.†illa ergo ſuperficies eſt facies quæ erga cœlū reſpiciat:
ideo ſic dixi. Vnde iſta loca depreſſa non habent faciem reſpectu noſtri,ſed reſpectu cœli.ideo reſpectu noſtri non habēt ante vel poſt,vt dixi:ideo finxi hominem iacere proſtratū.Si verò
inueniretur aliquis fundus cuius nō poſsit caput nec pedes dici
ſecundū præcedentem doctrinam nec ante vel poſt:tunc dextra
11 & ſiniſtra deberent aliter conſiderari.Nam Ariſtoteles†in ſecūdo de cœlo & mundo,quærit an cœlum habeat dextrā vel ſiniſtram.& determinat q̄ ſic.Cùm enim dextra ſit principium motus,vt dictum eſt:apparet q̄ dextra orbis eſt Oriens,ſiniſtra verò eſt occidens.& ſic ſecundum hoc de neceſsitate oportet poni
q̄ caput orbis ſit in meridie,pedes verò in ſeptētrione.& ſic fingendus eſt vnus homo qui faciē figat verſus cœlū ſpatulas verſus terram,& ſic in dextra eius erit ſol oriens & in ſiniſtra ſol occidens.hic ergo modo quando alij modi inueniendi dextram &
ſiniſtram faciunt,facile erit dextrā & ſiniſtram caput & pedes
cuiuſlibet rei immobilis inuenire.ſed ſi reſpicit faciem partis orbis,& hæc proprior locutio eſſet,& naturaliter loquendo quantum ad mores noſtros præcedētes modos puto probabiliores:&
primò in inquirendo.ſed ſi quæratur medium inter ante,& poſt
inter dextram & ſiniſtram,dico eodem modo quo dixi ſcilicet
inter caput & finem.Et prædicta circa loca.tempus verò quod
nullam latitudinem habet,non habet dextram ſiue ſiniſtram.

## Proruperit flumen. id eſt pars fluminis.dicit glo.

1 *Riuus appellatur pars fluminis,& eſt iuris publici.*
2 *Riuus non procedens à flumine,ſed à fontibus uel alijs uenis quando ſit publici,& quādo priuati iuris.*
3 *Fouea per quam aqua ducitur ad moiendinum,cuius iuris ſit.remiſsiuè.*
4 *Flumen,fluminis,& amnis idem ſunt.*

ET alia parte nouus riuus,ſcilicet illa pars dicit glo.vides er-
1 go†quòd pars fluminis appellatur riuus:& ſic non eſt dubium quòd hæc ſignificatio riuus, eſt iuris publici. An autem
2 †alij riui à flumine non procedētes,ſed à fontibus,vel venis alijs
ſint publici vel priuati dubitatur.Et videtur quòd nō.ff.de flu.l.
j.§.j.& ita tenet Roſ.ſuper illo tit.pro hoc facit ff.de riuis,per totum.Secundò quando riuus eſt manu factus,per quem aqua ducitur ad vtilitatem priuati:& tunc eſt priuatus,vt in toto titu.de
riuis. Quandoque riuus eſt locus,per quē aqua naturaliter fluit:
& tunc regulariter puto illum locum priuatum eſſe:vt ff.finium
regund.l.ſed ſi riuus.& d.l.j.§.j.de flu.& erit eorum qui ab vtraque parte prædia poſsident,vt in præceden.lib.diximus de foſſa
ſed ſi riuus talis eſſet in vſu publico:tunc intelligerem illū riuū
eſſe publicum:vt ff.ne quid in loco pub.l.ij.§.hoc interdictum.
ibi adeo igitur ad hoc interdictum pertinet quæ publico vſui
deſtinata ſunt:vt argu.ff.vt in flu.pu.na.liceat.l.j.§.foſſa.ibi:poſ-
3 ſunt autem hæc eſſe publica,& non publica.Quid dices†de foueis,per quas aqua ducitur ad molendinum?Reſpon.vt dicitur
4 in l.quominus.ff.de flu.Et nota†quòd hoc nomen flumen fluminis,& amnis,idem ſignificant.alia vero nomina,ſcilicet torrēs
riuus,foſſata,explanata ſunt ſ.proxi.& præced.libr.Cætera verba legis clara ſunt:nunc igitur ad oſtēdendum diuiſionem inſulæ,veniamus ad figuras.

In hac






IN hac figura ripæ ab vtraq; parte fluminis ſunt rectæ in ſe,& etiā vna ripa eſt recta per cōparationē ad aliā. Et in hac figura ſunt duæ inſulæ.Prima īſula tota pertinet ad Luciū,cuius prædiū eſt vltra flumē.Ratio,quia inſula nō tenet mediā partē fluminis,ſed illi parti vlteriori eſt ꝓximior.Ad hoc autē ſciēdum vtrū inſula alteri parti ſit proximior,dat ocrinā gl.in hoc §.q̄ poterit ſciri accepta chordula, & puncto in medio poſito inter vtrunq; agrū:& tunc ſi punctus eſt ab vna parte alijs cedat,aliàs ſecūdū qđ punctus extenditur.ita dicit gl.Sed vt iſta doctrina ſit vera,nō ſufficeret chordulā ſic ponere in vna parte,ſed ponatur in duabus:vna in prin.inſulæ verſus caput,alia in fi.tūc ab illis duobus punctis medijs ducatur linea recta:ſi quidē tota inſula relinquit ab vna parte illorū eſt qui ab vna parte prædia poſsidēt. Sit igitur prima chordula c.d.in cuius medio ſit pūctus a. & qđ illa a.ſit in medio.probatur cū eris in medio per menſuratorē. In hac figura apparet quòd, a. eſt centum circuli rubei:quia punctualiter tāgit vtranq; partē ripæ:deinde ſit ſecūda chordula,in pede inſulæ quæ ſit,e.f.& ponatur in medio pūctus, b.& quòd ille pūctus ſit in medio,apparet q̄ eſt centrū circuli crocei:deinde ducatur linea ſeu chordula,a.b.& quia inſula eſt tota vltra illā chordulam,tota pertinet ad prædium Lucij quod eſt vltra flumē.Ad prædium verò Caij quod eſt citra, nil pertinet.In ſecunda verò inſula ſimili modo ponatur vna chordula,quæ habeat punctū mediū,a.deinde in fine inſulæ ponatur alia chordula quæ habeat pūctum medium, b.quòd autem iſti puncti ſint in medio probatur ex præcedentibus: tunc ducatur linea,a.b.& tunc quòd illa ſecat inſulam, quicquid eſt vltra illā eſt Titij,quæ ab alia parte prædium poſsidet.quod verò eſt citra illam lineam eſt Seij: vt patet ex hoc §.Et nota quòd ſemper cùm lineæ ripæ ſint rectæ omni rectitudine,vt eſt iſta chordula ducenda eſt recta: ita quòd faciat angulum rectum ab vtraque parte per iſtum enim modū rectè inuenitur medium,vt apparet.




HAec figura differt à præcedenti: quia ſuprà lineæ ab vtraque parte ſunt rectæ ſecundùm ſeipſas: & etiam dicuntur rectæ vna reſpectu alterius:quia tātum diſtat vna ab alia in capite,quātum in fine.Sed in hac in capite minus diſtaret,& ſemper vnifomiter elongatur.Erit igitur fienda diuiſio inſulæ hoc modo:quia primò ponatur vna chordula in principio inſulæ ab vna ripa ad aliā & notetur punctus medius,& ſit,a.deinde extendat alia chordula longior inſulæ,& notetur punctus medius,b.deinde ducatur linea,a.b.& illa erit linea diuidens inter eos qui ſunt vltra,& eos qui ſunt citra. Sed hic occurrit dubium qualiter ducatur linea à ripa vlteriori ad citeriorem:nam non poteſt ita poni quòd faciat angulum rectum ad vtraque parte.Dico igitur conſiderandum qđ quantum illæ duæ ripæ diſtant in vlteriori ripa,tantum diſtant in ripa citeriori:& tunc poteſt error:quo probatur:quia qualis eſt portio totius ad totum:talis eſt medietatis ad medietatem per æquale ſpatium:ſicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando reſpectu diſtātiæ quæ eſt vtraque ripa inter eos qui ſunt ab vtraque parte,fiet diuiſio:vt ſ.dictum eſt de alluuio.




FIgura iſta facta eſt ad declarationem l.pen.§.Paulus. ff.de acquir.re.do.vbi dicitur qđ inſula primò relicta in flumine iure ꝓximitatis,habet ius in alijs inſulis poſtea in flmine natis ſiue relictis.In hac igitur figura conſtat quòd inſula primò relicta tota pertinet ad eos qui poſsident vltra flumē ſcilicet Lucium & Titium, quando illa inſula eſt tota vltra medium fluminis, lineæ rubeæ oſtendunt.Inſula verò relicta pro parte pertinet ad Lucium qui eſt vltra: pro parte ad Caium qui eſt citra,quoniam mediam partem fluminis tenet,vt lineæ ductæ oſtendunt,& probatum eſt in præcedentibus figuris.Sed nunquid inſula primò relicta ratione proximitatis debeat aliquid habere in dicta ſecun-

da inſula, videndum eſt. Ad quod ſciendum eſt: pone à flumine vnum punctum in inſula prima qui plus eſt proximus inſulæ ſecundæ, & ſit, a. deinde in ripa Caij aſſumatur alius punctus, qui magis eſt proximus extremitati ſecundę inſulæ quę plùs proxima eſt inſulæ primæ, & ſit, b. deinde pone pedem circini in puncto, a. & extende ita ꝙ pertranſeat aliquā partē inſulæ ſecundæ, & volue ſemicirculariter: deinde pone pedē circuli in puncto, b. & per tātundē ſpatiū extende. Et nota ꝙ vbi dicti duo circuli ſe pręſcindunt, ſcilicet puncto, c. d. & ab illis duobus punctis dat lineam rectam rubeam. Ex quo cōcludo ꝙ quicquid eſt in inſula ſecūda ſupra dictam lineam, c. d. totum cedit inſulæ primò relictæ. & eodē modo comperies in inſula tertiò relicta, vt lineę dictæ oſtendunt: quod ſic probatur: Si ab æqualibus æqualia adimes, quæ remanēt ſunt æqualia. ſed conſtat ꝙ tantum diſtat circulus vnus à ſuo centro, a. quantum diſtat alius circulus à ſuo centro, b. Sed cōſtat ꝙ linea, c. d. adimit ab vtraꝗ parte æqualiter: ergo patet ꝙ linea illa æqualiter diſtet ab vtroꝗ: & ſic ꝙ eſt ſupra illam lineam cedit in puncto à iure proximitatis: quod verò eſt infra cedit puncto, b. iure proximitatis.




SVprà dictum eſt de his figuris quæ habent lineas rectas iuxta ripam: hic videndum eſt de his quę habent ripas tortas & curuas. verūtamen hoc contingit dupliciter: nam quādoꝗ ſunt retortæ ab vtraꝗ parte fluminis, & ita in vna ripa inflectitur verſus aliam ꝙ vbiꝗ æqualiter diſtant, vt in hac figura oſtenditur: licet hoc rarò contingat. Quandoꝗ ripa eſt ab vna parte recta, & ab alia tortuoſa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alio verò torta modo diſsimili. & de hoc dicetur in ſequentibus. In hac igitur figura ducenda eſt linea per medium ea tortuoſitate, qua ripæ ſunt tortæ, vt oſtendit linea rubea, & quicquid eſt vltra illam lineam eſt magis propinquum eis qui vltra flumina prædia poſsident. quicquid verò eſt citra illam lineam, eſt magis prope eos, qui citra flumen prædia poſsident. illam autem lineā, ſic duces accepta chordula & pūcto in medio poſito quæ chordula vniformiter ducat̄ ab vtraꝗ parte ripæ, & ſemꝑ notet̄ locus, ꝑ quē trāſit ille pūctus medius: illa eſt linea per quā ille pūctus medius tranſit, & linea ꝑ mediū diuidens.




FIgura iſta eſt facta ad neceſſariā euidētiā omniū dicēdorū: docet enim quomodo poſitis qbuſcūꝗ pūctis per lineā nō directā illi poſſunt reduci ad circūferētiā eiuſdē circuli. ponunt̄ ergo tres pūcti, a. b. c. tunc pone circinū ſuper, a. & extēde vltra mediū ſpatiū, b. & volue ſemicirculū: deinde ponas pedem circini ſuper, b. & in eadē diſtātia verſus, a. volue ſemicirculū. Et nota ꝙ vbi dictæ duæ lineæ circulares ſe præſcindunt, ſcilicet in puncto, e. f. & ducas ſuper punctos lineā rectā, & extendas quātū volueris & deinde ſimiliter facias in puncto, b. c. & duas lineas circulares quæ ſe præſcindunt in puncto, g. h. & ab eis ducas lineā rectam, & extēdas: tunc dico ꝙ linea, e. f. & linea, g. h. ſecabūt in puncto, d. In illo igitur puncto vbi ſecant, ponat̄ pes circini, & extēdat̄ vſꝗ ad vnū punctū de datis, d. & voluantur omnes illi tres puncti: reperientur in circūferentia dicta. & hoc cōtingit quocūꝗ mō tres pūctos ponas in linea nō recta, &c.




FIgura iſta ſimiliter ad euidentiam dicendorum facta eſt. docet em̄ qualiter poſito vno pūcto ab alia parte & vna recta linea ab alia aliqđ ſpatiū quadratū iure ꝓpinquitatis diuidit̄ inter pūctū & rectā lineā. ſit ergo pūctus datus à linea poſita, b. c. & totū quadratū, a. b. c. d. Querit̄ q̄tū illius quadri ſpatio debeat̄ pūcto à iure ꝓximitatis, et q̄tū lineę, b. c. ita ꝙ ponit̄ vna linea, ſuꝑ quā qcqd ſit illud ſit ꝓpinqus, a. puncto. qđ verò eſt j. ſit ꝓpinqus lineę. Ad qđ dico ꝙ priò illud quadratū diuidēdū eſt ꝑ mediū ſm doctrinā ꝑcedētē: et ſic linea diuidēs, e. f. et de eo qđ eſt j. nil ꝑtinet ad



punctum, a. Secūdò fiat linea per diametrū dicti quadrati, b. d. & ſimiliter de eo quod eſt infra dictā lineam nil pertinet ad punctum, a. Illud verò quod eſt ſupra, reſtat diuidendum. & hoc conſtat ꝙ hic habemus duos pūctos æquè diſtantes à pūcto, a. & à linea data videlicet pūctus, c. & pūctus, d. inueniat̄ ergo alius pūctus ęquè diſtās. & ſit. g. & qđ hic ęqué patet: qa eſt cētrum circuli azurei qui pūctualiter tāget punctum. a. & lineā datā: tūc ergo illi tres puncti. e. g. d. reducātur in circunferentiam vnius circuli, ſecundùm præcedentem figuram ducendo lineam, vt oſtendunt lineæ croceæ cuius circuli centrum cadit extra quadratum in puncto, b. & ducatur ille punctus, vt oſtendit circulus rubeus ductus. Tunc dico quòd quicquid eſt ſupra dictam lineam circularem, e. g. d. pertinet iure proximitatis ad punctum, a. reſiduum, quod eſt infra, pertinet ad lineam poſitam. Et quòd hoc ſit verum, patet, ſi ponatur alius punctus in linea rubea circulari, a. & ibi ponatur circinus, & extendatur vſque ad punctum, a. punctualiter tanget illud, & etiam lineam, vt oſtēdit circulus croceus. & idem vbicunque poneret̄ aliquis punctus in dicta linea rubea circulari. hoc dico ita ꝙ nō eſſet error notabilis: & ita ꝙ ſi eſſet argentū, nō eſſet notabilis deceptio: vñ dico ideo qa cū ab vna parte ſit linea recta, & ab alia rotūda, nō eſſet perfecta ſeparatio per mediū. Ex quo collige talē regulā: poſitis tribus pūctis ęquè diſtātibus intra punctū datum, & lineā datam, circulus in cuius etiam circūferentiam illi tres puncti reducuntur per totum quadratum æqualiter diſtat &c.




SI hęc figura bene inſpiciatur propinqua eſt pūcto acuto à ripa prædij Lucij, & toti latitudini ripæ prædij Caij, ad prędium autem Titij non appropinquat. Videamus ergo diuiſionem inter Caiū & Seium & Luciū, & videtur ꝙ Lucio nil debeat̄: quoniā ripa ſua quę appropinquat inſulæ terminat̄ in pūcto indiuiſibili, nō habenti aliquā latitudinem, ſed inſula debet diuidi pro modo latitudinis: vt l. inter eos. ff. eo. Cū ergo ibi non ſit aliqua latitudo, ei nil debet̄. Cōtrariū dico: Nā inter eos qui ſunt ab vna parte, fit diuiſio pro modo latitudinis, vt d. l. inter eos, ſed inter eos qui ſunt vltra, & eos q ſunt citra fit diuiſio iure ꝓpinquitatis: vt dictū eſt. Vidēdū eſt igitur ꝙ ponamus vnā lineā iure propinquitatis euidentē, & hoc fieri debet ex doctrina pręcedētis figurę. Extēdatur igit̄ vna chorda à pūcto prędij Lucij vſꝗ ad ripā Caij, & fiat cū chordis, vel ſignis in flumine vnū quadratū, a. b. c. deinde inueniat̄ mediū quadrati per lineā, e. f. & cōſtat quòd quicquid eſt infra dictā lineā pertnet ad Caium. deinde ducatur alia linea per diametrū quadrati, b. d. & ſimiliter cōſtat ꝙ id quòd eſt infra dictā lineā pertinet ad Caium, deinde inter punctū, c. & punctū, d. inueniatur punctus æqué diſtās à pūcto prædij Lucij ad ripā Caij & ſit, g. f. tūc illi tres puncti reducant̄ in circūferētiā vnius circuli per præcedētia, cuius circuli centrū inueniatur in prædio Lucij, & in pūcto, b. vt oſtēdunt lineæ croceæ. Dico ergo ꝙ illa linea circularis, e. g. d. eſt in ea, & quicquid eſt ſupra illam, pertinet ad Lucium. quod verò eſt infra pertinet ad Caiū, vt patet ex pręcedētibus, &c.




HAec figura differt à præcedenti ꝙ in præcedenti punctus magis propinquus erat in capite inſulæ, hic verò eſt in medio vel circa, vt patet in puncto prædij Caij acuto qui eſt, b. & ideo & in flumine debent fieri duo quadrata, ſcilicet vnum ſupra aliud infra, fiat verſus caput fluminis vnum quadratum, a. b. c. f. & verſus finem fiat aliud, a. b. c. d. deinde ducatur linea media, g. h. dico de eo quod eſt ſupra, nil debet habere Caius. deinde ducatur alia linea per diamētrum primi quadrati, c. a. & alia per diamētrum ſecūdi, a. c. & ſimiliter de eo qđ eſt ſupra illas, nil debet habere Caius: deinde inueniatur vnus vel duo puncti in illo ſpatio, quod eſt infra æqué diſtans à puncto Caij ad lineā prædij Lucij, vt, i. k. qui reducantur in circunferentiam illius circuli, qui circulus erit, e. i. k. c. & eius centrū cadit in prædio Caij in puncto, m. quicquid eſt infra lineam circularem pertinet ad Caium, vt ex præcedentibus eſt probatū, vel verius aſſume pūcta, e. m. & reducas ea in circunferentiam eiuſdem circuli, & habebis propoſitum: quia redit in idem quod ſupra.



Haec figura differt à præcedētibus:qa vel ab vtraqꝫ parte eſt linea recta,vel ab vtraqꝫ parte eſt curua, ab vna recta,ab alia pũctus acutus:hic verò eſt ab vna parte linea recta,ab alia habet quãdam rotunditatẽ,cuius caput connexum eſt verſus inſulã inueniatur: ergo in principio inſulæ punctus medius,a.in medio alius,b.in fine,alius,c.& hi tres reducantur in circunferẽtiam eiuſdem circuli per præcedentia,& habebis medium. Ex quo collige regulam quod poſitis tribus punctis æquè diſtantibus inter lineam rectam,& lineam connexam circulus,in cuius circunferentia illius tres puncti reducuntur:totum ſpatiũ iure proximitatis æqualiter diuidit:& hoc in ſeq.figura demõſtrabiť.




Figura iſta differt à præcedẽti:& qa hæc ab vna parte ripæ acutæ eſt punctus:ab alia parte rotunda eſt concauum,verſus punctũ,cuius ſic faciẽda eſt diuiſio.Primò ducať linea ab vna parte circuli vſqꝫ ad aliam,& ſit,a.b.& ideo hoc vt ſciamus ꝙ de eo quod eſt ſupra dictã lineã,nil poteſt deberi ripæ cõcauę,niſi ratione illorũ pũctorũ.quoniã quælibet pars quæ eſt infra, eſt magis remota ab alia parte ꝙ ſint illi puncti:deinde inueniatur mediũ inter punctũ prædij Lucij qui ſit,c.& illa puncta per doctrinas datas in præcedẽtibus inter,a,&,c.erit medius pũctus, b. & inter,c.&,b.erit medius,c.vt oſtẽdũt lineæ, ductæ: deinde inueniať mediũ inter,c.& aliquã partẽ dictæ concauitatis,& ſit,f.deinde illa tria puncta,d.f.c.reducantur in circũferentiã eiuſdem circuli per præcedentia cuius cẽtrum erit in pũcto, h.dico ergo ꝙ quicquid eſt infra circulũ,d.f.c.pertinet ad Titium iure proximitatis.qđ verò eſt ſupra, pertinet ad Luciũ. Ex quo collige regulã ꝙ poſito vno puncto ab vna parte circulari cõcauitate ab alia infra cõcauitatẽ inuentis tribus punctis,æquè diſtãtibus ab vtroqꝫ latere linea circularis, per quã illi tres pũcti in circũferẽtiã reducunť,per mediũ diuidit,&c.




Figura iſta differt a præcedẽtibus: quia ſuprà eſt pũctus ripæ ſuperioris, quẽ cõſtat eſſe propinquiorẽ qualibet alia parte ipſius ripę,hic verò ripa ſuperior eſt rotũda,& cõnexa eſt verſus inſulã: & ideo quęlibet pars illius ripæ ſit propinquior pũctus ripæ inferioris cõcauis. Igiť primò ducať linea ab vno pũcto circulari inferioris vſqꝫ ad lineã,& ſit,a.b.ea ratione qua diximus in præcedẽti figura.deinde ponať circulus in pũcto,a.& extẽdať vſqꝫ ad ripam ſuperiorẽ,& ibi aliquãtulũ voluať circulariter,vt oſtẽdit linea curua crocea,& ille punctus,vbi ripa ſuperior tangitur eſt propinquior:& ſit,c.& eodẽ modo facias in puncto,b. cui puncto propinquior eſt,d.deinde inter,a, & c. inueniatur punctus medius.& ſit,c.& inter,b.& d.inueniatur alius punctus medius,& fit,f.deinde inueniať alius pũctus medius inter ripam ſuperiorẽ & inferiorẽ.& ſit,g. deinde illa tria puncta,e.f.g.reducantur in circunferentiã eiuſdẽ circuli,cuius cẽtrum cadit in prædiũ Lucij in puncto, h. Dico ergo ꝙ quicquid eſt infrà illum circulum,g.f.pertinet ad Titium iure proximitatis.quod verò eſt ſupra illum , pertinet ad Titiũ, vt ex præcedentibus apparet,& lineæ rectæ demonſtrant &c.




In hac figura ripa ſuperior eſt directa , inferior eſt circularis,& cõcaua. Primò igiť in qualibet linea circuli faciẽda eſt diuiſio ꝑ quadratũ,vt lineę directę oſtẽdunt, dictũ eſt,ſ.in ſexta figura,& ſeptima. hic verò deſcribã aliqd de dicta diuiſione.Primò eñ ducatur vna linea ab vno pũcto vnius circuli vſqꝫ ad aliã,a, b. & hoc ad oſtẽdẽdũ qđ eſt infra lineã illã nil debeť ripę circulari, niſi ratione pũctorũ.deinde fiat diuiſio inter pũctũ,a.& lineã quę eſt ſuperioris ripæ quæ format vnũ quadratũ,a.c.d.e.qđ quadratũ diuidatur per mediũ ducta linea,f.g.Tunc dico ꝙ eo ꝙ eſt ſupra illã,nil debetur pũcto,a.deinde ducať alia linea per diametrũ quadrati, c. g. tunc ſimiliter dico ꝙ de eo qđ eſt ſuprà,nil



pra,nil debetur pũcto,a.In illo verò ſpatio quadrati ꝙ remanet infra inueniatur alius pũctus medius,h.deinde illa tria puncta,f.h.e.reducantur in circũferẽtiam eiuſdẽ circuli, cuius cẽtrũ cadit in fundo Titij in pũcto,k.et illa eſt linea diuidẽs inter punctũ,a.& ripam præcedentem.In alio vero puncto fiet quadratũ,& diuiſio ſimili modo , illud verò ꝙ eſt in medio, diuidatur ſic:ꝙ inueniatur alius pũctus medius in inter rotũdũ,& ripam præcedentem,& ſit,o.tũc illi tres pũcti,e.o. n.reducãtur in circũferentiã eiuſdẽ circuli per præcedẽtia , cuius centrum cadit ſupra in puncto,p.& illa eſt linea diuidẽs &c.




In hac figura ab vna parte eſt ripa recta ab alia angularis,vñ tractať de diuiſiõe ſpatij medij:ꝙ ſic fieri debet:ꝙ dictæ lineæ ducãtur à linea prędij inferioris donec iunganť cũ ſuperiore,& in capite ſit linea ducta,a.b.in fin.ſit.c.d.vt oſtẽdit linea crocea.deinde in parte prima inueniatur baſis vnius triãguli ęqualiũ laterũ,vt oſtendit linea crocea,e.f.& eodẽ modo inueniatur in ſecũda parte alia baſis vt oſtẽdit linea, f.g.deinde qlibet prædictorũ triangulorũ diuidatur per mediũ,ſecundũ doctrinam datam in tertia figura primi, ſcilicet ducendo lineã à puncto primi trianguli,a.vſqꝫ ad punctũ,b.qui eſt medius baſis,e.f. & à pũcto ſecũdi triãguli,d.vſqꝫ ad punctũ,i.qui eſt medius,f. g. & illæ lineæ ducantur verſus ſpatiũ quod remãſit in medio, & cõiungentur in puncto,k.&,illa eſt linea diuidẽs directò per medium iure propinquitatis.Sed huic oppo.quod pũctus, b. quam dicis ſecare per medium,magis appropinquat ripæ ſuperiori in puncto,f.quàm inferiori in puncto, m . Reſpond. quòd verum eſt,vt oſtendit circulus azureus.ſed ille pũctus k.eſt æquè propinquus pũcto,g.ſicut ripa ſuperior,qđ patet:quia circulus ductus à puncto, k. æqualiter tangit dicta puncta,e.f.g.punctualiter æquè diſtat. Concluditur ergo qđ verè dicta linea b.h.k.i.d.eſt linea diuidens iure propinquitatis inter dictas ripas.Ex hac enim figura ſumendum eſt quod poſito vno triangulo,ſi ducantur duæ lineæ diuidentes duos angulos per mediũ,illæ lineæ iunguntur in pũcto ſupra quẽ poteſt conſtitui circulus tangens æquè , & punctualiter tres lineas trianguli,& demonſtratur hoc per Euclidẽ libroquarto,concluſione quarta Bar.




Iſta figura habet punctum ſolùm in ripa ſuperiori, f.d.cui de inſula debetur aliquid iure propinquitatis,in inferiori habet triãgulum,a.b.c.ducatur ergo linea a,c.quã lineam conſtat tangi à puncto,d.diuiſio igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri:quia tam in capite quã in fine fiant trianguli duorum æqualium laterũ vt factum eſt in pręcedẽti figura,quorũ primi baſis erit linea, crocea,d.f.& alia linea,d.g.& illud ſpatium ꝙ eſt infra alias lineas,d.f.b.g.debet diuidi iure propinquitatis inter pũctũ , d. & totam ripam prædij inferioris.quæ diuiſio fiat diuidendo duos angulos per medium,ſecundum doctrinas præcedẽtes & illæ duæ lineæ ſe contingunt in puncto,c.ille punctus eſt centrum qui tangit punctum , d.in ripa vlteriori.in anteriori.vel citeriori verò tangit punctum, f . & punctum , g. omnes alij puncti ſunt magis remoti , vt oſtendit circulus croceus ductus . Reſtat ergo quod fiat diuiſio huius partis inſulæ,quæ eſt extra illum triangulum,d.f.b.g. & ſi bene reſpicitur quicqd eſt extra illud, apparet eſſe infra duas lineas rectas:& tunc aut ſunt rectè ſecũdũ ſe æqualiter, aut inęqualiter. In quolibet prædictorum caſuum habes modum diuidendi ex his,quæ dicta ſunt ſuprà,in prima & ſecunda figura huius libri ſecundi &c . His circa deciſionem inſularum præmiſſis prædicta faciunt in argumentum ad quæſtiones qutidianas,& de facto emergentes. Dicamus,commune Peruſij ſtatuit [quod ſi qua poſſeſſio reperiretur in comitatu Peruſij,quæ non eſſet attributa alicui villæ vel caſtro , quod talis poſſeſſio cederet territorijs illarum villarum , & caſtrorum,quæ eſſent propinquiores.contingit ꝙ reperitur quoddam magnam podere infrà, confinia trium villarum , quòd nulli villæ vel caſtro attributum eſt.Ex hoc themate oriuntur plures quæſtiones.Prima eſt,quomodo intelligatur illud quod dicitur quòd cedit illi villæ quæ eſt propinquior . Reſpond.i.quatenus eſt propinquior.non enim ſi vna villa magis propinquat vni pũcto,ideo ei attribuetur totum,ſed cuilibet de dicto podere attribuetur quatenus propinquior eſt. hoc apparet ex iſto §.inſula.quem ſuprà legimus,ibi:quòd ſi alterius parti proximior ſit,&c. & hoc dixi ſuprà, in gloſſ.ſuper verbo communis ſit, &c.Sed eſt videndum à quã parte villæ vel caſtri debeat incipere menſurator. Ad quod ſciendum eſt,quomodo cognoſcatur ciuitas,vel villa, de quo per dominum Ioan.And.de ſenten.excommu.c.ſi ciuitas.lib. vj. in nouella.Tu clarius & breuius dic quòd licet in vſu noſtro ciuitates appellamus,quę habẽt epiſcopũ:tamẽ antequã epiſcopi eſſent erat appellatio ciuitatum,& denominabantur ab illis officialibus qui tunc erãt vt lxxx.diſtin.c.j.ij.& iij. Dico igitur ꝙ propriè dicitur ciuitas omnis locus in quo exercetur iuriſdictio illa quę competit defenſoribus ciuitatum , de qua dicitur in auť.de defen.ciui.§.iuſiurandum. colla.iij . Et not. quòd triplex eſt ciuitas. Quædã maxima vt ciuitates metropolitanæ,in quibus ſtabãt præſides, & præfecti prætorio,hodie reges,& curiæ regũ,ad quos appellať. Alia eſt ciuitas magna,in qua eſt forũ cauſarum meri, & miſti imperij. Alia eſt ciuitas cõmunis,in qua eſt forum cauſarum , quæ cõpetunt defenſoribus ciuitatum: vt ſupra dixi , & probatur ff.de ex

cu.tut.l.ſi duas.§.decet.vnde licet locus nō habeat epiſcopū, vel ſit priuata ciuitas epō:tñ ciuitas remanet ,ppter forū cārū ſecularīū:iō aūt venit in vſu vt ciuitas appellet, q̄ habet epm: qa eps nō cōſueuit ordinari niſi in illis locis vbi antiqtus erat nomē ciuitatis:vt d.c.j.lxxx.diſt.dixi.C.de metropo. Beri.l.j. lib.xj. Scdō eſt caſtrū,& illud dr̄ quaſi caſa alta,hoc eſt locus fortis,i quo dicta iuriſdictio nō exercet:vt C.de fun.limi.l.quecūq; caſtellorū.& diſt.lxxx.c.iij.Tertiò eſt villa,& illa ſm ,ppriā ſignificationē dr̄ à vallo,hoc eſt ciuitas q̄ nō cingit muro,ſed vallo ſm Hug.Sed in vſu nr̄o villa appellat q̄dā vicinia pluriū habitātiū,ſine aliquo municipio,quæ ,ppriè loquēdo dicit vicus,ſecūdū Hug.& ita accipit gl.de iuſti.& iu.l. ex hoc iure gētiū.in gl.ſup verbo ædificia collata.Ad ſecūdū dicēdum eſt ꝙ mēſuratio debet fieri ab illa parte loci quæ ppinquior eſt loco mēſurādo,vt ſuprà oſtēſum eſt ī alijs. vñ in caſtro erit clarū.In villa poterit dubitari:qa domus ſunt ſparſe, ſed puto ꝙ ſi eſſet aliqua domus q̄ diſtaret multū ab alijs ꝙ illa domus nō dicat de vicinia ſua:maximè ſi vox exaudiri nō poterit:vt l.j.§.eodē aūt tecto.ad Sylla.& qd' plenè dixi de aqua plu.ar.l.tertius.i prin.Et aduertēdū eſt ꝙ licet lex dicat ꝙ mille paſſus debeāt mēſurari à cōtinētibus ędificijs. vt l.mille paſſus.de v̄.ſig.tñ in pſenti ſtatuto putoq; debeat inchoare ab ipo muro ciuitatis vł caſtri,vel ab ipo loco vbi villa terminat ed qa hoc iuenire eſt difficile:iō hoc declarabo p ſeq. figurā.




Illius poderis diuiſio faciēda eſt p iſtum modum: quia primò in qualibet villa faciēdus eſt pūctus,qui plus eſt illi poderi relicto propinquior: & quia circinum non poſſet haberi ita lōgū ꝙ extēderet ab vna villa ad aliā, ſeruādus eſt iſte modus:qa primò ducat ab vna villa ad aliā, prout reſpicit linea recta,et à prima villa vſq; ad ſecūdā ducat linea azurea,a.c.à ſecūda ad tertiā lineā,d.b.ad primā & tertiā lineā,a. d.deinde ī qualibet iſtarū reperiat pūctus medius,& in linea, a.c.erit pūctus,c.& in ea linea ducant duo pūcti ęque diſtantes,h.i.deinde ponat circinū in,h.,& extēdat vſq; ad,i. & ducat linea circulariter & eodē modo ponat in pūcto,i.& extēdat ad,h.& ducat linea circularis,& vbi illæ lineæ ſe præſcindunt,illæ ſunt lineæ ad diuidendū per mediū inter illas duas inſulas,& ſic linea,p.quia diuidit inter lineam primam & ſecundam,& eodem modo fiat inter ſecundam, & tertiam villam,inter quas diuidit linea,q.non repetendo alias literas, & eodem modo fiat in prima villa,& in tertia villa,diuidens inter eos,erit q.ſ.Ex quibus concluditur ꝙ quicquid eſt ſupra illas lineas,p.q.ſcilicet pertinet ad primam villam.Et quicqd eſt inter illas duas,p.q.r.pertinet ad ſecūdam, & quicquid eſt vltra illas duas lineas,ſcilicet,q.r.pertinet ad tertiā villā. Si autem plures eſſent ꝙ̄ tres,ſtatim patebit in ſequenti figura &c.




Facta eſt hæc figura ad oſtēdēdū qualiter ſi podere relictū eſt in cōfinibus pluriū villarū, quibus modis debet fieri diuiſio.Pone ergo ꝙ pūcti villarū circūſtantiū,à qbus debet incipi mēſura,ſint,a.b.c.d.e.f. podere relictū ſit inter ipſos pūctos,vt oſtēdit nigra figura inter ipſos facta. Primò ergo fiat diuiſio īter tres primos pūctos,ſcilicet, a. b.c. ſecūdū doctrinā pcedentē. dico ergo ꝙ inter,a.& b.diuidit linea rubea,g.k.inter,a.c.diuidit,g.i.& ſic pūctus g.eſt centrū, in cuius circūferētia ponūtur dicti tres pūcti,a.b.c.ſecūdū doctrinā datā ſuprà in figura huius ſecūdi libri:et hoc oſtēdit circulus rubeus ductus.Scdō fiat diuiſio inter,b. c. d. dico ꝙ linea,g.h.diuidit inter,b.c.& linea,h.i.diuidit īter,c.d. & linea, h.p.diuidit inter,b.d.& ſic pūctus,h.eſt cētrū ponēs in circūferentiam,b.c.d.vt oſtendit croceus circulus ductus. deinde fiat alia diuiſio inter,c.d.e. ſecundùm doctrinam præcedentem,& reperies punctum,i.& centrum,& reduces in circunferentiam illos tres punctos,& etiam punctum,i, ſecundū deſignationem præcedentem,vt oſtendit alius circulus rubeus. quod ſi punctus, f. in dictam circunferentiam caderet: tunc fiat alia diuiſio ſimilis inter,d.e.f.&c.




Cùm ad



Cùm ad figuram huius aurei libelli intelligentiam neceſſariū ſit rubeas croceas,& azureas lineas demōſtrare:quas ob ipſorū varietatē coloris in impreſſiōe pingere,vel colorare obmiſimus. Ne quę facilitate refulgēt obſcuritate aliqua notent,paucis cuiuſque lineæ deſcribēdo earū colorē recitabo.Sūt igit̄ omnia flumina,& lineę pūcta tria retinētes coloris azurei, q̄ bino pūcto deſignant zaldi,at vno pūcto linea cōtenta rubea figurabitur.

Figura iſta eſt facta,qm̄ ſuprà dictū eſt de lateribus ſcilicet ſuperior,& inferior,& ante,& retro , dextra,& ſiniſtra.Pono ergo,put de facto cōtingit ꝙ quidā habebat prædiū iſtius figurę,vt demōſtrāt lineę cōtētæ ſub his literis,a. b.c.d.e.Iſte vēdidit mihi quatuor ſtadia prędij à parte inferiori, & cōſtituit ſe meo nomine poſſidere.ex iſto facto oriunt plura dubia.Primò an dicta quatuor ſtadia videant mihi vēdita ,p diuiſo,aut ,p indiuiſo.Et videt ꝙ ,p indiuiſo,cū nō ſit certum quæ ſint illa quatuor ſtadia.Ecōtra videt ꝙ pro diuiſo: qa dicit à parte inferiori:& ſic eſt certus locus vbi ſint illa ſtadia. Solu.,p diuiſo pōt accipi duobus modis.Primò pro diuiſo,hoc eſt , ꝙ nulla pars ſit,in qua ſit cōmunio,licet termini nō ſint poſiti:vt l. inter eos.de acqrē,rerū domi.& iſto modo videt vēditio facta pro diuiſo,ꝙ enim ſe extēdūt quatuor ſtadia incipiēdo à parte inferiori ſunt vēdita,vltra nō.Secūdò pōt accipi pro diuiſo, hoc eſt terminato,& iſto modo ,p indiuiſo ſunt vēdita,hoc eſt , tāquā non determinata,vt probat ff.de acquiren.poſſeſsio.l.ſi qs fundū.§.j. ſecūdū primā lecturā gl.Secūdò vidēdū eſt an iſta quatuor ſtadia poſſent poſsideri antequā menſurent.& videt ꝙ nō:qa pars incerta non pōt poſsideri:vt l.certa.§.incerta.& l.locus.de acquiren.poſſeſsio.ſed hic eſt incertū vſq; ad quā partem vadāt dicta quatuor ſtadia:ergo &c. In cōtrariū videtur ꝙ certū eſt,in quo loco debent dicta quatuor ſtadia,licet fines ſint īcerti, ſed incertitudo finiū nō impedit quē poſsidere:vt ff.,p emptore.l.ij.§. ſed. & ſi fundum.Sed poteſt reſponderi ꝙ ibi credebat in animo ſuo poſſidere vſq; ad certos fines:hic verò ignorabat.Dico ergo qd' poſſident dicta quatuor ſtadia:locus eſt incertus,& fines ſunt certi adhibita diligēti inquiſitiōe p menſorē,ꝙ ſufficit ad poſſeſſionē licet oculis nō videatur:vt ff. de acquiren.poſſeſsio.l.iij.§. Nerua filius.Itē qui fundū ingreditur eo animo,vt fundū poſſideat totum vſque ad terminum poſſidet,nec requiritur ꝙ terminum videat:vt l.iij.in prin.de acquirend.poſſeſsio.aliàs multi dominorum nō poſsiderent qui terminos prędiorum ignorant.

a Tertiò eſt vidēdū vtrū tranſlatum ſit dominiū in emptorem per talem contractum.Reſpō.iſta emptio facta eſt ad mēſuram ideo antequam menſuretur non eſt perfecta vēditio,ſicut facta ſub conditione.vt ff.de contrahen.emptio.l.quod ſæpe.§.in his. de peri.& com.rei vendi.l.ſi in venditione.§.j.An autem traſferatur interim dominium,vel vſuſcapio.& de hoc ſunt opi.ff.pro emptor.l.ij.§.ſi ſub conditione.& pro dote l.ij.teneo ꝙ traſferat titulo pro ſuo:vt ibi dixi. Quartò eſt vidēdū qualiter debeat fieri menſura termini dictorum quatuor ſtadiorum:vt ex parte inferiori cognoſcatur. Ad hoc dico ꝙ facta eſt pręcedens figura , & pone ꝙ quodlibet quadratū ſit vnū ſtadium,& ſic habet fundus xxxiij.ſtadia , quia ibi vides xxx. quadrata integra, & ſex dimidia quadrata,quæ faciunt tria integra,& ſic ſunt xxxiij.& videtur ꝙ emptori debet aſsignare terminatè illud qd' eſt intra triangulum,p.c.q.illa ſunt quatuor ſtadia,quę habent duo quadrata,quæ faciunt duo alia:& ſic ſunt quatuor.Et ꝙ illa duo faciunt vnum integrum,probatur ex quadrato,b.& lineis ibi ductis.Itē illa quatuor ſtadia ſunt à parte inferiori:vt patet ad oculum,vnde terminatio facta eſt recta.Sed contra iſtam terminationem oppo.ꝙ ſecundùm hoc iſte emptor non habebat à parte inferiori totius fundi,ſed certę partis fundi,quod patet:quia de illa parte fundi,c.p.& d.q.nil habet,& ideo videtur ꝙ diuiſio ſic ſit facienda ꝙ ducatur linea,f.g.h.quę tangit vltimam partem totius prędij,& cōſtat ꝙ j.illam lineam,c.e.d.ſunt xij.dimidia quadrata:& ſic ſex ſtadia ſic continet tertiā partem pluſquā debeat habere emptor,& ſi diuidatur quod eſt inter dictas lineas,in tres partes,vt oſtēdit linea,i.k.l.ꝙ linea,m.n.o.& duę partes vltimæ, erunt de neceſsitate quatuor ſtadia,& illa habebit emptor à parte inferiori totius fundi,ſiue prędij.Iſta vidi in quæſtione de facto eſſe magni effectus:qa cū in prędio eſſet quędam domus:ſecundū vnam determinationē cedebat emptori:ſecundum aliam non.His opi.poſitis videndū eſt quid iuris.Ad huius euidentiā ſciendū eſt qd' fundus eſt quoddam totum & quælibet gleba ipſius eſt pars totius fundi:vt l.iij.in prin.ff.de acquirenda poſſeſsione.facit de furtis.l.vulgaris in prin.Itē ſciēdum eſt ꝙ cū dico pars inferior fundi, intelligitur,id eſt,pars,quæ in fundo eſt infima, ſeu magis infra,ita qd' infra illam nulla ſit alia:vt ff.de vulg.& pupil.l.ex duobus.de reb.dub.l.qui duos.de verb.ſig.l.proximus. in propoſito tamen dico,vendo quatuor ſtadia à parte inferiori, intelligo de illis ſtadijs quæ ſunt in ea parte fundi,quę eſt magis j.vt lege.j.§.fin.de aqua plu.arcen.& de leg.ij.l.Caius.ſ.j.videbitur ergo vēdita illa pars,quæ continetur in illo triangulo,p.c.q. quia in illo eſt inferior pars totius fundi: nec poteſt dici quòd ſit inferior pars certæ partis fundi:quia hic conſideratur fundus tāquam vnum totum:vt dictū eſt, & per prædicta multas potes dirimere quæſtiones.

a ¶ Vtrum tranſlatū Vide Pe.Phili. Corne.in cōſ.l.in j. volu. incip.videtur in hac conſultatione.in iiij. co.& Philip.Deciū i cōſ.clxxix.& in l. traditionib9. in ij.colum.C.de pact.Th. Diploua.

Explicit tractatus de inſula domini Bartoli à Saxoferrato.

*Incipit tractatus de alueo domini Bartoli.*

Vpereſt vt de alueo dicamus ſequentes ordinē quem Iuriſconſultus ſecutus eſt. Primò igitur verba eius referamus quę poſuit. ff.de acqrēdo rerū dominio.l. adeò.§. ꝙ toto.q̄ verba ſunt hæc: Si toto naturali alueo relicto flumē aliàs fluere cœperit,prior q̄dē alueus eorū eſt q ,ppe ripā prædia poſsidēt pro modo latitudinis cuiuſq; prędij,quę latitudo ,ppe ripā ſit.nouus aūt alueus iuris eſſe incipit,cuius & ipſum flumē.i. publicū iure gentiū.Quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumē, rurſus nouus alueus eorū eſſe incipit,q prope ripā eius prædia poſſidēt.Si cuius tñ totū agrū nouus alueus occupauerit,licet ad priorē alueū reuerſum flumē fuerit,non tñ is cuius ager fuerat ſcripta ratione quicq; in eo alueo habere pōt: qa ille ager q fuerat,deſijt eſſe omiſſa ,ppria forma,& q vicinum nullū prędiū habet,nō pōt ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere:ſed vix eſt vt id obtineat.Aliud ſanè eſt,ſi cuius ager totus inundatus fuerit.Nanque inundatio ſpeciē fundi nō mutat.& ob id cùm receſſerit aqua palā eſt eiuſdē eſſe,cuius & fuerat,hæc ſcripta ſunt in d.l.adeo.§.quod ſi toto.ff.de acquiren. rerum domi.legis ergo verba diſcutiamus.ait enim lex:

**Si toto.** Ideo dicit,toto:quia ſi parte tantū relinqueret,cederet tantū illi qui prędia poſsidet,ab ea parte:qua alueū dimittit,& acquiret eis p eū modū,quē ſ.de alluuione in primo diximus.nō ſolū eſt alluuio ſi flumē ponat,ſed etiā ſi paulatim retrocebat nil opponēdo:vt ff.de acquirē.rer.dom.l.Martius.§.iij.licet gl.ibi dicat ꝙ impropriè dicitur alluuio.ſed Azo in ſumma.C.de allu.& palu.dicit qd' propriè alluuio eſt qd' puto verum:ar.ff.de acquiren.re.do.l.ergo.§.tribus.ſed quando totus alueus relinquitur,illa eſt noua ceſsio,nec eſt alluuio,nec eſt inſula,vt dicit glo.ſuper iſto verbo,toto.

**Naturali.** Naturalis alueus dicit,i.conſuetus:vt ff.de flu. §.ripa.& ibi no.qa naturalis curſus æſtate diſcernitur potius quā in hyeme :vt ff.ne quid in flu.pu.l.j.§.is autem. Alueus verò qui non eſt naturalis dicitur inundatio,vt j.circa finem dicitur. Vel dic alueus naturalis,id eſt:antiquus:& ſic ad differentiā noui aluei,de quo infrà dicetur.

**Alueo.** Alueus propriè venter fluminis eſt,ſecundùm Hugonem.

**Relicto.** Perfectè oportet ꝙ ſit relictus,vt cedat vicinis, aut perfectè ſit relictus,cōſtat,in hyeme,& ſic p cōtrariū eſt ꝙ ſ.dictū eſt,nec etiā alueus conſtat æſtate qn̄ aqua minor eſt,arguēdo à maiori,ſic in ęſtate,de qua minus vr,detinet talis locus flumine occupatus:ergo multò magis detinebit hyeme ꝙ aūt ſit derelictus cōſtat ex hyeme arguēdo à maiori negatiuę:ſi talis locus nō ē detētus ſed derelictus ī hyeme:ergo magis erit derelictus in ęſtate.ſi talis locus nō eſt detētus,ſed derelictus in hyeme de quo magis vr̄ ineſſe,& ineſt ꝙ debeat detineri occupatus:ergo multò magis erit derelictus ęſtate.Et ꝙ hoc ex hyeme iſpiciat,patet:qa q̄nq; ęſtate flumina perēnia ēt exareſcūt vt ff.de flu.l.j.§.j.Itē derelictū intelligo,etiā ſi aliquantulū aqua

a ¶ In anno incipit. Vide & adde eũdẽ Bar. in l. fur eſt manifeſtus.ff.de furt.& in l. iiij.C.de temp.appel. & ibi Ang. Bal. in l. j.in prin.ff. de origi. iur.& in rub.ff.de re. diui.in antepe.col.in verſi.ſecundò quæro qualiter dicatur principium. & Alexã. in conſi.ix.in vij. volu. inci. attentis verbis. in prin.Tho. Diplo.

fluat per antiquum alueum,ſi tamen ſit ita modica φ fluminis nomẽ perdiderit. quod ex opinione circũcolentium diſcernitur:vt l.j.§.j.l.de flumi.Si enim aqua inde currens non eſt flumẽ:ergo locus ille nõ eſt alueus fluminis. Item relictum intelligo ſine ſpe redeundi.quid enim ſi ideo quia aqua ducitur ad molendinũ ceſſat ire per alueum:alueus priuatus nõ efficit̃, cũ in poteſtate ſit ducentis eum in alueum remittere, & ſic ſufficit φ poſsit ire per alueum,licet nõ vadat.ar.ff.de aqua quoti. & æſti.l.j. §. quotidiana.Item pone vt de facto eſt Nurſię flumen quoddam, cuius nomen eſt Turbido, quod ſeptem annis fluit,& ſeptem annis occultatur,& ſic factum eſt à tempore, cuius non extat memoria,an dicetur alueus derelictus? certe illo tẽpore quo occultatur,non dicitur alueus derelictus propter conſuetudinem reuertendi.arg.ff.de acqui.rer.domi.l.naturalem.§. pauonum.

**Flumen.** Idem in lacu, ſtagno, riuo, & foſſato, quæ ſunt publici iuris,vt dictum eſt in præcedentibus.

**Aliàs.** Scribitur breue,& ſic eſt aduerbium loci.i.alio loco. Interdum eſt aduerbium tẽporis: vt aliàs,id eſt, alio tempore:vt ff.de arb.l.diem.vel aliàs,id eſt,aliquãdo,& quando in eadem oratione reperitur pluries aliàs:vt ff.de condi.ſine cauſa.l.qui ſine.& de verb.obl.l.in ſtipulationibus.in prin.& de vſufru.lega.l.deniq;.§.interdũ. Interdum eſt aduerbium qualitatis. vt aliàs.i.aliter,vel alio modo:vt ff.de aqua quoti.& æſti.l.j.§.illud tamen. Interdum verò eſt coniunctio:& idem ſignificat qđ ſi non:vt l.diuortio.ff.de nego.geſt.& ff.de iureiu. l. aliàs. Interdum ponitur pro alioquin.de cuius dictionis ſignificatione mirabili.ſ.de alioquin,dixi plenæ.ff.de conditio.& demon.l.j.

1 ☞ *Verbum præteriti ſubiunctiui rem præteritam ſignificat.*
2 *Alueus fluminis derelictus ut acquiratur prædio,quid requiratur & probandum ſit ex parte agentis.*

1 **Fluere cœperit.** †Præteritum ſubiunctiui eſt,quod rem præteritam ſignificat:vt l.j.§.fi.
ff.quod quiſq; iur.& de verbo. obligatio. l. ſi quis ſtipulatus ſit
2 Stichum.in prin.†requiritur ergo φ veterem alueum reliquerit,
& quod per alium locum perfectè fluat,& hoc ideo: quia quotidie cõmuniter contingit φ alueus non dimittitur,niſi alius aſſumatur.Sed ſi contingeret φ flumen occultaretur, nec alio loco flueret:idem eſſet quod ſi alueus dimiſſus eſſet eorũ, qui propriè prædia poſsident.Idem puto ſi in iudicio probaretur ſolùm φ alueus eſt dimiſſus,licet non probetur φ alio loco cœpit fluere,tamen agens debet obtinere.Sufficit ergo primum,ſi à primo incipias ſcilicet ab alueo derelicto.Si verò incipias à ſecundo.ſ. quod alio loco cœpit fluere,requiritur vtrunq;. Poteſt enim eſſe φ per duo loca fluat,& in quolibet retineat nomen fluminis, vt apparet in Pado propè Ferrariam.Facit ad prædicta ff.de acquiren.rerum domi.l.quemadmodum.& ibi no.

**Prior.** Prior quidem dicitur in cõparatione ſequẽtis:vt ff.de aqua quotidia.& æſti.l.j.§.priorẽ.& ideo ſi flumen ſe celaſſet,alueus derelictus nõ eſſet alueus prior, & tamen haberet locum hæc lex,vt dictũ eſt,& probat̃ ff.de aqua quo.& æſti. l.j.§.qui hac æſtate. Alueus.vocat alueum,qui nõ eſt modò, ſed iam fuit.ſic ff.de acqui.rer.domi.l.inſula.in fi.ff.de negot. geſt.l. diuortio.in prin.quod facit pro notarijs et teſtibus quãdo dicũt, talis filius Titij.cũ Titius ſit mortuus, eorũ eſt iure dominij, vel quaſi,vel alio,prout ſunt prædia,quibus adhæret,prout dictum eſt in primo quod propè ripam prædia poſsident. Quid ſit propè ripam prædia poſsidere, dic vt dictum eſt in præcedentibus libris.aduertendum tamen eſt φ hic nõ dicit ab vtraq; parte, licet in præcedenti dixi:quoniam ripa non põt eſſe inſula quæ ab vtraq; parte habet prædia.alueus verò derelinqui poteſt ab vna parte:tũc ſi quidẽ derelinquit̃ paulatim, fit acquiſitio iure alluuionis.ff.de acqui.rer.domi.l.Martius.& ſ.dixi.Si verò tunc ſimul fit acquiſitio aluei derelicti, vt hoc. §. ſi tñ alueus totus ab vna parte relinquit̃:tũc inter eos qui ab vna parte prædia poſsident,fit diuiſio pro modo latitudinis cuiuſq; prædij, quæ latitudo propè ripã fit,vt ſtatim ſequit̃:& ideo eodẽ modo quo ſ.in alluuione oſtẽdimus.Si verò alueus ita derelinqueretur ab vtraq; parte eſſent prædia:tunc inter eos,q poſsidẽt ab alio, fiet diuiſio iure vicinitatis,& ꝓpinquitatis:& ſic per mediũ, vt dictũ eſt de inſula:& probat̃ j.ibi: nõ põt iure vicinitatis, &c. Inter eos verò qui ab vtraq; parte poſsident fiet diuiſio pro modo latitudinis, vt dictũ eſt de alluuione.& ſic eodẽ modo fiet diuiſio, diuerſo tamen iure:quia ibi iure alluuionis, hic iure aluei derelicti. Pro modo prædij cuiuſq; latitudinis. quæ latitudo propè ripam fit. hæc verba ſatis.ſ.proximè & in præcedentibus expoſita ſunt.

**Nouus.** Nouus autẽ alueus dicit̃ ad differentiã veteris: & ſic ſi per multos annos ſteterit,ſic appellatur, donec nouus alius alueus ſuperuenerit:vt ff.de vſufruc.lega.l.vſufructu.& quod no.ſi certũ peta.l.cùm quid.aliàs aũt dicitur nouum,id eſt,inſolitũ:vt C.de iudi.l.rem non nouam.& ff.de ven. inſpi.l.j.in alijs etiam ſignificationibus accipitur de quibus dixi ff.de ope.no.nuncia.ſuper rubri.

1 ☞ *Incipit & deſinit,adiecta facto habenti tractum ſucceſsiuum quomodo accipiantur.*
2 *Incipere impropriè & largè dicitur,qui ſe præparat ad incipiendum.*
3 *Incipere propriè dicitur,qui aliquid incipit facere de eo quod eſt faciendum.*
4 *Incipere etiam dicitur,qui multa ipſi incœptioni adijcit.*
5 *Iuramentum calumniæ ſi præſtatur poſt litem conteſta.dicitur præſtitũ in exordio litis.*
6 *Deſinere aliquid quando dicatur.*
7 *Incipit & deſinit ſi adijciuntur tempori,quomodo accipiantur.*
*Dies quando dicatur incipere,& quando deſinere.*
*Annus quando dicatur incipere,& quando deſinere.*
8 *Incipit & deſinit,ſi adijciuntur loco,qualiter accipiantur.*
9 *Incipit & deſinit,quando adijciuntur eſſentiæ alicuius ſubſtantiæ,uel qualitatis,qualiter intelligantur.*
10 *Incipit & deſinit,qñ adijciũtur potentiæ alicuius,ſubintelligitur ut quis dicatur poſſe.*

**Eius** incipit iuris eſſe. In hoc tex.pluries Iuriſcõſultus vtitur verbo incipit.Itẽ vtit̃ hoc verbo deſinit,vt j.ſtatim ſubdit̃,ibi:deſijt eſſe,&c.de quorũ verborũ ſignificatione varias cõtentiões vidi inter dialecticos,ad quorũ ſenſum ſi reduceret̃ iuris noſtri ſenſus ꝑuerteret̃:ideo ſecũdũ legalẽ doctrinã quid iſta
1 verba ſignificẽt explanemus. Ad quod †ſciẽdũ eſt φ hæc verba
adijciuntur quandoq; facto quod habet tractũ, ſeu ſucceſsionẽ quãdã in faciendo. Quandoq; adijciunt̃ tẽpori, quandoq; loco, quandoq; eſſentiæ alicuius rei,quãdoq; potentię.de quolibet videamus.Primò adijcitur facto : & tunc tribus modis accipitur.
2 Primò largè† & impropriè,vt dicatur incipere ille,qui ſe præpa
rat ad incipiẽdum,vt in caſu ſpeciali ff.de polli.l.j. §. cœpiſſe.ibi: ſi apparatum ſiue impenſam in publico poſuit.aliàs autem dicta pręparamenta nõ dicitur quis incipere:vt l.ſi pecuniam.in prin.
3 ff.de condi.ob cau.de procu.l.ſi defunctus.†Secũdò accipit̃ pro
priè eoipſo φ incipit aliquid facere de eo qđ eſt faciendũ: vt l.ſi fundamẽta facit,& ſimilia,vt in alijs exẽplis poſitis in d.§.cœpiſſe.et de ope.no.nun.l.de pupillo.§.nũciationẽ.ibi:inchoet,&c.et d.l.ſi pecuniã.Et hoc modo dicimus φ lit.cõte.incipit iudicium:
4 qa tũc incipit tractare de his q̃ ſunt ſubſtãtia cauſæ.Tertio†mo
do dicit̃ qs incipere nõ ſolũ in ipſo actu quo incipit, ſed etiã in multis q̃ ſunt poſita propinquius ipſi incœptiõi.vñ iſtud verbũ incipit,nõ ſolũ verificatur in primo lapide q ponit̃:ſed etiã multa q̃ poſtea fiũt dicunt̃ eſſe de incœptiõe:vt ff.de ope.no.nũ.in l. ſtipulatio.§.opus.ſic etiã iuramẽtũ calũniæ qđ præſtat̃ poſt litẽ
5 conte.ſic†poſtq; lis incipit,dicitur fieri in exordio litis : vt C. de
iura.calũ.l.ij.§.antiqua.itaq; eodẽ modo in verbo,deſinit.Primò
6 dicimus†deſinere,q ad hoc tendit vt deſinat:arg.de excu.tuto.l.
nõ tm̃.& de dã.infe.l.dãni.§.Sabinus. Itẽ deſinere dicit̃ res q̃ nõ ꝑfectè deſinit,ſed incipit deſinere:vt ff.de vſufru.l.vſusfructus.
7 §.Iulianus.de contrah.emp.l.dãnũ.†Secundò dixi φ hæc verba
qñq; adijciunt̃ tẽpori:& tũc ſimiliter tres ſignificationes habẽt. exẽplũ in die artificiali.dicimus eñ φ incipit mane, deſinit, ſeu finit ſero:vt ff.de fer.l.more.& ibi no.& in aut̃.de iud.§.ſedebũt. Dic ergo qđ manè intelligit̃ ante ortũ ſolis,cũ iã cœlũ incipit albeſcere:vt ff.de li.& poſthu.l.Titius.§.j.& tũc dicimus dies incipit:ſed tũc nõ eſt dies ſed ſtatim erit,hęc tñ nõ eſt ꝓpria locutio. ſecũdo modo dicit̃ manè in ipſo pũcto quo ſol orit̃ : & tũc verè dicit̃,incipit dies.cũ ſol eſt ſupra terrã,dies eſt:vt ff. de ver. ſig.l. hæc verba. Tertiò ꝑ aliquale ſpatiũ poſt ortum Solis adhuc dicimus dies incipit:& ita loqmur,licet nõ ſit ꝓpria locutio, tñ hoc ſcire neceſſe eſt propter dicta teſtiũ,& ꝓpter multa.Eodẽ modo deſinit,ſ.cũ ꝓpè eſt occaſum & cũ verè occidit,& aliquo ſpatio poſt.Facit ad prædicta q̃ dixi ff.de pœ.l.aut facta.§.tẽpus.Eodẽ
a modo in anno incipit & deſinit,habet tres ſignificationes,ſed in aliquo



differũt.nã in tẽpore anteq; verè incipiat,& in ipſa incœptione idẽ eſt ĩ die,& ĩ anno,ſed in eo qđ ſequit̃ poſtq; incipit, differũt in tẽpore.nã cũ annus & menſis ſit lõgius tẽpus:longiori ſpatio durat illud tempus,quo dicimus, incipit. rectè per vnã diem,& fortè per plures dicimus menſis incipit,vel annus incipit,arg.ff.de fur.l.iiij.& quod ibi dixi,& ſtatim dicam de verbo deſinit. Similiter cõtingit in verbo deſinit,nã primũ tẽpus quo incipit deſinere,& cũ dicit̃ deſinit,eſt longius in anno q̃ in die. Nam aliquãdo tota vltima die dicitur deſinit:vt ff.de teſt.l.qua ætate.in alijs duobus idem eſt in anno & die, & ſicut annus & dies in verbo,incipit,cõcordat in primo,in tertio diſcordat, ſed in verbo deſinit,diſcordat in primo,& cõcordat in duobus vlti
8 mis.Tertiò dixi†φ hæc verba qñq; adijciunt̃ loco:& tũc verbũ
incipit,habet duas ſignificationes.Prima eſt propria in illo puncto,in quo incipit:vt patet in principijs cuiuslibet libri.vbi rub. dicit,incipit liber primus vel ſecũdus.Secundò poſtq; incipit,ꝑ aliquod ſpatiũ adhuc dicimus incipit, vt ſ. dictũ eſt.& de his q̃ cõſiſtũt in facto,& patẽt ex vſu cõi.Recte eñ dicimus territoriũ illius ciuitatis incipit in tali caſtro,vel villa longũ ſpatiũ occupat.& rectè dicimus,talis ꝓuincia incipit in tali ciuitate: antè verò q̃ perueniat ad illũ punctũ in quo incipit,verè in illo loco nõ vtimur verbo incipit.De verbo verò deſinit,dico φ duobus modis accipit̃:ſed econuerſo ad præcedẽtes.Nã anteq; ꝑueniat̃ ad vltimũ punctũ in quo deſinit ꝑ aliqđ ſpatiũ,dicimus deſinit. Itẽ in illo pũcto in quo deſinit poſt verò illũ punctũ nõ vtimur verbo deſinit in præſenti,ſed deſinit in præterito, & hoc ꝑ ſe ſa
quia ſententia arbitri non poteſt reduci:ſed arbitratoris ſic.l. vn-
de ſi numerus.ff.pro ſocio.Item arbiter cogitur ſententiam dice
19 re:arbitrator non,vt ſuprà dictum eſt.Quid eſt ergo † quòd quo
tidie fiunt compromiſſa in arbitrum & arbitratorem : cùm iſtæ
viæ ſint contrariæ? Solutio, copula ponitur pro diſiunctiua ſe-
cundùm quoſdam,et alteram viam neceſſe habet eligere verbis,
vel factis: & ſic iudicamus de eo tanquam de arbitro , vel arbi-
tratore. vel ſecundùm Iacobum Butrigarium poteſt ſuſtineri
communis modus:quia arbiter poteſt aſſumi ſuper lite ; quia ſu-
per lite poteſt tranſigere,intelligunt,& de hoc in concordia non
ſunt,ſuper tali tranſactione in contractu tanquam arbitrator aſ-
ſumitur.& ſic diuerſis reſpectibus ſit arbiter & arbitrator . Sed
20 quæro † an poſsit renunciari iuri petendi reductionem ad arbi-
trium boni viri.ſunt opiniones Dyni in capitulo,ſcienti.de re iu
dicata.dicit quòd non:quia in quacunque huiuſmodi conuen-
tione eſt tanta diſpoſitio legalis per modum conuentionis.l.qui-
dam cùm filium.§.videamus.ff.de verborum obligationibus.&
l.quæro.§.inter locatorem.ff. locati. qui ſatiſdare coguntur .l. fi-
nali.Quando ergo conueniuntur tacitè intelligitur ſi fuit arbi-
tramentum ęquum & ſi non ſit cauſa conquerendi . ſed hæc ar-
gumenta Dyni non procedunt in caſu quo conueniſſet ſimpli-
citer.Iacobus de Aretino tenet indiſtinctè conuentionem vale-
re,quaſi per hoc arbitramentum ex partium conuentione cenſe-
retur eſſe arbitrium:argumento l.in conuentionalibus.ff.de ver-
borum obligationibus.ſed arbitrium non poteſt reuocari per ſu
prà dicta.Sed durum eſt quòd talis renunciatio inducat remiſ-
ſionem futuri doli,& inuitat arbitrum ad delinquendum,contra
l.iuris gentium.§.ſi paciſcar.de pactis . Ex quo quidam ibi eui-
tant abſurditatem prædictam,& aſſumunt conſilium , vt remit-
tatur dolus futurus & ita iacet conuentionis forma quòd partes
remittant petere reductionem ad arbitrium boni viri,& renun-
cient arbitrio iudicis , quo merè petitur reductio : ſicut patet in
actione depoſiti,in cuius conſequentia poteſt dolus futurus re-
mitti,ſed non fuit Iacob.Butri.qui ſequitur opinionem Innocen
tij,in capitulo,Quintauallis.de iureiurando.Aut quæritur de iu
re,aut de conſuetudine.Primo caſu,aut laudum eſt iniquum re
ipſa:& nocebit conuentio . & renunciatio aut ex propoſito : &
non valebit propter prædictam rationem . argumento l.ij. C. de
reſcindenda venditione.ceſſante tamen conuentione & renun-
ciatione propter vtriuſque iniquitatem, vel alterius tamen poſ-
ſet corrigi,& reformari.De conſuetudine autem talis renuncia-
tio,& tale pactum,nihil operatur.quod nota.

**Explicit tractatus,de arbitris editus per dominum Bartolum à Saxoferrato doctoris Legum famoſiſsimum.**

a ℭ Incipiunt differentiæ. Adde ꝙ iſte tractatus non eſt Bart. quia non eſt ſtylus ipſius, & credoꝙ ille qui compoſuit iſtũ tractatum recollegit ſcripta do. Ia. Alber. de Bononia, ſed ſine aliquo ordine. do. enĩ Iaco. Alb. de Bonoñ. exiſtens Veronæ cõpoſuit tractatũ ſiue ſummulam contrarietatũ inter ius canonicum & ciule: vbi poſuit clxij. differentias inter ius canonicum & ciuile. & incip. à citatione. q floruit tempore dominorum Alberti Maſti. de la ſchala dominorũ Veronæ anno do. Mcccxxx. & ſic tempore Ioan. Andr. & ipſum etiã alle. Bar. in cõſ. ccxxiiij. incip. an fratres cõſobrini. Thoñ.

## *Incipiunt differentiæ [a] inter ius Canonicum, & Ciuile, ſecundũ Barto.*

1 ☞ *Compromittere de iure ciuili cum iuramento non debet: iure canonico ſic.*

2 *Procurator iure canonico ab uniuerſitate conſtituitur: iure ciuili non, licet ſecundùm* Iaco. *ſic.*

3 *Poſſeſſorium recuperandæ iure ciuili datur aduerſus deiectorem, uel quia mandauit, uel quia ratum habuit: iure canonico aduerſus quencunq; res illicitè peruenit.*

4 *Iudex ſecularis de iure ciuili cognoſcit de cauſa ſpirituali incidenter: ſecus de iure canonico.*

5 *Prælatus iure ciuili non conſtituit procuratorem in cauſis ſuæ eccleſiæ: iure canonico ſic.*

*Prælatus in bonis eccleſiæ habet plus iuris quàm tutor in bonis pupilli.*

6 *Mulier iure ciuili in criminalibus teſtis eſſe poteſt: iure canonico non.*

7 *Lis inter patrem & filiũ in poteſtate eſſe non poteſt iure ciuili: iure canonico ſic.*

8 *Contra abſentem in criminalibus lite non conteſtata iure ciuili an procedatur: & quid iure canonico.*

9 *Caſus quibus lite non conteſtata poſſunt recipi teſtes.*

10 *Accuſatus & condemnatus de crimine iure canonico ſuum accuſatorem accuſare non poteſt: ſecus iure ciuili, niſi amiſerit libertatem, uel ciuitatem.*

11 *Teſtes ſuper nouis capitulis teſtibus apertis iure canonico induci poſſunt: iure ciuili nõ.*

12 *Crimina iure ciuili alia publica, alia priuata: iure canonico omnia publica.*

13 *Reſtitutio in integrum iure ciuili eccleſiæ non datur contra libertatẽ, iure canonico ſic.*

14 *Iuriſdictio iure canonico perpetuatur citatione: iure ciuili litis conteſtatione.*

15 *Iudex appellationis iure ciuili non delegat cognitionem cauſæ, retenta prolatione ſententiæ: iure canonico ſic.*

*Iudex ordinarius iure canonico ſimpliciter committit cognitionem cauſæ principalis, iure ciuili ſecus: quia ter audire debet.*

*Iudex ordinarius iure ciuili audientiam cauſarum ſolùm conſiliarijs ſuis committit: iure canonico quibuſcunque.*

16 *A ſententia lata à ſubdelegato iure ciuili appellatur ad delegatum: iure canonico non. Nam ſi tota cauſa committitur, appellatur ad primum delegantem: ſi pars, ad delegatum.*

17 *Aetas uirilis iure ciuili eſt* xxv. *annorum: iure canonico eſt triginta.*

18 *Furtum iure canonico ſumitur pro qualibet illicita detentatione: iure ciuili ſecus: quia contrectatio rei alienæ fraudoloſa eſt.*

19 *Ea quæ ſunt meri uel miſti imperij iure canonico delegantur, non de iure ciuili, niſi cauſa abſentiæ.*

20 *Res de qua data fuit tenuta iure ciuili recuperatur uſque ad* xxx. *annos: iure canonico uſque ad quadraginta.*

21 *Reſciſſoria poſt quadriennium iure ciuili datur poſtliminio reuerſis: iure canonico non quia eo tempore non currit præſcriptio.*

22 *Latrones & depopulator notorius fugientes ad eccleſiam inde extrahi poſſunt iure canonico, alij non: ſed iure ciuili homicidæ, adulteri, & raptores uirginum.*

23 *Iurare per creaturas iure canonico non eſt permiſſum: iure ciuili ſic.*

*Iurare per membra* Dei *utroque iure prohibetur.*

24 *Actio in libello de iure ciuili exprimitur: iure cauonico ſecus.*

25 *Inſtantia iure ciuili finitur triennio à die litis conteſtatæ, iure canonico non.*

26 *Iudex ordinarius iure ciuili non recuſatur: iure canonico ſic.*

27 *Delegatus de iure ciuili cum recuſatur, cauſa ſuſpicionis non eſt proponenda, nec probanda: iure canonico ſic coram arbitris. aliam uide nu. 167.*

28 *Eccleſia iure ciuili aduerſus præſcriptionem reſtituitur: iure canonico non. tamẽ ipſe dicit ꝙ ſic, ſicut minor.*

29 *Torneamenta iure ciuili & canonico prohibita.*

30 *Fama ſola iure ciuili non probat: iure canonico facit uitandum eſſe excommunicatum.*

31 *Prædicatores & confeſſores poſſunt eleemoſynas iure canonico recipere ab uſurarijs: iure ciuili non ſua authoritate, ſed de manibus dominorum debent recipere.*

32 *Clerici* Pariſijs *commorantes iure canonico laicum pro cauſis. pecuniarijs corã epiſcopo conueniunt: quod non eſt iure ciuili.*

33 *Clericus iure ciuili poteſt in non ſuum iudicem eccleſiaſticum cõſentire: iure canonico non.*

34 *Contrahens in loco poteſt à iudice loci, ſi ſibi inueniatur, citari, & abſens omni remedio prætorio compelli, ut compareat iure ciuili: ſed iure canonico ſolùm pronunciat de mittendo ſi alibi exiſtat.*

35 *In cauſa matrimoniali, & in cauſis electionum iure ciuili non peruenitur ad diffinitiuam abſque litis conteſtatione: iure canonico ſic.*

36 *Rigor in cauſis eccleſiaſticis iure canonico nõ ſeruatur, ſed diſcretio: iure ciuili ſecus.*

37 *Sequeſtratio iure ciuili non fit propter rei abſentiam: iure canonico ſic.*

38 *Offerens ſe liti iure ciuili, condemnatur ac ſi rem poßideret: ſed iure canonico non*

39 *Conſanguinitas iure canonico probatur per teſtes de crudelitate & auditur: iure ciuili teſtes non probant.*

40 *Sententia in cauſa matrimoniali iure canonico poteſt ſine ſcriptis ferri: quod iure ciuili non reperitur.*

41 *Dicto unius teſtis iure ciuili non ſtatur: iure canonico ſic, quando non eſt præiudiciũ alterius.*

42 *Abbas in cauſa monaſterij iure ciuili iurat de calumnia in animam ſuam: iure canonico in animam maioris partis conuentus.*

43 *Teſtes iure ciuili abſolutè magis coguntur teſtificari, quàm de iure canonico.*

44 *Frater iure ciuili non accuſat fratrem de magno crimine: iure canonico accuſat de hæreſi,*

45 *Parentes iure ciuili non teſtificantur contra filios: iure canonico ſic.*

46 *Exceptio dilatoria iure ciuili debet ante litem conteſtatam proponi: iure canonico quandocunque.*

47 *Sententia lata & tranſacta in rem iudicatam quis ultra non auditur iure ciuili: ſed iure canonico ſic in cauſa matrimoniali fraude probata per unum teſtem & iuramentum.*

48 *Ceſsio recepta à clerico iure canonico præſumitur ſimulatio: iure ciuili non, niſi doceatur ſimulatio.*

49 *Laicus ingrediens monaſterium iure ciuili aliquid retinere non poteſt: ſed iure canonico poteſt aliquid concedere loco præbendæ.*

50 *Promittens aliquid dare ſub pœna, ſi aliquid omittit iure ciuili tenetur ad totam pœnã iure canonico ſecus.*

51 *Pro fure indicando licitè iure ciuili licet accipere: iure canonico non.*

52 *Ordinandi ad ſacerdotium iure ciuili debent aliquid offerre ordinanti & notario: ſed iure canonico non poſſunt.*

53 *Promißio facta de dando alteri iurata iure canonico ualet: iure ciuili ſecus.*

54 *Tranſigere iure ciuili ſuper criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis licet: ſed iure canonico uidetur aliter.*

55 *Matrimonium inter pares ſimul habitantes iure ciuili præſumitur: ſed iure canonico adulterium.*

56 *Promißio pœnæ, & datio arrarum in matrimonio iure canonico non ualet: iure ciuili ſic.*

57 *Pars etiam filia recuſante poteſt eam iure canonico maritare: iure ciuili non, niſi indignum uel turpem daret.*

58 *Conſenſus parentum in matrimonio iure ciuili requiritur: non de iure canonico.*

59 *Infamis quis uidetur effici iure canonico pro omni crimine: ſed de iure ciuili non.*

60 *Filij nati ex inceſtu uel nefario coitu, iure ciuili à patre alendi non ſunt: iure canonico ſic.*

61 *Matrimonium inter ſeruos iure ciuili eſſe non poteſt: iure canonico ſic.*

62 *Mulier intra annum iure ciuili licitè non tranſit ad ſecunda uota: iure canonico ſic.*

63 *Vxor etiam non pefectæ ætatis, quæ fuit à uiro cognita in domo patris, & nondũ traducta ad domum uiri, uiro mortuo lucratur quartam.*

64 *Statutum ꝙ uxore præmoriente uir lucretur dimidiam dotis, habet locum etiã in ſpõſa de præſenti, & ad domum non traducta.*

*Item an idem ſit in ſponſa.*

65 *Spurius iure ciuili ad decurionatum non prohibetur: iure canonico ſic.*

66 *Contrahentes iure ciuili licitè ad inuicem ſe circunueniunt: ſed eccleſia iure canonico pro uenditione rei ſuæ ultra iuſtum pretium licitè non recipit.*

67 *Hæres iure ciuili non implens uoluntatem defuncti perdit hæreditatem, excepta legitima ſi eſt filius: ſed iure canonico etiam filius perdit totum.*

68 *Sacrilegio iure ciuili imponitur durior pœna quàm de iure canonico. & nu. 79.*

69 *Pœna pecuniaria iure ciuili ab eccleſia infligi poteſt: iure canonico non.*

70 *Pactum nudum regulariter iure ciuili nõ producit actionem: ſed iure canonico ſic: quia datur condictio canonis.*

71 *Pupillus iure ciuili non iurat, nec ſeruare tenetur iuramẽtũ: iure canonico ſic, ſi eſt doli capax.*

72 *Fur iure canonico dicitur, qui non intrat per oſtium: iure ciuili ſecus.*

73 *Præſcriptio in iuribus quæ non habet cauſam continuam fit duplicato tempore iure ciuili: ſed iure canonico in omnibus iuribus ſufficit præſcriptio* xl. *annorum.*

74 *Mortui pro ſuis ſceleribus ſi ſint in morte contriti traduntur ſepulturæ iure canonico: ſed iure ciuili non abſque permiſſu principis.*

75 *Pœna inceſtus, & adulterij iure canonico mors eſt: ſed iure ciuili mulier in monaſteriũ detruditur.*

76 *Geſtum non meo nominne, iure canonico ratum habere poſſum: ſecus iure ciuili.*

77 *Reus proponens exceptionem dilatoriam, & non probans ante ſententiam, in expenſis condẽnatur: ſed iure ciuili cõdemnatio expenſarum non fit, niſi in fine cauſæ*

78 *Incendiarius aliter iure canonico, aliter iure ciuili punitur.*

80 *Plures ſi uulnerant aliquem. qui mortuus ſit, iure canonico omnes tenentur de occiſo: iure ciuili ille ſolus, ex cuius uulnere apparet ipſum mortuum.*

81 *Accuſatus ſi accuſator non probat, iure ciuili abſoluitur, ſed iure canonico purgatio in dicitur in qua ſi deficit, condemnatur.*

82 *Sortilegus punitur iure ciuili capite: ſed iure canonico pæna quinque aureorum.*

83 *Inceſtum committens cum monacha iure ciuili pœna capitali punitur: iure canonico clericus deponitur, laicus excommunicatur,*

84 *Matrimonium iure ciuili ſoluitur altero ex coniugibus uolente monaſteriam intrare: ſecus iure canonico.*

85 *Nuptiæ inter conſobrinos iure ciuili contrahi poſſunt: iure canonico ſecus*

86 *Legatum rei alienæ iure canonico non ualet: iure ciuili ſic: cum diſtinctione tamen.*

87 *Bona fides & titulus non requiritur iure ciuili in præſcriptiõe: iure canonico ſic.*

88 *Patria poteſtas iure ciuili durat in omni ætate: ſed iure canonico quo ad matrimoniũ, & iuramentum adueniente adulta ætate.*

89 *Filiusfamiliàs iure ciuili uoto non obligatur: iure canonico ſecus.*

90 *Stuprũ iure canonico ꝓpriè cum uirgine: iure ciuili etiam cũ uidua, puero, uel ſoluta.*

91 *Fornicatio ſimplex iure ciuili non punitur: iure canonico ſic.*

92 *Peccans contra naturam iure ciuili pœna capitis punitur: iure canonico mitius.*

93 *Pater occidens filiã in adulterio deprehẽſam iure ciuili nõ punitur, iure canonico ſic.*

94 *Viro iure ciuili nõ ꝑmittitur uxorem uerberare: clerico uxorato ſic de iure canonico.*

Coniunx



95 *Coniunx iure canonico non uouit caſtitatem: iure ciuili ſic.*

96 *Gradus aliter iure ciuili, aliter iure canonico computantur.*

97 *Mulier rapta raptori iure ciuili non poteſt nubere: iure canonico ſic.*

98 *Lex, bene à zenone. non habet locum in rebus eccleſiaſticis.*

99 *Alienantur res immobiles eccleſiæ cum minori ſolennitate de iure canonico quàm iure ciuili.*

100 *Locator finito tempore poteſt domum alteri locare iure ciuili: ſecus iure canonico in ſcholare inquilino: quia alius ſcholaris non conducit ſine conſenſu primi.*

101 *Emphyteuta iure ciuili ſi non ſoluit canonem elapſo biennio cecidit: iure canonico non quia poteſt moram purgare.*

102 *Fructus pignoris iure ciuili ſortem extenuant: iure canonico in duobus caſibus.*

103 *Res ſacræ uel religioſæ iure ciuili non poſſunt in obligatione uenire: iure canonico ſic, ex cauſa neceßitatis.*

104 *Teſtes in teſtamento iure ciuili requiruntur ſeptem: iure canonico ſufficiunt duo, uel tres.*

105 *Inſtitutio uel relictum collata in uoluntatem alterius iure ciuili non ualet: iure canonico ſic.*

106 *Fructus iure ciuili dicuntur deductis expenſis: ſed decimæ iure canonico ſoluuntur de fructibus, nulla facta deductione.*

107 *Mora iure ciuili non fit re ipſa, ſed interpellatione: ſed iure canonico in tarda ſolutione decimarum fit re ipſa.*

108 *Noua uectigalia imponens aliter iure ciuili, & aliter iure canonico punitur.*

109 *Deſponſata de facto quæ non potuit conſanguinitate impediente deſponſari, non poteſt cum altero fratre matrimonium contrahere iure canonico: ſecus de iure ciuili.*

110 *Iuuenis qui puellam ſeptem annorum duxit, quam attentauit cognoſcere, & nõ potuit: iure canonico non poterit cum illius conſobrina matrimonium contrahere. ſecus iure ciuili.*

111 *Eligentes Abbatem iure ciuili iurant: ſecus de iure canonico.*

112 *Matrimonium iure ciuili conſenſu ſiue uerbis contrahi poteſt: iure canonico non in ualentibus loqui.*

113 *Veſtes & ornamenta iure ciuili cum mortuis non ſepeliuntur, iure canonico Archiepiſcopus cum pallio ſepelitur.*

114 *Archiepiſcopus iure canonico pallio non utitur extra prouinciam, quod de iure ciuili uidetur.*

115 *Dignitati iure canonico quis licentia obtenta cedere cogitur.*

*Cedens bonis iure ciuili re integra illa recuperare poteſt.*

116 *Liberti eccleſiaſtici multa ſpecialia habent de iure canonico quæ non inueniantur iure ciuili.*

117 *Pœnæ multæ iure ciuili imponuntur, quæ iure canonico non traduntur.*

*Pœna carceris eſt ex grauioribus pœnis, quàm eccleſia infligat.*

118 *Pœna falſi iure ciuili alia eſt à pœnis iuris canonici.*

119 *Patronatus præſentans indignum iure ciuili priuatur. ſed iure canonico non.*

120 *Pœnæ multæ reperiuntur à iure canonico conſtitutæ, quæ in iure ciuili nõ habentur.*

121 *Interfectori iure canonico imponitur pœna minor quàm de iure ciuili.*

122 *Pugnare quis poteſt pro defenſione poſſeßionis, & rerum ſuarum iure ciuili, ſed iure canonico clericus etiam cum ſaraceno non pugnat.*

123 *Vulnerans, iure ciuili quando dubium eſt an uulneratus ex uulnere mortuus ſit, non tenetur de occiſo: iure canonico ſic: & ideo non miniſtrat in ſacris.*

124 *Corrumpens uirginem licet iure ciuili non teneatur eam in uxorem accipere: iure canonico ſic.*

125 *Stuprum committens iure canonico minori pœna punitur quàm iure ciuili.*

126 *Raptus propriè in ſponſa committitur iure ciuili: ſecus iure canonico.*

127 *Empta ex pecunia fœnebri iure canonico uenduntur, & pecunia reſtituitur: ſed iure ciuili emens ex pecunia mea, & nomine ſuo, non habet ius in re empta.*

128 *Quis in fronte iure ciuili non bullatur in pœnam: de iure canonico aliquando.*

129 *Vtens falſis inſtrumentis, & pœnitens iure ciuili non punitur, ſed iure canonico ſecus in utente falſis literis apoſtolicis.*

130 *Blaſphemator* Dei *& ſanctorũ iure ciuili punitur ultimo ſupplicio: iure canonico laicus excommunicatur, clericus deponitur.*

131 *Mutãs ſibi cauſam poſſeßionis iure canonico tanquam indignus priuatur ſuo beneficio: ſecus iure ciuili.*

132 *Noualis terra quæ de iure ciuili dicatur, & quæ de iure canonico.*

133 *Poßidens mala fide iure ciuili dicitur poßidere: ſecus iure canonico.*

134 *Malefactores rerum eccleſiæ coram eccleſiaſtico conueniuntur iure canonico: ſed iure ciuili actor ſequitur forum rei.*

135 *Petens plus debito iure ciuili in triplo condemnatur, & in expenſis: iure canonico ſolũ in expenſis.*

136 *Impediens legatum iure cononico excommunicatur: iure ciuili traditur hoſtibus.*

137 *Fugiens ex bello publico iure ciuili capite punitur: iure canonico eſt infamis.*

138 *Exiſtentia in bonis nullius occupãti conceduntur iure ciuili: tamen iure canonico Epiſcopus non occupat diœceſim, uel parochiam in locis nemini attributis, niſi à ſuperiore concedatur.*

139 *Nil innouatur iure ciuili quæſtione reſtitutionis in integrum pendente, ſed iure canonico ſic impoſita cautione.*

140 *Delegatus ab ordinario iure ciuili nõ exequitur ſuam ſententiam: ſecus iure canonico.*

141 *Sententia plurium ualet iure ciuili, ſed iure canonico contra eum qui criminaliter eſt cõdemnandus, omnes debent concordari.*

142 *Miſſus in poſſeßionẽ in actione reali ſtatim poßidet iure canonico non niſi elapſo anno.*

143 *Bona hæreticorum iure canonico publicantur, & filijs auferuntur: ſed iure ciuili non auferuntur filijs catholicis.*

144 *Bona committentium enormia delicta in eccleſiam, in fiſcum eccleſiæ committuntur iure canonico, ſed iure ciuili bona damnatorum reſeruantur filijs.*

145 *Iudices ſeculares in criminibus exequuntur gladio iure ciuili: ſecus iure canonico.*

146 *Pœna mortis iure ciuili infligitur, iure canonico non.*

147 *Appellari à ſententia appellationis quando poßit.*

*Appellatio reſcindit pronunciatum.*

*Appellare quod liceat à ſententijs, quæ ſecum trahunt executionem.*

148 *Iudex appellationis à quo appellatur iure canonico ſtatuit terminum intra quem appellans proſequatur appellationem: iure ciuili non.*

149 *Appellari ad Imperatorem omiſſo medio iure ciuili non poteſt: ſecus de iure canonico.*

150 *A ſententia interlocutoria iure canonico appellatur: iure ciuili non poteſt.*

151 *Iudex à cuius ſententia eſt appellatum, iure ciuili non recuſatur in alia cauſa: ſecus iure canonico.*

152 *Appellare à ſententia in cauſa momentaneæ poſſeßionis iure ciuili non licet: ſecus de iure canonico.*

153 *Teſtes in cauſa appellationis publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem capitulis iure canonico recipi non poſſunt à iure ciuili ſecus.*

154 *A ſententia epiſcopi iure ciuili appellatur ad ſecularem: iure canonico ad* Metropolitanam, *uel ad* Papam.

155 *Præſcriptio non currit iure canonico tempore prælati malè alienantis: iure ciuili hoc non reperitur.*

156 *Iuramentum calumniæ iure canonico non habet locum in ſpiritualibus cauſis, ſed ueritatis: ſecus iure ciuili.*

157 *Quæſtio natalium iure canonico ſpectat ad eccleſiaſticum, & iure ciuili ſecularis etiã incidenter cognoſcit,*

158 *Minor iure canonico cenſetur maior in ſpiritualibus: ſecus iure ciuili.*

159 *Poſitio merè negatiua iure ciuili fieri non poteſt: iure canonico ſecus.*

160 *Senes & ualetudinarij iure canonico compelluntur ad teſtificandum: iure ciuili ſecus.*

161 *Criminoſi etiam non damnati iure canonico repellũtur à teſtimonio. ſi crimen probatur, ſecus iure ciuili. & nu. 164.*

262 *Accuſari poſt mortem quibus caſibus poßit iure canonico & iure ciuili. quæſtio bona.*

163 *Teſtes iure ciuili etiã in ciuilibus cõpelluntur: ſed iure canonico tantũ in criminalibus.*

165 *Mulier iure ciuili non accuſat uirum de adulterio: ſecus iure canonico.*

166 *Pro adulterio iure ciuili agitur pœna corporali: iure canonico ad thori ſeparationem.*

168 *Maritus excluditur quinquennio ab accuſatione adulterij iure canonico, non ad ſeparationem thori.*

169 *Iudices ordinarij & delegati aliquid iure ciuili habere poſſunt: iure canonico delegatus habet expenſas.*

170 *Sententia in notorijs contra ordinem lata iure ciuili non ualet, iure canonico ſic.*

171 *Officio iudicis expediuntur ea quæ deſiderant cognitionem, & decreti poſitionem, & non delegantur iure ciuili. ſecus de iure canonico.*

172 *Actor iure ciuili poteſt reum trahere coram diuerſis iudicibus, pluribus actionibus. iure canonico ſecus.*

173 *Parentes pro filijs iure ciuili non teſtificantur, ſed iure canonico ſuper conſanguinitate ſic.*

174 *Ordinarius cauſam trecentorum aureorum iure ciuili non delegat niſi iuſta cauſa: iure canonico ſic.*

175 *Prorogari poteſt iuriſdictio de perſona ad perſonam de iure ciuili etiam delegati: ſecus de iure canonico.*

176 *Vir iure canonico accuſat uxorem adulteram ſolam ad ſeparationem thori: ius ciuile hoc non habet.*

177 *Filiusfa. iure ciuili abſque patris conſenſu in iudicio eſſe non poteſt: iure canonico poteſt eſſe in ſpiritualibus.*

178 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur ultra uires hæreditarias iure ciuili: ſed iure canonico uidetur ſecus: quia tenetur.*

179 *Conſuetudo ſubſequens iure ciuili præiudicat iuri ſcripto, ſed iure canonico ita demum ſi ſit rationabilis & præſcripta.*

*Conſuetudo iure ciuili ſumitur, quæ attendit circa factum & proceſſum iudi. iure canonico quæ attendit circa ius priuatum aliquorum.*

180 *Locus religioſus iure ciuili efficitur ex eo ꝙ mortuus infertur iure canonico niſi pontificis authoritate.*

181 *Mortui iure canonico in eccleſia ſepeliuntur, iure ciuili extra ciuitatem ſepeliri debent.*

182 *Bona fides in uſucapione à principio iure ciuili tantummodo requiritur: iure canonico continuo.*

183 *Bona fides in longißima præſcriptione iure ciuili non requiritur, ſed iure canonico requiritur titulus.*

184 *Præſcriptione interrupta litis cõteſtatione iure ciuili poßidens poteſt etiam præſcribere: iure canonico ſecus.*

185 *Pœna nulla iure ciuili non excedit quadruplum: iure canonico ſecus iuſtitia ſuadente.*

OPus itaque præſens in quatuor partes conabor diuidere. In prima quaſdã differẽtias ponã, quæ fiũt inter ius canonicũ & ciuile circa inchoãdũ & ordinãdũ iudiciũ. In ſecunda ſubijciã differẽtias, quas inuenio inter prædicta iura circa deciſionẽ cauſarũ, & negotiorũ. In tertia tradã differẽtias circa executionẽ ſentẽtiarũ. In quarta & vltima adijciã differentias inter præfata iura, quas reperi in appellationibus, & appellationũ cau-
1 ſis. In primis † pono differẽtiã inter ius ciuile, & canonicum: quia de iure ciuili nõ debet cõpromitti cũ iuramẽto: vt C. de arb. auſ. decernimus. ſed de iure canonico etiã cũ ſacramento eſt permiſſum cõpromittere: vt extra, de arbi. c. cũ tẽpore. & c. ex parte. Ad

2 do†aliam differentiã:quia de iure canonico vniuerſitas conſti-
tuit procuratores:vt extra,de proc.c.in cauſis. & c.petitio. & de
iu.cal.c.cùm cauſam.& Canoniſtæ omnes adminiſtratores ge-
nerali vocabulo procuratores appellant: vt j.q.iij.c.ſaluator. &
extra,de iu.calũ.c.in ꝑtractãdis.& c.Imperatores.Sed de iure ci-
uili dicit Azo,ꝙ vniuerſitas non poteſt procuratorem cõſtitue
re:quia procurator fit à ſingulari domino:vt ff.de procu.l.ij. &
quod eſt vniuerſitatis,non eſt ſingulorum: vt ff.de in ius vocã.
l.ſed ſi hac l.§.& ſi aduerſus.& quod cuiuſq; vniuer.no. l. ſicut.
§.j.Nec obſt.auť.de ſanc.epiſ.§.ſi quando.quia exponitur ibi ꝓ-
curator,i.procurans.& ſic pro ſyndico ponitur.Alij doc.iuris ci
uilis:vt Inno.dixerunt arg.huius.§.ſi quando.ꝙ vniuerſitas põt
facere procuratorẽ:& quia vniuerſitas eſt domina:vnde procu-
3 ratorem cõſtituit.Nota †aliam differentiam: quia de iure ciuili
poſſeſſorium recuperandæ poſſeſsionis nõ datur, niſi aduerſus
deiectorẽ,vel quia mandauit,vel quia ratã habuit deiectionem.
ff.de vi & vi ar.l.cùm à te.& extra,de ordi.cog.c. cum dilectus.
& de reſti.ſpo.cũ ad ſedẽ.in fin.de iure verò canonico latius pa-
tet aduerſus quecũq; res illicitè peruenit,vt in d.c.cùm dilectus.
& ibi not.& extra,de reſt.ſpo.c.ſæpe.& iij.q.j.c. redintegranda.
4 Aliam†differentiam not.ꝙ de iure ciuili iudex ſecularis poſſet
cognoſcere de quæſtione ſpirituali incidenter:vt probatur.C.de
iudi.l.quoties.& de ord.iud.l.aditæ.de iuriſ.om.iud.l.ſi idem.&
de iud.l.j.licet non cogatur,at iure canonico ſecularis iudex nec
incidẽter poteſt cognoſcere de ſpiritualibus cauſis extra de ord.
cogni.c.tua.& qui ſi. ſint legi.c.cauſam.& c.lator.& de hoc di-
5 ctũ eſt de iud.cap.at ſi clerici.†Not.aliam differentiam ꝙ de iu-
re ciuili dicimus prælatũ nõ poſſe cõſtituere procuratorẽ in cau
ſis eccleſiæ ſuæ ante litem conteſtatã,ad inſtar tutoris & curato
ris.& C.de procu.l.neq;.& ibi not.ex l.Iul.Sed de iure canonico
eſt ſecus.extra, de procura. cap. petitio. Et redditur ratio di-
uerſitatis inter prælatum eccleſiæ,& tutorem vel curatorem: ꝗa
plus iuris habet prælatus in bonis eccleſiæ: vt puta cùm vtatur
& fruatur rebus eccleſiæ, quã tutor vel curator in bonis pupilli
vel adulti,qui non fruuntur bonis pupilli vel adulti,vt hic ple-
6 nè no.Bart.extra,de reſcri.c.edoceri.†Animaduerto aliam diffe
rentiã inter ius canonicũ & ciuile:quia de iure canonico mulier
nõ accipitur in teſtem,ſi criminaliter agatur.xxxij.q.v.c.mulier
inter.& extra,de ver.ſig.c.forus.& not.extra,de teſ.c.tam literis.
ſed iure ciuili ita poteſt eſſe teſtis mulier, ſicut maſculus, niſi in
teſtamento:vt ff.de teſta.l.qui in teſtamento.§.mulier & not. in
d.c.forus.& niſi ſit dãnata de publico crimine.l.ex eo.ff. de teſt.
7 & l.j.e.ti.Inſuper notari†poteſt alia differentia:quia de iure ciui
li poteſt eſſe lis:vel iudicium inter patrem & filium in patria po
teſtate conſtitutum.ff.de iud.l.lis nulla.& de hoc vide quod ibi
not.ſed de æquitate canonica videtur eſſe permiſſum:vt ij.q.vij.
c.qualiter.dic vt ibi not.ſanè dici poteſt ꝙ nõ ſit differentia quo
ad hoc,& ꝙ illud c.intelligendũ eſt ſecundũ legis diſtinctionẽ.
8 Reperimus aliam differentiam:† quia de iure ciuili de crimine
non proceditur contra abſentem lite nõ cõteſtata. fallit in caſu
contra apparitores:vt C.de pœ.l.ne diu.pro cõtumacia autem
proceditur ſicut ceditur:vt C.de requi.reis.l.ij.Si autẽ lis eſt cõ-
teſtata,& liquet de cauſa,nũq; ceditur cõtra abſentẽ: imò audiť
quãdocunq; venerit.ff.de requi.reis.l.annus.Sed in minoribus:
quia pœnam relegationis,vel damnum æſtimationis continẽt:
vnde proceditur contra abſentem.ff.de pœnis.l.abſentem.& ibi
not.fallit.C.de adul.l.ꝗuis.licet cauſam diſtinxerint. hic autem
liquet de cauſa aut nõ.ſi liquet de crimine põt cõdẽnari abſens.
iiij.q.v.c.j.& xxiiij.q.iij.c.de illicita.Si verò non liquet,expectã-
dus eſt:vt xj.q.iij.c.rurſus.& c.cuiuſcũq;.in hoc videtur malè di
cere,quia nõ diſtinguit ſi lis eſt cõteſtata vel nõ.vnde poteſt di-
cere ſecundũ Ber.quod qñ lis eſt cõteſtata,& liquet de cauſa,lo
9 quitur & habet locũ.c.rurſus.& c.quicunq;.†nam ante litem cõ
teſtatam nõ ſunt teſtes recipiendi in crimine.extra,vt lit.non cõ
teſ.c.j.Fallit in caſibus no.iiij.q.ij.quia ea.& C.de pœnis.ne diu.
nullo enim priuilegio gaudere debet qui malè adminiſtrando
contubernales aufugit.C.vbi de ratioci.l.ij.Item in cauſa inqui-
ſitionis:vt extra,de dolo & contu.c.veritatis.& ibi not.Item vbi
quis infamatus deficit in purgatione.extra,de purg.ca. c. cùm
P.extra de ſimo.c.de hoc.Item in hæreſi poſt mortem. xxiiij.q.
ij.c.ſanè profertur.ſed in caſu ciuili non proceditur lit.non con-
teſt.Item in cauſa appellationis.C.de tem.ap.l.vlti. extra, de ap-
pel.c.ſæpè.Item in abſentia actoris.extra,de dolo & contu.cap.
cauſam.quæ hodie videtur correcta per c.quoniam frequenter.
& C.quomodo & quãdo iu.in auť.qui ſemel.Item vbi agitur de
inofficioſo:vt C.ſi vt ſe ab hæred.abſti.auť.ſi omnes.ff.de mino.
l.in cauſæ.§.cauſa.Item in cauſa ſubiectionis.extra de ſimo.c.cũ
olim.Itẽ ſecundũ quoſdã in cauſa libertatis:ar. C.de vſufru. leg.
l.ij.Item in Trebellianica reſtitutione.C.ad Treb.l.pe.§.cũ autẽ.
Itẽ cũ electus non cõparet.extra,de elect.c.dubium.in fi.& not.
10 hoc iij.q.viij.de accuſ.† Eſt & alia repugnantia:quia iure ciuili
condemnatus de aliquo crimine poſt ipſam cõdẽnationẽ in ſuũ
accuſatorem poteſt accuſationem inchoare ſi non perdit ex illo
crimine ciuitatem vel libertatem.ff.de pub.iu.l.is qui. & ibi ple-
nè not.& hoc ideo:quia parcitur ei,qui prouocatus voluit ſe vl-
ciſci.ff.de bo.lib.l.qui cùm maior.§.ſi libertus.In iure autem ca-
nonico cũ quis eſt condemnatus de crimine amodo ſuum accu-
ſatorem accuſare non poteſt,neq; extraneum:vt vj.q.j.c.qui cri-
11 men.& de hoc not.iij.q.xj.c.neganda.Alia eſt differentia: †quia
iure canonico poſſunt induci teſtes apertis atteſtatiõibus ſuper
nouis articulis:vt extra,de fide inſtru.c.cũ Ioannes. & extra, de
teſti.c. ex tenore. & c.veniens. Sed de iure ciuili non poſſunt
induci teſtes ſuper nouis atteſtationibus:vt ibi in glo.ordinaria.
12 Habemus aliam†differentiam ꝙ iure ciuili alia ſunt publica cri
mina,& alia priuata.publica crimina tradunť.ff.de pub. iud. l.j.
in text.& in gl.& Inſti.de pub.iu.per totũ.& tit.ſeq.Sed de iure
canonico videntur omnia crimina publica eſſe vj.q.j.c.infames.
13 ibi no.Subijcio†aliam de iure ciuili.Eccleſia non reſtituitur cõ
tra libertatem,ſicut minor contra libertatem nõ reſtituitur.ff.de
minor.l.ſi ex cauſa in fi.& l.j.C.ſi aduer.lib.per totum.& mino-
rem& eccleſiam lex æquiparat:vt C.de ſacroſanctis eccle.l.fin.
& ex qui.cau.maio.l.lex publica.ſed de iure canonico concedi-
tur eccleſia in integ.reſt.cõtra libertatũ.xij.q.ij.& ſi illi.& ibi no.
14 †Refero aliam differentiam:quia iure ciuili perpetuatur iuriſdi
ctio delegati per ſolam litis conteſtationem: vt ſi poſtea moriať
delegans,non finiatur mandatũ.Si verò moriatur antè, expirat
iuriſdictio delegata.C.de iuriſ.om.iudi.l. & quia concordat etiã
authen.de litig.§.omnem.colla.viij. Sed de iure canonico non
Conſideratur tantum litis conteſtatio, ſed ſufficit ſola citatio ad
perpetuandam iuriſdictionem vel reſcriptum:vt extra,de offic.
delega.c.gratũ.& c.licet.extra,de offic.delegati.c.vlti.§.j. & no.
15 in c.relegatũ.Surgit alia†differentia:quia ſecundũ legem iudex
appellationis non poteſt delegare cognitionem cauſæ appella-
tionis,retenta prolatione ſententiæ.C.de iudi.auť.ad hæc.ſed ſe-
cus ſecundũ canones:vt extra,de offic.iudi.deleg.c.ſuper quæ-
ſtionum.§.intentionis.& ibi no.Item circa idem ſecundũ legem
nõ poteſt iudex principalis cauſæ cauſarum cognitionem com
mittere, niſi litem faciat coram ſe conteſtari, & ſemel audiat in
medio,& ſemel in fin.vt in auť.vt defun.ſeu fu.§.illud. & §.ſeq.
colla.v.C.de iudi.auť.ad hęc.ſecundũ Canones nõ reqriť ꝙ ſe-
mel audiať in principio,ſemel in medio,ſemel in fine,ſed ſimpli
citer põt cauſarũ audiẽtiã cõmittere,vt in d.§.intentionis.Itẽ cir
ca idẽ ſecũdũ leges iudex cõmittit audiẽtiã cauſarũ tãtũ cõſilia-
rijs ſuis:vt in d.auť.ad hæc.& in auť.de iud.§.ſi qs aũt. col.vj.ſed
ſecũdũ canones põt iudex cõmittere cuicũq;:vt extr.de of.dele.
16 c.paſtoralis.Eſt & alia differẽtia:†qa leges indiſtinctè dicũt ꝙ ſi
delegatus cõmittit alicui cãm,ad eũ eſt appellãdũ.C.q.ꝓ ſua iu-
riſdictione.l.vnica.de hoc tñ dic vt ibi no.Sed ius canoni.diſtin
guit vtrũ delegatus cõmittit totã cãm:& tũc appellať ad ipſum
delegantẽ primũ.vel nõ cõmittit totã cãm:& tũc appellatur ad
ipſum delegatũ,qui ſecundò delegauit:vt extra,de offi.dele. ca.
17 ſuper quæſtionũ.§.porro.& eſt ratio,vt ibi no.† Aliã verò diuer
ſitatẽ inuenio:qa lex virilẽ ætatẽ interpretatur xxv. an.ff.de mi-
no.l.j.& C.de his q ve.æta.impe.l.fi.ſed aliter ſecundũ canones
interpretať,vt virilis ætas,ſ.xxx.an.vt lxxvij.diſtin. c.is præſes
18 benedictus.& eſt ratio,vt ibi not.Potes notare†aliã differentiã
quia iure ciuili furtum diffinitur, contrectatio rei alienę fraudu
loſa,&c.ff.de furt.l.j.§.furtum.& not.do.Azo.in Sum. de furt.
in princip.Sed iure canonico furtum largè ſumitur pro quali-
bet illicita contrectatione:vt xiiij.quæſti.v. ca.dominus. No-
19 ta aliam†differentiam:de iure ciuili ea quæ ſunt meri vel miſti
imperij non poſſunt delegari,niſi quando cõtingit ordinarium
proficiſci:vt.ff.de officio.eius cui mandata eſt iuriſdict.l.prima.
Sed de iure canonico ſecus poteſt dici:nam delegatio commit-
titur.



20 titur xxiij.q. iiij. c.ſicut.& no.extra,de of.ord.quod ſedes.†Rur
ſus aliã differentiã no.nam de iure canonico põt recuperari pro
prietas rei,de qua eſt data tenuta vſq; ad.xl.an.cũ præſcriptiões
de iure canonico ſunt quadragenales,ſed de iure ciuili põt recu
perari vſq; ad.xxx.ann.C.de præſcrip.xxx.anno.l.cũ notiſsimi.
xvj.queſt.iij.§.pen.de hoc not.extra,de offic.ordin.c.paſtoralis.
21 Aduerte†ad aliã iure ciuili poſtliminio reuertentibus dať reſciſ
ſoria intra quadrienniũ:Inſtit.de act.§.rurſus.C.de in inte.reſt.l.
fi.ſed ſecũdũ canones cũ nõ currat eo tempore præſcriptio,non
datur reſciſſoria.xvj.q.iij.prima actione.& ibi not.Item eſt alia.
22 †de iure canonico,q fugerint ad eccleſiã nõ debẽt inde extrahi.
Excipiuntur publici latrones, & notorius depopulator.xvij.q.
iiij.ſicut antiquitus.& extra,de immu.eccle.c.inter.Iſti ſoli exci-
piuntur,& nõ alij,ſecundũ canones: ſed iure ciuili excipiuntur
homicidæ,& adulteri,raptores virginũ, q in eccleſia ſunt capti
de iure canonic.xxxvj.q.j.ſi quis de raptoribus.Admitti poteſt
23 †alia differentia,de iure canonico non eſt permiſſum iurare per
creaturas,niſi vbi inueniť expreſſum:vt per Euangeliũ, per alta
re,per crucem.vt xij.q.j.c.cõſiderate.& c.clericũ.& c. habemus.
& c.ſi aliqua.&.x.q.v.periurat.Sed iure ciuili permiſſum videť.
ff.de iureiu.l.ij.§.fin.&.l.ſeq.&.l.qui per ſalutem.Sed vtroq; iure
cõcordãte prohibitũ eſt iurare per membra dei: vt.xxij.q.j.ſi qs
per capillum.& in auť.vt nõ luxu.cõtra naturã circa medium.
24 coll.vj.Non omittimus†aliam differentiam.iure ciuili actio eſt
proponẽda in libello:quia ſine actione nemo experitur:vt de ne
gotijs geſtis.l.pupilli.§.fin.ff.de admi.tuto.l.quoties.§.item ſi. &
arg.ff.de eden.l.j.& Inſti.de actio.in prin.quamuis alij:vt Azo,
dicunt contrarium.Ad hoc tamen dic vt not.ff.de eden.l.j. ſecũ
dũ canones verò nemo tenetur edere actionẽ.extra,de iud.c.di-
25 lecti.&,ibi not.Maxima differentia†nõ remanet indiſcuſſa.iure
quidem ciuili inſtantia iudicij perit curſu triennij,numerando
à litis cõteſt.C.de iudi.l.properandum.fallit in caſibus ſpeciali-
bus ibidem no.Sed de iure canonico inſtantia iudicij triẽnio nõ
finitur.extra,de iudi.c.venerabilis.quãuis recitenť aliorum opi.
26 quas dic vt ibidem not.inuenias repugnantia.†Et in alio reperi
tur:quia de iure ciuili ordinarius nõ poteſt recuſari:vt not.C.ſi
qua.prædi.po.l.j.§.illo.& quando Impera.inter pup.& vid.l.j.&
de iuriſ.om.iud.l.fi.& hæc eſt verior opi.Bulg.ſed Mart.contra.
quod dic plenè,vt no.C.de iud.l.apertiſsimi. Iure canonico etiã
ordinarius recuſari poteſt.extra,de foro compe.c.ſi quis contra
clericum.& de app.c.cùm ſpeciali. Circa eandem materiam eſt
27 etiam differentia inter† ius canonicum,& ciuile:quia de iure ci
uili quando recuſatur delegatus,nõ eſt neceſſe allegari cauſam
ſuſpicionis,& ſic etiam nec probari:vt de iudi.l.apertiſsimi. §.j.
ſuper verſi.puta.& ver.ſuſpicionis.& auť.ibi poſita.ſed quando
contingeret,& eſt argu.ff.ad Trebel.l.quia poterat.& de appel.
l.ſi perluſorio. Alij,vt Pileus de iure ciuili,dicunt cauſam ſuſpi-
cionis eſſe proponendam & probandam:quod dic plenè:vt no.
in d.l.aperti ſimi. Sed de iure canonico coram arbitris cauſa
ſuſpicionis eſt proponenda & probanda.extra,de offic.delega.
c.ſuſpicionis.& extra,de appella.ſecundò requiris.§.j.&.c.cùm
28 ſpeciali. Differunt ius canonicum & ciuile:† quia de rigore iu-
ris ciuilis aduerſus præſcriptionem eccleſia reſtituitur à tempo-
re præſcriptionis completæ intra quadriennium. C. de tempo.
in integrum reſti.l.ſuperuacuam.nam eccleſia & reſpublica æ-
quiparantur.C.de ſacroſanct.eccle.l.fina.& reſpublica reſtitui-
tur.C.ex qui.cauſ.maio.l.reſpublica.ſed de æquitate canonica
non reſtituitur eccleſia contra præſcriptionem, vt dicit Bartol.
& Gofre.ne iura canonica de præſcriptione loquentia ſint fru-
ſtra, & voluit tamen præiudicare eccleſijs per præſcriptionem
xvj.q.iij.c.placuit.& q.iiij.c.volumus.vt not.extra,de in integrũ
reſtit.c.auditis.in apparatu Ber. Hoc autem non omitto dicere
de iure canonico poteſt ſubtiliter dici,vt eccleſia reſtituatur cõ
tra præſcriptionem,cùm eccleſia æquiparatur minori. extra,de
in integr.reſtitu.c.j.& c.auditis.cum ſimilibus. Item differunt:
29 nam †iure ciuili torneamentum nõ eſt prohibitum. nam iudex
gratia virtutis oſtendendæ permittit.ff.de aleato.l.ſolet. argu.ff.
ad legem Aquil.l.qua actione.in.§.ſi quis in conſuetis. Iure ca-
nonico prohibitum eſt extra,de torneamẽtis.in c.j.& hoc ibi no.
ſed melius puto dicendum quòd torneamenta ſunt prohibita in
30 iure ciuili.C.de gladi.l.vnica.lib.xj. † Item differunt: nam de
iure canonico fama aliqua facit excommunicatum vitandum
eſſe.extra,de ſen.excõ.c.cùm deſideres.ſed iure ciuili ſola fama
non probat.ſed eſt ſemiplena probatio:vt ff.de tritica.l. iij. Item
31 differunt:†iure canonico prædicatores & confeſſores poſſunt re
cipere eleemoſynas ab vſurarijs,& raptoribus aliarũ rerũ, quaſi
geſtores eorum,quorum res extortæ ſunt cùm non habeant vn-
de viuant aliunde,extra,de ſenten.excom.c.cùm voluntate. Sed
iure ciuili tales prædicatores & confeſſores non poſſunt ſua au-
thoritate recipere,ſed manibus dominorum.ff.quod me.cauſa.l.
extat.nec poſſent hoc habere contra prohibitionẽ dominorũ,qđ
iure canonico cõceditur.C.de neg.geſt.l.vltima.& no.Innoc.in
32 alle.decretali,cum voluntate.Item differunt:iure canonico†cle-
rici Pariſijs morantes,etiam in cauſis pecuniarijs,vt poſsint cõ-
uenire laicos corã epiſcopo,extra,de fo.cõpe.c.quod clericis.qđ
nõ eſt de iure ciuili:quę ſit ratio:quia epiſcopus eſt ibi comes, vt
33 ibi no.Item differũt iure ciuili:†quia clericus poſſet cõſentire li-
tigare corã iudice nõ ſuo:nõ tamẽ eccleſiaſtico: vt C. de iuriſdi.
om.iudi.l.j.ff.de iud.l.ij.C.de epi.au.l.ſi qui ex conſenſu. & l.epi
ſcopale.Sed iure canonico ſecus,niſi cõſenſus ſui epiſcopi acce-
dat.extra,de foro cõpe.c ſignificaſti.iiij.q.vj.c.nõ licet. & ix.q.j.
34 & ij. Item†notari poteſt alia differẽtia:iure ciuili ſi quis cõtraxit
in vno loco,poterit citari à iudice illius loci,ſi in loco inueniať,
& ſi nõ ĩueniať põt mulctari,& omni remedio ꝑtorio cõpelli vt
veniat,ꝓut approbať.ff.de iud.l.hęres abſens.Sed iure canonico
poteſt iudex loci cõtractus ſolũmodo pronunciare de mittẽdo,
ſi alibi conuentus exiſtat,vt not.in Decre.Inno.Romana.de fo-
ro compe.& vide quæ not.in decre.c.licet.eod.titu.per Innocẽ.
35 Item†differunt:iure ciuili non poteſt procedi ad diffinitiuã ſen-
tentiam lite conteſta.niſi in cauſa appel.vt C.de appel.l.vlti.§.il-
lud.de iure canonico in cauſis matrimonialibus vbi agitur de
coniungendo fœdere matrimonij,non de diſſoluendo,& in cau
ſis electionum bene poteſt procedi ad diffinitiuã vſq; ad lit. con
36 teſta.vt extra,vt lit.non conteſt.c.j.& c.quoniam.§.porro.†Item
differunt:iure canonico in eccleſiaſticis perſonis,& negotijs,nõ
tamen rigor,ſed diſcretio eſt ſeruanda:ſed aliter de iure ciuili.ex
tra,de dolo & contu.c.j.de reſtitu.ſpo.c.ſæpè.& ff.ſi quis ius di.
37 non obtem.l.j.†Item differunt:iure canonico poteſt fieri ſeque-
ſtratio propter abſentiam rei.extra,de dolo & contu.c.ex literis.
Sed de iure ciuili in eo caſu non fit ſequeſtratio. C. de prohibi.
ſeque.l.vnica.& ibi not.& in alijs caſibus fit de iure canonico ſe
queſtratio.qui de iure ciuili non ſunt expreſsi,vt not.extra, de ſe
38 queſt.poſſeſ.c.cùm dilectus. Item†differunt:iure ciuili ſi quis of
ferat ſe liti condemnatur ac ſi poſsideret rem,quæ petitur. ff. de
rei vendi.l.is qui ſe.& ff.de peti. hæredi.l. qui ſe liti. Sed iure ca-
nonico in negotijs eccleſiarum ceſſat hoc ius, ne delicta perſo-
næ redundent in damnum eccleſiæ.xvj.q.vj.c.& ne ſi epiſcopũ.
39 & extra,vt lit.penden.c.eccleſia.vbi de hoc.Item differunt:† iu-
re canonico ad probandum conſanguinitatem admittitur ad te-
ſtimonium de credulitate,& de auditu.extra,de probatio.c.quo
ties.& c.licet.Sed iure ciuili non reperitur quòd admittitur talis
40 probatio in hoc caſu. Item†differũt:iure canonico in cauſa ma-
trimoniali ſententia poteſt ferri ſine ſcriptis.de teſtibus.c. Albe-
ricus.& ibi not.ſed iure ciuili non inuenitur quo caſu poſsit ſen
tentia ferri ſine ſcriptis.C.de ſenten.ex breui.reci.l.fina.& ibi no
41 ta.† Item differunt:iure ciuili non creditur dicto vnius teſtis. C.
de teſtib.l.iuriſiurandi.Sed iure canonico creditur aliquãdo vni
teſti,quando,ſcilicet,non eſt præiudicium alicuius: puta quæri-
tur inter aliquos vtrum quis ſit baptizatus, vel eccleſia ſit con-
ſecrata.de conſecra.diſtinctio.iiij.c.paruulos.& c.cùm itaque.&
quando quæritur vtrum quis pœnitentiam egerit, extra, de ſi-
42 mo.c.nemo.& extra,de pœni.& re.c.omnis. Item differunt:†iu
re ciuili. Abbas in cauſa monaſterij iurat de calumnia in animã
ſuam:quia perſonam habet legitimam:& cauſa fit cum eo tan-
quam cum legitima perſona.C.de iura.calumniæ.l.ij.§.quod ob
ſeruari.& §.hoc etiam.& ibi no.& C.de epiſ.& cleri.authẽ.cau-
ſa quæ fit cum mo.ſed de iure canonico debet iurare in animam
maioris partis conuentus,in concilio Lugdunen.c.præſentium.
43 de teſt.& no.extra,de elec.c.dudum.Item†differunt: iure ciuili
magis abſolutè compelluntur teſtes ferre teſtimonium, quàm
iure canonico extra,de teſt.ca.quoniam libera.& extra, de teſt.
c.ſuper ſecundo.& no.Inno.eo.tit.c.j.præterea clerici de iure ca
nonico non ſunt compellendi,niſi cùm aliæ probationes haberi
44 non poſſunt.xiiij.q.ij.c.quanquam. Item differunt:†iure ciuili,

a ¶ Domum mariti. Vide latè Abb. in cō ſilio j.lib.j.vide Bar. in l.nihil. & ibi ſcri-pſi in addi. pleniſsi-mè.ff.ſol.mat. Tho. Diplo.

ſi frater nō poteſt accuſare fratrem de ma-
gno crimine,vt qui accuſare non poſſunt,
ſi magnum.& eo.tit.ſi ſororem. Sed de iu-
re canonico frater poteſt accuſare fratrem
de hæreſi.extra,de præſum.c.literas. argu.
xxij.q.ij.ſi audieris.xiiij. diſt.in c. diaconi.
45 Item differunt: † iure ciuili parentes non
poſſunt eſſe teſtes cōtra liberos etiam volētes.C.de teſt.l.paren-
tes. Sed iure canonico poſſunt teſtificari cōtra ſe.extra, de præ-
46 ſump.c.literas.& xiiij.diſt.c.diaconi. Itē differūt:† iure ciuili di-
latoria exceptio debet proponi ante lit.cōte.& poſtea nō pōt op
poni,ſi ante lit.cōte.ſit omiſſa.C.de procu.l.ita demū.& ff.de iu.
l.ſed & ſi ſuſceperit.C.de exce.in fi.Sed de iure canonico inſtā-
tia recipitur in exceptione ex quo poteſt opponi in qualibet par
te iudicij.extra,de excep.c.exceptionem.& in decre.c.pia. No-
47 tari poteſt† alia differentia.nam iure ciuili lata ſententia non au
ditur aliquis aduerſus eam,poſtꝗ̃ tranſiuit in rem iudicatam.C.
ſententiam reſcin.non poſ.l.j.& de app.ij.q.qui.& vt lit. pend.c.
qui licitam.De æquitate verò canonica auditur quis fauore ma
trimonij ſemiplenè,probata fraude per iuramentum, & per te-
ſtem vnum:vt extra,de in inte.reſt.c.ex literis & ſic poteſt intel-
ligi iiij. q.v .c.quiſquis.in fine.Et hoc poteſt ita iurare de rigore
iuris: quia ibi abſens legitimè citatus præſumitur contumax ſi
non venit:vt iij.q.ix.c.decernimus.lxv.diſt.c.ſi fortè.ff.de re iu-
di l.contumacia.ſed talis præſumptio poteſt elidi per aliam præ-
ſumptionem,ſiue ſemiplenam probationem:vt ff. de re iudic.l.
diuus.vnde per ſacramentum potuit ibi tolli præſumpta contu
macia.xxxv.q.iij.extraordinaria.& optimum arg.extra,qui ma.
accuſ. poſſ.c.cùm in tua. Item circa idem,& in alio dictat con-
trarium ius canoni.nec ibi tranſit in rem iudicatam ſententia cō
tra matrimonium:vt extra,de re iudi.c.lator.& c. conſanguinei.
Idem & in alijs caſibus ſpiritualibus.xxv.q.ix.per totum. & ibi
48 not.Item inſurgit,† & alia differentia:quoniam iure canonico
ſi clericus ceſsionem recipiat,præſumitur de iure ceſsio ſimula-
ta:vt extra,de alienatio.iud.mu.cauſa fac.c.ex parte. clerici em̄
ab illicita negotiatione prohibentur.xiiij.q.iij.c.clerici. & ca.ca-
nonum.& lxxxviij.diſt.c.fornicari.iure ciuili non inuenitur,ni-
ſi aliter doceatur ſimulatio.C.mand.l.per diuerſas.& l.ab Ana-
49 ſio,probari tamen poteſt.C.de procu.l.militem. † Inſuper alia
differentia bona & ſubtilis inuenitur : quia de iure ciuili ingreſ-
ſus monaſterium monachus vel canonicus regularis non poteſt
aliquid retinere.C.de ſacroſanctis eccle.authen.ingreſsi.& cùm
alterius iuris ſit,non poteſt aliquid habere.ff.de acquiren.rerum
domi.l.homo liber.& de regulis iuris.l.qui ſeruituræ. & arg.ff.de
vſuris.l.placuit. Sed iure canonico poteſt purè & ſine peccato
aliquid de ſuis bonis concedere loco præbendæ.extra,de ſimon.
c.tua nos.& extra,de proba.c.in præſentia.& de ſucceſ. ab inteſ.
c.quoniā dilectus.in fi.& de eo dic vt no.in dicta decre.tua nos.
50 & extra,ne cle.vel mona.c.fi. Eſt & alia† differentia. Nam iure
ciuili qui aliquid promiſit quod cōſiſtit in dādo ſub pœna : ſi
aliquid omittit dare:ad totam pœnam tenetur.ff.familiæ ercii.l.
hæredes.§.in illa.& ff.de verbo.obligat.ſtipulationum.l.ij.in fin.
& l.in executionem.& plenè not.ff.ſi quis cau.l.ſi ſeruus.§.plu-
rium. Sed de iure cano.obſtat exceptio.& Inno.M. ſequit̃ opi.
vt extra,de pœ.c.ſuam.quod dic vt ibi plenè not.in apparatu or
51 dinario.Notari ſolet alia† differentia ſecundū Io.iure canonico
non licitè recipit aliquis,vt indicet furem.extra.de fur. qui cum
fure.c.ſeq.& arg.j.q.j.§.ex his verbis.& ibi not.ſed de iure ciuili
etiam quis licitè recipere poteſt:vt indicet furem.ff.de condi.ob
turp.cauſ.l.ſi hoc turpem cauſam de præſcriptis verb.l.ſolent.&
52 in eis not.Nota† aliam differentiam ꝙ de iure ciuili pro quibuſ-
dam conſuetudinibus debebant aliquid offerre illi qui ordina-
bant,& etiam tabellionibus pro ſcripturis ordinariorum : vt in
authen.de ſanc.epiſ.§.pro conſuetudinibus.ſed iure Canonico
eſt ſecus.& ſi fieret,eſſet ſimonia:vt j.q.ij.ſicut epiſcopum.& ibi
53 no.Habemus† aliam differentiam:quia iure canonico valet hæc
promiſsio:promitto tibi me daturum Titio decem maximè ſi in
teruenia t iuramentum.arg.xxij.q.v.c.iuramentum.& no.j.q.vij.
c.quo.ſed de iure ciuili ſecus eſt:vt ff.de verb.obliga.l.ſtipulatio
iſta.§.alteri.niſi in caſibus qui not. Inſti.de inuti.ſtipula.§.alteri.
54 Diuerſitatem aliam reperimus:† quia iure ciuili tranſigere per-
mittitur de criminibus publicis ingerētibus pœnam ſanguinis.

excepto crimine adulterij:de alijs verò criminibus publicis,quæ
ſanguinis pœnam nō ingerunt,non licet tranſigere, excepto cri
mine falſi.l.tranſigere.C.de tranſac.& dic vt ibi not.Sed iure ca
nonico videtur aliud dicendum,videlicet ꝙ nullum crimen in-
gerat pœnam ſanguinis.Item in cauſa ſpirituali nullo modo li-
cet deſiſtere pecunia accepta:vt extra,de reſcri.c.fi.de hoc no.ij.
55 q.iij.§.in omnibus.Item differūt:† quia iure ciuili inter pares cō-
muniter habitantes & tractantes ſe vt vir & vxor ꝓ̄ſumitur ma-
trimoniū:vt ff.de ritu.nu.l.in liberè.ſed de iure canonico potius
ꝓ̄ſumitur adulteriū,niſi oſtendatur ſolennitas nuptiarū: vt xxv.
56 q.v.aliter not.xxx.diſt.his qui nō.Item alia† differentia ſolet tra
di à doctoribus iure canonico promiſsio pœnæ, neqꝫ ſtipulatio
arrarū nō videt̃ valere in matrimonio:vt extra,de ſpon.c.gēma
quia eadē ratio prohibitiōis in pœnis & in arris:vt arg.extra, de
tranſac.c.inter corporalia.ſed ſecundū legē pœnæ promiſsio nō
valet.ff.de ver.ob l.Titia.§.idē reſpōdit.valet tñ arrarū promiſ-
ſio.C.de ſpō.l.fi.& de hoc not.in d.c.gemma.Habemus aliā dif
57 ferentiā:† quia de iure cano.pater nō poteſt filia renuēte eā mari
tare:vt extra,de deſpō.impu.c.j.& extra,de ſpō.c.cū locū.xxvij.
q.ij.c.ſufficit.Sed filia iure ciuili nō pōt patri reſiſtere volenti eā
maritare,niſi ei dederit turpem perſonam,vel moribus ſuis indi
gnā.ff.de ſpō.l.ſed ꝗ̃ patris.& hæc differētia not.extra,de deſpō.
58 impu.c.j.Item circa† idē differunt:quia iure ciuili conſenſus pa-
rentum requirit̃ in matrimonio.C.de nup.l.nec filiā.& ff.de ritu
nup.l.nuptiæ.ſed iure canonico nō requirit̃,niſi de honeſtate:vt
59 xxvij.q.ij.c.j.& ibi plenè no.No.† etiam aliā differentiā:quia iu-
re ciuili nō pro quolibet crimine cōdēnatus efficit̃ infamis,ſed
pro quibuſdā ſic:vt ff.de pu.iud.l.infamē.& ff.de his qui no.in-
fa.l.quid ergo.§ fin.& l.athle.§.vlt.& plenè diſtingue iij.q.vij.§.
porro.ſed iure cano.nō videt̃ hæc diſtinctio ſibi locū vēdicare,
cū omne peccatū infamet:vt iij.q.v.c.conſtituimus.& iij.q.vj.c.
60 infames.& c.oēs.& no.in d.§.porro.Itē † aliā differentiā no.quia
ſecundū rigorē iuris ciuilis:filij nati ex inceſtu dānato, vl' neph.
coitu,nō ſunt alendi à parētibus:vt in aut.quib.mo.na. effi.legi.
§.fi.& C.de nat.lib.aut.licet.ſed de æquitate canonica quæ con-
3 *Quis non poteſt eſſe in uno loco Guelphus, & in alio Gebellinus, accipiẽdo Guelphum & Gebellinum propriè primo modo.*
4 *Guelphus quod hodie quis eſſe poßit in uno loco, & in alio Gebellinus.*
5 *Quis uno reſpectu põt eſſe Guelphus & alio. Gebellinus.*
6 *Partialitas Guelpha, uel Gebellina quæ tendit ad propriã utilitatem, & non ad bonum publicum, eſt illicita.*
7 *Partialitas Guelpha uel Gebellina tendens principaliter ad bonũ publicũ, ut ciuitas rectè gubernetur, eſt licita.*
8 *Partialitas, quæ uult deponere alium de regimine, eſt illicita, ſi regimen erat bonum: ſecus ſi tyrannicũ, & malũ.*
9 *Qui conatur deponere tyrannum, etiam ſi peruenerit ad actum, non tenetur pœna de ſeditioſis, ſi hoc agit ad utilitatem publicam.*
10 *Honeſtum uirum non decet eſſe factionis Guelphæ uel Gebellinæ, niſi ex magna cauſa.*
11 *Guelphum eſſe uel Gebellinum qualiter probetur.*
12 *Euntes in exercitũ de mandato regentiũ ciuitatem, nõ dicuntur eſſe factionis regentiũ.*
13 *Filius præſumitur eſſe illius factionis, cuius erat pater.*
14 *Statutum Piſanum quòd nullus Guelphus ad aliquod officiũ admittatur intelligitur de eo qui eſſet factionis Guelphæ in ciuitate Piſarum.*
*Statutum in dubio intelligitur de his quæ fiunt in territorio ſtatuentis.*
15 *Ciuis Piſarum, qui adhæret ciuitati inſidianti ciuitati Piſarum, dicitur Guelphus.*
16 *Ciuis Piſarum, qui gerit officium in ciuitate Peruſij quæ Guelpha eſt, non tamen dicitur Guelphus in ciuitate Piſarum.*
17 *Ciuitatem aliquem eſſe factionis Guelphæ uel Gebellinæ, qualiter probetur.*
18 *Aliquem mutaſſe factionem qualiter probetur.*

ISta cùm circa literalẽ expoſitionem ſcripſiſſem. & ſuper hãc tertiam
partem Tyberis meus animus ferreretur, reperi me intra centeſimum lapidem ab vrbe
Romana prope ciuitatẽ Tuderti: nam ibiq;
vidi ꝙ ea quæ literaliter ſcripta ſunt de flumine, & eius alueo, allegoricè, & moraliter dici poſſunt de his
quæ in ciuitate Tudertina præcipuè frequẽtantur. nam tota noſtra vita flumen, ſeu aqua fluminis eſt, iuxta illud, omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram, quæ &c. ij.Reg.xiiij.c.
Alueus verò, ſuper quem iſtæ aquæ decurrunt, ſunt illa ad quæ
affectiones habemus: iuxta illud Matthe. v.c. Vbi eſt theſaurus
tuus, ibi cor tuum. In illa verò ciuitate Tudertina reperi duas
affectiones. quidam enim vocantur Guelphi, Quidam Gebellini. & ibidem in quolibet officio publico dicebãt eſſe tot de vna
affectione quot de alia. contingit etiam ꝙ ille qui eſt de vna affectione certo tempore mutat alueum, & incipit eſſe de alia. &
circa hæc plura dubia oriuntur. Ideo aliqua videamus. Primò,
vnde illa nomina originem ſumpſerunt. & de eorum ſignificatione. Secundò, quid hodie importent. Tertiò, vtrũ habere iſtas
affectiones ſit licitum. Quarto, qualiter probetur aliquem eſſe
iſtarum affectionum ſiue loquamur de priuato ſiue de republica. Quintò, qualiter probetur aliquem affectionem mutare. Cir
1 ca † primum ſciendum eſt, quod olim magna diſcordia orta
fuit inter Romanam eccleſiam & Federicum, qui vocatus eſt
b Federicus Barbaroſſa,[b] tunc Romanorum Imperatorem, à quo
cùm in eccleſiæ deuotiõe perſiſteret, aliquas leges habemus, vt
patet in vſibus feudorum, quem poſtea eccleſia priuauit Imperio: vt c. ad apoſtolicæ. de re iudica. libro vj. & de electio. c. fundamenta. & in Alemania agnatio illius Federici cognominabatur domini de Gebello: cùm tamen dicta diſcordia diu duraret,
magna pars Italicorum adhæſit illi Imperatori depoſito: & illi
dicti ſunt. Gebellini, quaſi adhærentes illi domino de Gebello.
Alij verò adhæſerunt eccleſiæ: & vocati ſunt Guelphi, quaſi
zelatores fidei. De prædictis habemus figuram j. Regum vlti.
c. & ij. Regum j. cap. in prin. vbi fuit conflictus & occiſus in mõte Gebello qui interpretatur locus fortitudinis. ita ille Federic.
Imperator quoniam tunc reprobatur, confidens de fortitudine
domus ſuæ de Gebello conflictus & confuſus fuit à Guelphis,
hoc eſt a zelatoribus fidei. Hoc enim nomen Guelphi habetur
Gene. xxx. c. & interpretatur os loquens. quod in propoſito eccleſiæ congruit. per verba enim excommunicationis ſententiæ
prolata per ſummum pontificem fuit ille Imperator confuſus.
propriè ergo loquendo ſicut Gebellus interpretatur locus fortitudinis: ita Gebellini appellantur confidentes in fortitudine, ſcilicet tempore militum & armorum. & ſicut Guelpha interpretatur os loquens, ita Guelphi interpretantur confidentes orationibus & in diuinis: ſicut faciebat Iuſtinianus Imperator. C. de vet.
2 iur. l.j. in princip. Circa ſecundùm verò † quid hodie dicta nomina importent, dico quòd ex prædictis apparet prædicta nomina ſignificare affectiones hominum affectantes enim ſtatum eccleſiæ contra illum inimicum vocantur vno nomine. hodie verò nomina prædicta durant propter aliàs tamen affectiones. Videmus enim ꝙ plures, qui Guelphi vocantur eſſe rebelles Imperij: ſed ſicut contingit in prouincijs & ciuitatibus, in quibus
ſunt diuiſiones & partialitates, neceſſe eſt vt dictę partes aliquo
nomine vocentur. ideo dicta nomina imponuntur tanquã magis communia. In quibuſdam verò locis ad alia particularia deuenitur: de quibus ad pręſens non curo. & iſtę ſunt partialitates:
vt ff. de capti. l. ſi quis ingenuam. §. qui alterutras. Dico ergo ꝙ
hodie ille dicitur Guelphus, qui adhæret & affectat ſtatum patris quæ appellatur Guelpha: & Gebellinus, qui adhęret & affectat ſtatum partis, quæ appellatur pars Gebellina. & in hoc non
habetur communiter reſpectus ad eccleſiam vel Imperiũ, ſed
ſolùm ad illas partialitates, que in ciuitate vel prouincia ſunt: vt
d. §. qui alterutras. & ibi ſentit gloſſa. ſuper verbo, diſſenſiſſent.
dum dicit, vel ciues contra ciues, vel vna ciuitas contra aliam.
Item dictæ partialitates ſunt quandoque inter prædictos:
& tamen nullus rebellat domino ſuo, ſcilicet eccleſiæ. Imperio,
vel Regi, vel populo qui tenet imperium: vt dicta l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. & illa verba eſſe oſtendunt accidẽtia facti.
3 Ex hoc infero tria. Primum, † quod ſi accipitur Guelphus et
Gebellinus prout primo modo fuit inductum, quis non poteſt
eſſe vno loco Guelphus, & alio Gebellinus. Ratio eſt: quia illæ
affectiones ſcilicet eccleſiæ vel Imperij reprobatæ reſpiciunt vniuerſaliter totum mundum & vniformiter. ideo dicere quòd
quis vno loco eſſet vnius affectionis, & alio loco alterius, contineret repugnantiam: ſicut quis tutor nõ poteſt eſſe author duorum pupillorum inuicem litigantium ſuper eodem: vt ff. de autho. tuto. l. accipientis. & ibi not. facit quod dicitur: nemo poteſt
duobus dominis ſeruire, ſcilicet contrarijs. Mattheas vj. capitu.
4 Secundò infero, ſcilicet ꝙ † ſecundum dicta nomina hodie accipiuntur quod quis in vno loco poteſt eſſe Guelphus, & in alio
Gebellinus: quod patet. dictæ affectiones ſunt circa diuerſa, vt
patet. pone quòd in vna ciuitate eſt vnus Tyrannus, qui cũ ſua
ſecta dicitur Guelphus, cui affectioni aliquis bonus homo eſt
aduerſus, quia aduerſatur iſti homini tyranno: in illa terra dicitur Gebellinus: & in alia ciuitate non dependente ab illa ponatur vnus Tyrannus Gebellinus: certè ille bonus homo aduerſabitur illi Tyranno, & ibidem eſt Guelphus. argu. eius quod dicimus de tutore, qui poteſt eſſe author vtriuſq; eorum qui contendunt circa diuerſa tamen, vt d. l. accipientis. Tertium infe
5 ro, ſcilicet quod † quis vno reſpectu poteſt eſſe vnius affectionis. & alio reſpectu alterius. Exẽplum. In ciuitate Peruſij ſunt
multi, qui volunt reputari Gebellini reſpectu primo. quæ nomina iſtarum affectionum fuerunt inducta quaſi reputantes ſibi
ad honorẽ ꝙ tã antiquo tẽpore ſui genitores ita nobiles fuerũtq;
illius affectionis reputarent. Sed quãtũ ad ſtatũ q mõ regit ciuitatẽ ſunt Guelphi: ideo ſe Gebellinũ origine, ſed Guelphũ quo
ad ſtatutũ ciuitatis. nec eſt cõtradictio qñ diuerſis reſpectibus
iſta proferũtur. Facit id ꝙ dicimus ꝙ eodẽ modo reſpectu ꝑ eadẽ pecunia quis nõ põt eſſe principalis & fideiuſſor: vt l. gñaliter. de fideiuſ. ſ. diuerſis reſpectibus ſic, vt ff. de duob. re. l. reos. in
6 prin. Circa tertiũ, ſ. † vtrũ hr̃e iſtas affectiones ſit licitũ. dic ſi plures ſunt vnius affectionis, vel ſi qs adhæret vni affectioni, nõ ꝑpter bonũ publicũ, ſed ꝑpter propriã vtilitatẽ, vel vt alius opprimat. iſtud eſt ſimpliciter illicitũ, et ſi hoc inuicẽ cõuenerint eſſet
punibile,



punibile, quaſi cõtrahentes ſocietatẽ in pœnã innocẽtiũ: vt ff. ad
legem Iuliã. de vi. l. ex ſenatuſcon. & de concuſsioni. l.j. Quan
7 doq; † tamen quando eſt vna pars in ciuitate tendens principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas rectè & quietè gubernetur:
nec tamen poſſet aduerſarijs reſiſtere, niſi ſub vno partialitatis
nomine: & tunc puto talem affectionem, & partialitatem communi eſſe licitam. ſicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos: & ita multò magis ad tuitionem publicam: vt ff. de
8 vi & vi arma. l. iij. §. cùm igitur. Quandoq; † non ſolùm vult vna
pars reſiſtere, ſed vult ponere de regimine alios regentes: tunc
ſi quidem inſurgerent aduerſus iſtud regimen: iſtud eſſet ſimpliciter illicitum: vt C. de ſeditioſis. l.j. & ibi no. de eo qui volebat deponere poteſtatem. Si verò regimen, quod volebat deponere, erat tyrannicum & peſsimum: tũc cùm eſſet vnius partialitatis, licitum eſt duobus concurrentibus primò habendo recurſum ad ſuperiorem non poſsit illa tyrannis deponi ſine magna difficultate. Secundò quòd ipſi hoc faciant propter vtilitatem publicam: vt ſtatus ciuitatis reſtauretur. ſecus ſi hoc facerent, vt ipſi nouam tyrannidem innouarent alijs expulſis. Primum probatur: quia licitum eſt eis ius dicere propria authoritate, quando non habetur copia iudicis: vt C. de iudic. l. nullus. &
ibi no. ff. de his quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. ſi debitorem. &
xxiij. quæſtio. ij. c. dixit Dominus. Si ergo licet pro ſingulari cõmodo: ergo licet ad liberandam Rempubli. ad quam defendendam omnes admittuntur: vt ff. de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §.
fina. & l. ſequen. præterea ſi hoc permittitur contra depopulatorem agrorum vel deſertorem militiæ: multò magis debet permitti contra eos, qui ipſam Rempublicam, & eius ſtatum depopulantur, vt redigant ſub iugo ſeruitutis. Secundùm probatur,
quòd ad propriam vtilitatem non liceat: quia illi qui occupatã
per tyrannidem tenent Rempub. vel eam poſsident ab ipſa Repub. vel domino ſuperiori, vel ab aliquo priuato. Alius qui talẽ
tyrannum deponere conatur propter ſe, videtur facere illicitũ:
vt ff. de vi & vi arma. l.j. §. qui vi à me. & l. colonus. & l. cùm fun
9 dum. Ad vtilitatem † ergo publicam licitum eſt: & ſi peruenerit
ad actum ita quòd rumor vel tumultus irrepſerit in ciuitate: nõ
incidit in legem C. de ſediti. quia licet faciat, vt dictum eſt, pro
hoc induco Thomam de Aquino in ſecunda ſecundæ. quęſtio.
xlij. arti. ij. in fi. vbi ſic ait: Regnum tyrannicum non eſt iuſtum:
quia non ordinatur ad bonum commune, ſed ad bonum priuatum regentis: & ideo perturbatio huius regni non habet rationẽ
ſeditionis: niſi fortè quando ſic inordinatè perturbaretur tyranni regnum, quòd multitudo ſubiecta maius damnum pateretur
ex perturbatione ſequenti quàm ex tyranni regimine. Dico ergo quòd aſſumere dicta nomina, licet ſignificent diuiſionem &
partialitatem: tamen ſi fiat ad iuſtum, & debitum finem: licitum
eſt. Nam & Paulus apoſtolus ſciens quòd vna pars eſſet Sadducæorum, altera Phariſæorum, exclamauit in concilio. Viri fratres, ego Phariſeus ſum, filius Phariſæi. Actum xxiij. c. Multos
tamen vidi Peruſij cùm contra tyrannos facerent ſeditionem, li
10 cet ſancto & iuſto zelo mouerentur: † quia prædicta nomina diuiſionem, & ſciſſuram important: puto quòd honeſto viro non
dicebat aliquid dictorum nominum aſſumere, niſi ex magna
cauſa, vt dictum eſt: argu. ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi in danda. &c.
11 Circa quartum verò, † ſcilicet qualiter probetur aliquem eſſe
iſtarum affectionum. dico tria probanda. Primò quòd partes
ſint in ciuitate. Secundò quòd tali parte quæ tali nomine vocatur adhæſit. Ex his concluditur quòd ſit illius affectionis. quæ
examinemus. Primo dixi quòd debent probari partes eſſe in ciuitate. Ad quod ſciendum eſt quòd quandoq; in ciuitate ſunt
duæ partes, quarum habet quælibet partem regiminis, vt in ciuitate Tudertina: tunc facilis eſt probatio. Quandoq; ſunt duæ
partes, quarum vna regit ciuitatem, alia ſtat deiecta, ſed alio tẽpore rexit: & tũc ſimiliter facilis eſt probatio, ſcilicet eorum qui
iam regebant, & eorum qui modò regunt. Quandoq; vna ciuitas multùm ab antiquo recta eſt ſub vno nomine: & tunc difficile eſt probare aliquẽ eſſe alterius partis quàm illius, ſub quo nomine ciuitas regitur, vt ſtatim dicam. Secundò dixi debere probari ꝙ tali nomine vocatur talis pars iſtud eſt difficile. Tertiò
dixi probandum ꝙ talis homo adhæret illi parti. hoc autem probabitur in ciuitate Tuderti, multum de facili: quia ibi vocantur
ad officia publica ſub illo nomine, & aliter non admitterentur:
tunc patet: quia per illius affectionis homines geri non poſſunt: vt ff. de acqui. hære. l.
pro hærede. §. Papinianus vel quia hoc expreſsè dicebat ſe eſſe illius affectionis, ſufficit. nemo enim videtur dicere, quod mente
non agitauit: vt l. Labeo. de ſup. le. vel quia
illi parti fauebat in conſilijs, & in armis, &
in alijs factis. & intelligo hoc in factis volũ
12 tarijs. Quid † enim ſi vna pars erat extra ciuitatem & alia quæ ciuitatem regebat fecit
exercitum cõtra illos? Certè illi qui iuerũt,
ex hoc non dicentur illius affectionis cum intrinſecis. nam iuerunt ex iuſſu regentiũ ciuitatem, quibus habebant neceſſe obedire. vndè in dubio videtur factum magis ex neceſsitate quã ex
volũtate: vt ff. de acqui. hære. l. qui in aliena. §. ſi is qui putat. vel
13 ſi nil tale probari † poteſt ſufficit ſi probaretur de ſuis aſcendentibus. illius enim affectionis præſumitur filius, cuius fuit pater:
vt C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & ff. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. q
mancipia. Redeo ad id quod dixi de ciuitate quæ ab antiquo recta eſt ſub vno nomine: nec nomine partialitatis habet exititios:
vel ſi habet, non habet eos ſub nomine de quo quæritur. Exemplum. Ciuitas Piſana ab antiquo recta eſt ſub nomine Gebellinorum, & licet exititios habeat: tamen intrinſeci & extrinſeci, il
14 lo nomine nuncupantur. Et vt hoc declarem, † pono: ſtatutum
eſt Piſis ꝙ nullus Guelphus ad officiũ aliquod admittatur. Dico enim hoc ſtatutum debere intelligi de eo qui eſſet eius affectionis in ciuitate Piſarũ & reſpectu illius ciuitatis. Statuta eñ
in dubio debent intelligi de his quæ fiunt, vt reſpiciant territo
a rium ſtatuentis:[a] vt ff. de iuriſ. om. iudi. l. fi. de bo. aut. iud. poſ. l. cũ
vnus. §. pe. de conſti. c. vt animarum. lib. vj. Et ideo cùm in illa ciuitate non ſit talis pars: nõ videtur ꝙ quis poſsit habere affectionem ad id quod non eſt: vt l. eum qui ita. §. fi. de verb. obli. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. in prin. de regu. iur. l. cum principalis.
15 de ſtipu. ſeruo. l. vſusfructus. Vnde dico, † ſi in prouincia eſſet
aliqua ciuitas affectionis Guelphæ, quæ inſidiaretur ſtatui ciuitatis Piſarum: & aliquis ciuis illi ciuitati adhęret dando auxiliũ,
conſilium, vel fauorem contra ſtatutum ciuitatis: ille verò Guelphus eſſet: argu. ff. ad l. Iul. l. cuiuſq;. verè enim ipſam ciuitatem,
16 & contra ipſam committit. Sed ſi poneres † vnum Piſanum eſſe
rectorem in ciuitate Peruſij, cuius ſtatus Guelphus eſt, tamẽ nõ
aduerſatur, ſed amicatur ciuitati Piſarum: tunc licet ille talis ſit
Guelphus Peruſij: non tamen per hoc dicitur Guelphus Piſis,
nec ſtatuto comprehenditur: cum reſpectu diuerſorum põt qs
eſſe diuerſarum affectionum: vt dictum eſt: arg. ff. de autho. l. accipientis. Idem dico ſi probaretur ꝙ aliquis eſſet natus ex prole
Guelpha illo reſpectu quo antiquitus erat tempore quo erat diſſenſio inter eccleſiam & illum Federicum Imperatorem: non tamẽ ob hoc dicetur Guelphus illo reſpectu quo ſtatutum loquitur: vt ſ. dixi. nec puto ꝙ ſufficiat probare per famam, vel ꝙ aliquis ſic reputatur. nã de iure quilibet creditur eſſe eius affectionis, cuius eſt patria ſua. eſt enim de præceptis iuris gentiũ vt parentibus, & patriæ pareamus: vt ff. de iuſti. & iure. l. vt vim. ergo
ſola fama, vel ſola ſuſpicione indicitur cõtrariũ. Quia ergo prædictorum difficilis probatio eſt: ideo in quibuſdam ciuitatibus
in certo libro omnes deſcribuntur, qui talis affectionis eſſe dicũtur vt ſic ex libri inſpectione doceantur: quod tamen odioſum.
17 & contra æquitatem eſt. Qualiter autem † probetur ꝙ vna ciuitas, caſtrum, vel quæuis cõmunitas ſit affectionis, dubitatio eſt.
Et vt hoc clareſcat, pone: ſtatutum eſt in ciuitate Peruſij ꝙ quicunq; ciuis fecerit caualcatam, vel exercitium contra aliquam
terram Guelpham, puniatur certa pœna: cõtingit ꝙ contra quẽdam nobilem de hoc procedebatur, vnde ad offenſam erat probandum illam terram eſſe Guelpham: ad defenſam erat probandum ꝙ erat Gebellina: vnde de modo probandi dubium erat. &
probatio de fama, vel quod ſic eſſe reputabatur, vt puta, non ſufficit, vt dictum eſt. De modo ergo dubitatur. Reſpõ. terram eſſe
alicuius affectionis intelligo, cùm ſic ſunt qui illam regunt: vt ff.
de condi. & demon. l. municipibus. de rebus dub. l. cum ſenatus.
Circa eos verò qui regunt & gubernant ciuitatem, ſunt modi
diuerſi. Nam quidam hoc exprimunt, cum rectores earum iurẽt
officia, ſcilicet ꝙ officium exercebunt ad ſtatum & honorem talis partis. Et quandoq; prædicta talia eorum ſtatutis continent.

a ℭ Statuentis. No. qđ dicit Bar. hic ꝙ ſtatuta in dubio debẽt intelligi de his quæ fiunt, & reſpiciũt territoriũ ſtatuentium. vide Bar. in trac. de repreſalijs. in iiij. q.j. q. prin. & Bal. in l.j. C. ne filius pro patre. Sali. in l. filius. C. eo. titu. & Bal. in l. ſi qua. ff. q ſunt ſui vel ali. iur. Tho. Diplo.



BIBLIOTECA UNIVERS…

Et probatio prædictorũ eſt clara. quandoqꝫ ciuitates in quibus
officiales ſunt permiſti,vt tot.Guelphi & tot Gebellini:& tunc
ſi quidem ſunt plures:illi,qui ſunt vnius affectionis tũc illi par-
ti cedit,de cuius affectiones plures ſunt,& plures dicuntur eſſe
regentes:vt l.ꝙ maior.ad muni.& de pac.l.ſi plures.facit de ac-
qui.rer.domi.l.quicquid.§.cùm partes.Si verò in regimine ſunt
æqualis numeri,vt eſt Tuderti:tunc dicendum eſt quod non ſit
Guelpha nec Gebellina,ſed tertia ſpecies,ſcilicet communis:vt
d.l.quicquid.§.cum partes. Quædã ſunt ciuitates & caſtra quæ
ſimpliciter reguntur abſqꝫ alicuius partialitatis nomine:tunc vi
dendũ eſt ſi in ciuitate vel prouincia ſunt partialitates, cui par-
ti adhæſit.& fauorem præſtitit dicta terra,prout dictum eſt ſ.de
priuata perſona ꝙ ſi hoc non poteſt probari : nec de hac nec de
illa affectione eſſe præſumeretur , cum poſsibile ſit, & de facto
ſunt multi homines & multæ terræ quæ nulli prædictarum affe
ctionum adhærent.qđ ſaltem clare apparet in ciuitatibus vltra-
18 montanis.†Circa quintum, ſcilicet qualiter probetur affectiões
mutaſſe,& loquor de eo quo conſtat alicuius affectionis fuiſſe,
ꝙ enim non fuit,nõ poteſt tolli vel mutari:vt ff.de iniuſto teſta.
l.nam & ſi.ver.poſt defectum & de condi.& demonſtra.l.Titio
vſusfru. in prin. Ad qđ dico ꝙ iſtæ partialitates,vt dictum eſt,
ſunt quædam affectiones ſicut & poſſeſsio conſiſtit in quadam
affectione animo poſsidendi.& à veteribus ſcriptum eſt, nemi-
nem ſibi cauſam poſſeſsionis poſſe mutare.nulla extrinſecus ac
cedente cauſa:vt ff.de acqui.poſ.l.iij.§.illud.& l.qui bona.§. qđ
vulgo.& de vſufru.l.non ſolùm.in prin.cum ſi.ita hic nemo po-
teſt mutare partialitatem & affectionem,nulla extrinſecus acce
dente cauſa.Et ꝙ ad mutationem affectionis ſeu voluntatis cau
ſa debeat ſuperuenire:probatur naturaliter.nam cùm obiectum
voluntatis ſit bonum,ſcilicet exiſtẽs.vel apparẽs : ideo quis ad-
hæret vni parti:quia illud videtur ſibi bonum. Et ſi cùm volun
tatem mutat oportet ꝙ ſit aliquid , propter qđ ab illa voluntate
recedat,& alteri adhæreat.inde moti ſunt legum latores dicen-
tes,nemo poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare.nullo extrinſe-
cus ſuperueniete.Cauſæ autem mutationis,quas cõmuniter vi-
demus , ſunt inimicitiæ ſuperuenientes cum aliquo potentiore
ſe in affectione illa, vel ſi ei obuenit hæreditas vel magnum lu-
crum ꝙ commodè habere non poteſt, niſi illam partem dimitat
vel alteri adhæreat,vel ſi noua affinitate cum aduerſa parte iun
gatur.ff.de procu.l.filiusfa.& l.ſeq.& l.affinitate. Iſta igitur ſi in
teruenïant cum partis deſertione,faciunt probationem affectio
nis mutatæ,per dicta iura.Quid autem ſi aliquis dicat ſimplici-
ter ſe mutaſſe volũtatem,& ſe velle alteri parti adhærere & hoc
iurat:an ſit credendum? Dico inſpiciẽdum qualitatem perſona-
rũ,ſecundũ qđ docet tex.de re mili.l.non oẽs.§. à barbaris. facit
qđ dicitur de Gentili qui nouiter venit ad fidẽ.xlviij.diſ.p totũ.
Explicit tractatus de Guelphis & Gebellinis ſecundùm do-
minum Bartol.à Saxoferrato.

*Incipit tractatus de regimine ciuitatis, ſecundùm Bartol. à Saxoferrato.*

QVia eſt hæc vltima pars Ty-
beris,& ſic in vrbe Romana,quę caput eſt mũdi:
ideo circa modũ regẽdi ciuitatẽ aliqua videamus.
& hęc inſpectio circa duo eſt.Primò in mõ regẽ-
di quo ad leges.& hoc vel ex iure ſcripto, vel ex non ſcripto: vt
Inſti.de re.di.§.cõſtat.qđ nõ pſequor. qa in varijs locis hoc va-
riè traditũ eſt.Scđò in mõ regendi quo ad perſonas regentiũ.&
circa hoc eſt aliqualiter examinãdũ.Primò videamus quot mo-
dis ciuitas regit̃.Scđò quis ſit melior modus,qs deterior.Tertiò
circa prędicta aliqua quotidiana dubia videamus.Bar.legũ doc.

1 Primum regimen quòd fuit in urbe Romana regibus expulſis, fuit ad populum,ꝗ Ariſtoteles nominat politicum.
Democratia dicitur regimen regentium ad ſui commodum ad oppoſitum diuitum , uel alicuius gentis.
2 Secundus modus regendi in urbe Romana fuit per ſenatores : & talis modus eſt bonus ſi tẽdit ad commune bonum: quòd Ariſtoteles appellat nomen maiorentum.
Olligarchia per Ariſtotelem dicitur regimen paucorum diuitum non tendentium ad commune bonum.
3 Tertius modus regendi fuit per unum.ſi in communem & bonum finem tendit,uocatur dominus.ſi in malum & ad proprium commodum,dicitur tyrannus.
4 Sex modi regendi habentur,tres boni,& tres mali.
5 Septimus modus regendi eſt in ciuitate Romana nũc: & dicitur regimen monſtruoſum. & nu.28.
6 Ad Iuriſtam pertinet inueſtigare quis modus regendi ſit melior.
7 Tres modi regendi boni.
8 Monarchia,id eſt,gubernatio unius regis,eſt optimus modus regendi.
9 Tria requiruntur in quolibet regente,ſ.perfecta ratio,recta intentio,& perfecta ſtabilitas.
10 Omne regimen unius non dicitur regimen regis.
11 Regi per reges an bonum ſit. & nu.12.
13 Rex à ſubditis quid exigere poſsit.
14 Id quod euenire poteſt conſyderatur quando illud:de quo agitur ad hoc naturaliter,& uериſimiliter tendit.
15 Triplex diuiſio populorum,quia quædam ciuitas magna,quædam maior,quædam maxima.
16 Ciuitas magna in primo gradu magnitudinis melius requiritur ad populum quam quod regatur per paucos diuites uel per unum ſolum.
17 Ciuitas Senarum lxxx.annis recta fuit per nobiles diuites:& tale regimen tempore regis Caroli quarti fuit expulſum per populares.
18 Regimen ad populum magis Dei quam hominum dicitur.
Carolus quartus approbauit regimem ad populum.
19 Magnates & uiliſsimi excluduntur à regimine ad populum.
20 Ciuitas maior ſecundo gradu magnitudinis melius gubernatur per paucos diuites & bonos,quam ad populum,nec per unum.
Ciuitas Venetiarum:& ciuitas Florentiæ ponũtur in numero ciuitatum maiorum & reguntur per paucos diuites.
21 Ciuitas quæ eſt conſueta regi certo modo,illo regi debet.
22 Ciuitas maxima,ſeu populus maximus,melius regitur per unum regem.
23 Regimen,quod fit per electionem,magis diuinum eſt,quam illud ꝗ fit per ſucceſsionem.
24 Periculoſum eſt habere regem alterius nationis.
Omnes Chriſtiani dicuntur fratres.
25 Imperium Romanum poſtquam fuit ab Italicis ſeparatum,ſemper decreuit.
26 Populi parui per ſe nullo modo regi poſſunt,niſi alteri ſubmittantur,uel alteri adhæreant.
27 Tyrannus eſt peſsimus omnium modorum regendi.
28 Regimen plurium malorum hominum non eſt ita malum ſicut regimen unius tyranni. & quomodo hoc intelligatur.
29 Regimen plurium malorum non diu durat,& de facili deducitur ad tyrannidẽ unius.

ET primò quot modis regitur ci
uitas,ex legibus noſtris colliguntur tres modi regendi boni , &
tres eis cõtrarij. Aliquos modos apertius declarat Ariſto.iij. Po
liticorum.& ibi eos modos ſuis nominibus nominat : nos verò
& de illis nominibus mentionem facimus,& nomina ſecundũ
præſens tẽpus congruentius inferimus. In vrbe quidem Ro-
1 mana expulſis regibus tres modi fuerunt regendi.Primus† per
populum:vt ff.de ori.iur.l.ij.§.exactis.vſqꝫ ad §.deinde qa diffi-
cilè.& iſtud regimen vocat Ariſto.policratiã ſeu pollicitũ. nos
autem vocamus regimen ad populum.et hoc qñ regimẽ tale bo
nũ eſt cũ per regentes conſideratur bonum cõmune principali
ter omnium,ſecundùm ſtatutum ſuum, ſed ſi illa multitudo re-
gentium intenderet ad ſuum commodum,& ad oppoſitionem
diuitum vel alicuius gentis:tunc eſt regimen malum,& Gręco
nomine vocat Ariſto.democratiam.nos autem appellamus po
pulũ peruerſum.& iſtos duos regẽdi modos habemus.ff.de mu
ne.& ho.l.ij.§.præſes pṷinciæ.vbi qñ honores & munera æqua
liter diuidunt̃ ſecundũ debitos gradus dicit̃ regimẽ debitũ. bo-
nũ qñ inæqualiter:qa aliqui grauant̃,aliꝗ alleuiant̃:dicitur regi
2 mẽ malũ per qđ reſpublica deſtruitur.Secũdus† regẽdi modus
in vrbe Romana fuit p ſenatores,& ſic p paucos diuites bonos
& prudẽtes:vt d.§.deinde qa difficile:& tũc ſi illi pauci tendunt
ad cõe bonũ,principatus eſt bonus.& p Ariſtotelẽ appellat̃ re-
gimẽ maiorentũ.nomen aũt magis cõe eſt quod prius dixi,ſ.pri
cipatus,vel regimen bonorũ.Et ſi illi pauci non tendunt ad bo
nũ cõmune,ſed aliqui diuites vel potentiores opprimẽtes alios
intendentes ad propriũ lucrũ:tunc regimen eſt malum.& vocat̃
per Ariſtote.Olligarchia,ꝙ idem eſt quod principatus diuitum
vel regimen malorum,quod nomen ſatis commune eſt.de quo
habemus ff.de offic.præſid.l.illicitas.§.ne potentiores. Tertius
3 regẽdi† modus eſt per vnum de quo ff.de origine iur. l. j. §. no-
uiſsimè.& iſtud ſecundùm Ariſtote.appellatur regnum.nos ve
rò,ſi iſte eſt dominus vniuerſalis.appellamus imperium:vt d.§.
nouiſsimè.ſi verò particularis aliquando appellatur regnum,
aliquando ducatus,marchia,vel comitatus : vt decima colum.
de prohibit.feud.alie.per Federicum.l.imperialem.§. prætere̾a.
ducatus vero communi nomine appellamus regimen do-
mini naturalis.& hoc ſi dictus dominus in communem & bo-
num fi



num finem tendit.Si verò tendit in malũ finem,& in proprium
cõmodũ ſecundũ Ariſt.appellatur Tyrãnus:& ſic etiã ſecundũ
leges & mores appellatur:vt de ſac.ſanc.eccle.l. decernimus.&
l.omni nouatione.& ibi no.ff.ex qui.cau.in poſ. ea.l. Fulcinius.
4 §.quid ſit latitare.Habemus † ergo ſex modos regendi,tres bo-
nos.& tres malos,& vnuſquiſqꝫ ſuis proprijs nominibus appel
latur.verũtamen omne regnũ malũ poteſt cõmuni nomine ap-
pellari tyrannis,ſ.tyrannis populi,tyrannis aliquorum,& tyran
5 nis vnius.Eſt ſeptimus modus †regiminis , ꝗ eſt in ciuitate Ro-
mana nunc peſsimus. ibi ſunt multi tyranni per diuerſas regio-
nes,adeo fortes ꝙ vnus contra alium non pręualet. Eſt enim re
gimen cõmune totius ciuitatis,adęo debile ꝙ contra nullã ipſo
rum tyrannorum põt,nec contra aliquẽ adhærentem ipſis Ty-
rannis,niſi quatenus ipſi patiuntur. quod regimen Ariſtoteles
non poſuit:& meritò.eſt enim res mõſtruoſa. quid enim ſi quis
videret vnum corpus habens vnum caput cõmune debile , &
multa alia capita communia fortiora illo,& inuicem ſibi aduer-
ſatiua? Certè monſtrũ eſſet. Appellatur ergo hoc regimen mon-
ſtruoſum.Hoc enim diuina permiſsione factũ eſt , vt oſtẽdat ꝙ
omnis gloria mundi caduca eſt . Ciuitas enim Romana caput
morum.caput politiarum ad tantam monſtruoſitatem circa ſui
regimen venit,quod verius dici poteſt ꝙ non regimen nec regi
minis formam habet.arg.ff.de ſta.ho.l.non ſunt liberi. & eſt ex-
preſſum de offic.ordi.c.quoniam in pleriſqꝫ.Barto.

SEcundò videndum eſt quis
6 ſit melior modus† regendi.Hæc inueſtigatio neceſſa-
ria eſt Iuriſtis:quoniã dñi vniuerſales dũ de reforma-
tione ciuitatis tractant,vel Iuriſtas cõſulunt,vel eis committũt,
vel cum ipſi aſsidẽt apud eos de regimine ciuitatis querela pro
ponitur.quis ſit ergo melior regẽdi modus , inueſtigandum eſt:
7 quod tractat Ariſto.iij.politicorũ.ſed clarius tractat † Aegidius
Romanus de ordine hæremitarũ ſancti Auguſt. in libro quẽ fe
cit de regimine principũ,ꝗ fuit magnus Philoſophus & ĩ Theo
logia magiſter.Itaqꝫ opinio quã ponã & eius ratiões verbis ſuis
vel Ariſtotelis non vtar.illa enim Iuriſtis,quibus loquor,nõ ſa-
perent.vtar autẽ rationibus ſuis,& ipſas per iura pbabo:poſtea
quid mihi videt,deſcribã. Dicit ergo ille Aegidius ꝙ tres ſunt
modi regendi boni,de quibus ſ.dictũ eſt.Primus eſt modus re-
gendæ multitudinis,ſeu ad populũ.hic bonus eſt ſi ad dictũ fi-
nem tendat.Secundus regẽdi modus eſt melior, ſcilicet regimẽ
8 paucorum.Tertius regendi† modus eſt optimus,ſ. Monarchia
ſiue gubernatio vnius Regis iſtud,ſ. ꝙ regimen vnius ſit opti-
a mus principatus [a] probat quatuor rationibus,ex quibus cõclu-
dit alia duo.& Primò ſic:Pax & vnio ciuiũ debet eſſe finalis in-
tentio regentis:vt ff.de offi.præſi.l.congruit.in prin.& in aut̃. de
manda.prin.§.deinde conueniens.col.iij.Sed hæc pax & vnitas
magis poteſt effici,& obſeruari,ſi regatur per vnũ quẽ per plu-
res:ergo melius eſt regi per vnũ.Hoc probat̃ ſic . In principatu
plurium non põt eſſe pax,niſi quatenus illi plures ſunt vnũ per
volũtatẽ.quod patet:quia ſi diſcordant,impeditur eorum actio
per concurſum vt l.cõſilio.§.fi.ff.de cura.furio.& de ſerui.ruſti.
prædio.l.itinere.cum ſi.& ex hoc arguitur ſic: Propter qđ vnũ-
quodqꝫ tale,& illud magis.C.de ſacroſanc.eccle.aut̃.multò ma-
gis.& ff.de iureiu.l.quanto magis.Sed regimen pluriũ eſt bonũ
propter vnitatẽ:ergo multo magis eſt melius regimẽ ipſius vni-
tatis,ꝙ̃ quod fit per vnũ.Secundò probatur: qa ex hoc ipſa ciui
tas & reſpublica redditur potentior.quod ſit probatur : Virtus
quãtò magis eſt vnita, tantò fortior eſt ꝙ̃ ſit in plures diſperſa:
vt in aut̃.de conſan.& vte.fra.§.quia igitur.col. vj. Si igitur tota
ciuilis potentia congregetur in vnũ:eſſet efficacior.& per illam
princeps ppter maiorẽ potentiã melius poterit gubernare. Ter
tiò,ars ſeu artificiũ tantò eſt melius,quãtò magis imitatur natu-
rã:vt l.ſi pater.in fi.cũ l.ſe.ff.de adop.ſed tota ciuitas eſt vna per
ſona,& vnus homo artificialis & imaginatus:vt ff.de iudi.l.pro
ponebat̃.& de fideiu.l.mortuo.ſed in homine naturali videmus
vnum caput & multa mẽbra:ergo ciuitas ſi ſic regatur : melius
regitur:qa magis imitat̃ naturã. Ad idẽ extra de offi.ordi.c. quo
niam in pleriſqꝫ.& hoc videtur determinatũ vij.q.j.c.in apibus
vbi apes,& multa quæ carent ratione,ſibi regẽ vnũ conſtituũt.
Quartò dicit ipſe hoc conſtare ex experimento:quoniã dicit ſe.
videre prouincias non exiſtentes ſub vno rege eſſe in penuria,
non gaudere pace.& moleſtari diſſentioni-
bus & guerris. Exiſtentes verò econtra,
guerras neſciũt,pace lætantur,abundantia
florent.Ex quibus cõcludit ꝙ bonũ eſt re-
gimen populi ſiue multitudinis , & qui ad
vnũ finem tendunt:ſed regimẽ paucorum
eſt melius : quia habet de vnitate. Monar-
chia verò ſeu vnius Regis regimẽ eſt opti
mum,eò quòd ibi perfectiſsimè vnitas re-
peritur.Sed contra prædicta idẽ Aegidius
facit aliquas rationes,quas ſumit ex dictis
Ariſto. & eis nitituntur reſpondere. ipſas
itaqꝫ referam probando per iura . Ad quæ
9 probanda.† Pręmitto quòd in quolibet be
ne regẽte tria requirunt̃.Primò perfecta ra
tio ad diſcernendum,vt ſciat iuſtum ab in-
iuſto,licitum ab illicito ſeparare:vt ff.de iu
ſti.& iur.l.j.Secundò,debet habere rectam
intentionẽ.Tertiò debet habere perfectam
ſtabilitatẽ.& iſta ex diffinitione iuſtitiæ:dũ
dicitur ꝙ eſt conſtans & perpetua volun-
tas ius ſuum vnicuiqꝫ tribuẽs:vt ff.de iuſti.
& iur.l.iuſtitia.Ex his tribus fiũt tria argu-
menta cõtra prædicta. Primò ſic. Quantò
ſunt plures,tantò plura vident,& in eis per
ſpicacior eſt ratio ad diſcernendum ꝙ̃ in
vno:vt C.qui teſtamen.facere poſ.l.hac cõ
ſultiſsima.in fi.ergo reſpectu melius eſt re
gi per plures.Secundò ſic. Recta intentio
regentis tunc eſt,qñ conſiderat bonum pu
publicum magis quàm proprium.C. de ca
du.tol.l.j.§.pe.ſed ſi multitudo dominatur,
poſito ꝙ intendant bonũ propriũ : nihilò-
minus tñ recedũt per hoc à cõmuni bono , ꝙ̃ ſi vnus regnaret,
& propriũ incõmodũ intẽderet:ergo melius eſt regi per plures.
Tertiò,regẽs debet habere perfectã ſtabilitatẽ , vt p aliquo non
corrũpatur:qa voluntas debet eſſe conſtãs,& perpetua vt d.l.iu
ſtitia.Sed multitudo difficilius naſcit̃ , & difficilius corrũpit̃ ꝙ̃
vnus:vt l.hac cõſultiſsima.in fi.& arg.C.de teſt.l.iuſiurandũ. er
go melius eſt regi per plures.Ad quæ reſpondens dicit ꝙ vnus
Rex,vel princeps,debet ſecũ habere multos cõſiliarios & valẽ
b tes [b] viros:& ideo videbit tanqꝫ multi,nec de leui poterit corrũ-
pi,niſi totũ cõſiliũ corrũpat̃. Sed ſi dictus Rex ſequeret̃ caput
propriũ,iam non eſſet Rex,ſed tyrannus.talẽ ergo dominari nõ
eſſet bonũ.ita dicit ipſe.Iſta dicta non puto ſimpliciter intelligẽ
da:ideo more Iuriſtarũ loquẽdo p prædictorũ declaratione præ
10 mitto† ꝙ non oẽs regimen ipſius vnius dicit̃ regimen regis . Nã
quandoqꝫ eſt vnus qui regit,& tantũ iſte eſt iudex , vt præſides
prouinciarũ & proconſules,vt titulis de offi.pręſi.& de offi.pro
conſ.& lega.ſunt Poteſtates & rectores ciuitatũ:vt C.de ſen.ex
breuic.re.l.fi.& ibi not.& C.de defen.ciui.& in aut̃.eo.per totũ.
Iſti enim habent iudicare ſecundũ leges, & tenent ſtatũ regiũ,ſ.
cõpetentẽ miniſtris:nec ad eos competunt regalia,ſed ad ciuita
tes quas regunt,vel ad aliũ ſuperiorem,vel fiſcũ:vt C.de modo
mul.l.mulctarum.& C.vbi cauſæ fi.l.j.& ff.de iur.fiſci.l.j.& per
iſtos iudices Deus rexit populũ Iudeorũ per multa tempora,vt
habemus per totum librum Iudicum. Quandoqꝫ vnus regit ci-
uitatẽ vel prouinciam,qui facit leges prout vult,& omnia ad eũ
11 pertinent:& iſtud dicitur regimen regis.Quod† autem ſit iſtius
regni ius,videamus:vt ſic cognoſcamus an ſit bonum regi per
reges.de hoc ſic ait dominus per Samuelem prophetã j. Regũ.
viij.c.Hic erit ius regis,qui imperaturus eſt vobis:filios veſtros
tollet,& ponet in curribus ſuis,faciet ſibi equites & præcurſo-
res quadrigarũ ſuarum,& conſtituet ſibi tribunos & centurio-
nes & aratores agrorum ſuorum & meſſores ſegetum & fabros
armorum & curuum ſuorũ:filiasque veſtras faciet ſibi vnguen
tarias,& focarias.& panificas:agros quoqꝫ veſtros & vineas &
oliueta optima tollet,& dabit ſeruis ſuis:ſed & ſegetes veſtras,
& vinearum reditus decimabit,vt det eunuchis & famulis ſuis:
ſeruos etiã veſtros.& ancillas,& iuuenes optimos & laſciuos au
fert & ponit in opere ſuo greges quoque veſtros addecimabit.
vos quoque eritis ei ſerui,&c.Ecce verba Dei ſecundũ hoc vi-

a Optimus principatus.Vide Bal.in aut̃. hoc ampli[9].in ij.col. C.de fideic.in ver.itẽ quia dignitas. & i l. ij.§. nouiſsimè. ff. de orig.iur. vbi dicit ꝙ imperator debet eſſe vnicus. & ꝙ nimia multitudo generans confuſionem fuit cã imperatoris creandi. & ibi vide Alber.de Ro.& in proœ.dige. in §. diſcipuli. in iij. colũ.vbi alle. plures authoritates.& vide Io.Pariſi in ſuo li.de põtãte populi & imperiali.in c.ij. & dãtem in ſuo libello p monarchia . & dicit dñs p Ezechielẽ xxxvij. c. ſeruus meus Dauid rex erit ſuper eos,& paſtor erit vnus oĩm illorũ.Tho.

b Cõſiliarios & valẽtes.Not. ꝙ dt Bar. hic ꝙ prĩceps debet hr̃e multos conſiliarios ſapientes,ſequit̃ Mar.lau.ĩ ſuo tra.de principib[9].in §.cliiij. vbi dt ꝙ hoc pfectẽ obſeruat princeps ſapiẽtiſsimus illuſtriſ. Dux Mediolani , ꝗ habet in cõſilio ſuo prudentiſsimos doctores , & viros expertiſsimos. Tho.

detur peſsimũ regi per reges:quia tot mala inſerunt ſubditis. &
qđ peius eſt,eo redigunt in ſeruitutẽ,quæ morti ſimilis eſt: vt l.
ſeruitutis.ff.de reg.iur.Sed per ſanctos doctores exponuntur di
cta verba,ꝙ non debent intelligi omnia prædicta eſſe licita regi
ſed ſolùm ea quæ ſuprà ponuntur.vt graua tunc ea fecit rex cũ
cœpit eſſe Tyrannus,quod de facili fit: & ſic quia eis futurum
erat;ideo ſic prædixit prædicta verba,cum dicit:hoc erit ius Re
gis qui imperaturus eſt vobis quaſi dicat,hoc non liceat omni
regi,ſed illi qui imperaturus eſt vobis,hoc ius ſibi vſurpabit.di-
ſplicebat enim domino ꝙ regem fecerat:vt eodem c. dicitur. Et
hoc eſſe verum apparet ex eo quod legitur.Deuteronomi.xvij.
c.vbi quid bonus & rectus rex facere debet euidenter docetur.
Ait enim dominus de rege futuro hæc verba ſunt,videlicet.
Cumq; fuerit conſtitutus,non multiplicabit ſibi equos:nec re-
ducet populum in Aegyptum equitatus numero ſubleuatus,
præſertim cùm Dominus præceperit vobis vt nequaquàm am
plius per eandẽ viam reuertamini:nõ habebit vxores plurimas
quæ illiciant animum eius:neque auri & argenti immenſa põ-
derata.poſtquã autẽ ſederit in ſolio regni ſui,deſcribet ſibi Deu
tero.huius in volumine accipiens exempla à ſacerdotibus Le-
uitibus, & habebit ſecum,legétq; illud omnibus diebus vitæ
ſuæ,vt diſcat timere dominũ Deum ſuum,& cuſtodire verba,
& ceremonias eius quæ leges præceptæ ſunt:nec eleuentur cor
eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos,neque declinet in partem
dextram,vel ſiniſtrã,& longo tempore reget ipſe, & filius eius
ſuper Iſrael. hæc ſunt verba Dei quæ aliqualiter excutiamus.
Ait enim.Cùm fuerit conſtitutus.ex hoc innuitur quod debet
quis ab alio Rex conſtitui:non ipſe ſua authoritate ſibi regnum
aſſumere:tunc enim non eſſet rex,ſed tyrannus,vt j.dicetur de-
inde ait,non multiplicabit ſibi equos.quaſi diceret, aufugiat põ
pam,ſeu vanam gloriam Vnde nõ multiplicabit ſibi equos. eſt
enim multiplicare,vltra quam expediat ſibi habere:nec reducet
populum in Aegyptum &c.Hæc verba poſſunt intelligi ad li-
teram vt iacẽt,quod nunquã ire debebit Rex Iudæorum ad oc
cupãdum terram Aegypti. Poteſt etiam intelligi allegoricè,
quaſi dicat non reducat rex populum in ſeruitutem.quæ ſerui-
tus ſignificatur per Aegyptũ vbi populus in captiuitate teneba
tur.Prohibet ergo per hæc verba populũ grauare oneribus per
ſonalibus,quæ quaſi ſunt ſpecies ſeruitutis. Non habebit vxo-
res plurimas.Suprà prohibuit vanam gloriam: hic prohibet in
rege luxuriam.illa enim ſeparat animã regis à verò iudicio,non
ſolùm erga homines,ſed & erga Deum:vt accidit in Salomone
qui effectus eſt idolatra,vt legitur iij.Reg.c.xj. Neq; argenti &
auri immenſa pondera.Hic prohibet auaritiam.ſicut enim pro-
pter pompam nimis expenditur:& propter hoc populus aggra
uatur:ita propter auaritiam nimis à populo extorquetur.Poſtq̃
autem ſ.prohibuit aliqua fieri:hic aliqua fieri mãdat. Deſcribet
ſibi Deuteronomium legis huius,ſecundũ Iſidor. interpretatur
ſecunda lex,& figura Euangelicæ legis.Debet ergo rex eſſe fi-
delis & catholicus,& hoc præcipit lex.C.de epiſ.aud.autẽ.ſtatui
mus.Accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus.per il
los ſacerdotes figuratẽ ſancta mater eccleſia, à qua exẽplar Chri
ſtianæ legis omnis rex debet aſſumere.Nec eleuetur cor eius in
ſuperbiã.hic redit vt aliqua alia prohibeat. ſ.ſuperbiam cordis,
quæ omnium vitiorum eſt radix,Super fratres ſuos.Apparet er
go ꝙ ſubditi non ſunt ſerui regis,ſed fratres:& ſic ꝙ in precedẽ
ti authoritate dictum eſt,non de vero rege,ſed tyrãno intellexit.
Nec declinet in partem dextram:vel ſiniſtrã.quaſi dicat: rectũ
ſit iudiciũ,non amore vel odio.quaſi dicat,ſit iuſtus.debet ergo
11 bonus rex eſſe fidelis:†Chriſtianus,iuſtus,non pompoſus nec
ſubditorum grauator,non luxurioſus:nõ auarus, nec ſuperbus.
Alia autem debet facere rex quæ ponuntur xxiij. q. v. c.regum
eſt.& c.rex debet.Sed ea quæ ibi ponunẽ ad prædicta adaptanẽ
ſed licet ibi ponaẽ quid rex facere debeat,& qualis in ſe debeat
12 eſſe:nõ tamen ibi poniẽ quid† à ſubditis poſsit exigere. Rñdet,
expenſas maieſtati regiæ cõgruentes facere debeat.ſed hoc ha-
bemus expreſſum x.col.quæ ſint regal.c.j.vbi dicitur ꝙ ad regẽ
pertinet omnia tributa,vectigalia & cenſus publici quæ ibi ſpe
cialiter nominantur.& ꝙ ad regem etiam pertinet ex cã neceſſa
ria ponere collectas:vt ibi dicitur,& etiam iure Digeſtorũ pro-
batur quod reges habeant omnem poteſtatem:vt ff.de orig.iur.
13 l.ij.§.in innitio.Viſo ergo quod ſit ius regis redeamus† ad quæ-
ſtionem an expediat ciuitati vel populo regi per regẽ,prout bo
nus eſt habens dictas conditiones:optimum regimen eſt regnũ
regis per rationes ſuprà factas. Et ita intelligo dictũ Ariſto.&
Aegidij.Si verò conſideramus illud quod euenire poteſt: quia
rex quandoq; vertitur in tyrannum ipſe vel deſcendentes ab eo
14 tunc dico ꝙ†cõſiderare debemus ꝙ euenire poteſt,qñ illud,de
quo agitur,ad hoc naturaliter:& veriſimiliter tendit:vt ff.locati.
l.ſi quis domum.§.j.de dam.infect.l.ſi quis bona.§.cũ inter aliàs
non debet conſiderari:quia caſum aduerſámq; fortunã,&c.vt l.
15 inter ſtipulantẽ.§.ſacram.ff.de verb.oblig. Hoc premiſſo†facio
triplicem diuiſionem ciuitatum ſeu populorum.nã aliqua eſt ci
uitas ſeu gens magna in primo gradu magnitudinis.Quædã eſt
ciuitas ſeu gens maior: & ſic in ſecundo gradu magnitudinis.
Quædã eſt ciuitas ſeu gẽs maxima,& ſic in tertio gradu magni
16 tudinis.Si loquamur†de gente ſeu populo magno in primo gra
du:tunc dico ꝙ non expedit illi regi per regem.Primò hoc pro-
batur per tex.quia cũ ciuitas Romana erat in primo gradu ma-
gnitudinis,expulit reges qui conuerſi erant in tyrannidem: de
ori.iur.§.exactis.& §.in initio.& hoc probatur per rationem.de
natura regum eſt eſſe magnificos in faciendo magnas expen-
ſas vt in autẽ.de immen.do.& per Ariſtote.in lib.Ethicorum.ſed
reditus regales vnius populi magni,in primo gradu magnitudi
nis nõ ſufficerent ad expenſas regales:ideo oportet ꝙ extorque-
rent à ſubditis,& efficerentur tyranni.Status ergo talis regis ve
riſimiliter tendit ad tyrannidem:ergo non eſt bonum regimen,
inſpecto eo quòd veriſimiliter euenire poteſt. Et hæc eſt ratio
quare Deo diſplicuit quod populus regem petijt. primò Regũ
viij.ca.nec expedit tali populo per paucos, vt per diuites ciui.
nam contingit in his ciuitatem eſſe diuites, in paruo numero,
contingit alterum de duobus:quia aut multitudo populi de illo
rum paucorum regimine indignabitur quãtuncunque bene re-
gat vt fuit in ciuitate Senarum.Fuit enim annis ferre lxxx. qui
dam ordo hominum diuitum regentium ciuitatem bene & pru
denter:tamen quia populi multitudo indignabatur, oportebat
eos præſtare cum magna fortia militari.Qui ordo depoſitus eſt
in aduentu Caroli iiij. illuſtriſsimi. Romanorum Imperatoris
tunc regnantis.Ipſius principis factum comprobat quòd talis
regendi modus in talibus ciuitatibus non eſt bonus. Aliud
inconueniens poteſt ſequi: quia illa pauca, vt naturaliter eue-
nit,poterunt inter ſe diuidi: ex quo in ciuitatibus concurrunt
rumores,ſeditiones, incendia, & ciuilia prælia, vt ſæpe vide-
mus in ciuitate.Piſarum: expedit autem huic populo qui eſt
in primo gradu magnitudinis regi per multitudinem, quod vo
catur regimen ad populum:ff.de ori.iur.lege, ſecũda.§. exactis.
vſque ad §.quia difficilè.& quod iſtud regimen ſit bonum, ap-
paret:quia illo tempore multum vrbs Romana augmentata eſt:
vt patet ea l.§.ſeq.& ſeq.hoc etiam apparet ex dicta authoritate
17 lib.Regum. videtur enim † magis regimen Dei quam homi-
num.hoc etiam experimur in ciuitate Peruſina, quæ iſto iure
reperitur in pace,& vnitate creſcit, floret, regentes eam ſecun-
dum vices ſuas à nullo ſe cuſtodiunt, ſed ipſi cuſtodiuntur ab
hominibus:& ſæpe viſum eſt per conſilium hominum commu-
nium deliberari. quædam quæ à ſapientibus, & prudentibus
malefacta viſa ſunt: euentus verò manifeſtauit eſſe prudentiſ-
18 ſima facta.hoc†ideo eſt:quia magis Dei quã hominum regimẽ
eſt hunc regendi modum dictus illuſtriſsimus Imperator, cum
apud eum eſſem maximè commendauit. Iſtud itaque regimen
appellamus regimen ad populum, ſeu regimen multitudinis,
vt dictum eſt. Iſtud autem regimen eſt ſic dictũ,quando iuriſdi
ctio eſt apud populum,ſeu multitudinem, nõ autem quod to-
ta multitudo ſimul aucta regat, ſed regimẽ aliquibus per tem-
pus committit ſecundùm vices,& ſecundùm circulum: vt §.ex-
19 actis,& in corpo.de defen.ciuita.§.interim. Quod aũt† dico
per multitudicẽ,intelligo exceptis viliſsimis:vt C.de digni.l.ne
quis.lib.xij. Itẽ ab iſto regimine poſſunt excludi aliqui magna-
tes:qui ſunt ita potentes ꝙ alios oppimerent:vt ff. de offi. præſi.
l.illiciti.§.ne potentiores.& ita obſeruari videmus. Sed in di-
ctis ciuitatibus ſi honores,& munera ſecundùm gradus debito-
ris diſtribuuntur,bonum eſt regimen:& ad ſuperiorem ſpectat
reformatio:vt ff.de mune.& hono.l.iij.§.præſes prouinciæ. Se-
20 cundò eſt† videndum de gente ſeu populo maiori, & in ſe-
cundo gradu Magnitudinis: tunc iſtis non expedit Regi
per vnum



per vnum regem,per rationes ſuprà dictas:nec expedit regi per
multitudinẽ.eſſet enim valde difficilè, & periculoſum tantam
multitudinem cõgregari. Sed iſtis expedit regi per paucos,hoc
eſt per diuites, & bonos homines illius ciuitatis. Ita probatur
expreſsè ff.de ori.iur.l.ij.§.deinde quia difficilè. vbi aucta ciui-
tate Romana facti ſunt ſenatores,eiſq; data eſt omnis poteſtas.
a Sic enim regitur ciuitas Venetiarum, [a] ſic ciuitas Florentiæ.
Has enim pono in numero ciuitatum maiorum.In his enim ceſ
ſant ſuſpiciones prædictæ.Nam licet dicantur regi per paucos:
dico quòd pauci ſunt reſpectu multitudinis ciuitatum,ſed ſunt
multi reſpectu ad aliam ciuitatem:& ideo quia ſunt multi per il
los regi multitudo non dedignatur. Item quia multi ſunt, non
poſſunt de facili inter ſe diuidi:quin multi remaneãt medij, qui
ſtatutum ciuitatis ſuſtentant.& de iſto modo regendi per pau-
cos,quando ciuitas augmentanda eſt in ſecundo gradu multi-
tudinis.ponit gloſſ.in dicto §.interim.in autẽ.de defen.ciuitatis.
21 Prædicta† vera,niſi de antiquo regendi modo ciuitatis aliud ap
pareat. Poteſt enim eſſe quod vna gens vel populus ita aſſue-
facti ſunt certo modo regendi, ꝙ eis quaſi in naturam conuer-
ſum eſt,& aliter viuere neſcirent:tunc antiquus modus regimi-
nis ſeruandus eſt:vt ff.de mune.& hono.l.j.§.j.& l.iij.§.preſes.&
22 l. honor.§. de honoribus. †Tertiò videndum eſt de gente vel
populo,maximè qui eſt in tertio gradu magnitudinis. hoc autẽ
fieri poſſet contingere in ciuitate vna per ſe, ſed ſi eſſet ciuitas
quæ multum alijs ciuitatibus & prouincijs dominaretur huic
genti bonum eſt regi per vnum.Hoc probatur ff. de origine iu.
l.iij.§.nouiſsimo.vbi aucto multum imperio Romano,& captis
multis prouincijs deuentum fuit ad vnum,ſ.ad principem.Hoc
etiam probant omnes rationes ſ.factæ per dictum fratrem Ae-
gidium,hic ceſſant rationes factæ in oppoſitum. In tanta enim
multitudine de neceſsitate ſunt multi boni, per quos oportebit
ſe regem conſulere, & in iuſtitiæ via ſe ponere: & ſic de facto
communiter videmus quòd tanto melius gens vel populus re-
getur,quãto ſub maiori rege regitur.Et de hoc habemus autho
ritatem ſanctæ ſcripturæ,vt Deutero. xvij.c.vbi dominus ſic
ait:Cumq; ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus dabit
tibi,& poſſederis eam,habitauerisq; in illa,& dixeris, conſtituã
ſuper me regem,ſicut habent omnes per circuitum nationes:eũ
cõſtitues quẽ dominus Deus tuus elegerit,de numero fratrum
tuorũ:nõ poteris alterius gentis hominẽ regem facere, qui non
ſit frater tuus:verba domini ſunt.Ex eo qđ dicit,cum ingreſſus
fueris,& poſſederis,& habitaueris &c. Innuit quòd parua gens
habitura eſt regem.Sed magna quæ eſt in magno ſtatu, & mul-
tis dominaẽ:ſicut dictum eſt ſupra.Ex eo quod dicit Deus tuus
elegerit,ſcilicet ꝙ omnis rex aut mediatè aut immediatè à Deo
eligitur,vel ab electoribus inſpiciente Deo. Cor enim eligen-
tium in manu Dei eſt, vbi voluerit inclinabit illud, vt dicitur
23 de rege.C.de ſumma tri.epiſtola.inter claras. †Et ex hoc nota
ꝙ regimen,quod eſt per electionem,eſt magis diuinum,quã il-
lud,qđ eſt per ſucceſsionem.Ideo in rebus eccleſiaſticis ſucceſ
ſio omnino deteſtatur. extra de fil.preſby.c. ex tranſmiſſa. & c.
ad extirpandas.& ideo electio Principis,qui eſt rex vniuerſalis,
fit per electionem prælatorum & principum, non autem vadit
per ſucceſsionẽ:vt extra de elec.c.venerabilem.& de re iudic.c.
ad apoſtolicæ.libro vj.Hoc enim imperium Deus de cœlo con
ſtituit:vt in autẽ.quomodo opor.epiſcopos.in prin.& de iſtis ca-
uetur in fi.§.fi.Reges verò particulares ſunt magis ex conſtitu-
24 tione†hominum:vt ff.de iuſt.& iur.l.ex hoc.Et ideo ex his per-
mittitur ꝙ vadat per ſucceſsio. & ita debet intelligi quod dicit
Aegidius in d.lib.de regimi.prin.Et determinat ꝙ melius eſt re
gimen ire per ſucceſsionem.debet enim tranſmitti,ſicut cætera
omnia bona.& de vniuerſali ſecus: qa eſſet cõtra authoritatem
diuinam,& contra canones.Ex eo verò quod dicit de numero
fratrum tuorũ,nota ꝙ periculoſum eſt habere regẽ alterius na-
tionis.Sed dices:ergo qũo per eccleſiam trãslatũ eſt Imperium
Romanorũ in Germanos,id eſt,Theutonicos,vt extra,de elec.
ca venerabilem?Reſpon.oẽs Chriſtiani dicunẽ fratres noſtri:&
ſic nõ eſt ventum contra dictã authoritatẽ.In hominẽ verò Sar
racenũ,paganũ:vel infidelẽ non poſſet transferri.& ideo ſequiẽ:
nec poteris alterius gentis regem habere.Et propter hoc neceſ-
ſaria eſt examinatio eius,qui coronandus eſt Imperator.Vel ex
pone illa verba ſecundũ Aug.vt ibidem dicit glo.non poteris,i.
non debebis per regem: cùm alterius gẽtis a
regnũ non ita fideliter cõſeruatur. Et ideo
25 Imperiũ†Romanorũ poſtquã fuit ab Itali
cis ſeparatũ, ſemper decreuit in oculis no-
ſtris,hoc tamen abſq; Dei iudicio occulto
26 factũ non eſt.De populis autẽ†paruis non
dico.Illi enim vel alteri ciuitati ſubſunt,vt
ff.ad muni.vel alteri ciuitati vel regi cõfœ-
derantur aliquo fœdere, ita ꝙ alterius ma-
ieſtatẽ veneranẽ:vt ff.de cap.l. non dubito
videmus in ciuitatibus & caſtris quæ ſub
protectione ciuitatis huius Peruſinæ ſunt.
Sicut enim corpus humanũ debile & par-
uum non põt per ſe regi ſine auxilio tuto-
ris & curatoris: ita iſti populi parui per ſe
nullo modo regi poſſunt:niſi alteri ſubmit
tanẽ vel alteri adhæreãt.& hoc de tribus re
27 gendi modis,q boni ſunt. †Quæro de ma
lis modis regendi quiſq; ſit deterior in hoc
omnes Philoſophi dicunt ꝙ tyrannus eſt
peſsimus principatus:tenet enim vltimum
gradũ malitiæ. Item prædictus Aegydius
in d.lib.dicit enim ꝙ,vt dictũ eſt, regimen
ideo dicitur bonũ,qa per illud maximè tẽ-
ditur ad bonũ cõe. Sed per Tyrannũ ma-
ximè ab intentione cõis boni recediẽ vnde
Tyrannus eſt peſsimus principatus. vnde
ſi dominenẽ plures,qa diuites,vel boni cre
dunẽ,vel ſi domineẽ multitudo,cũq; illi re-
110 Teſtis, qui uariat, an probet, & ſi dicit primò quòd non recordatur, poſtea ſic, ſtatur ſecundo dicto.
Dicto teſtis facto in iudicio ſtatur, licet contrarium extra iudicium dixerit.
111 Si dixit ſic, imò ſic, ſtatur ſecundo.
Teſtis ſi dixit hodie neſcio, poteſt cras dicere ſcio, & ſtatur ſecundo, ſi dicat antequam ſit locutus cum parte.
112 Teſtis deponens ambiguè quando poterit interpretari pro quo depoſuerit.
113 Teſtes magis idonei requiruntur in criminalibus, quàm in ciuilibus.
Iuramentũ in ſupplementũ probationis non defertur in cauſa criminali ciuiliter mota.
114 Teſtes in cauſa criminali torquentur, & quid in ciuili.
115 Teſtis quando uacillat, notarius ſcribit uacillationem de mandato iudicis: idem ſi trepidat, uel mutat colorem in facie.
116 Teſtis deponens de uiſu, poteſt reprobari ratione naturali.
117 Teſtis deponens ſuper inquiſitione, ſi dicit occidentem cognouiſſe, ſed nõ occiſum, non probat.
118 Teſtis deponens ſuper inceſtu, ſi deponit coniunctionem carnalem, & non conſanguinitatem, an probet.
119 Teſtes, quorum unus deponit de ueritate, alius de fama, probant.
120 Publicatio teſtium qualiter fiat, & in ſcriptis redigatur.
Publicatio teſtium non poteſt peti ab eo, qui eos non produxit.
121 Publicatio teſtium ſi omittatur, iudicium tamen ualet.
122 Publicatione facta poteſt contra teſtes conſenſu partium opponi.
123 Publicatis teſtibus quibus caſibus poſt didicita teſtificata poſsint teſtes produci, ponuntur xix. caſus.
124 Teſtes poſt didicita teſtificata non poſſunt ſuper eiſdem articulis examinari, ſuper alijs ſic.
125 Teſtes ſi rectè culpa iudicis non fuerunt examinati, publicato proceſſu poterunt iteratò examinari.
126 Teſtes, etiam de uoluntate partium, non admittuntur poſt didicita teſtificata.
127 Teſtes examinantur poſt didicita teſtificata, quando primi dixerunt nil ſcire, uel non recordari.
128 Teſtes publicato proceſſu poſſunt admitti ad probandam exceptionem, ſi terminus ſtatutus ad probandum non ſit lapſus.
129 Teſtes ut probent, neceſſariò concludere debent, & aſsignare rationẽ dicti concludẽtẽ.
130 Teſtis debet reddere rationẽ per eum ſenſum, de quo percipitur id, de quo teſtificatur.
131 Senſus uiſus quomodo pro omni ſenſu corporeo accipiatur.
132 Viſus propriè & ſtrictè eſt actus uidentis oculo corporali & intellectuali.
133 Poſſeſsio probatur per uiſum.
134 Teſtis ſi deponit aliquem dominum, quia uidit, non probat.
135 Teſtis deponens ſuper his quæ percipiuntur iudicio intellectus non probat, niſi reddat rationem dicti.
136 Ratio teſtis bona facit dictum bonũ, & mala malum, & dictum adaptatur ei, ad quod ratio.
137 Teſtis debet à iudice interrogari de cauſa ſcientiæ, & ſi non interrogat præſumitur in eo malitia.
De circunſtantijs non poteſt interrogari.
138 Teſtis ſemel reddens cauſam dicti, non debet ulterius interrogari, ſed de circunſtantijs ſic, ad ueritatem inueſtigandam.
139 Teſtis ſi non reſpondet in cauſa ſcientiæ ſtante ſtatuto, quòd de cauſa ſcientiæ interrogari



debeat: aliàs non ualeat depoſitio, quod non probat.
140 Teſtis aſsignans ineptè rationem dicti non probat, etiam ſtante ſtatuto ꝙ teſtibus credatur, licet non reddant bonam rationem.
141 Teſtis non reſpondens de cauſa, quia non fuit interrogatus, probat.
142 Teſtis ſi in reddendo cauſam rationis dicat ſic: quia ſic reperio in meo memoriali, quod de hoc feci, probat.
143 Teſtis dicens, quia præſens fui, probat uiſum & auditum.
144 Teſtis deponens per uerbum credo, in ijs quæ ſunt de peritia artis, an probet.
145 Teſtis deponens per uerbum, neſcio, non debet ulterius interrogari.
146 Ratio in teſte ſuper filiatione, emãcipatione, uel cõmuni opinione, qualis eſſe debeat.
147 Teſtes deponentes ſuper dominio debent de facto, & non de iure deponere.
148 Teſtis ſi dicit, uidi quem ſanum: an probet, ſi dicit, uidi publicum inſtrumentum.
149 Teſtis ſi dicit quòd uidit furari cappam Martini probat furtum.
150 Si dicit quòd loquebatur, probat.
151 Si dicit quòd talis dixit uerba diſplicibilia, probat, & inductus ad probandam defenſionem probat, ſi dicit quòd uidit.
152 Teſtis deponens de cauſa uiſus idonea, licet loquatur groſſo modo, probat etiã auditũ.
Senſus exteriores ſunt quinque, & qui interiores.
153 Bal. cum intellectu uolauit ad ea quæ non poſſunt intelligi, nec probari, niſi per ſummos uiros.
154 Verbum principale libelli dicitur ſubſtantia libelli.
155 Adiectiua libelli ſunt, conditio, modus, demonſtratio, qualitas, locus, tempus, quantitas, & ſimilia.
156 Si ago quòd promiſiſti purè: & probatio eſt quòd ſub conditione, an dicatur probata intentio.
157 Si ago quod mutuaui ſub conditione, & probo quòd mutuaui purè, non probatur contractus.
158 Teſtes deponentes circa demonſtrationem quomodo debeant concludere.
159 Si accuſo Petrum & Seium, ꝙ intulerunt in Petrum duo uulnera, ex quibus mortuus eſt, non probo de Seio, ſed de Titio, quòd Titius condemnetur.
160 Teſtis reprobatorius ſi interrogatus non reddit cauſam, non probat ita perfectè, ſicut ille qui reddit bonam.
161 Teſtes quando ſunt contrarij, illi qui præualent reddunt meliorem cauſam.
162 Notarius & teſtes tenentur ad intereſſe partis, etiam ratione erroris.
163 Teſtis deponens de auditu, regulariter non probat. & ibi quando, remiſsiuè.
164 Teſtis qui dicit credere, uel ſic ſibi uideri, nõ probat, & quid ſi dicit, ſic mihi uidetur.
165 Teſtis interrogatus de diffinitione rei, debet reſpondere.
Diffinitiones, quæ ſunt iuris, pertinent ad doctores.
166 Teſtis dicens ꝙ uidit Titium tenere & poſsidere, probat: licet interrogatus quid ſit poſſeſsio, reſpondeat neſcio.
Teſtis poteſt interrogari, quomodo intelligat uerba iuris, & tenetur ſcire iura.
167 Ius pro facti qualitate interdum interponitur.
168 Teſtis debet habere notitiam ſenſus, non impreſsionem intellectus.
169 Teſtes contrarij concordantur in numero pari, & ad euitandam pœnam.
170 Atteſtationes quæ ſunt interpretandæ in meliorem partem.
171 Teſtis, quia uicinus, probat quem bonum & malum.
Teſtis qui dicit, ſcio quia ſcio: an probet.
172 Teſtis interrogatus de fama, licet dicat uera in capitulo contenta, nõ probat, niſi dicat cauſam, & à quibus habuit ortum, etiam non interrogatus.
173 Famam non probat teſtis, qui dicit, publicè dicitur.
174 Teſtis interrogatus de ueritate, ſi dicit ſe nihil ſcire, intelligitur de ueritate, nõ fama.
175 Famam probat teſtis non ſolùm de his, de quibus rationem reddit, ſed etiam eorum, de quibus non reddit.
176 Teſti in infamia alicuius non creditur, niſi reddat rationem: & quando ſufficiat deponere in genere.
177 Teſtis deponens de fama in cauſa appellationis, debet probare per id, quod incidit ante litem motam.
178 Credulitas in teſte non excuſat à calumnia in iudicio.
179 Ruſticus deponens ſuper poſſeſsione, ſi dixit quia uidit quod poſſedit tanto tempore, probat.
180 Teſtis, qui dicit Titium poſſediſſe decem annis, & non dicit, de quibus ſingulariter, nõ probat.
Et ſi dicit poſſedit decem annis, & plus, nihil operatur.
181 Teſtis dicens Titium poſſediſſe per annum patiente Seio, non probat.
182 Teſtis inductus ad probandum mutuum, ut probet quomodo deponat.
183 Si ex teſtibus unus deponit de quinq;, alius de decẽ nõ probatur contractus in quinq;.
Decimæ receptio, & iuriſdictionis exercitiũ, probatur per teſtes ſingulares.
184 Teſtibus diſcordantibus de ualore, ſeu æſtimatione rei, quibus ſtetur, & quomodo magis duobus affirmantibus, quam mille negantibus credatur.
185 Teſtis examinatus in palatio poteſtatis, dixit contractum celebratum in palatio epiſcopi: ſuper alio articulo dixit in hoc palatio, ſaluatur eius dictũ ad pœnã euitandam.
186 Si unus teſtis dicit de ſe, & ſocio, & ſimiliter alter, an probãt: & dicãtur ſingulares.
187 Simul dicitur fieri, quando ordo, uel narratio facti non permittit aliquid ſimul fieri, ſed ſucceſsiuè.
Adulterium probatur per teſtes, qui uiderunt adulterãtẽ per rimulã, unus poſt alium.
Vſurarium aliquem eſſe probatur per teſtes ſingulares.
188 Aliquem eſſe cæcum. ciuitatem habere ciues. Aliquem eſſe filium filij. Aliquos eſſe fratres ſtipulationum.
Aliquem ſe exercuiſſe iuriſdictionem. Cæcus ſuper iuriſdictione.
Aliquem contractum factum à muto, quomodo & qualiter probetur.
189 Intereſſe ſingulare qualiter probetur per teſtes.
Si unus teſtis deponit de decem, alter de quindecim an ſint contrarij.
190 Teſtis ſuper identitate rei remiſsiuè. Item.
Teſtis qualiter deponat, ut imponat fidem inſtrumento, quod legi non poteſt.
191 Arbitrio iudicis committitur an ſit fides teſtibus adhibenda.
192 Neceſſaria ad fidem teſtis, & ut periurus puniatur.
193 Teſti pro una parte deponenti ſi interrogatus pro alia noluit reſpondere non creditur.
194 Teſtibus ſimul examinatis licet probent, tamen non creditur.
195 Teſtes deponentes per eundem præmeditatumq; ſermonẽ, dicuntur ſubornati.
Arbitrarium eſt iudici eis credere.
196 Teſtis, qui dicit teſtamentum falſum, ſed tenore non recordatur, non impedit aditionẽ ex teſtamento.
197 Teſtis qui dicit notarium erraſſe, puta non audiuit hæc uerba, probat errorem, ſed nõ qualiter.
198 Teſtis ſemel inductus, ſi ſuper eodem ſecundo inducatur, & dicat non recordari qualiter depoſuerit. & aliter deponat, an probet.
199 Teſti non plenè factum narranti non creditur.
200 Teſti plus perito creditur, etiam ſi negatiuè loquatur.
201 Teſtis deponens ſuper eo, quod eſt remotum à natura contractus, non probat.
202 Teſtis qui accepit pecuniam ad deponendum in præiudicium eius, à quo accepit pecuniam.
203 Teſtis recipiens pecuniam, ut dicat teſtimonium uerum, punitur de falſo.
Dans pecuniam teſti ut uerum teſtimonium dicat, punitur.
204 Teſtes non pereunt inſtantia perempta.
205 Teſtium dicta an faciant fidem in alia inſtantia, an contra ipſos met teſtes.
206 Teſtes recepti ad excipiendum quando faciant fidem ad agendum.
207 Teſtis deponens ſuper alio quam fuerit inductus, an probet.
208 Teſtes non rectè examinati probant in longinquis partibus.
209 Teſtis non tenetur recordari de tempore.
Nec uitiatur dictum, ſi non deponit de loco & menſe.
Tenetur habere notitiam diei, quando eſt de ſubſtantia.
Melius debet recordari de loco, quam de tempore.
In criminali non tenetur de die deponere.
210 Teſtis ſi non recordatur de tempore, ualet teſtimonium eius in interdicto.
Et ſi errant in tempore probatur ſpoliatio.
211 Negatiua qualiter poſsit per teſtes probari.
212 Teſtis examinatus qui non debuit examinari quod non faciat iudicium, & quando & qualequale præiudicium.
213 Teſtes ſingulares non probant contractum uſuarium, nec certum crimen hæreſis.
214 Teſtes dicuntur ſingulares in actu diſtinctiuo.
Teſtes dicuntur uarij & ſingulares quando unus de una, alius de alia probat.
215 Teſtibus contrarijs, & inter ſe repugnantibus abſolutè, & ſimpliciter non adhibetur fides.
216 Teſtes adinuicem repugnantes non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quia unus de maiori, alter de minori, ſtatur minori.
Teſtis qui uarius, qui contrarius: & qui uacillans.
217 Teſtis ſibijpſi contrarius per dolum, punitur.
218 Teſtis, qui habet conſimilem cauſam eſt ſuſpectus.
219 Iudex non tenetur facere ſcribi in actis quare non adhibet fidem teſtibus.
220 Acta iudicij ualent, licet in eis non ſint ſcripta nomina teſtium.
221 Actus celebratus coram populo uel populum repræſentante, non requirit præſentiam teſtium.
222 Si ex teſtibus aliqui dicunt filium in maiori quantitate inſtitutum, filiam in minori: alij dixerunt eos inſtitutos æqualiter, intelligitur, ſ. eodem tempore.
223 Confeſsionem factam motu proprio non probatur teſtibus.
224 Proteſtans contra teſtes poteſt uti eorum dictis ad excludendas probationes aduerſarij non ad fundandam intentionem.
Et ſi petit pro ſe examinare, uidetur à proteſtatione recedere.
Solus conſenſus partium non ſufficit ad conualidanda dicta teſtium, quæ non ualent.
225 Teſtis, qui primò depoſuit, poſtea ſuper ultimo interrogatus dixiſſe ſe neſcire, intelligitur niſi ut ſuprà dixit.
226 Teſtis interrogatus de aliqua re, ſi dicit ſe obliuioni tradidiſſe propter infirmitatem, iuſte allegat.
227 Teſtis examinatus in loco, ubi quis paſſus fuit caſum, facit fidem alibi.
228 Inſtrumentum qualiter reprobetur per teſtes.
229 Inſtrumenta & teſtes an poſsint pro parte acceptari & pro parte non.
230 Contrarietas teſtium uel uarietas qualiter ſit concludenda etiam ut probent.
Iudex habet arbitrium quando dicta teſtium ſunt contraria.
231 Teſtis falſus, uarians, qualiter puniatur.
Cautela pro teſte quando torquetur.
232 Iudex non admittens defenſionem iuris, punitur, ac ſi non admitteret defenſiones innocentiæ. ſuprà in l. præsbyteri. nu. 14.
233 Teſtis, qui dicit falſum in circunſtantijs, quod tenetur de falſo.
Iuramentum præſtitum ſuper principali, trahitur ad omnes circunſtantias.
234 Teſtis ſtudioſè non reddens cauſam ſui dicti, tenetur pœna falſi.
Teſtis qui dicit, non recordor, tenetur pœna falſi, quando certum eſt ꝙ recordatur.
235 Teſtis non debet aſſerere, niſi quod uidit & ſenſit: alias eſt falſus.
236 Teſtis non dicitur falſus, ſi dixit ad ſe non ſpectare commodum: & tamen ſpectat, tanquam cuilibet de populo uel uniuerſitate.
237 Teſtis, qui falſum dixit coram iudice, præſente parte, punitur de falſo ſine citatione. ſuprà in l. præſbyteri. nu. 15.
238 Teſtis inutilis producenti, & aduerſario non nocens, poteſt accuſari de falſo.
239 Teſtis falſum dicens præter conſcientiam domini domino non præiudicat.
Teſti falſum dicenti ſuper uno non creditur in alio.

*240 Teſtis qui in ſua teſtificatione aliquid falſi inſerit, uel addit, aut uera detrahit, tota teſtificatio uitiatur.*
*241 Teſtis in articulo mortis conſtitutus, ſi dicit ſe falſum depoſuiſſe: non nocet uictori.*
*242 Producens falſos teſtes, producti & mandator poſſunt omnes uno libello accuſari.*
*243 Teſtis occultans ueritatem punitur, ac ſi falſum diceret.*
*Iudex ex officio poteſt fuſtigare teſtem falſum dicentem coram ſe.*
*244 Teſtis falſum dicens coram iudice non ſuo, poteſt ab eo puniri.*
*245 Teſtis deponens falſum coram arbitro, remittitur puniendus ad ſuum iudicem.*
*246 Teſtis receptus à notario in iudicis abſentia, ſi dixit aliter depoſuiſſe quàm ſcriptum reperiatur, cui magis credatur. nume. 25. & 254.*
*247 Teſtes teſtamenti non præſumuntur rogati, & quibus caſibus debeant eſſe rogati.*
*248 Teſtes debent cognoſcere contrahentes, ſi agitur de ꝓbando actu. ſecus ſi de ſolēnitate.*
*249 Teſtes ſuper lite coram arbitro pendente poſſunt coram iudice examinari, nec requiritur litis conteſtatio.*
*250 Arbiter ꝙ non poterit examinare an teſtes examinati corā iudice dixerint ueritatem.*
*251 Magis creditur notario, quàm teſti dicenti aliter fuiſſe ſcriptum, quam depoſue. it.*

QVia teſtium materia ampliſſimè eſt diffuſa, & per multos doctores tractatur diffusè, & maximè per Specu. decreui ſub compendio verborum omnia quæcunq; inueniā breuiſsimè per concluſiones colligere, ſequendo in quibuſdam ordinē Spec. & omnia eius dicta concluſiuè recitabo, ego Nellus de ſancto Gemi. iuris vtriuſq; doctor precibus aliquorū ſociorū meorum humiliter condeſcendi ad hoc opus compillandū. Suſcipiant igitur lucidum & fauorabile munus, quod longo meo tempore inſtantiſsimè petierunt.

1 SCiendū primò † eſt quòd omnes poſſunt eſſe teſtes, qui nō prohibent̃: vnde edictū de teſtibus eſt permiſſoriū: vt ff. de teſti. l. j. §. j. Cuncta enim licita ſunt, niſi decreto aut lege prohibeantur. ff. ex quibus cauſis maiores. l. nunquam eis. & extra, de deſponſa. impube. c. ad diſſoluendum. Sic ergo quicunq; non prohibetur à teſtimonio, poteſt teſtificari.

2 VIdeamus † ergo nunc qui prohibentur. Et generaliter nota ꝙ omnes qui prohibentur accuſare per ti. C. accuſa. non poſ. prohibentur teſtificari in cauſa criminali: vt not. in rubr. C. qui accu. non poſſunt. & in c. teſtes. iiij. q. j. & qui non admittitur in cauſa principali, non admittitur in cauſa appellationis vt in c. Romana. de appel. in vj. & qui repellant̃, vide glo. j. q. j. c. ſi quis. & iiij. q. v. in ſumma. & qui repellitur ab accuſando, repellitur à teſtimonio. vide glo. in ſum. iiij. q. ij. & iij.

3 INimicus à † teſtimonio repellitur. Idem ſi cum inimico habitat, ſi eſt inimicus ꝓpter litem criminalem, illa durante non admittitur ſi propter ciuilem admittitur, ſed tempore diſputationis diſcutietur an ei ſit fides adhibenda. Inimicus ergo magna inimicitia repellitur à teſtimonio. ſecus ſi parua ſit: vt in Spec. de teſte. in prin. Sed Innocētius in c. cū oporteat. in fi. de accuſa. dixit ꝙ inimicus reconciliatus non admittitur ad teſtimoniū, ſi reconciliatio erat recens. ſecus in antiqua: quia ex antiquitate temporis præſumitur obliuio. vide glo. iiij. q. v. c. accuſatores. quæ eſt no. ad hoc. facit ff. de vſuca. l. furtū. §. fundi. & qđ no. in c. per tuas. de ſymo. in gl. in verbo, teſtes. & ff. de excuſa. tu. l. athletas. §. dat remiſsionem. Inſti. de inuti. ſtipu. in fi. & dixit Inno. vbi ſ. ꝙ inimicitia, repellit, ſi erat capitalis inimicitia vel magna. vbi tñ erat parua, non repellitur: ſed ei adhibet̃ fides. & vide C. de teſtib. in
4 aut̃. ſi dicatur. An † aūt inimicitia ſit magna vel parua, iudicis arbitrio relinquit̃, ſecūdū Inn. in c. cū oportet. de accuſationibus. & vide per Bar. in l. j. §. cū quis. ff. de quæſtionibus. & in gl. d. c. accuſatores. iiij. q. v. q̃ probant ſupra dictā diſtinctionē. & dixit Inn. extra, de re iudic. c. j. ꝙ inimicus, qui habet iuſtā cauſam inimicandi, non repellitur à teſtimonio, vt ibi not. per eum: vide.

5 AMicus † maxima amicitia aſtrictus, à teſtimonio repellitur. ſecus ſi leui. de verbo. ſigni. l. latæ. §. amicos. in Spe. de teſte. in prin. & not. in glo. l. ſciendum. ff. de vſu. non ergo in totum repellitur amicus à teſtimonio pro amico, ſed ei minus fidei adhibetur: vt eſt tex. in aut̃. de mona. §. cogitādum. quod eſt verum, niſi inter eos eſſet tanta amicitia quòd in eis ſit vnum velle, & etiam vnū nolle: vt l. etiam. C. de teſta. & l. iiij. ff. eo. & per Ange. in d. §. cogitandum. qui dixit per illum tex. ꝙ ſi ſunt plures cohabitantes in eadē domo, vnus poteſt teſtificari ꝓ alio: ſicut & monachi: nec repellunt̃ ratione cohabitationis, ſicut nec monachi: niſi alia de
6 cauſa repellant̃. quod eſt no. ad multa. † Cōſpirator, ſeu coniurator à teſtimonio repellitur: vt in Spec. de teſta. in prin. in verſi. itē ꝙ eſt cōſpirator. Teſtes inſtrumēti vel ſcripturę nō repellunt̃ propter amicitiam: vt no. in C. qui po. in pig. hab. l. ſcripturas.

7 PAter & mater † regulariter pro filio vel cōtra filiū non teſtificant̃, nec filius pro eis nec contra eos. Itē in aſcendētibus, & deſcendentibus vtriuſq; ſexus in infinitū, vt in Spec. de teſte. in prin. ver. itē quod eſt parens. & Inſtit. de teſta. §. pater. & vide Bar. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. his quoq;. vbi tractatur noſtra materia. Dicta regula fallit: quia pater pōt eſſe teſtis in teſtimonio filij teſtantis de caſtrenſi peculio. Itē pater teſtificatur pro filio in cauſa religionis. Item mater cū quæritur de ætate, genere, ſeu cognatione filij. Quartò fallit in cauſis matrimonialibus, ſcilicet cū quæritur an matrimoniū poſsit ſubſiſtere cū eis propter conſanguinitatē vel affinitatē. Sed ſi quæritur an matrimoniū ſit contractū vel non, ſponſa dicente contrariū, & ſpōſo negante, ſi ipſe ſit ditior vel potētior vel honorabilior pater vel mater ſponſæ nō admittitur. Si verò pater vel mater inferior ſit vel fauore matrimonij ſi ſunt pares, videntur ſuſpecti: vñ iudex arbitrabitur. Sed ſi vir & vxor ſe habēt vt excedentia & exceſſa vt qa vir eſt ditior, illa nobilior, vel ecōtra, etiā iudex arbitrabit̃ pater autē & filius, qui eſt in eius poteſtate, eodē teſtimonio vel negatiuè extraneo ſimul eſſe teſtes poſſunt. In patris verò teſtamēto filius eſſe teſtis non pōt, nec pater, vel q in eius poteſtate eſt, niſi filius teſtatoris ſit miles, ſeu de caſtrenſi teſtetur: qa tunc ſi ante miſsionē facit teſtamentū, pater pōt teſtis adhiberi. ſecus ſi poſt. Spe. in ti. de teſte. in prin. ver. itē quod eſt parēs. De materia vide quod no. ff. de proba. l. etiā matris. & ibi etiam ponit̃ an pater poſsit eſſe teſtis pro filio emācipato. & etiam ibi no. an ſocer pro genero, vel econtra frater pro fratre, & de viro, & vxore: & an vnus canonicus poſsit eſſe teſtis in cauſa capituli: & vide quod no. C. de teſti. l. parentes. vbi ponit̃ de filio adoptiuo.

8 COnſanguineo † minus creditur in cōtradictorio iudicio. l. magis puto. §. ī primis. ff. de reb. eorū. & Bal. in concluſionibus tenet. ſed nō in contradictorio magis credit̃: nec eſt ſemper ſtandū confeſsioni eorū. Frater pro fratre, & cōtra fratrē admittit̃ in cauſa ciuili, cùm nō prohibeat̃, niſi habeant oīa bona cōmunia pro indiuiſo, minor tñ fides ei adhibet̃. In criminali verò non admittunt̃, præ
9 terquā in cauſa hæreſis: nec etiā in criminali † affines admittunt̃ ſed etiā collaterales, & conſanguinei volentes inter ſe admittuntur, etiā in criminali poſt tertiū gradū: qa vſq; ad illū nō cogunt̃ teſtificari: ſi tñ teſtes in pari gradu attinēt producenti, & ei, contra quem producunt̃, admittentur: qa par cauſa affectionis prohibitionē tollit: in ciuili aūt remoti & propinqui conſanguinei inter ſe, pro & cōtra, & inter extraneos admittunt̃. Argu. tñ cōtra: qa ſunt domeſticæ perſonæ. Spe. de teſte. in prin. ver. ſed nūquid frater. Et an frater admittat̃, vide Bar. no. ī d. l. q teſtamēto. Et quando coniūctus pro coniuncto admittitur, vide qđ nota. etiā in d. l. etiā matris. & ibi dixi, ſi conſanguinei in cauſa matrimonij, & in cauſa eccleſiæ, & domeſtici admittunt̃ ad teſtificādum. octaua diſtin. c. ij. in gloſ. Et an coniuncti ſint idonei, vide glo. in iiij. q. v. c. j.

10 SOcius † admittit̃ pro ſocio ꝓ parte ſocij, non pro ſua, per Inn. in c. j. de teſti. Idē ſi incidenter ſine ſocietate ſit res communis. ſecus ſi eſſent ſocij omniū bonorū, vel illius rei quæ petit̃ q̃ cōmunis eſt. Sic ergo ſolū cōſiderat̃ an ad ſociū teſtificantē aliquo caſu emolumentū pertineat: & tunc nō admittat̃. Vide Spe. in ti. de teſte. in prin. verſ. ſed nunqd ſocius. & vide Ang. ff. ſi qs. l. duo rei. in prin.

11 DOmeſtici † teſtes nō admittunt̃ ad teſtificandū. Fallit C. de repud. l. conſenſu. ſed colonus & adſcriptitius licet domeſtici ſint: tñ admittunt̃ de conſuetudine pro dño, ſed minor fides eis adhibet̃. Cliētulus & mercenarius domeſtici ſunt: & dū ſeruiunt non admittunt̃ pro dño ſuo: ſed ſi fuerint olim, nunc aūt nō ſunt, admittunt̃. Eſt ergo conſilium ꝙ dominus eos liberet, & poſſunt teſtificari, niſi conſtet de fraude: vt in Spec. de teſte. in ver. itē excipitur. & qui dicuntur



dicuntur domeſtici, ibi vide. Domeſtici admittuntur in cauſa eccleſiæ. xxviij. diſt. c. ij. in glo. & quando admittūtur, vide in d. l. conſenſu. §. ſuper plagis. & C. de teſta. l. ij. & xiiij. quæſtio. ij. in glo. ſummæ. Admittuntur tamen domeſtici inter ſe, vbi eſt par ratio affectionis. Idem quando aduerſarius eius inducit, ſicut dicimus in aduocato. Fallit quādo ſunt tales, quibus imperari poteſt ratione patriæ poteſtatis, vel dominij. Quid ergo in vaſallo j. dicetur. & per Specu. vbi ſ. Seruitores autem familiares an poſsint eſſe teſtes pro domino, eò quia domeſtici ſunt, vide Inſtit. de teſta. §. pater. Sed an qui tempore cōtractus erat meus domeſticus, poſtea deſijt eſſe, admittatur pro me, vide. ff. de quæſt. l. j. §. idem. Quid econtra, vide eandem. l. j. §. ſi ſeruus ad hoc. an ſubditus admittatur pro domino, vide C. de teſti. l. eos. quid ecōtra, vide ff. de teſti. l. idonei. & extra, de offi. dele. c. cām quæ familiares autem quibus hodie vtimur, poſſunt teſtificari pro domino. dūmodo honeſti ſint, per Inno. in c. fraternitatis. de teſta.

12 VAſallus † poteſt teſtificari pro domino, licet nō poteſt eſſe iudex: quia plures requiruntur eſſe iudices, quàm eſſe teſtes. Vel diſtingue: Aut eſt magnum feudum: & tunc non admittatur. Aut eſt paruum: & teſtimoniū dicat. Vel dic, aut vaſallus eſt obligatus ad præſtandum domino ſeruitia tantùm, & non ad fidelitatem: & admittatur in illis, qui tenent decimas ab eccleſijs. Aut eſt obligatus quia iurauit fidelitatem: & non poteſt quia iuramentum repræſentat quandam ſpeciem ſeruitutis: & ſeruus pro domino non poteſt teſtificari. Specu. in titu. de teſte. §. ſed nunquid vaſallus. Vaſallus autem poteſt teſtificari contra dominum in cauſa feudi: vt C. de teſti. l. aduerſus. & poſui in noſtro repertorio in titu. de feudis. Libertus contra patronum non teſtificatur: quia eius perſona debet videri ſibi ſancta. Specu. vbi ſ. Idem in filio liberti. Specu. eo. ti. verſi. item quòd eſt libertus.

13 IN cauſa vniuerſitatis † vel collegij quilibet de vniuerſitate vel collegio habet teſtificari, in defectum tamen aliorum, & non aliter pro ipſa vel ipſo: ſed contra bene poſſunt. vel dic indiſtinctè admitti in ciuili: quia cā vniuerſitatis non eſt ſingulorum. in criminali verò ſi prælatus accuſetur: tunc aut ab vno de vniuerſitate accuſatur, & alius de vniuerſitate admittitur: quia par in vtroque ratio eſt. Aut extraneus accuſatur ab vno de vniuerſitate. & accuſans non inducit ſocium, niſi in ſubſidium. Speculator in ti. de teſte. in prin. verſi. ſed nunquid in caſu vniuerſitatis. De materia vide gl. iij. q. viij. c. nihilominus. & Inſti. de rerum diui. §. vniuerſitatis. & ff. de in ius vo. l. ſed cū hac. §. qui manumittitur. & ſic videtur ꝙ ſinguli de vniuerſitate ſint teſtes in cauſa collectarū. In contrarium videbatur quaſi ſinguli ferant vtilitatem: argu. ff. de leg. j. l. ab omnibus. in prin. In cōtrariū eſt cōmunis opi. quia cauſa nō tractatur nomine ſingulorū. nec ſinguli propter partes iudicij, & præſertim ſi nō ſint teſtes ſuper articulo principali, ſed ſup incidēti. ar. Inſti. de teſt. §. legata. & ff. de iud. l. j. Bal. in cōcluſione in prī.

14 PRelatus † vel rector eccleſiæ in cā eccleſiæ poteſt eſſe teſtis: author tñ & teſtis ſimul eſſe nō poteſt. vnde cām alij cōmittit, & ipſe erit teſtis, & cōſtituto procuratore dicat, Abbas & conuentus cōſtituit talē procuratorē. Abbas poterit eſſe teſtis, & quilibet de cōuētu. Et ſi adminiſtrator eccleſiæ cōtrahit q cōtractus in dubiū reuocant̃: poterit adminiſtrator teſtificari: vt in Spe. de teſte. §. j. verſi. ſed nūquid rector. Abbas poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij: vt Inn. in c. ad hæc. extra, de teſta. venditor pro emptore, donator ꝓ donatario an admittant̃, dic vt no. ff. de teſt. l. in oībus. per Cy. C. e. l. nullus.

15 CRiminoſus † ſi in crimine perſeuerat, non valet eius dictū in criminali, ſiue in ciuili, etiā dū de crimine ciuiliter agit̃: niſi eſſet tale ꝙ infamiā irroget, & ꝓbet hoc per ſacerdotē, cui crimē cōfeſſus eſt: & hoc vbi crimē manifeſtū eſt: ſine ꝓbatione præſumit̃ eū pœnituiſſe, & ſuæ ſalutis memorē eſſe. vbi verò agit̃ criminaliter ſiue manifeſtū ſiue occultū, repellit̃ ſi aliàs de crimine cōuictus exiſtat vel cōfeſſus, vel ſi ex hoc facto eius opi. ſit grauata, vel ſi ei ꝓbari poterit, licet egerit pœnitētiā. Is ergo, cui opponit̃ crimē, nō admittit̃ in ciuili, vel criminali priuſq; probauerit ſe innocentē, ſiue cōuictus fuerit, ſiue nō, dūmodo cōuenit̃. Specu. de teſte. in ver. itē opponitur quòd eſt criminoſus. Quid ſi in vna domo ſunt quatuor, quorum vnus occiditur, & neſcitur à quo: an aliquis eorū admittatur ad teſtificandum? Vide Spec. eo. titu. verſicu. quòd quatuor homines. & Ange. in l. ſi in rixa. ff. ad legem Cornel. de
16 ſica. An † autem particeps criminis admittatur ad probationem glo. in c. ij. de teſt. quæ inci. no. quia dicit quòd non, ſed ad præſumptionē ſic, vt ibi. quod intellige ſpeciale vt in crimine ſimoniæ. In alio autem crimine quàm in iſto excepto, non videtur ꝙ particeps criminis faciat indicium ſiue præſumptionem, etiam ad torturam: vt in c. j. de confeſ. ibi: nulli cenſemus pœnæ ſubdēdos. Ibi tamen gloſ. dicit quòd non creditur quantum ad conuincendum, ſed quantum ad præſumptionem. Et ſi intelligas in excepto, concordas cum gloſ. d. c. j. ſi in alijs cùm propter præſumptionem deueniatur ad torturam, torquebuntur alij ad iſtorum teſtimonium. & ſic pœnæ ſubdentur contra illū, per text. in l. fi. C. de accu. vbi de hoc per Cy. facit de adulte. c. ſignificaſti. & ad Sylla. l. prius. Nam quantuncunq; quis ſit infamis, Iudæus, & legibus odioſus: tamen conuinci debet per teſtes idoneos: vt no. in c. teſtimonium. de teſti. Criminis ſocius à teſtimonio repellitur. Specu. de teſte. verſic. item ꝙ eſt ſocius criminis.

17 HOmicida † de iure Canonico repellitur: de iure ciuili admittitur. Specu. eo. titu. verſicu. item quòd eſt homicida. & in verſicu. item quòd non eſt probatæ vitæ. licet teſtis confiteatur ſe homicidam: non tamen poterit eum iudex punire ex illa confeſsione: quia non eſt facta in iudicio. Non enim de hoc agebatur. Glo. ordina. eſt iij. quęſtione vj. hoc crimen. Incidit enim cauſæ principali: vt l. nullum. C. de teſti. & eſt gloſ. j. quæſtio. j. & hoc quippe. ſecus ſi confiteatur falſum: d. l. nullum. & C. de epiſco. & cleri. l. presbyteri.

18 FVr, † raptor, & adulter manifeſtus, & generaliter in quolibet peccato mortali, ſcilicet manifeſtè cōſtitutus repellitur. Nam tales ſunt infames infamia canonica, nec poterit teſtis, qui prætextu criminis repellitur, mihi de crimine obijcere. nec aduerſarius meus in illa cauſa mihi de crimine obijciet, niſi eſſet tale crimē quod obijcio teſti. cuius ego particeps fuerim in Speculo de teſte. verſicu. obijcitur quod eſt fur. Sed nunquid poteſt eſſe teſtis ille, qui aſſociauit aliquem ad cōmittēdum adulterium etiam in cauſa ipſius adulterij, & an poſſit cogi, vide Inno. in c. qualiter & quando. el primo. de accuſa.

19 INfamis † & leuis opinionis non admittitur ad teſtificandum, niſi in criminibus exceptis: quia tunc admittitur cum tormentis. vel niſi accuſatus ſit malæ famæ. quod eſt verum infamia iuris. Infamis autem de facto admittitur in cauſa ciuili vel criminali ciuiliter intentata. Ferre teſtimonium eſt dignitas, & eſt actus legitimus, qui actus infamibus interdicitur: & ideo periuri nō admittuntur. Temerarium tamen iuramentum quē à teſtimonio non repellit, quæ infamia etiam poſt mortem teſtis poterit probari. Specu. de teſte. in verſicu. item excipitur quòd eſt infamis. Si teſtis confiteatur ſe infamem vel inimicum: non creditur ei quaſi propter hoc nō ſit productus nec iuratus: quia acceſſorium eſt: quia nec curat vacillare: tamen ſi vacillat non creditur ei. Inno. in c. inquiſitores. de accuſa. Bal. in conclu. Specu. de teſte. verſi. quòd ſi teſtis ſe ſeruum. infames inter ſe admittuntur ad teſtificandum: vt in authenti. de teſt. §. ſancimus. Sed an poterunt adhiberi teſtes in teſtimonio, vide ff. de teſta. l. cùm leg. An teſtis infamis vel receptus poſt terminum faciat indicium, vide Bal. in l. ij. C. de epiſco. audi. & per Barto. in l. ij. ff. de appel. recip. Quid de infami infamia facti, & quid de bannito, vide Bal. ff. de iena. l. Caſsius. Infamia facti contracti ex periurio repellit: quia periurium ſine infamia repellit. Bal. in l. Lucius. ff. de infami. Infamia poſtea ſecuta, ſi retro trahitur teſtimonium medij temporis infringit. ff. de infa. l. furti. §. j. in glo. vel contra facit. ff. de ſoluti. l. ſi quis offerenti. §. fin. & l. cùm decem. §. fin. eo. titu. & ff. rem ratam habe. l. fi. & l. cùm indebitum. §. fi. & quod ibi no. Bal. in conclu.

20 EXcommunicatus † & ſuſpenſus à teſtimonio repelluntur. an autem excommunicatus contra excommunicatum admittatur, ſi omnes de monaſterio ſint excommunicati, vnus contra alium admittitur, niſi iudex ex officio repellat. Specula. de teſte. verſicu. item quòd eſt excommunica.

Accuſator non poteſt eſſe teſtis: ſed promotor inquiſitionis vel denunciationis poteſt, ſi illam non proſequitur. Spe.eo.ti.verſi. quod ipſe. Item eſt teſtis & accuſator. & quando ſunt plures accuſatores, iudex eligit magis idoneum, & cæteri repelluntur à teſtimonio. glo.ij.q.j.c.in primis. & vide iiij.q.iiij.in ſum.in gl. Cōcubinarius manifeſtus vel inceſtuoſus contra accuſatum non admittitur. Spe.eo.ti.ver.item ꝙ eſt concubinarius. Hermaphroditus non admittitur. Spe.eo.ti.ver.item ꝙ eſt hermaphroditus. Iudęus, paganus, infidelis & hęreticus non poſſunt contra Chriſtianum teſtificari, etiam ſi Chriſtianus à Chriſtiano ſit conuentus. Hæreticus tamen contra hæreticum vel paganum admittitur. quod eſt verum, cùm hæreticus agit. Sed ſi orthodoxus non opponit, tenet dictum teſtis. Orthodoxus admittitur contra infidelem. Spe.de teſte.ver.item ꝙ eſt Iudæus. Infidelis pro catholico teſtimonium dicere poteſt. de pœnis.diſtin.j.c.multiplex.in gloſ. vide C.de hæreti.in l.quoniam multi. & ibi per Cyn.

21 IMpubes † teſtimonium nō dicit, niſi in caſibus. ff.de lib.cau.l.fi.in fi. & hoc in ciuili. iiij.q.iij.c.j. In criminali verò etiam factus pubes repellitur, niſi compleuerit xx. annos. nunquam tamen ad plenam fidem, ſed quantum ad præſumptionē faciendam pupillus qn̄cꝫ poteſt recipi: maximè ſi dominus dicatur à familia occiſus. ff.ad Sylla.l.ij.§.impubes. Sed an factus pubes poterit teſtificari de eo quod vidit in pupillari ætate. Dic ꝙ ſic: præſertim ſi erat proximus pubertati. Idem de eo quod quidam vidit antequā eſſet cæcus. Spec.in titu.de teſti.verſi. Item excipitur ꝙ eſt impubes. De impubere no.in l.iij.§.nihil.ff.de teſti. De ſeruo facto libero no. Barto.de verbo.ſigni.l.inſtrumentorum.§.notionem.

22 MOnachus † & canonicus regularis conuerſus, vel alius religioſus, vel aliter ſub obedientia poſitus nō poteſt eſſe teſtis ſine licentia eius cui ſubeſt. In cauſis tamen ſuarum eccleſiarum teſtificari poſſunt. Spe.eo.ti.ver.item excipitur ꝙ eſt monachus. de hoc vide in authen.ingreſſi.C.de ſac.ſan.eccle. Et an clericus admittatur in cā eccleſię, vel ſui canonici, vide xiiij.q.ij.& in gl.j.& ij.per Ange. in auṫ.de monachis.§.cogitandum.& Inſti.de teſta.§.teſtes.& ibi no.per Spe.de teſt.ver.quid de monacho.& verſi.item ꝙ eſt clericus. An autem adminiſtrator eccleſiæ admittatur ſuper cōtractu quē celebrauit, vide per Arc.Io.An.in c.Romana.in vj.& in c.ſup prudētia.xiiij.q.ij.vbi eſt tex.ſin.& Bal.ī cōclu.iuris.

23 SEruus † non pōt eſſe teſtis, niſi in defectu probationum, ſecundùm quoſdam: & niſi in criminibus exceptis: nam tunc admittitur. ſi accuſatus ſit de crimine diffamatus: tamen eis quandocꝫ creditur cū tormento, & aliis præſumptionibus contra dominum vel patronum eis non creditur, niſi in caſibus, quos habes iij.q.ij.§.in patronos. Si tamen teſtis tempore, quo ſignauit teſtimonium, erat ſeruus, & communiter habebatur pro libero: valet nihilòminus teſtimonium. Idem ſi à maiori parte habebatur pro libero, & illud ſi teſtis dicit ſe liberum, & de hoc pendet iudicium, admittitur ad teſtimonium, & reſeruatur in tempus diſputationis. Adſcriptitius poteſt eſſe teſtis, ſtatuliber non poteſt. Spe.eo.ti.ver. item ꝙ eſt ſeruus. Teſtes nō poſſunt eſſe ſerui, niſi in caſu neceſſitatis. ff.de teſti.l.ſerui. Dicit tamen ibi gloſ. ꝙ ſi præcedit ſemiplena probatio: tunc teſtimonium ſerui cum illa ſemiplena probatione facit vnam probationem. & vide C.de teſti.l.ſeruos. &
24 l.quoniam. Teſtes, † qui cōmuni opi. liberi reputātur, licet ſerui ſint ex liberali ſubiectiōe, per decretum diui Seueri, vt in l.j.C. de teſt. & ibi in hac cauſa tractari, & per conſequens eſt conteſtis, vt teſtamētum non ſit ſine effectu, teſtificari poterunt in iudicio, non obſtante ſeruitute: & ideo non traham illud reſcriptū ad alium caſum: quia non eſt noſtrum illud extendere. Si igitur teſtes fuiſſent infames, quia de crimine famoſo damnati, & per conſequens inteſtabiles: vt l.ob carmen. ff.de teſti. licet communi opi. tunc reputarentur bonę famæ, non teneret teſtimonium. Idem ſi ex alia cauſa tunc ad teſtimonium non potuiſſent adhiberi; puta quia erant impuberes. & communi opi. reputabantur adulti; vel erant mulieres, & reputabātur maſculi. Cy. tamen tenet contrarium in d.l.j. & nō bene, iudicio meo, & eſt d. Ang. in conclu. Quid ſi teſtis tpe quo iurauit, erat teſtabilis, ſed tpe depoſitionis erat inteſtabilis? Dic ꝙ ſi crimen, quod reddit eum inteſtabilem, non eſt notorium, dictum eius recipitur, & in tēpus reſeruabitur diſputationis. Si verò poſtea ſit notorium, nō vitiatur eius dictum: ſed fatuus eſſet, ſi iudex illud reciperet. Et vide quod plenè no. C.de teſti.l.j.ff.ad Car.& l.iij.§.ſi duę cauſę. Bal.
25 C.de legi.l.leges. † Vbi teſtes ſunt de ſubſtantia rei: tunc inſpicitur conditio teſtis tpe teſtimonij: vt no.in l.ad teſtium.§.cōditionem.& §.nihil.ff.de teſti. ſed in aliis negotiis vbi teſtes non ſunt de ſubſtātia rei: impubes poteſt teſtificari pubes factus: & ſic de his quæ vidit prope pubertatem, & non de his quæ vidit prope infantiam. ff.ad Syl.l.excipiuntur. Ratio eſt: quia quando aliqd eſt de ſolennitate, debet adhiberi in initio, & vno contextu: vt ff. de teſt.l.hæredes palam.§.fi. ſed vbi non eſt de ſolennitate: tunc nō inſpicimus initium, ſed effectum rei. ff.de hęre.inſti.l.qui ſoluendo. & no. ꝙ ratio contrariorum idem facit in caſu conuerſo. Nam ſi tpe teſtamenti eſt habilis, & probabilis reputationis, licet poſtea fiat inhabilis, non tamen vitiatur teſtimonium. C.de teſti.l.j. quod eſt exaudiendum de teſtamento in ſcriptis: vbi teſtes non habent de veritate deponere, ſed ſolùm de ſolennitate. Nam ibi ſi conſtat de ſolennitate: quia teſtes ſua ſigilla recognoſcunt, non poteſt referri qō voluntatis: quia certa eſt, & per ſcripturam apparet, & toleratur teſtimoniū eius: quia habet adminicula per ſe, ſ.ſubſcriptiones, & ſigilla ſua recognoſcant, & teſtes ſic intelliguntur. l.j.C.de teſti.& ff.ad Car.l.iij.§.duę cauſę. Item pōt intelligi illa lex in teſtamēto nūcupatiuo redacto in ſcriptis per tabellionē: quia nō debet vitiari teſtamētū, quod apparet ab initio legitimè cōfectū. & quia dictū teſtis ſcriptura iuuatur, qa mutuò ſe iuuant, nec vitiatur teſtamentū morte teſtis: ergo nec capitis amiſſione. Si verò nō eſt ſcriptū, nec manu authētica roboratū, diſtingue, an ſit qō ſolēnitatis: & inſpicitur initiū an voluntatis: & tūc tēpus iuramēti. & ideo primo caſu admittitur ſtatu mutato in malo. ſecūdo non ſic, & nō vitiatur teſtamentū, ſed probatio eius vitiatur: Ratio differētię dictę diſtinctionis eſt: qa
26 vt dixi, quo ad ſolēnitatē inſpicitur initiū. Bal.in cōcluſio. † Sed quid ſi obiicitur cōtra teſtamentū quod eſt cōtra ſolennitatē, qa vnus ex teſtibus dicitur tūc fuiſſe inhabilis: nunqd ad ꝓbandū eſt habilis: & ſic ad ꝓbandum ſolennitatē ſufficiunt duo teſtes? Dic ꝙ ſic: quia poteſt hęc qō examinari ſeorſum à principali, id eſt, à teſtamento: & eſt ſuę materię per ſe. & quia eius contrariū, id eſt, infamia poteſt ꝓbari per duos teſtes. ſecus ſi qō ſolennitatis non poteſt examinari ſeorſum à principali: vt no.in l.ij.C.de
27 ſecun.tab. Bal. vbi ſ. † Circa tēpus conſideretur integritas teſtiū, vide per Bal.in x.col.in ti.an remoueri debeant teſt. qui pa. eſſe deſierint. Teſtes debent eſſe bonę famę, non ſolū tpe iuramenti, ſed etiam tpe depoſitionis, non abſolutè ꝙ dictum trahatur ad tempus iuramenti: vt in Cle.j.de offi.dele. quia illud reſpicit ſolennitatem, non ſecundū veritatē, quę ſine examinatione liquere non poteſt. Bal.in c.j.quot teſt. ſint neceſſa.ad proban.x.coll. & ꝙ depoſitum trahatur ad tempus iuramēti, eſt verum quo ad implicitam probationem: argu.ff.de hæredi.inſti.l.aſſe toto. non quo ad explicitam. ff.de teſtamen.l.hęredes palam.§.ſed ſi notā.

28 HI, cum † quibus non eſt teſtamēti factio, nō poſſunt teſtimoniū ferre. Spec.de teſte.§.itē ꝙ eſt talis cū quo nō eſt teſtamēti factio. Teſtis mutus an eſſe poſſit, vide in Specula.de teſte.§.nunc tractandum. verſicu. quid de muto.

29 CAecus † teſtificatur de auditu, maximè ſi contrahentium voces habuit notas, & maximè de his, quę vidit antequā fieret cęcus. Spe.in ti.de teſt. ver.ſed nunqd cæcus. & vide Ang.in auṫ.de hære.& fal.§.ſi verò expreſſum. vide gl.iij.q.viij.c.teſtes. & ibi etiā ponit quid de muto. Cęcus nō teſtificaṫ de perceptibilibus per viſum, nec ſurdus per auditū, ſecundū Hoſti.in c.ex literis. de teſt. Bal. ī cōclu. & vide Spe.de teſte.ī pri.ꝟ.ſed nūqd cęcus. & dixit Bar. ī l.ad teſtiū.ff.de teſt. ꝙ teſtificaṫ de eo qđ vidit añquā eēt cęcus.

30 PAuper † ſuſpect⁹ teſtificari nō pōt in ciuilibus, ſed in criminalibus admittiṫ cum tormēto. paup honeſtę vitę nō repelliṫ: vt in Spe.de teſt. ver.itē ꝙ eſt pauper. Si enim ſunt inimici pauperes, timetur de ſubornatione. iiij.q.iij.c.item nihil. & in auṫ. de teſt.§.j.per totū. olim vt



olim vt qui adhuc portant crucem, & publicè pœnitentes, an admittantur. Fuerunt opi. vide in Specu.eo.titu.quid de portantibus cruces. & C.de hęre.l.quoniā. & hęc de paupere ſufficiūt.

31 IVdex † aduocatus, procurator, aſſeſſor, executor, actor, vel arbiter in eadem cauſa appellationis, vel principali repellitur à teſtimonio. eſt enī præſumptio ꝙ diceret pro ea parte, pro qua prius fuit. Quidam tamen admittunt procuratorem contra dn̄m. Item admittitur negotio finito. De aduocato dic quòd admittitur antequā incœpit patrocinari: licet de ſalario cōuenerit. poterit tamen eſſe teſtis contra eum, pro quo intercedit. Spec.eo.titu.in prin.verſi. item ꝙ fuit in eadem cauſa. An autem ille, qui eſt vel fuit iudex, non poteſt eſſe teſtis, vide Ioan.Cal.xxviij.diſtin.per Bar.C.de arbi.l.ne in arbitris. & vide de omnibus prędictis in glo.ij.q.viij. c.ſtatuendum. & quod dicitur, iudex non poſſit eſſe teſtis, intellige lite pendente; & ſuper principali. Nam ſuper acceſſorio coram ſe poteſt: non tamen interrogandi ſunt vt teſtes, ſed conſulendi tanquam ſi fuerint iudices. Spe.eo.ti.verſi.ſed quid ſi ſcriptus. & ſi ſunt tres, aut quincꝫ iudices, magis creditur teſtibus quàm eis: niſi etiam ipſi iurati eſſent. Spe.vbi ſ. & ſi impetres iudicem quem volebam producere in teſtem, remouebitur à iudicando, & erit teſtis. Item ordinarius poterit eſſe teſtis coram officiali, ſi neceſſitas imminet. & ſi iudex in teſtem inducitur, qui iurat ſe nihil ſcire de cauſa: videtur ꝙ non remaneat iudex. Item iudex, qui fuit vt ſuſpectus recuſatus, non poterit in teſtem adhiberi, nulla de cauſa ſecundùm quoſdam. Tu dic cōtrarium, maximè ſi producens non habebat niſi vnicum alium teſtem. Spe. vbi ſ. De procuratore an poſſit eſſe teſtis, dic aut de partium voluntate: & poteſt. Aut contra voluntatem partis: & nō poteſt. Et ſi eſt procurator litis: nō poteſt. ſi negotiator: poteſt in alio negotio, non in illo. Bal.in c.ij.in ti.de lege Corradi.x.col. An procurator ad iudicia vel negotia poſſit eſſe teſtis, dic vt C.de teſtib.l. oībus. & ibi no.de proxeneta. & per Bar.in l.deferre.ff.de vſur. & per Angel.in authen.de teſti.§.quoniam. & in conſi.ſuo xxviij. & in Specu.de teſt.verſicu.quid de proxeneta.

32 MVlier † in teſtimonio nō admittitur in ciuilibus: ſed in criminalibus exceptis admittitur. In codicillis, & aliis vltimis voluntatibus, & ſic in aliis caſibus, an admittatur, fuerunt opin. Tene tu ꝙ admittatur Spe.eo.ti.ver.Item ꝙ ſi mulier. & vide gloſ.xv.q.iij.de crimine. xviij.q.iij.c.in decima.de pœ.xxxiiij.q.v.c.mulieres.in gl. & Inſti.de teſti.§.teſtes. Sed nunquid valeat teſtamentum mulierum aſſerentium poſt ſuſpectionem aliquam non eſſe cognitam, vide gloſ.xvij.quæſtio.iij.c.nec aliquam.

33 FIdeiuſſor † pōt eſſe teſtis pro debitore, qui eſt ſoluēdo: aliâs nō in Spe.de teſte. ver. quid de fideiuſſore. Sed an poterit eſſe teſtis inter debitorem & creditorem, vide per Bar.ff.de lega.j.l.ſi cui.§.ſi. An autem poſſit eſſe teſtis fideiuſſor, vide inſti.de teſti.§.legatarius. Sed pone, mutuaui tibi decem cum hoc ꝙ nō poſſit probari, niſi per duos filios meos, donaui Petro iſtā actionem: an Petrus poterit per filios meos probare? Rn̄. ſi donatio incœpit ab actione, non poteſt. ſi à traditione, poteſt: vt in Spec.eo.titu.verſi.ſed pone mutuaui. Sed qđ ſi nō habeo niſi vnū teſtē, & cedo iura mea: an potero teſtificari pro ceſſionario. Spe.in ti.de ꝓcu.in fi. ꝙ ſic. Facit de procu.c.in noſtra.per Archi.in ſumma. & per Ang.in l.hæredi.§.nos autem.ff.de pact. & in l.ſi quis rem.de procu.

CEdens an poſſit teſtificari pro ceſſionario. Et reſpon. ꝙ non poſſit. Vide per Bald.in
34 verſi.ceſſio.in conclu. Creditor † prohibetur ferre teſtimonium pro debitore: vide Ange.ff.de procu.l.non ſolùm.§. quæritur. Quē nō poſſum in ius vocare, contra eū teſtimonium perhibere non poſſum. C.de teſti.l.aduerſus. Legatarius poteſt interdum eſſe teſtis de his quæ in teſtamento continentur. ff.de teſti.l.qui teſtamento. Inſti.de teſta.§.legatarius. Tutor interdū erit teſtis pro pupillo: vt no.in d.l.qui teſtamēto. Familia officialis interdum examinatur tēpore ſyndicatus. vide Ange. in trac.
35 de ſyndicatu. Pro vxore † fratris poteſt quis teſtimonium ferre. Ang.ff.de poſtu.l.cùm eorū.§.affinitatis. Beneficiati per prælatū poſſunt eſſe teſtes de ſua creatione ſeu titu. vt no.in d.§.legatarius. Magiſter pro diſcipulis an poſſit teſtificari, vide gl.xj.q.j.c.j. Cōpater an poſſit eſſe teſtis, vel iudex pro cōpatre, vide in Spec.latius in ti.de teſte.§.qualiter.verſi.quid ſit ius de ſpiritua
36 li patre. & Guliel.de Cug.ff.de in ius vocan.l.generaliter. † Maior lxx. annis non compellitur eſſe teſtis. Inſtit.de excuſat.tut.§. item maior. In qua ætate ſunt teſtes recipiendi, vide gl.ſummę. iiij.q.iij. & ij. an teſtes prohibiti admittentur, quādo proceditur
37 ſine ſolennitate iuris, vide Bar.ff.de edē.in l.filius. debet † iudex dare ſaluum conductum teſtibus, vt veniant ad deponendū. vj. q.viij.c.hortamur.in gl. & in Spec.de teſt.§.qualiter.in verſi.debet quocꝫ ipſius. Teſtes non ſunt vocandi à longè, quādo plus expenderetur quā ſit valor cauſæ: ſed debet eorum examinatio delegari. Barto.in l.Mæuia.C.de an. & tribu.lib.x. Teſtibus debent fieri expenſæ, ſed non damna: vt in l.quoniam liberi. C.de teſti. & l.ſi quando.§.cùm oporteat. & Bal.in l.fi.in fi.C.de fruc. & lit.expen. & per eundem in d.l.quoniam liberi.C.de teſti.

38 SI teſtes † citati non veniāt quod remedium competit contra eos, vide Barto.ff.quē ad. te.l.ſed & ſi quis. Quid aūt ſi veniūt, & retardāt deponere, vide per Ange.de Are.in l.pe.in fi.in Spec.de teſte.§.qualiter autē.verſi.cogi debent. & adde ꝙ no.Io.Cal.xxx.diſt. & ſequenti. Quid ſi ſunt talis conditionis ꝙ non coguntur teſtificari: an ſint citandi, vide per Ange.in auṫ.de teſtib.in princi. Si teſtis extra iudicium coram iudice nō in figura iudicij dicat ſe nō interfuiſſe negotio, tamen debet cogi ad deponendum, & ſtatur depoſitioni. Bal.in §.ſi enim.in c.j.in ti.quid ſit inueſti. licet Bar. contrariū teneat in l.eos.ff.de falſis. Teſtis ſi promiſit nō teſtificari, cogitur teſtimonium perhibere. Bal. C. qui accu.nō poſſ.l.
39 data opera. † Quid ſi teſtes nolunt cōparere vt veritas occulteṫ qua pœna puniuntur? Reſpon. ꝙ nō puniuntur tanquā falſarij: quia falſitas teſtium propriè eſt per iuramentū. ſed iſte non iurauit, ergo &c. Dic ꝙ criminaliter puniuntur crimine ſtellionatus ſed ciuiliter parti ad intereſſe, vel Reipu.per actionem de dolo. arg.eorū quæ no.Cy.in l.j.C.de do. & tangit Inno.in c.j.de fal. & Bal.in l.presbyteri.C.de epiſ. & cle. Qualiter teſtes cogantur,
40 & qui non poſſunt cogi, vide in Spe.de teſt.§.pe. † Compellūtur autem teſtes in ciuilibus cauſis, vbi veritas per alios apparere nō poteſt. xiij.q.j.c.quāquàm. Item in cauſis ſpiritualibus: vt in c.j.de teſti.cogen. Item in criminalibus ciuiliter intentatis, puta per inquiſitionē: vt in c.ſuper his.eo.ti. Item in inquiſitione & denunciatione, licet quidā neſciūt qua de cauſa dubitetur: quia tunc repelluntur vbique propter defectū veritatis: vt in d.c.qꝫ. Quidam tamen intelligunt hoc fore verum, niſi foret periculū animæ. In criminalibus autem dico nō cōpelli: quia ibi luce clariores debent eſſe probationes: vt C.de prob.l.ſciant. iiij.q.ij. c.item nihil.verſi.fi. & Ange. in conclu. Itē in caſibus aliquibus quis cogitur ad teſtimonium, qui regulariter non cogitur. eſt argu.in l.j.C.de teſti. ꝙ pater eſt cogendus ferre teſtimonium cōtra filiū, & econtra, ſi veritas aliter ſciri non poteſt. & maritus cōtra vxorē, & econtra. quamuis aliàs nō ſunt cogendi. ſicut tenuit Mar.de fa. dum eſſet executor in quadam cā: cum maritus teneretur actione depoſiti ad decem, nec aliter aduerſarius poſſet de iure ſuo probare, niſi per vxorē depoſitarij: ipſe cōpulit eā ad iu
41 randū. ar.d.l.j.C.de rep.l.cōſenſu. † Teſtes poſtꝗ̄ intrauerūt ad iudiciū pro reddēdo teſtimoniū, nō debēt redire ſine licentia iudicis: nec iudex pōt eos tenere vltra xv. dies: qbus elapſis illico citati recedūt: vt no.C.de teſti.l.ſi qn̄. & C.de appel.l.eos. & nō vltra tenenṫ expectare. ar.ff.de tab.exhi.l.ij.§.exhibere. & in Spe. de teſt.verſi.teſtibus autē iudici.in §.qualiter. Facit ꝙ diciṫ de litigatoribus ꝙ nō debēt recedere ſine licētia: aliàs nō dicunṫ veniſſe q nō ſteterūt: vt in c.j.de iud. & per Inn.in ca.calūniam.de pœ. facit tex.in c.ſtatutū.§.proferēdo.de reſcri.lib.vj. dū dicit, ſedendo, ſtando, & referēdo. & Ang.in conclu. Teſtis debet ſatiſdare de nō recedēdo. vel ſi nō pōt, debet iurare. & ſi alterū nō facit
42 debet duci ad carceres. no.in l.ſi qn̄.C.de teſt. † Quid ergo ſi teſtes nō fuerūt citati, nec moniti, & deponūt, an faciāt fidē? Tex. in l.libertorū.C.de teſt. videṫ innuere ꝙ nō: quia volūtariū teſtimonium reprobatur propter reuerentiam paternalem: ergo ceſſante iſta cauſa, videtur innuere quòd poſſit & valeat teſtimo-

nium tale, & videtur in gloſ.l. poſt legatum.ff. de his quibus vt
indi. & eſt caſus in l.presbyteri.C.de epiſ.& cle.vbi tex. dicit ꝙ
debent eſſe etiam petiti,& citati,moniti,vt ſequitur Iac.de Bel.
in §.ſi verò ignoti.in auſ.de teſti. qui dicunt quòd ſi teſtis depo
nit non citatus,eius dictum eſt nullum.& ita intelligatur l.preſ-
byteri.& quòd non eſt neceſſe quòd cogantur alijs remedijs,ſci
licet per capturam pignorum:quia ſola citatio ſufficit, conclu-
dens quòd dicta glo.in l.poſt legatum.eſt falſa.Sed Bald.in auſ.
ſed nouo iure.C.ſi cer.peta. dicit quòd ſi tunc ſint producti per
partem quòd creditur eis ſponte iurantibus,& deponentibus.ſe
cus ſi non fuiſſent producti.& ita ſaluat dicta gloſ. Ego credo
illam gloſ.fore veram ex eo quòd eo ipſo quòd iudex defert iu-
ramentum teſtibus,videtur eos monere quòd dicant veritatem:
& illa monitio tacita videtur eſſe maioris authoritatis,quàm ci-
tatio facta per nuncium. Ita probat gloſ. Ber. in c.conſuluit.de
offi.dele.mouens ſe hac ratione, videlicet ꝙ maioris authorita-
tis eſt illud quod fit per ſe,quàm illud quod fit per imaginē. ſed
conſtat quòd tacita admonitio reſultans venit ab ipſo iudice:eſt
ergo maioris authoritatis quàm ſit illa citatio, quæ fit per nun-
Bal. in conclu. Qualiter aũt negatiua probetur per teſtes, vide
Bar. in ſuo cõſi. ix. Et nunquid teſtis aſſerens merã negatiuam,
incidat in falſum, vide Ange. in aut. de hære. & fal. §. ſi verò ex-
preſsim. Dicitur aũt negatiua, quæ non cadit in ſenſum teſtis, ni
ſi per cauſas negatiuas. & dicitur eſſe difficilis probationis, ſicut
negatiua. Inno. in c. ſuper hoc. de renun. Iac. But. de inoffi. teſta.
l. etiam. Negatiua æquè creditur parti, ſicut affirmatiua. Secus
in teſte: quia factum negatiuũ videri nõ põt: ideo magis credi-
tur affirmantibus, qui dicũt ſe vidiſſe, quã his qui dicũt ſe nõ vi
diſſe: vt no. glo. ff. de arbi. l. diẽ proferre. §. ſi plures. & in c. j. de præ
ben. li. vj. niſi teſtis adijciat, vel non potuiſſet fieri quin vidiſſet:
vt no. in l. j. §. j. de itine. actuq; priua. tũc enim aſſumit negatiuam
per ſenſum corporis. C. de cõtrahen. & commit. ſtipu. l. optimam
Si autem teſtis dicit ſimpliciter, non vidi, nihil probat: quia ſen-
ſum negat, tanꝗ̃ ignarus deponit. vnde nihil probat in negatiua
vaga, & in generali teſtis ſuſpectus: vt in c. cũ eccleſia Sutrina.
de cau. poſ. & propriè. propriè enim debet eſſe coarctata, vt poſ-
ſit in veram notitiã cadere, ſed nec omnis ſenſus percipit negati
uã, ſed ſenſus viſus tantum: quia locum vacuum video, ſed non
guſto, nec tango, nec odoro, nec audio per contrarium ſenſum.
probatur negatiua, quia nõ entia non obijciuntur ſenſibus, nec
apparent ſenſibus: quia ſentire eſt pati, & habenti fieri ſecũdum
Archi. Bal. in conclu. De negatiua, vide in Spe. de teſte. in princ.
ver. quod aſtruit. in l. j. §. j. ff. de itine. actuque priua. & ff. de magi.
conue. l. j. §. probat.
212 TEſtis † Examinatus, qui non debuit examinari. non
facit indiciũ. Bart. in diſpu. ſua quæ incipit, iu-
dex maleficiorũ, & per eũ in l. maritus. ff. de quæſtioni.
In hoc tamẽ diſtinguit: quia aut nõ debuit examinari propter re
uerentiã perſonarũ, vt ſeruus cõtra dñm. & examinatus nõ facit
indiciũ plenũ, ſed qualequale: vt l. j. §. impubes. ff. ad Sylla. Idem
in teſte, qui nõ debuit examinari propter ſexum, vt in muliere,
eadẽ ratione ſi non debet examinari propter infamiã: tũc exami
natus facit qualequale indiciũ. l. qui vltimo. ff. de pœn. Qñq; nõ
debet examinari propter inimicitiam: & tunc facit vel nõ facit,
ſecundũ qualitatẽ inimicitiæ. l. j. §. pe. ff. de quæſtio. Quãdoque
non debet examinari ratione ordinis: quia non ante lit. cõte. vel
parte non citata: & tũc non facit indiciũ: vt l. fi. §. ſi quando. C. de
213 teſt. Et iſta eſt breuis diſtinctio Bar. in d. l. maritus. Teſtes † ſin-
gulares non probant factũ, id eſt, cõtractum eſſe vſurariũ: ſed be
ne probãt ꝙ contractus ſit cũ tali perſona. Spe. in tit. de inquiſi-
tore. Ad probandum certũ crimen hæreſis: non ſufficiũt teſtes
ſingulares. Facit ꝙ no. Inno. in c. qualiter & quando. de accu. &
ꝙ no. ff. de teſti. l. ob carmẽ. in fi. & C. de hær. l. Arrianus. & l. quo
cunq;. ver. idcirco. & ibi per Iac. Bu. in lec. & ideo in multis lo-
cis diſpoſuit conſtitutio epiſcopalis ꝙ probato aliquo vſurario
eius cõtractus præſumatur fœneraticius. quæ conſtitutio opera
tur ꝙ per teſtes ſingulares non ſolũ probetur vſurarius, ſed præ-
ſumitur ꝙ eo vitio eſt vſus in quolibet cõtractu. Vide per Bar.
214 in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pe. Ang. in conclu. † Teſtes nõ dicũ
tur ſingulares in actu reiterabili, & continuo, ſicut in actu diſtin
ctiuo. Vide hoc in c. qualiter. de accuſa. & per gl. in l. ob carmen
ff. de teſti. Teſtes aliquando ſunt diuerſi, & ſingulares: vt quia
aliquando vnus deponit de vna re, alter de alia: & tũc ſunt varij
& ſingulares: nec faciũt plenam fidẽ: vt not. in l. qui falſum. ff. de
teſti. & plenius in l. admonendi. ff. de iureiuran. Aliquãdo teſtes
215 † ſunt contrarij: & inter ſe repugnãtes abſolutè, & ſimpliciter: &
tunc nulla fides eſt eis adhibenda: vt not. Iacob. de Areti. in ſuo
tract. de teſti. Facit quod not. in l. optimã. C. de cõtrahen. & cõ-
mit. ſtipu. & ſi vnus teſtis dicit ꝙ actus fuit celebratus in vno lo
co, alter dicit quod idem actus fuit celebratus in alio loco. ff. de
teſtib. l. ob carmẽ. §. j. facit quod no. in l. ſi mihi et tibi. §. ſi quis ſcr
216 uos. ff. de lega. ij. † Aliquando teſtes ſunt adinuicem repugnan-
tes, non ſimpliciter & totaliter, ſed ſecundùm quid: quia vnus
dicit de maiori ſumma, alter de minori: & tũc ſtatur minori: arg.
ff. de arbi. l. diẽ proferre. §. ſi plures. De hoc dic vt dixi s. in §. ſi te
ſtes probant vnus ex quinque. Quæ autem teſtimonia dicãtur
diuerſa, & quæ varia, not. ff. de fal. l. eos teſtes. Varius eſt ille, qui
non ſtat firmus. Contrarius, qui contraria tenaciter aſſerit. Va-
cillans dicitur, qui in titubando variat, ſecundùm Inn. in c. præ-
terea. de teſt. & quãdo teſtes dicãtur vacillare, no. etiã ff. de teſt.
l. qui falſa. & C. de teſt. l. nullum. & per Bar. in d. l. eos. & in Spe.
de teſte. in prin. verſic. item ꝙ teſtes ſunt varij. cum verſicu. ſeq.
217 † Teſtis, qui eſt ſibijpſi contrarius, per dolũ punitur: ſecus ſi per
ignorantiam. Iaco. de Bel. in aut. de teſti. §. licet nudum. Teſtes,
qui vacillant, vel contraria deponunt. puniuntur pœna extraor
218 dinaria: vt no. C. de teſt. l. nullum. † Item teſtis, qui conſimilem
caſum habet, eſt ſuſpectus. Spe. in tit. de teſte. in prin. verſi. item
219 qui habet conſimilem caſũ. Et nunquid iudex facere debet ſcri
bi in actis quare non adhibet plenam fidem teſti, vide ff. de teſti.
l. teſtium. ver. ſit ideoq; teſtis. videtur tenere quod non in actis
220 curiæ. glo. eſt Inſtitu. de dona. §. j. quam no. Item † valent acta
iudicialia, licet in eis non ſint ſcripta nomina teſtium. Vide in l.
donationes. C. de donati. Ratio eſt: quia in iudicio non eſt præ-
ſumptio quod excogitetur falſitas, & quia eſt ibi ſemper teſtiũ
multitudo. Pro hoc l. omnium. & l. ſancimus. C. de teſta. & not.
221 per Bal. in quodam conſilio. Ang. in conclu. Quãdo † actus ce-
lebratur coram populo vel populum repræſentãte, ibi non ſunt
neceſſarij teſtes. C. de his qui in ec. man. l. j. ff. de lega. j. l. licet Im-
222 perator. in prin. Inſtit. de lib. §. multis. Si † teſtes dixerint filium
inſtitutum in maiori quantitate, filiam in minori: alij dixerunt
eos inſtitutos æqualiter: exponitur æqualiter, id eſt, eodem tem
pore, licet in diuerſis portionibus: Bart. in l. ſi finita. §. ſi ante. ff.
223 de dam. infec. Quod † conceſsio ſit facta motu proprio, non po
teſt probari per teſtes. Ang. in l. ſi quis. in princi. ff. quod quiſque
iur. An dubitetur de viribus teſtamenti, ſi teſtis negat ſigillum
224 ſuum, vide ff. quemad. teſta. aperi. l. j. §. ſi quis. † Proteſtans cõ-
tra teſtes poteſt vti eorum dictis ad excludendum probationes
aduerſarij, non tamen ad intentionem probationis fundandam:
quia eſſet ſibi ipſi contrarius, ſecundùm Inn. in c. præſentium. de
teſtib. Et ſi proteſtans petit eos pro ſe examinari, videtur à pro-
teſtatione recedere, ſecundùm Inno. ibidem. Secus ſi fecit inter-
rogatorios articulos contra eoſdem articulos partis aduerſæ, ſe-
cundùm quæ petijt interrogare, ſecundùm Inno. ibidem Bal. in
concluſio, ſolus conſenſus partium non ſufficit ad approbandũ
dicta teſtium, quæ non valent. Inno. in ca. cùm cauſam. de teſti.
225 † Si teſtis primò depoſuit: poſtea in vltimo interrogatorio di-
xit ſe nihil ſcire: ſuppletur id, quod ſuprà dixit. ff. de ſenatoribus.
l. ij. vbi à nullo eſt relatũ: ſupple, niſi à Saturnino. An magis cre-
datur teſtibus probantibus ſpontanea voluntate, quam proban
tibus coacta. vide Ange. ff. quod me. cau. l. non eſt veriſimile.
226 † Teſtis interrogatus de aliqua re dicens ſe tradidiſſe obliuioni
propter infirmitatem, iuſtè allegat: quia cognitio mortis inducit
obliuionem: & per cõſequẽs infirmitas probatur. C. qui teſta. fa-
227 cere poſſunt. l. hac conſultiſsima. † Si quis patitur aliquem ca-
ſum, faciat in illo loco examinare teſtes ſuper caſu, & faciunt fi-
dem alibi: quod eſt mirabile: vt no. Bar. in l. ſi quis. C. de nauf. lib.
xj. An poſſum reprobare teſtem cõtra me inductum ſi aliàs eũ
induxi. & an poſsim opponere contra dicta teſtium à me produ
ctorum: dic vt no. C. de teſt. l. ſi quis teſtibus.
228 QValiter † inſtrumentum reprobetur per teſtes, vi-
de pulchrè per Barto. ff. quemadmo. teſta.
ape. l. j. §. fi. & glo. not. iiij. q. ij. c. ſi teſtes omnes. per Ioan.
Cal. xxij. diſt. Credo quod contra inſtrumentum admittantur te
ſtes: vt extra, de proba. cap. ad audientiam. & C. de proba. l. cùm
precibus. non tamen credo quod dictum duorum vel trium te-
ſtium præualeat inſtrumento. Nam cùm inſtrumentum obti-
neat vires eorum duorum teſtium, & tabellio æquiualeat, & ma

ſor ſit vno teſte, oportet vt per quatuor reprobetur inſtrumen-
tum. Fallit in inuentario, contra quod non admittuntur te-
ſtes.C.arbi.tut.l.fi.& in confeſsione quæ fit in inſtrumento, in
quo mulier confitetur recepiſſe pecuniam pro interceſsione: vt
C.ad Velleia.l.antiquæ.Ang.in concluſio.An inſtrumenta vel
229 teſtes poſsint pro † parte repudiari,& pro parte acceptari, vide
glo.in c.ſi quid veri.xxvij.diſt.& in Spe.de teſte.in prin. verſic.
quid ſi pro vtraque parte. Qualiter teſtes contradicentes inſtru-
mento illud impugnent,vide in d.l.j.§.ſi quis.& per Bar.ff.de re
gu.iur.§.ſi quis.& l.ſi librarius.An inſtrumentum reddatur fal-
ſum vel ſuſpectum,ſi teſtes ibi deſcripti dicant ſe non recordari,
dic vt in d.§.ſi quis, & ibi etiam vide de efficacia teſtium non
deſcriptorum in inſtrumento venientium ad eius impugnatio-
nem.Et quando teſtes diſcordant cum inſtrumento, vel dicant
ſe non recordari,quid iuris ſit,vide etiam in c.cùm Ioannes .de
fide inſtru.& in l.in exercendis.C.de fide inſtru.& ff.de bo. poſ.
ſecundùm tab.l.ij.ff.de teſt.l.hæredes.

230 Contrarietas † ſiue varietas teſtium,ſi variant in
actu rei geſtæ,& alibi,ſunt per di-
ſtinctionem partium ad concordiam reducẽdi: & potius
ſunt concordandi quam reprobandi.Et ita not.Abbas.in c.cùm
tu.de teſt.Secus eſt in actu excontinuabili.nam ex eis poteſt in-
ferri vnus teſtis ad principium illius temporis,alter ad finem. &
ſic poterunt ſaluari:vt in l.ſi inſulam.ff.ſol.mat.per Iac.de Aret.
& per Bart.in l.ij.§.ſi.ff.ſi cer.peta.& Inſtitu.de iuſti.de iure.§. is
igitur.Item teſtes poſſunt reduci ad concordiam inter ſe,& cum
inſtrumento : vt not.in l.ij.§. appellata.ff.ſi cer. pet. Dicta teſtiũ
ſunt diuiſione minuenda. Ange.in l.item videndum.in princip.
ff.de peti. hære. De contrarietate teſtium vide gloſſ.iiij.q.iij.c.
cùm teſtes.per Inno.in c.cùm contingat.de offi.deleg.Bald. in j.
conſtit.Codic.in §.quibus,Bar.in d.l.ſi inſulam.in d.§ ſi plures.
glo.in auт.de teſt.§.ſi verò.& per Iac.de Bel.in d.§.licet dudum
& in l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtib.& dixit Inno.in d.c.cùm con
tingat.quia concordia teſtium fit vbi ſunt pares probationes
aliàs non.& vide extra de proba.c.licet cauſam.& per Innocen.
in c.auditis de præſcript.& in Specu. de teſte.§.poſtquam. Te-
ſtes vnius partis non reducuntur ad concordiam cum confeſsio
ne alterius partis,vide Innoc.in d.c.cùm contingat.in princi. &
per Bald.in j.conſti.Codic. Teſtes reducuntur ad concordiam
in actu reiterabili.ſecus in inſtrumento.vt not.in l.j.C. qui accu.
no.poſ.& per Bal.in j.conſti.Codi.Si teſtium dicta ſunt contra-
ria,iudex habet arbitrium:vt in l.duo iudices.ff.de re iud. Bald.
in c.j.in qui.cau.feu.amit.

231 Falſus † Teſtis varians punietur.Nam ſi dixit fal
ſum in cauſa criminali,punitur pœna ta-
lionis.Tex.eſt in l.j.§.j.ff.ſi cer.pet.& ibi dixit.Bart.ꝙ
eadẽ pœna punitur officialis detinens teſtem, vt fal-
ſum dicat.Eſt ergo cautela quod teſtis proteſtetur ſe dixiſſe q̃
ſciebat,& quid ſi plura diceret,hoc facit metuit tormentorum.
232 & dicit falſum.Et vide † text.in l.lege.§.j.ad leg.Iul.pecu.qui di
cit quod officialis non admittens defenſiones iuris perinde pu-
nitur, ac ſi non admitterentur defenſiones innocentiæ. quod
eſt notandum. Pro primo dicto habes gloſſ.ij.q.iij.c.j. Teſtis
falſus in cauſa homicidij punitur pro homicidio. ſic punitur
innocenter qui deponit contra innocentem dolo. ff. de iuc.l. j.
poſt princip.ibi:qui ſe falſum. Teſtis deponens falſum ſuper
233 prædictis punitur lege Cornelia de fal. Sed † ſi extra ea, ſuper
quibus producitur:vt quia interrogatus an eſſet inimicus, dixit
non,cum eſſet:tunc puniretur crimine ſtellionatus, ſecundum
Iac.But.in l.Lucius.ff.de infa.Bal.in conclu.Teſtis ſi interroga
tur.ſi actus alicui pertinet vt producenti.dixit quod non,& pro
batur contrarium:nunquid punitur pœna falſi. Bal.in l. ſolam.
C.de teſti.dicit non:quia nõ deponit falſum ſuper negotio prin
cipali,ſed ſuper circũſtantijs negotij principalis.Ita tenet Iaco.
bu.in l.Lucius.ff.de infa.Sed Nic.Mat.dicit quod ſi iſta talia ve
niunt.tanquam circunſtantia teſtimonij,de prædictis poteſt te-
ſtis interrogari.Aduerte:quia ſi iſta opi. eſſet vera, reuocaretur
multum in dubiũ opi.Iaco.ſuprà dicta,ex eo quia dicit ꝙ iura-
mentum præſtitũ ſuper principali,extendatur ad omnes circun
ſtantias.ſecundũ quod probat Lino.in c.ſignificantibus . de te-
ſtib.ſi ſic:ergo ſequitur ꝙ teſtis deponens falſum ſuper circun-
ſtantijs eſt periurus:& ſic debet puniri.Odofr.dicit contrarium
ꝙ teſtis interrogatus non debet rñdere de circunſtantijs remotis
ex eo,quia ſuper hoc non fuit iuratus,nec productus,& attenta
234 opi.Iac.But.Ange.in conclu.Teſtis † non reddens cauſam ſui
dicti ſtudioſè,vel non concludentem,punitur pœna falſi: ſicut
ſi deponeret tacita veritate.ſecus ſi exemplificatiuè ſit locutus,
ſicut faciunt ruſtici:quia tunc non habet locum pœna falſi.glo.
not.in d.l.Lucius.de infa.Ex quo dico quod teſtis qui dicit,non
recordor,punitur,quando certum eſt quod recordatur. ſecus ſi
eſſet probabilis cauſa obliuionis.Super quo dicit Innocen. qđ
teſtis debet recordari ſuper perſonis,tam de loco quam de die.
vnde ſuper tempus eſt magis excuſabile dictum teſtis qui dicit
ſe non recordari ſecundum Inno.in c.qualiter & quando. in gl.
magna.de accu.& Bal.in l.preſbyteri.C.de epi.& cle.Nã teſtis
debet iurare dicere meram & purã veritatem pro vtraque parte
ſuper his,ſuper quibus eſt productus & interrogatus,vt colligi
tur ex l.preſbyteri.coniuncta auт.ſi iudex.C.de epiſ.& cle.& di
235 xi s.de iuramento teſtis.Teſtis † non debet aſſerere,niſi quod vi
dit & ſenſit:aliàs eſt falſus,ſecundum Inno.in c. fraternitatis. de
hæreti.quod no.Bal.in conclu.quod etiam vide in Spec. in titu.
236 de teſte.in prin.in verſi.item quod aliquid de ſuo. Teſtis † & ſi
dixit ad eum non ſpectare commodum rei,de qua deponit, ex-
cuſatur à falſo:licet probetur ad eum ſpectare commodum,tan-
quam quilibet de populo,vel vniuerſitate:quia intelligitur de-
poſuiſſe de commodo particulari,& ſingulari.Bal.in l.j.§.huius
237 ſtudij.ff.de iuſtit.& iure.Teſtis † qui dicit falſum,non poteſt cõ
demnari ſine citatione,licet ſit notorium iudici.ff.de re mili.l.iij.
§.ſi ad diem.Si verò in notorio,non requiritur condemnatio,ſed
inhibitio,vel alia ordinatio.Exemplum in ſtatutis,quæ ſunt con
tra libertatem eccleſiæ:tunc poteſt ſuperior inhibere,& alia face
re ſine citatione ſecundum Archi.ij.q.j.c.quæ Lotharius.Adde
quod ſi iudex deprehendit teſtem in falſitate,non eſt neceſſaria
citatio,ex quo pars eſt præſens.& dictum Archi.debet intelligi
parte abſente.Ad hoc.C.de teſtib.l.nullum.& quod not.ff.de in
fa.l.ictus fuſtium Bald.in l.preſbyteri.C.de epiſco.& clericis.
An autem teſtis,cuius dictum non valet,poſsit puniri de falſo,
238 vide Bald.in l.j.C.de ſepul.viola.Teſtis † inutilis non expediẽs
producenti,& aduerſario non nocens,poteſt accuſari de falſo:
per text.in l.j.C.ſi ex fal.inſtru.Bald.in l.fin.eod.tit.& vide Bar.
239 in l.ſi quis legatum.ff.de fal. Teſtis † qui dicit falſum præter
conſcientiam domini non præiudicat domino.Bald.in l.fin. C.
ſi ex fal.inſtru.& dicit Bald.ibi pro cautela quod dominus renũ.
ciet eius dicto. Teſtis qui dicit falſum ſuper vno articulo,ſiue
capitulo,non creditur in alio : quia eſt depoſitio ſuper indiuiſi-
bili,ſcilicet ſuper iuramento,ſecundùm Oldr. vide quod not. in
l.iij.ff.de condi.ob tur.cau.& l.certi condictio.§. quoniam. ff. ſi
240 cert.pet.& ibi per Barto. Si teſtis † in ſua teſtificatione fal-
ſum inſerit, vel addit,aut vera detrahit : certè licet tota teſtifica-
tio detrahatur,vitiatur. Ita tenet Iacob.de Aret.per l.j.§. ſi quis
ſimpliciter.ibi:ſemper probandum eſt ff.de verb.obliga.& facit,
ſecundum eum.iij.q.ix.c.pura & ſimplex.§.ſed ſi mihi.de teſti.l.
qui tabulas.Ange.in conclu.& vide Bal.C.de tranſac.l.ſi ex fal
ſis.& gloſſ.in c.ſi ad ſcripturas.ix.diſtin.& in Specu. de teſte. in
241 princ.verſicu.item quod aliquis additur de ſuo. Teſtis, † qui
in articulo mortis conſtitutus fatetur falſum teſtimonium dixiſ-
ſe,non nocet victori.Bald.in l.ſi quis in graui.in princ.ff.ad Syl
la.& ita etiam tenet Bal. in authen.ſi dicatur.C.de teſti.Ang. in
242 conclu. Producens † falſos teſtes & ipſi teſtes producti, ac
etiam mandator poſſunt vno libello accuſari:licet in perſona cu
iuſlibet teſtis ſit vna falſitas.de quo per Ange.in l.j.C.ſi reus vel
accu.mor.fue.& per Bal.de adul.l.nihil.& per eum in l.ij.§. ſed
& vnus.aliàs,ſed vtilius.ff.vi bon. rapto. vbi dicit quod pœna
quæ imponitur producenti falſos teſtes habet locum in produ-
cente vnum teſtem tantum. Quæ autem ſit pœna teſtis depo
nentis falſum & reuelantis teſtimonium,dic vt nota.C. de teſti.
l.qui falſa vel varia.& dixi ſupra in princip. huius c. Teſtis
243 † occultans veritatem.perinde punitur ac ſi falſum diceret: vt
not.C.de teſti.l.iuriſiurandi.& l.preſbyteri.C.de epiſco.& cleri.
Et vide omnino in Spe.in titu. de teſte.in princi.verſic.ſed nun
quid.Iudex teſtem,qui falſum dixit,ex officio poteſt illum fu-
ſtigare:non tamen ex hoc euitabit accuſationem legis Corne-
244 liæ.Teſtis † deponens falſum,vel vacillans coram iudice non
ſuo,poteſt ab eo puniri,& ibi ſortitur forum.C.de teſti.l. nullũ.
vide



vide Spe.eo.tit.in prin.ver.quid ſi aliquis Bono.& in verſicu.ſi
ponitur.Qualiter puniatᷣ clericus deponens falſum.& in verſi.
245 quod ſi eorum qui tradit.Deponens † falſum corã arbitro, re-
mittitur puniendus ad iudicem ſuum.in repe.eo. ti.in prin.quid
de arbitro . in ver.ſeq.ponitur de teſte qui dicit falſum per mo-
dũ exceptionis,vel replicationis.Teſtis qui dicit ſe neſcire quæ
246 ſcit,punitur de falſo.Ang.in corpore de teſtib.in prin.Quid † ſi
ſolus tabellio in abſentia iudicis teſtem recipit,& eius depoſitio
nem ſcribit:qui teſtis negat ſe ita depoſuiſſe:cui magis credatur,
an tabellioni,vel teſti,vide in Spe.de teſte.in verſi.ſed pone ec-
ce iudex.an teſtis,qui nõ poteſt de falſo redargui ex forma ſtatu
torũ,poſsit de falſo damnari ex forma ſtatuti diſponẽtis cõtuma
cem haberi pro confeſſo,vide Bar.in l.abſentem.ff.de pœnis.

247 Non † præſumuntur rogati teſtes teſta-
mentarij: quia ex-
trinſeca ſolennitas eſt.Non obſt.quod tabellio præ-
ſumitur rogatus:vt in auт.de tabel.§.vos autem.quia
illud facit authoritas publicæ perſonæ.Bal.in conclu.& vide in
Spec.de teſte.circa fi.prin.verſic.quid ſi dicitur teſtes debẽt eſſe
rogati,hoc eſt,ad actum,ad quem adhibentur.de quo per Bart.
ff.vi bon.rapto.l.ij.§.homines.Quando autem teſtes in teſtamẽ-
to deſcripti,non ſunt rogati,quid iuris ſit,vide cõſilium Frãciſ.
Tigrini,quod habes tertium in ordine.Quando autem in inſtru
mentis iudicialibus teſtes ſunt neceſſarij,an debeant eſſe rogati,
vide Angel.in corpore de inſtru.cau.& fide.§. & ſi inſtrumen-
ta.Et quid in actis iudicij,vide ff.de adop.l.poſt mortem.In qui
bus autem caſibus debeant teſtes eſſe rogati,vide glo.iij.q . ix.c.
teſtes.§.j.in Spec.de teſte.in prin.verſi.item ꝙ non fuit rogatus.
cum ſeq.Et an præſumantur rogati,vide ibi.teſtes probãtes cõ-
feſsionem extra iudicium debent eſſe rogati,vt d.gloſ. Item de-
bent eſſe rogati in teſtamento.C.de teſt.l.hac cõſultiſsima. Item
in diuortijs,de diuor.l.nullum.Item vbicunque requiritur præ-
taxatus numerus teſtium,debent eſſe rogati,exceptis codicillis.
l.fin.C.de codicillis.

248 Quæro † an teſtes debeant cognoſcere contrahẽ-
tes.Reſpondetur ꝙ non,ſi adhibentur ad
ſolennizandum.ſecus ſi ad probandũ actum, de hoc
no.C.de iur.de lib.l.fi.§.ſin autem dubium.& vide in
l.teſtium.ver.ideoque.ff.de teſt.per glo.& doct.& per Ange.in
auт.de fide inſtru.& inſti.de excu.tut.§.item propter litem . An
249 autem † teſtes poſsint produci,& examinari coram iudice per
vnum ex compromittentibus in cauſa,& ſuper lite pendente co
ram arbitris,licet non debeat iudex adiri,cùm tamen eſt impe-
dita via ꝙ actus ſit ipſo iure nullus: imò valet petitio coram iu-
dice oblata.l.ſi quis.ff.de arbit. & l.ſi quis.rem. & l. ſi vnus.§.ſi
250 multò plus.eo.tit.Sed † nunquid ſit neceſſaria litis conteſtatio
parte opponente? Videtur ꝙ ſic,in c.per venerabilem.qui fi.ſint
legi contrarium videtur:quia ibi petitur ad perpetuã rei memo-
riam.Nam potius imploratur inquiſitio,ſcilicet vt iudex inqui-
rat veritatem à teſtibus,quã vitietur actio,& concluditur iudi-
ci,non parti:ideo lite nõ conteſtata proceditᷣ.vnde c.quoniã fre
quẽter.eſt ſituatũ ſub tit.vt lit.non conteſt.ad hoc in auт.de teſt.
§.penul.& hæc eſt veritas.Sed nunq̃d arbiter poſsit examinare,
an teſtis depoſuerit veritatem coram iudice,iterum examinan-
do eos duos teſtes:vt in l.fin.C.de teſt.videtur ꝙ non:quia veriſi
mile eſt ꝙ coram iudice,qui habet imperium,dixerit veritatem.
Reſpondeo,iſte caſus nõ reperitur deciſus.Et dicunt quidam ꝙ
teſtes iudicis non ſunt recipiendi:qui non poſſunt variare:ſed te
ſtes arbitri ſic.Sed Cy.in l.is apud quem.C.de eden.dicit quòd
nouus iudex de nouo examinat,per l.per hanc.C.de tempo.ap-
pel.Sed illa non facit:quia loquitur de teſtibus diuerſarum par-
tium.quicquid ſit,vacillanti teſti,vel varianti in prima teſtifica-
tione non creditur:ſed ſi ſæpius teſtificet,creditur dicto prio-
ri,quia conſtat eum periurum.extra,de teſti.cap.teſtimonium.
251 Sed † nunquid magis credatur notario quam teſti. Dic quòd
notario:quia fungitur vice notarij & teſtis,propter ſacramenti
exactionem:& ideo notario magis creditur.De hoc in l.j.in fin.
ff.quemad.teſt.aper.& per Cyn.C.de fal.l.ſi quis decurio.Et ita
conſuluit Bald.Item ſi teſtes dicant ꝙ notarius aliter ſcripſit di-
ctum eorum quam ipſi dixerunt teſtificando,plus creditur no-
tario quam ipſis:vt not.in Spe.de inſtru.edi.§.reſtat.verſi.quid ſi
dum.& verſic.quid.& verſi.quid ſi vnus.& quod not.in addi.
Spec.in tit.de ſen.§.vt autem.ver.& nota.Facit quod not.Barto.
in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tut.vbi dicit quòd ſemper notarius
præſumitur in dubio appoſuiſſe verba importantia voluntatem
defuncti,vel contrahentium.Quid autem ſi teſtis,qui depoſuit
falſum,ſe excuſet quòd notarius aliter ſcripſit quam ipſe dixit:
vide in Specu.de teſte.§.j.ver.ſed pone,ecce iudex.

FINIS TRACTATVVM.DO.
Nelli de Sancto Geminiano de teſtibus,
ſiue de publicatione teſtium.

## Incipit ſecundum vo-
a LVMEN CONSI-
LIORVM DO. BARTO. A
Saxoferrato vnà cum diſputationibus,
tractatibus, atq; ſermonibus per ipſum
editis,& non antea impreſsis,cum addi.
& ſummarijs Clariſsimi I. V. Docto-
ris do. Thomæ Diplouatatij Conſtanti-
nopolitani.

1 *An ex uigore dictæ diuiſionis uideatur renunciatum iuri fideicommiſſi, qñ fuit promiſſum non cõtrauenire.*
2 *Stante promiſsione de defendendo, an ius fideicommiſſi uideatur eſſe ſublatum.*
3 *Fraternitas ſubſtituta an poſſit aliquid petere de bonis emphyteuticis uigore ſubſtitutionis.*
4 *Donatio facta rebelli, & per notarium rebellem rogata, an ualeat.*
5 *Pater an obligetur ad reſtitutionem bonorum filij, ſi per patrem, tanquam miniſtrum ſunt quæſita filio.*

### CONSILIVM I.

IN nomine domi-
b ni [b] Amen.
Proponit, ꝙ
Rigus Porci
de Eugubio,
habet certas
poſſeſsiones
in emphyteu
ſim ꝓ ſe, ſuis
filijs,& hæredibus,vſq; in tertium gradum
finitum,ab eccleſia maiori ciuitatis Eugu-
bij:& quibuſdam alijs monaſterijs ad ha-
bendum,& poſsidendum,& non alienan-
dum,nec alicui cõcedendum ad damnum
dicti monaſterij:ꝙ Rigus fecit teſtamẽtũ,
& Porcellum, Rodulphum & Iouaninũ,
& Cionectum eius filios hæredes inſtituit,
& ſubſtituit ꝙ ſi quis eorum deceſſerit ſine
filijs,portio ipſius deueniat ad ſuperuiuen
tes.Contingit ꝙ Iouaninus mortuus eſt,et
bona ſua remanſerunt libera apud fratres.
Deinde dicti Porcellus & Cionectus diui
ſerũt bona ſua ꝓpria, & emphyteutica, &
in parte dictorũ Rodulphi & Cionecti ve-
nerũt multa bona emphyteutica, & in in-
ſtrumẽto diuiſionis promiſit vna pars alte
ri ipſam partẽ defendere,& guarẽtare con-
tra oẽs perſonas:& ſibi inuicem finierũt &
quietauerũt partes,& mõtones prædictos,
& promiſerunt contra prædicta non veni-
re ſub dicta pœna, & obligatione bonorũ,
vt in inſtrumẽto inde cõfecto latius cõtine
tur.Deinde dictus Cionectus decedẽs ſuũ
hæredẽ inſtituit Rodulphũ:deinde dictus
Rodulphus decedẽs inſtituit Franciſcum
ſuũ filiũ,& eidẽ,ſi decederet ſine filijs,ſub-
ſtituit fraternitatem ſanctæ Mariæ de Mer
cato:qui Franciſcus immiſcuit ſe hæredita
ti paternæ,& exiſtẽs maior xiiij. annis do-
nauit cauſa mortis bona ſua Baldo dñi Ar
mani,vt patet ex inſtrumẽto inde cõfecto,
& mortuus eſt.Hinc orit̃ quæſtio inter di-
ctũ Porcellũ ex vna parte,dicente bona di
cti Cionecti,q deceſsit ſine filijs,pro dimi-
dia ꝑtinere ad eũ iure fideicõmiſsi ſibi de-
biti ex teſtamento pr̃no. Itẽ dicit bona em-
phyteutica debere eſſe ſua ex vigore pacto
rũ appoſitorũ in inſtrumẽto emphyteuti-
co:& dictã fraternitatẽ ex alia parte dicẽtẽ
ſibi dicta bona deberi ex vigore inſtitutio-
nis factæ dicto Frãciſco ꝑ Rodulphũ eius
patrẽ,& ꝑ dictũ Bal. dñi Armani aſſerentẽ
dicta bona ad ſe ꝑtinere ex cauſa dictæ do-
nationis cauſa mortis. Modò quærit̃ quis
c iſtorũ habeat iura ſua. In q̃ſtione prędicta [c]
1 primò vidẽdũ eſt †an ex vigore dictæ diui
ſiõis videat̃ renũciatũ iure fideicõmiſsi de
biti,inter ipſum Porcellũ, & fratres ex te-
ſtamento pr̃no.Et videt̃ ꝙ ſic propter ver-
ba appoſita in dicto inſtrõ: qa promiſit nõ
cõtrauenire.Et ſic videt̃ caſus ĩ l.q Romæ.
§.duo fratres.de ver.ob.ſecũdũ opi. Roge.
ibi poſitã,quã tenet ibi Dy.In cõtrariũ vi-
det̃ ſecũdũ opi.Hugo.ſm quã ibi fuit malè
iudicatũ.q videt̃ tenere gl. in l. tres fratres.
ff.de pac.quã opi.ſm Pe. et multi alij mod.
de qbus ego fui legẽdo,ſcribẽdo,et pluries
cõſulẽdo.qđ ꝓbo pluribus rationibus.Pri
mò,ꝑ ſimplicẽ diuiſionẽ nõ vr̃ renũciatũ iu
ri fideicõmiſsi, ſecũdũ oẽs:vt l.cũ pater. §.
hęreditatẽ.de leg.ij.Sed ſtipulatio ſimplex
limitat̃ ſecũdũ naturã p̃cedẽtis cõtractus: d
vt l.ſi ſtipula.de vſur.& de leg.j. l. ſi legatũ
ſerui noĩe.& vt leg.no.ca.l.j.§.ſi qs ſub cõ-
ditione. Sed ſimplex diuiſio procedẽs ad
extinguẽdũ fideicõmiſſum, nõ extinguit:
ergo &c.Præterea ꝙ hæc verba nõ impor-
tẽt,eſt caſus in l.j.§.itẽ quæſijt.de cõdic.in-
de.Præterea,de hoc etiã eſt caſus in l. ſi de
certa.C.de trãſac.Præterea,videt̃ expreſſus in l.ſi ex pluribus.de
ſol.Pręterea,dictũ generale nõ refert̃ ad ea,quæ depẽdent ex te-
ſtamẽto.Pręterea,ſuper his quæ ex teſtamẽto dependent,nõ po
teſt paciſci,niſi inſpectis & cognitis verbis teſtãtis:vt ff.de tranſ-
actio.l.de his.& quẽad.teſta.aper.l.j.§.pe.ſed tẽpore dictæ diuiſio
nis verba dicti teſtantis non fuerũt inſpecta,nec cognita: nec de
his fuit cogitatũ.Et ſic cõcludit̃ ꝙ ex vigore dictæ diuiſionis:&
dictorũ verborũ:qa promiſit nõ venire cõtra:nõ fuit ſublatũ ius
2 fideicõmiſsi.†Supereſt vt videamus an ex vigore promiſsiõis fa
ctæ de defendẽdo ius fideicõmiſsi videat̃ eſſe ſublatũ,quaſi quẽ
de euictiõe tenet actio:eũdẽ agentẽ repellat exceptio. Ad qđ di
cendum eſt ꝙ dicta promiſsio de defendẽdo in cõtractu diuiſio
nis,& in quocũq; alio debet intelligi,niſi euincat̃ facto eius, ad
quẽ portio deuenit:vt ff.de euic.l.fundum meũ,& de dote præ-
lega. l. licet placeat.ad l.falci.l.ſi à me. Sed in propoſito noſtro ſi
Porcellus petit fideicommiſſum ſibi debitum ex perſona Cione
cti defuncti:ipſe euincitur ex facto & ex obligatione ipſius Cio-
necti,ex quaſi cõtractu celebrato per eum, ex quo immiſcuit ſe
hæreditati paternæ:tunc enim obligatur dicto fideicõmiſſo. Itẽ
euincitur ex facto teſtatoris,cuius hæres fuit dictus Cionectus,
& pro ea parte qua hæres fuit:& ſic videtur agi ex facto ipſius
proprio:vt not.in l.ſi ſeruus.ff.de condi.fur.& tenet do. Iaco. de
Areti.& domi.Oldrad.in d.§.duo fratres.reprobando opinionẽ
Azo.ibi poſitam:& ſic concluditur ius fideicommiſsi remanere
ſaluum,non obſtante diuiſione,& ſic ad dictum Porcellum per
tinet medietas bonorũ dicti Cionecti deducta legitima, & Tre-
3 bellianica.†Secundò videndũ [d] eſt de bonis emphyteuſis, quo-
d rum eſt duplex inſpectio.Primò an dicta fraternitas ex vigore
dictæ ſubſtitutionis poſsit aliquid dicere in dictis bonis.& certũ
eſt quòd non.Nam cùm dictus Franciſcus deceſsit maior xiiij.
annis,conſtat dictam ſubſtitutionem eſſe fideicõmiſſariã.Sed in
fideicommiſſo poſſunt venire dicta bona emphyteutica,quę de
bent dicto Franciſco,vt filio ex vigore contractus celebrati per
auum,cum dictis monaſterijs qui recepit pro ſe,& ſuis filijs, &
nepotibus vſq; in tertiã lineã:vt ff.ad Treb.l.ſi patroni.& ibi not.
per Dy.in rebus feudalibus:in rebus verò emphyteuſis Dyn.in
d.l.ſi patroni.innuit ꝙ veniãt in fideicõmiſſum.per l.agros.C.de
omni agro deſer. & qa põt particulariter legari:vt l.apud Iulia-
nũ.§.ſi hæres.& l.ſi domus,§.fi.de lega.j. Sed hic aduertendũ eſt
ꝙ quædam ſunt bona emphyteutica,hoc eſt,bona vectigalia,ſi-
ue tributaria iſtius ciuitatis:quę cũ illa tranſeant ad oẽs hęredes,
ita tranſit in fideicõmiſſarium vniuerſalẽ: ſed res emphyteuticæ
eccleſiæ

a ¶Incipit ſecundum volumen.Ego Tho. exiſtens Eugubij anno dñi Mcccccxiij. ꝑ illuſtriſsimo domino Franciſco Maria Feltrio de ruere &c. duce dignisſimo ac ampliſsima cũ authoritate eiuſdẽ locũ tenens affectáſq; qcquã noui, & codices vt plurimũ vetuſtiſsimos, qui in diuerſis latitabant locorũ latebris inuenire, & Bart.præſertim inter alios, cuius veſtigia penes Legiſtas adoranda fore nemo eſt qui ambigat, reperi tandẽ in præfata vrbe ꝙ plures Bart.inueteratos libros, & maximè in dñi Federici.do.Io.de Zãchis domo,q eius humanitate nõnulla cõſiliorũ volumina ſua ſpõte mihi largitus eſt.in quorũ quidem numero multa eiuſdẽ Bart.extiterãt conſilia, inter quæ octo originalia ꝓpria manu ſubſcripta,ac ſuis corroborata ſigillis erãt. Itẽ quoq; à domo dñi Iulia. de mõte Granello I. V. D. eximij,à quo & eius filio volumen conſiliorũ Bar.ſecundũ ordinẽ Peru.in tres diſtinctũ partes dono cõſequut⁹ ſum.quarũ prima iudicia, altera verò cõtractus, poſtrema quidẽ vltimas continet voluntates. Habui etiã ex domini Io Bap. Bentiuoli de Eugubio, necnon do. Honofrij de Bartolinis de Peruſio,ac domi. Io. de mõte Sperello Peruſini celeberrimorum doctorũ gymnaſijs nonnulla librorũ antiquorũ volumina, quibus omnibus viſis & quam optimè vnà cũ volumine cõſiliorũ Bar. in lucem edito ſæpius conſideratis,plura deniq; cõſilia,queſtiones, tractatus,& Bar.ſermones, quæ adhuc impreſsione indigent, nõ modico reperi conatu, quæ omnia cũ domi. Petro Paulo Pariſio patri, ac domino meo Bonoñ. Paduæ iura cano.publicè atq; ordinariè ꝓfitenti Venetijs, in mea oſtẽdiſſem academia, maxima cũ inſtantia me illa imprimere & in lucem emittere rogauit. & ita ad cõmunẽ tã doctorũ ꝙ ſtudentium vtrorũq; vtilitatem, imprimere feci.Tho.

b ¶In nomine domini. Addeq; originale huius cõſilij manu propria Bart. cũ ſigillo, & ſubſcriptione eſt penes me. Tho.

c ¶In quæſtione prædicta. Adde ꝙ idẽ tenet Bar.in l. q romę. §. duo fratres. in iij. col.in ij.q.ff.de verb. ob.ꝑ eadẽ fundamẽta, prout hic, & in j. col. dicit ꝙ huiuſmodi opi.eſt veriſsima. & Barto. in l. Paulo Callimacho.§.j.ff.de lega. iij. vbi dicit ꝙ iſtam opin.tenet pro vera,& ꝙ etiã ſemp tenuit. & idem tenet Bar. cõſulendo in cõſil.lviij.in j. volu. ex themate p̃dicto. idẽ latè tenet Bal. in c.j. in titulo, Imperator Loth. & in l. cũ pater.§.hæreditatẽ.la ij. ff.de le.ij.cũ cõcor.de quibus per do. Iaſ.in d.l.qui Romę.§. duo fratres. in xij. col. in ver. cõtumaciã opi. cui adde Bart. in hoc conſi.Tho.

d ¶Secundò videndũ. Adde quòd idẽ tenet Bar.in l.ſi patroni.ff. ad Trebel.& dicit ꝙ hoc tota die de facto occurrit, vide plures concordan.ibi in apoſtilla mea,in ver.habes.Tho. Diplo.



eccleſiæ aliud eſt.ille em̃ in nullo titulo poſſunt in aliũ transfer-
ri.Caſus eſt expreſſus.C.ne rei dñicæ vel tẽplorũ.l. ij. Præterea,
hoc expreſſum eſt ex ipſo inſtrumento locationis, vbi dicitur,
& nõ vendendũ,vel alienandũ eſſe:& ſic nõ põt per legatũ, vel
fideicõmiſſum relinqui extraneæ perſonæ:vt l.vnum ex familia
quaſi ꝑ totã.ff.de le.ij.maximè ĩ caſu legis noſtræ, vbi reſtituere
tur fraternitati,quæ eſt perſona potentior, & dictis monaſterijs
durior.ergo &c.not.in c.potuit.extra,de loca.& ſic concludit̃ ꝙ
dicta fraternitas in dictis bonis nõ poteſt aliqd dicere. † Tertiò
4 videndũ eſt de donatione facta dicto Baldo,circa quã in his q̃
alegãtur ꝙ non valet:quia facta.& rebellis eccleſiæ & in rebellẽ
& per notariũ rebellem:& ſic eſt inualida. Reſpondeo ꝙ iſta in
facto conſiſtunt:& ideo circa hoc nihil dico, ſed poſito ꝙ vale-
ret:tamẽ bona emphyteutica dictus Porcellus deberet habere
ſaltẽ pro duabus,ſ.pro parte Rodulphi,& Cionecti,pro quibus
duabus partibus, cũ illi haberent iure ſuo,dictus porcellus non
tenet̃ de euictione: vt lege ſi familię.familiæ erc. Pro tertia verò
parte,quam prædicti habuerunt de parte dicti Porcelli, poſſet
eſſe dubium.non enim habet hic locum ratio dicta in præceden
tibus.Nam Porcellus non euincitur ex vigore alicuius obliga-
tionis,qua tenetur dictus Frãciſcus,vel aliquis author eius,ſed
5 ex vigore cõceſsionis factæ patri ſuo per dicta monaſteria.†Et
aduertendum eſt quod pater non obligatur filijs ad reſtituen-
dum illa bona,ſed per ipſum patrem tanquam per miniſtrum
quæritur ipſi filio:& ſic etiam habet locum ratio prædicta, qua
dictum eſt quod non tenentur de euictione,quando vendicant
iure fideicõmiſsi:verũ quia per alienationem factam per dictũ
Franciſcum in dictum Bal.reciderũt in dicta monaſteria tam ex
forma cõmuni quã ex forma p̃dictorũ ideo cõſultè faciet dictus
Porcellus ſi faciet ſibi renouari,et refirmari à dicto monaſterio.
Et ita dico ꝙ conſulo ego Bart.à Saxoferrato legum doct.& ad
fidem me ſubſcripſi,& meum ſigillum apponi feci.

1 *Argumentũ an ualeat ex ordine inquiſitionis.*
2 *Fama publica cum alijs probationibus, & indicijs facit plenam probationẽ, etiam in criminalibus.*
3 *Stante dubio quis primò de duobus percuſsit, in benigniorem partem interpretandum eſt, ut abſolutio ſequatur.*
4 *Si per curiam nõ probatur Mæuium antè percuſsiſſe: in dubio abſolutio ſequi debet.*

### CONSILIVM II.

a IN Chriſti nomine [a] amen. Viſa inquiſi
tione formata contra
Nicolaum Petri Venturæ de eo ꝙ dicitur Nicolaum
percuſsiſſe Brixium in manu ſiniſtra, viſaqué excuſa-
tione dicti Nicolai,& dictis teſtium examinatorum ad eius de-
fenſionem,viſoque ſtatuto communis Eugubij, quo permitti-
tur percuſſori repercutere illũ qui eũ percuſsit : videtur de iure
indubitãter dicendum dictũ Nicolaum abſoluendum eſſe à di-
cto capite inq̃ſitionis.Nã vr̃ ſufficiẽter conſtare dictũ Nicolaũ
fuiſſe ꝑcuſſum ex pluribus indicijs,& veriſimilibus ex eo,qa in
dicta inquiſitiõe continet̃ dict Brixiũ feciſſe inſulũ cõtra dictũ
Nicolaum,ex quo debet præſumi dictum Brixium primò per-
1 cuſsiſſe:arg.l.j.§.cũ arietes.ff.ſi qua.pau.fe.dica.†Præterea ex or
dine dictæ inquiſitionis,in qua primò ponitur, & narratur di-
ctum Brixium primò percuiſiſſe,poſtea ſequitur dictum Nico
laum percuſsiſſe dictum Brixium,& ſic ex ordine dicto præſu-
b mitur dictum Brixium primò percuſsiſſe. [b] l.quoties. in prin.ff.
de vſufru.& l.cũ verò.§.quid ergo ſi plures,de fideicommi.lib.
2 †Pręterea,de hoc eſt fama publica,vt apparet ex dictis teſtium
ad defenſam Nicolai,quæ fama cum prædictis alijs probationi-
c bus & indicijs [c] facit plenam probationem.ff.de teſtib.l.iij.§.eiuſ-
dem quoque principis.& quod ibi no.& ff.de excuſa.tut. l.ij.in
3 prin.& ibi per Dy.& extra,de appel.c.j.& ibi per glo. † Præter
ea, cùm ſit dubium quis primo percuſsit,interpretandum eſt in
benigniorem partem vt abſolutio ſequi debeat:vt ff.de pœ.l.in-
ter pœnarum.& l.præſes.no.per Dy.extra de re iudica.ca.in ob-
4 ſcuris.in fi.de regula.lib.vj.& no.gl.pe.§.cùm arietes. † Præter-
ea niſi,per curiam probetur dictum Nicolaum antè percuſsiſ-
d ſe,abſolutio ſequi debet in dubio [d]:vt no.in fi.ff.de neg.geſt.l.cũ
actus.circa fin.Et niſi per curiam probetur locum,in quo fuit fa
cta repercuſsio diſtare per tot perticas:in dubio debet ſequi ab-
ſolutio:vt l.nõ ſolùm.§.ſed vt probari.ff.de
oper.no.nun.& ibi nota.&c. Ex eo quod
dicitur factum incontinenti,præſumitur fa
ctum ad ſui defenſionem:vt no.l.ſi ex plag.
§.taber.ff.ad leg. Aquil.& qđ not.in l.j. C.
vnde vi.vbi dicit ex qualitate facti & per-
ſonarũ præſumit̃ qualitas facti.hoc indicat
cum inſultus Brixij præceſsit,vt ſ.probatũ
eſt:ergo &c.Et ita vt ſ.ſcriptũ eſt, dico &
conſulo ego Bar.à Saxoferrato legum do-
ctor,ſaluo veriori iudicio,in cuius rei teſti-
monium me hic ſubſcripſi meumque ſigil-
lum apponi feci.Idem conſulo ego Andre
as dñi Raynerij de monte Vbiano legum
doctor.& ad fidem me ſubſcripſi,meoque
ſigno ſignaui.Idẽ cõſulo ego Frãciſcus Ti
grini de Piſis legũ doctor et ad maiorẽ fidẽ
me ſubſcripſi,ac meũ ſigillũ apponi feci.

1 *Legatũ factum pluribus perſonis intelligitur pro qualibet earum, & ſic quilibet in uirilẽ partem.*

### CONSILIVM III.

e IN chriſti nomine [e]
amen.Factum Thomæ quondã
Mercati fecit ſuum teſtamentũ,
in quo Catharinę ſuę nepti ex filio deſcẽdẽ
ti iure legati reliquit duos modiolos terræ,
& ipſam in prędictis ſibi hæredẽ inſtituit.
Item iuſsit & mandauit,& voluit ꝙ Paſcu
tia Angelella Paolella & Cia eius filiæ &
Catharina eius neptis eſſent vſufructuariæ
omniũ ſuorũ bonorũ,donec nupſerint.hoc
tamen addito & appoſito per dictũ teſtato
rẽ ꝙ ſi aliqua dictarũ mulierũ deceſſerit ſi
ne filijs, vel filiabus,vel ea,vel ex eis legiti-
mè naſcituris voluit & iuſsit dictus teſtator
partẽ illius mulieris decedentis ſuccedere
ac deuenire alijs mulieribus ſuperuiuenti-
bus,videlicet Paſcutię,Angelellę,Paolellę
ſuprà dictis filiabus dicti teſtatoris, & pro
æquali parte, & non dictę Catharinæ, nec
dictæ Ciæ.Item inſtituit dictus teſtator di-
ctas ſuas filias, & quãlibet earũ in qbuſdã
rebus.Dicta verò Paolella filia dicti teſta-
toris deceſsit ſine filijs. mater tutrix dictæ
Catharinæ petijt ſibi dari pro dicta Catha-
rina partem eidem Catharinę contingentẽ.
Quæritur in qua parte fructuum dicta Ca
tharina ſuccedat. In nomine dñi amen: in
quæſtione prædicta videt̃ dicendũ ꝙ dicta
Catharina debeat habere fructus integros
dictorũ modiolorũ terrę eiſdẽ relictorũ, &
hoc eſt clarũ.Itẽ debet habere quintã partẽ
1 fructuũ bonorũ ipſius teſtatoris †ex vigore
legati vſusfructus factis dictis dominabus
cũ fuerãt quinq;:& fuit dictũ pro qualibet
f earũ:& ſic quilibet in virilem [f]:vt l.interdũ.
in prin.de hære.inſti.& portio illius,quę de
ceſsit ex dictis filiabus,accreſcit alijs ſorori
bus,ex vigore ſubſtitutionis factæ:vt patet
ex verbis teſtatoris. Et ita dico. & conſulo
ego Bart.à Saxoferrato legũ doctor, & ad
fidem me ſcripſi, & meum ſolitũ ſigillum
apponi feci,&c.

1 *Verba relinquo uictum, & ueſtitum, ac habitationem in domo, quomodo intelligantur: & an debeat habere alimenta in domo.*
2 *Alimentis relictis, an poſſint peti alimenta præterita & futura.*

### CONSILIVM IIII.

g FActum Marini [g] Do
mini Franſci Philippucij de Eugu

a ¶In Chriſti nomine. Adde ꝙ originale huius conſilij manu propria Bar.cũ ſigillo & ſubſcriptionib⁹ manu propria, & ſigillis domi. Andreę domi. Raynerij de mõte Vbiano,& domini Frãc.Tigrini de Piſis eſt penes me Thomam.Tho.

b ¶Primò percuſsiſſe Adde Bal.in l.ij.C. de ſica. vbi ex illo tex.no.ꝙ ille q primò inſultat⁹ eſt,hoc ipſe dicitur feciſſe ad ſuã defenſionẽ.et idẽ Bal.ĩ l.ij.§.cùm arietes.ff.ſi quadru.pau. feci.dica.dicit & ſequit̃ ibi do.Florẽ.qđ inſultat⁹ ſemp preſumit̃ feciſſe ad defenſionẽ ſuã licitã.et idẽ Bal.ĩ l.multis.C. de lib.cauſa.dicit ꝙ ſufficit ꝓbare ꝙ aduerſarius fuit in ipſum aĩo occidẽdi,vel vulnerãdi imò forti⁹ no. Bal.in l.lege.per illũ tex.in lectu.antiqua.ff.ioc.ꝙ ex ſola ꝓparatiõe ad defendendũ,vel aggrediẽdum licitũ eſt mihi defendere,vel occire.& dicit ita fuiſſe de facto iudicatum. Thom.

c ¶Et indicijs. Adde & fortius:quia ĩ criminalibus quod qs fecerit ad ſuã defenſionẽ probat per ſolas coniecturas,quę iudicis arbitrio relinquunt̃,ſcđm Inn.& Io.And.in c.j.de pręſump.in nouella ſequtur,et reputat dignũ Bal.in l.j.in xij.col. C.de cõfeſ.& Iaſ.ĩ l. vt vim.in j.col.ff.de iuſti.et iur.Th.Dip.

d ¶In dubio.Adde ꝙ in delictis ĩ dubio p̃ſumit̃ factum tempore licito et permiſſo ſcđm Bar.et alios in l.nõ ſolũ.§.ſed vt probari.cũ concord. ff.de oper.no. nuncia.& Abb.in ca.auditis.in pe.co.de pręſcr.& facit regula.in l.Mæuio.ff.pro ſoc. Tho.Dipl.

e ¶In Chriſti noĩe.Adde ꝙ originale iſtius cõſilij manu ꝓpria. Bar.cũ ſigillo eſt penes me Thomã.Th.

f ¶Et ſic qlibet.no.ꝙ hic ad ea q̃ ipſe Bar. no.ĩ l.iterdũ,ĩ pri.ff. de hære.inſti. Tho.

g ¶Factum Marini. Adde qđ originale huius cõſilij erat penes me Thomã,qđ dono poſt modũ dedi excellẽtiſsimo.I. V.D.& poetæ laureato do.Io.Pe.Feretrio Rauẽnati an.domini Mcccccxiij.& die xij. Septembris dum Eugubij exiſterem,& me viſurum acceſſerit eũdem virum egregiũ,& cõ-

bio ſic ſe habet:Philippucius Iacomelli de
Eugubio in anno dñi Mcccxlij. die xxj.
menſis Auguſti ſuum condidit teſtamẽtũ
manu Vrbinelli Vguconis publici notarij
&c.in quo teſtamẽto inter cætera contine-
1 tur † ꝙ dictus Philippucius reliquit Mari-
no filio naturali quondam domini Franci-
ſci filij dicti teſtatoris victum, & veſtitum,
& habitationẽ in domo dicti teſtatoris in
parte,& de parte cõtingẽte Bartholomęo
hæredi ſuo infra ſcripto : qui Philippucius
in dicto anno domini milleſimo, & menſe
Septẽbri deceſsit ſuperueniente dicto Bar-
tholomæo hærede ſuo, relicto Marino, &
remanentibus inſimul per tẽpus ſex anno.
poſt mortẽ dicti Philippucij in domo ipſi-
us Philippucij.Qui Marinus per dictũ tẽ-
pus quo ſimul remanſit,& habitauit cũ di-
cto Bartholomęo in dicti teſtatoris habuit
victum,& veſtitũ,& habitationẽ in domo
prædicta.Poſt hæc iam ſunt ſex anni à di-
cto tẽpore circa,& ꝑ ipſum tẽpus do. Ma-
rinus ſtetit ſeorſum , & ſeparatim à dicto
Bartholomæo per dictũ tẽpus non habuit,
nec petijt,vel proteſtatus fuit dictus Mari
nus eidem Bartholomęo dictũ victũ & ve
ſtitum ſibi dari & pręſtari dicto Bartholo-
mæo per tẽpus prędictorũ ſex annorũ &c.
Quæritur modò,nunquid dictus Barthol.
hæres de iure teneatur dicto Marino ſatiſ-
facere de dictis victu & veſtitu,pro tẽpore
dictorum ſex pręteritorũ annorum vel nõ.
Et ſi victum & veſtitum eidem Marino præſtari & dari debeat
per do.Bartholomæũ alibi ꝗ in domo dicti teſtatoris, aut in do-
mo prædicta tãtum &c.Et ſi iuri do.Marini de prædictis obeſt,
quia ceſſauit manere & habitare in dicta domo cũ dicto hærede
per dictũ tempus ſex annorum,& ceſſauit petere et proteſtari ei
dem hæredi ſibi Marino per dictum tempus ſex annorũ proxi-
me præteritorum dictum victum & veſtitum ſibi Marino dari.
Et ſi do.Marinus poteſt habitare in dicta domo inuito dicto hæ
2 rede,vel non.Et quid ſit dicto Marino faciendum. † Et quid ſit
ſuper prædictis de tempore pręterito & etiam futuro dicendum
per do. Marinum contra dictum hæredem.Et ſi contingat ꝙ di-
ctus Marinus in prædictis,vel aliquid prædictorum contra di-
ctum Bartholo.hęredem ius habere placeat vobis formare eidẽ
Marino petitionem contra dictum Bartholo.hęredem.& etiam
facere ſibi intentionem ſuper dicta petitione & ſibi facere allega
tiones ſuper prædictis &c.Item quæritur ꝙ cùm in dicto teſta-
mento cõtineatur ꝙ dictus Philippucius reliquit dicto Marino
victum,& veſtitum,et habitationem in domo dicti teſtatoris,vt
ſuprà iam dictum eſt,& non declaret quo iure reliquit,& etiam
non declaret in vita dicti Marini , quid iuris ſit in prædictis, &
etiam ſuper hoc dictum Marinum conſulere &c.

1 *Renunciatio facta de laudo per procuratorem non habentem mandatum ſpecialiter ad hoc an ualeat*
2 *In promiſsione generali quæ ueniant, & quæ non.*
*Capitulum,qui ad agendum.§.ſed ſi aliquis.de procu.quare & quomodo ſit reſtrictum per cap.non poteſt.de procu.in Clemen.*
*Intellectus l.nam & nocere.ff.de pact.*

CONSILIVM V.

IN nomine Domini Amen. Sup de-
1 claratione prædictorum videndum eſt. †Primò de in
tellectu illorum verborum,ſi reliquit victum,& veſti
a tum,& habitationem in domo[a] &c.Ob hoc dico ꝙ illa verba,in
domo,referuntur ſolùm ad habitationem. quaſi dicat, relinquo
habitatonem in domo.non autem ad victum,& veſtitũ:quia nõ
eſt eadem ratio referenda,vt vtrunq; dicere,&c.ꝙ dictus Mari-
nus ſit adſtrictus morari in domo,vt habeat alimenta eſt abſur-
dus intellectus,cùm hic contineat ſpeciem ſeruitutis:& per iſtũ
modum imponi non poteſt:vt ff.de condi.& demon.l. tanto.§.j.
Videntur ergo alimenta relicta ſimpliciter.Vel ſi intelligatur,ꝙ
illud verbum in domo,ſ.præſtanda, quaſi dicat , ea quæ debent
præſtari pro alimentis præſtandis in ipſa domo,nec habet hæres
neceſſe portare ad domũ Marini,ſed ipſe Marinus portabit quò
vuit ſuis expenſis:vt ff.de rei ven.l.ſi res mobilis.& l.fi. & no.de
iudi.l.quod legatur.Quod autẽ ipſe Marinus moretur in domo
& ibi debeat comedere,& bibere,nec verba dicunt,nec interpre
tatio iuris conſonat,vt dictum eſt.Nec obſtat prædictis vt C. de
leg.l.j.& ff.de alimen.& cib.leg.l.libertis quos.§.j.cum ſimi.quia
in illis per modum cõditionis fuit initum quòd moraretur cum
certa perſona fauore illius perſonę,quod debet adimplere, vt cõ
ſequatur legatum,ꝙ autem quis debeat morari in certo loco,nõ
2 poteſt ſimpliciter alicui iniungi,vt dictum eſt.†Ex prædictis ap
b paret,ꝙ poſſunt peti alimenta præterita[b],& futura,& ꝙ non no
cet dicto Marino,ſi non ſtetit in domo,vel non fuit proteſtatus.
Caſus eſt in l.libertis quos.§.j.de ali.& ciba. lega. & ibi nota. Et
ita de iure dico,& conſulo ego Barto. à Saxoferrato legum do-
ctor.& ad fidem me ſubſcripſi & meo annulo ſignaui.

1 *Procurator ſi non habet authoritatem renunciandi laudo ſi renunciat , renunciatio ipſa non præiudicat domino quin poſsit petere executionem laudi.*
2 *Verba appoſita in contractu debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam.*
3 *Cap.qui ad agendum.§.ſed ſi aliquis.de procu.lib.vj.quomodo intelligatur.*

CONSILIVM VI.

c IN Chriſti nomine[c] Amen. Super pũcto
quæſtionis vertentis inter dominam Compitam hæ-
redem vniuerſalem ex teſtamẽto Saboli Scanturij de
villis Carionis,& eius procuratorem ex parte vna,& dominam
Antoniam & Baldum eius filium de Eugubio & eorum procu
ratorem ex altera coram domino Conte iudice communis Eu-
gubij,qui talis eſt:Nunquid renunciatio facta per ſecundum nũ
cium procuratorem dominæ Compitæ,laudo lato pro dicta do-
mina Compita contra prædictos dominam Antoniam , & Bal-
dum,tenuerit,& præiudicet dictæ dominæ Compitæ in execu-
tionem ipſius:necnon viſis compromiſſo laudo & renunciatio-
ne & omnibus actis,& ſcriptis factis,& actitatis inter dictas par
tes,& iuribus vtriuſq; partis:breuiter videtur de iure dicendum
ꝙ renunciatio,de qua ſ.fit mentio,nullo modo tenuerit , & per
conſequens non præiudicet dictæ dominæ Compitæ in execu-
tione dicti laudi.Et pro fundamento huius adducitur illud qđ
vulgo patet ꝙ fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi.ff.man
da.l.diligenter.& C.eo.l.cum mandati.Sed conſtat ꝙ procura-
tor prædictus non habuit mandatum de renunciando dicto lau-
do:vt ex ſerie ipſius procuratorij,& mandati apparet:quare &c.
1 † Accedat l.non dubium.C.de legi.cum materia ſua. Nõ obſtat
ꝙ allegari poſſet in contrarium ꝙ in mandato continentur ad ac
cuſandum,denunciandum & renunciandum : quia prædictum
verbum debet intelligi ad ea quæ tantum dictus procurator ha-
2 buit in mandato,& non ad alia: †quia verba appoſita debent in-
telligi ſecundum ſubiectam materiam:vt l.ſi vno.ff.loca. & con
du.& eod.titu.l.in lege. Sed ita eſt ꝙ in dicto mandato nulla fit
mentio de aliquo laudo:quare &c.Præterea, in prædicto verbo
generali ad renunciandum,&c.nõ videtur eſſe incluſum quòd
perdat,vel donet:vt l.quia iuris.§.ſi filius.ff.de pac. & quia in ge
nerali promiſsione non includuntur ea,quæ quis non eſſet ſpe-
cialiter conceſſurus:vt l.obligatio.ff.de pignor. & l.alumnos.C.
quæ res pign.obli.poſ. & l. qui pecul.ff. de pecul. Quòd autem
quis non præſumatur velle donare,vel renunciare , in l. cùm de
indebito.ff.de probatio.& in l.quiſquis.C.de reſcinden.vendi.er
go,&c.Item non obſtat,quòd poſſet allegari quòd dictus pro-
curator potuerit renunciare dicto laudo,ex eo quòd in manda-
to ipſius continentur duo caſus , in quibus requiritur ſpeciale
mandatum,& poſtea ſequitur clauſula generalis: vt extra , de
3 procurato.c.†qui ad agendum.§.ſed ſi aliquis. lib. vj. quia ſalua
reuerentia allegantis prædictum ca.non facit ad materiam quę-
ſtionis præpoſitæ.Nam non eſt verũ ꝙ in procuratorio ſit adie-
cta clauſula generalis,prout requirit prædictum capitu. qui ad
agendum.Imò eſt clauſula taxatiua & reſtrictiua . At caſus ex-
preſſus in procuratorio,ex eo quia ibi dicitur , & generaliter ad
omnia & ſingula facienda quæ in prædictis,&c.Sed prędictum
capi.qui ad agendum.requirit clauſulam,abſolu.generalẽ & nõ
reſtrictam,vt in tex.patet.quare &c.Itẽ requiritur ꝙ ſint inſerta
in pro

patrẽ modo meũ di-
lectiſsimũ tot tãtiſq;
virtutibus inſignitũ
atq; decoratũ,& nũc
maximè cũ reuerẽd.
Car.Rauẽnæ vicariꝰ
in ſpiritualibus gene
ralis exiſtat nullo vn
quã modo ob ipſius
immẽſa pręconia ob
liuioni tradere volui.
Tho. Diplo.

a ¶Habitationẽ in do
mo.Vide Bar.in l.li-
bertis.§.j.ff. de ali.&
ciba.lega.vbi dicit ſe
conſuluiſſe. & ita cõ
ſuluit hic,& in cõſil.
ccxj. inci. quidã ſibi.
in j.volu.in ij.dubio.
& ibi ſcripſi in addi.
& in d.l. libertis. §.j.
& vide Io. Firma.in
ſuo reperto. in verſi.
alimenta . in verſicu.
xxxiij.Tho.

b ¶Alimenta præteri-
ta.Vide Bar. in cõſi.
ccxj . qdã ſibi filios.
in pe.& vlti.col. du-
bio.in j.vol.& Iaſ.in
l.de alimen.in vl.no.
C.de trãſac.vbi plu-
res etiã videas cõcor
dã.cui adde Bar. hic,
& in d. conſil. ccxj.
Tho.

c ¶In Chriſti nomine.
Addeq; originale hu
ius conſilij eſt penes
me.Tho.



in procuratorio illa verba,præciſè,& generaliter &c.& ſi man
datũ exigeret ſpeciale. quod non eſt in procuratorio,de quo lo
quimur.& ſic eſt receſſum à forma,& ſolennitatibus nõ ſeruatis
non includitur diſpoſitio:vt l.cũ hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac.& l.
cõſtitu.ff.ad muni.Præterea dictũ verbũ in prædictis fuit adie-
ctũ ad diminutionẽ,& reſtrictionẽ illorũ verborũ,& generaliter
ad oĩa & ſingula faciendũ,&c.Verba eñ inducta ad diminutio
& taxationẽ,non operantur augmentum,nec econtra:vt l.ſi cui
ſerui.ff.de le.j.& l.cũ certis.ff.de tri.& oleo leg.& ff.de iud.l.fidei
cõ.§.qd tñ.cũ ſi.quare &c.Præterea,prædictũ cap.habet hodie
reſtrictas habenas per c.non poteſt.de procur.in Cle.per quod
nõ põt exequi maiora,vel etiam grauiora,niſi in ipſo procurato
a rio ſint expreſſa,vt ibi patet.Sed remittere[a] eſt maius,quã aliqd
prędictorũ:qa eſt donare:vt l.ſi qs.de le.ff.de noua.ꝑ formã eñ
dictę procuratiõis dictus procurator non põt donare,vt ex for-
ma ipſius apparet.ergo &c.Cętera ſuppleat prudẽtia cõſultoris.

1 *Generale mandatum ad paciſcendum & renunciandum debet intelligi ꝙ donationẽ non contineat:& ideo procurator non poteſt renunciare laudo.*
2 *Procuratori ad lites non poteſt fieri ſolutio.*

CONSILIVM VII.

b DOmino Vgucioni[b] de Eugubio iuriſ-
perito amico cha-
1 riſsimo.†Domine mi,in quęſtione per eos mihi tranſ-
miſſa inter dominam Compitam & dominam Anto-
niam.viſis omnibus actis & alleg.vtriuſque partis,dico renun-
ciationem factam per dictũ procuratorẽ non præiudicare domi-
næ Compitæ:quia iſta renunciatio eſt donatio,quæ non venit
in generali mandato cũ libera.& illud qđ dicit ad renũciationẽ
& paſciendũ,debet intelligi ꝙ donationem nõ contineat. & hoc
dicũt iura vulgaria.& ita debet intelligi l.nã & nocere.ff.de pac.
2 quę multũ facit cõtra iſtã partem.†Pręterea iſte conſtitutus pro
curator ad lites,cui non poſſet ſolui ex vigore mandati,vt l.hoc
iure.ff.de ſol.Vnde eius renunciatio non nocet dicto:vt l.ſed &
ſi tamen.ff.de pact.Præterea tẽpore laudi interfuit domina Cõ-
pita.quod patet:quia in inſtrumento dicitur,præſentibus dictis
partibus.ergo ſaltẽ quantum ad hoc procurator videtur reuoca
tus,vt in c.ſi quem.de procu.lib.vj.& ſic tantum quòd factum à
procuratore reuocato non valet. Veſter Bartolus à Saxoferrato
legum doc.dicit & conſulit vt ſuprà dictum eſt,ſaluo veriori iu
dicio.Datum Peruſij xxj.Nouenbris.

1 *Locus debet poni in inſtrumento,alias eſt nullum,niſi locus ſit manifeſtus & notus.*
2 *Compenſationem poteſt opponere nedum ſecundus creditor. ſed etiam primus.*
3 *In habente hypothecam generalem,qui prior eſt in tempore,potior eſt in iure.& hic uide pulchrum conſilium.*

CONSILIVM VIII.

c DOmine Thoma[c] ,vidi acta clietuli veſtri
,ſuper eo quod in dubiũ
reuocant de inſtrumento,an valeat propter defectũ
loci.ſine dubio ſi locus in contractu non ponitur,non
d valet,& debet poni clarè,[d]ſecundum quod per vos eſt ſolenni-
1 ter allegatum.†Poſſet tamen eſſe ꝙ domus filiorũ &c.poſita in
dicto inſtrumẽto eſt ita nota & manifeſta Eugubij quòd alia de
monſtratio non eſt neceſſaria:vt l.cùm ſeruo.§.fi.de contrahen.
emp.quicquid enim demonſtratæ rei additur,fruſtra eſt:vt l.j.in
fin.de dote præle.& ideo de hoc non ſcripſi per modum conſi-
lij.Circa ſecundũ ꝙ dicit, ꝙ ad illam dominã peruenerũt tot ex
pretio rerum venditarum,&c.dico quòd hoc placet:quia iſtam
compenſationem poteſt opponere,hic creditor ſecundus:etiam
2 poſſet ipſe debitor:vt C.de non nu.pecu.l.pe.†Circa tertium di-
citur quòd dicta domina habet domos quæ fuerunt in bonis de
bitoris valore octo lib.&c.dico quòd hoc non eſt clarè confeſſa
tum quòd illæ domus fuerunt in bonis dicti debitoris.& poſito
quòd eſſet confeſſatum,iſta non eſſet ſufficiens defenſio.Nam
3 in omnibus bonis illa tanquam†prior eſt potior:cum quilibet
habeat generale tantum:vt l.ij.in princip . ff.qui pot.in pig.hab.
Sed conſilium eſſet iſtud quòd vos in hac eadem inſtantia offe-
ratis,& dicatis vos velle ſolutum quiquid de iure apparet , his
quæ producta ſunt quòd dicta actrix reſtaret debere habere,ita
tamen quòd dicta domina actrix cogatur vobis cedere omne
ius obligationis perſonalis,& hypothecæ quod habet contra hę
redes prædictorum & bona transferri in vos dictas domos quas
poſſidet,quæ fuerant in bonis prædicto-
rum,hoc ipſa tenetur facere.& hoc eſt con
ſilium legis.& ſi ſecundus creditor vult cõ
ficere ſibi pignus:vt ff.qui poti.in pig.hab.
l.mulier.C.de fideicom.l.cùm dabitur cum
ſimi.Ad idem.C.de pig.l.ſecundus . & l.ſi
prior.§.ſciendum.qui potio. in pigno.hab.
Iſta pro modo vidi,ſed multis alijs occupa
tus non potui videre profundius.ſi qua poſ
ſum,ſum ad veſtra ſeruitia paratus.Barto-
lus à Saxoferrato.

1 *Hæres pupilli extraneus an habeat ius deliberandi iuxta l.cum antiquioribus.C.de iure deliberan.*
2 *Reſtitutio in integrum hæreditate non adita ex perſona minoris an tranſeat ad hæredes*

CONSILIVM IX.

e QVidam peruſinus
1 deceſsit , cui ſucceſsit † quidam
pupillus infans extraneus hæres
habens tutorem,qui ſciuit mortem dicti Pe
ruſini,& dictam hæreditatem fuiſſe dela-
tam dicto pupillo:demum deceſsit tutor.
item deceſsit pupillus ante annum à die
mortis dicti defuncti.quæritur an ad hære
dem ſuum dictus pupillus tranſmiſerit ius
deliberandi,ſecũdùm formam illius legis ,
cum antiquioribus.C.de iu.delib.an ad hæ
redes tranſmitatur dicti Peruſini defuncti:
quia non adita. Iſta quæſtio habet du-
f bium:quia cum lex,cum antiquioribus.[f]re
quirat quòd hæres ſciat,& ſic ius deliberan
di tranſmittat,& hic infans non poteſt eſſe
ſciens:quia eius ætas quicquid videt,igno-
rat:ergo &c.Sed tamen puto quòd ſcientia
tutoris ſufficiat:vt l.ſi ex legati cauſa.& l.
ſeq.ff.de verbo.obliga.& de libera.cauſa.l.
non ſolùm.§.fina.hoc verum ſi tutor ſuper
uixiſſet tempore mortis pupilli : & ſic pro-
pter ſcientiam tutoris fingeretur pupillus
ſciens deceſsiſſe.Sed cùm in quęſtione pro
poſita proponam tutorem prius deceſsiſſe,
habet dubium. Circa quod aduerten-
dum eſt quòd dicta l. in delictis.§.ſi extra-
neus.ff.de noxa . & ff.de teſta.mili.l.ſi Ti-
tius.quia tale participium ſciens,ſignificat
tempus verbi cui adijcitur,vt dictis iuri-
bus. Cùm ergo tempore mortis pupilli
in quæſtione propoſita non erat tutor,non
fingitur pupillum ſcientem deceſsiſſe:ergo
non tranſit ius deliberandi. Debet enim
ſciens tempore mortis:argu.ff.de acquiren.
poſſeſ.l. Pomponius . §.non autem . & ibi
not. Secundò dubitatur quod remedium
2 poſſet habere hæres pupilli.†Reſpondeo.
g petat reſtitutionem[g] ſecundùm formam l.
Pantonius.ff.de acquir.hæredita.& ita te-
net Iacob.de Aret.in lege, qui duos.ff.de
reb.dub.in additio.j.

1 *Inſultans & uulnerans an ſit condemnandus de inſultu & ulnere,ſtante ſtatuto diſponente diuerſas pœnas arguitur ad partes,& concluditur ꝙ non.*
2 *Voluntas & propoſitum diſtinguũt maleficia,& in maleficijs uoluntas ſpectatur,& non exitus.*

a ¶Remittere eſt maius.Dicit do.Abb.in c.ſedẽ.in iij.col.de reſcrip. ꝙ vbicũq;
caſus requirẽs ſpeciale mãdatũ,eſt arduus,vt veriſimiliter nõ fuerit cogitatꝰ
ſub generalitate:tũc ſufficit ꝙ in ꝓcuratorio ſit expreſſus talis caſus requirẽs
ſpeciale mãdatũ,adiecta clauſula generali,de qua in tex.in d.c.qui ad agẽdũ.
§.ſed ſi aliqs.cũ gl.per quã etiã tenet do.Ant.& Io.de Imo. in c.nõnulli.§. fin.
de reſcri. ſed in caſu
noſtro veriſimiliter
nõ fuit cogitatũ đ re
nũciãdo laudo: ideo
non venit in manda
to prædicto.Thom.

b ¶Domino Vgucio
ni.Adde ꝙ origina-
le huiuſmodi cõſilij
eſt penes me Tho.
Diplo.& hoc eſt cõ
ſiliũ Bar.rñſiuũ dño
Vgucioni de Eugu-
bio ſup pũcto quæ-
ſtiõis vertẽtis, vt in
cõſi.præcedẽti appa
ret,icipiẽ.in nomine
dñi amẽ. ſup pũcto
quæſtionis &c.Th.

c ¶Domine Thoma.
Hoc conſiliũ inueni
inter cõſilia antiqua
Bar.ĩ codice antiqſ-
ſimo cõſiliorũ Bar.
in domo dñi Federi
ci dñi Ioãnis de zan
chis de Eugubio in
charta cxxxvij . qđ
mihi dono đdit ipſe
do.Federicus. Tho.

d ¶Poni clarè. Vt per
gl.Bar.& doct. in l.
gñali.C.de tab.li.x.
& per Spe . in tit.de
inſtr.edi.§. inſtrumẽ
tũ.ver.ꝙ ſi locus.&
ibi Bald.in addi . cũ
cõcor. & dicunt dñi
de Rota in deciſi.no
ta.ꝙ tabellio.ꝙ ĩ in-
ſtrumẽto debet etiã
poni locus loci.et vi
de in deci.dcclxix.in
antiqs , vbi limitat.
Aliam limitationẽ
ponit Barto.hic,niſi
eſſet locus manife-
ſtus.& vide Bal . in
l.cõparatiões.in iij.
col.in verſ.venio ad
tertiũ.vbi idẽ tenet.
ſi eſt factum in loco
vbi eſt fieri cõſuetũ
& nõ alibi : puta in
theſauraria ꝙ tũc lo
cus nõ eſt de ſubſtã
tia , vt ibi ꝑ ipſum.
Thoma.Diplo.

e ¶ Quidam Peruſi-
nus. Adde qđ iſtud
conſilium eſt inſer-
tum in viij.vol . cõ-
ſil.in char. clxiij . &
pro conſi.Bar.alleg.
Ale.in l.q duas.ff.de
reb. dubijs . in addi.
quæ incip.ſic dicen-
dum.& do . Iaſ.in l.
ſi infanti.in pe colũ.
C.de iure deli.Tho-
mas.Diplo.

f ¶L . cum antiquio-
ribus.Adde ꝙ idem
tenet Bar.in d.l.cum
antiquioribus . cum
cõcor.de quibus per
domi.Iaſ.ibi in vlti.
col.Thomas.

g ¶Petat reſtitutionẽ.
Adde Bart.in l.ſi in-
fanti . C. de iure de
lib.& in conſil . xx-
iij.in j . volu. Nico-
laus.& ibi ſcripſi in
additio.& vide Iaſ.
in d.l.ſi infanti.ĩ pe.
col.vbi alleg.Barto.
in iſto conſi.& dicit
quod incip.quidam peregrinus.vult dicere quidam Peruſinus.Thomas.

a ¶Duo ſunt. Adde q̃ iſtud cõſi. inueni in xx. lib. cõſi. in char. xxxvi. & ad dicta p Bart. hic vide eundẽ Bart. in l. illud ſi idẽ. ff. ad l. Aquil. & in l. ſi gemina. ff. arb. fur. ceſa. et in l. nunq̃ plura. ſ. de priua. deli. & Albe. de Roſa. in ij. parte ſtatuto. in q. xxix. iij. q. eſt ſtatuto. vbi plenè examinat dicta per Bar. hic & ibi vide plures do cto. potius tenentes opi. do. Dy. vbi videas. Tho.

## CONSILIVM X.

Dvo ſunt ſtatuta[a] in ciuitate, quorum vnum punit in ſultantẽ in lib. cl. aliud quod punit vulnerantem in centum. Modò cõtingit q̃ Titius ſimul in eadem meſchia inſultauit & vulnerauit Sẽproniũ, & eſt in quæſtione an Titius ſit condẽnãdus de vtroq;, & ſic in cl. libras, an de vulnere tantùm & ſic in centum lib. †Et q̃ ſit condemnandus de vtroq; probatur: quia duo interuenerũt facta, ſcilicet inſultatio, & vulneris illatio. Et quodlibet factum habet per ſe ſuũ proprium nomen criminis, & ſuam variam & diuerſam coercitionẽ pœnalem, & quodlibet crimen parit ſuam ex maleficio pœnalem obligationẽ: vt ff. de fur. l. fullo. §. qui ancillã. Cùm ergo ex vna cauſa ſiue ex vno facto rei non procedat, ſed ex diuerſis pluribus factis, diuerſis legibus: meritò dicendum eſt per alterutrũ tolli. argumen. ff. de tu. & ratio. diſtra. l. j. §. conſiderandum. Et quia delictum per aliud delictum non minuitur pœna, ſed augetur, vt l. nunquam plura. in prin. ff. de priua. delictis. et ad multiplicationem delictorũ, nõ ſequitur diminutio pœnarum, ſed econtra ad multiplicationẽ delictorum ſequitur multiplicatio pœnæ: vt d. l. nũquam plura. & C. de ſer. fug. l. quicunq;. §. j. ff. de pœ. l. hac lege. & l. aut dãna. ver. quiſquis. & melius accedit quod legit̃ ff. de re mili. l. nõ omnis. §. hæres qui deſertionẽ. ſi aliud crimen adiungitur, grauius puniẽdus eſt, & accedat ff. de tabu. exhiben. l. locũ. §. ſi quis dolo. & etiã intelligit̃ magiſtralis ordinata, no. ff. nautæ caup. l. idẽ ait. §. vbi dicitur q̃ eidẽ cõtra eundem plures cõpetunt actiones pœnales ortæ ex diuerſis factis, neuter alterã impedit, maximè plura cùm variæ accidunt ſpecies delinquendi, vt patet in quatuor exẽplis poſitis in l. nunq̃ plura. ff. de pri. deli. Nec dicat aliquis q̃ propter effectus vulneris ſubſecuti idẽ nõ puniatur de inſultu, quaſi ad inſultum animũ nõ habuiſſe videtur. Sed ſolũ ad illationẽ vulneris ſubſecuti: quia volũtas & propoſitũ diſtinguũt maleficia,
2 †& in maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus: vt ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. & ff. de ver. obl. ſæpe. ff. ad l. Corne. de ſica. l. diuus Adrianus. Ideo dico hanc oppoſitionẽ nõ obſtare: quia realiter quodlibet maleficiũ ex animo præſumitur eſſe commiſſum, niſi cõtrariũ ſit probatũ: quia omne maleficiũ prauo aĩo præſumitur eſſe factum: vt l. j. C. de ſica. & ff. e. l. j. §. diuus. C. de iniur. l. ſi non cõuicij. & ſic cùm inſultus interuenit ad inſultũ, inſultãs præſumitur animũ habuiſſe. Præterea cũ inſultus interuenit, nõ obſtante hoc erit puniendus: quia ſimul cũ eo, vel ſaltẽ vulneris illatio acciderit: nec de animo inſultantis præſumemus, ſicut dicimus in ſurripiente ſacculum pecuniæ, vt furti, & etiam ſacci nomine teneatur, quamuis certũ ſit furandi ſaccum eum minimè animum habuiſſe, ſed pecuniæ tantùm: vt ff. de fur. l. qui ſaccum. Nec obſtat quia ſimul in eadem meſchia acciderunt in cõtinuatione, inſultus et vulnus. non enim propter propoſitum pro vno habentur, imò pro pluribus: & tot cenſentur crimina & obligationes pœnales quot interuenere diuerſæ ſpecies delinquẽdi, & facta diuerſa: vt ff. de euic. l. cùm plures. ff. de verb. obli. l. quod dicitur. & l. Titia. §. fi. Et poteſt dici caſus legis. ff. ad Tertul. l. ſenatus. ibi: ita vt ex ſingulis cauſis ſingulæ cauſæ irrogentur. Nam & ſi quis ſimul vna continuatione ſeruum alienum ſurripuerit, & flagitauerit, & occiderit, de vtroque tamen & furti Corneliæ vel furti Aquiliæ: vt ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. in prin. & in præallega. l. nunq̃ plura. Item ſi quis ſubreptus, imò plus dico q̃ idem eſt, & ſi non diuerſæ, ſed eadem ſpecies delinquendi: vt ff. de termi. amo. l. agraria. vbi legitur, q̃ ſi quis plures termi nos euulſerit, pro quolibet termino euulſo in l. lib. condemnabitur. Nec obſtat prædicta l. illud. & ad fin. §. ff. ad leg. Aquil. vbi niſi ſimul eodem impetu vulnerans, & occidens, tantum de occiſo tenetur: quia ibi eſt ratio, vulnerando occidiſſe videtur: vt ff. ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ. ſed inſultando non videtur quis vulneraſſe. nam & ſine inſultu poteſt quis occidi, & ſic in inſultu vulnerari: ſed non ſine vulnere occidi ferro, & ſic ibi vulnus & naturalis mors ſubſequens pro vno ferro cenſetur: & vnicum factum vnicam meretur coercitionem pœnalem: vt l. licet. §. poteſt his. ff. nau. caup. ſtab. Item eſt ratio: quia mors omnia ſoluit. Non obſtat lex, quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuata. quia quamuis author legis dicat eam plectendam vltimo ſupplicio: non tamen propterea prohibet quin iniuriarũ, & Aquil. & alia actione poſſit accuſari vel coerceri, argu. C. ſi aduer. rem iudi. l. j. Inſultus enim per ſe delictum eſt, ſicut & vulnerari per ſe. nec vnũ delictũ per ſe habet cum alio quicq̃ commune, nõ pluſq̃ ſi in inſtanti emanauerunt cõtumelioſa verba dando, verberando, & carnaliter cognoſcendo: de omnibus iſtis tribus delictis puniatur: nec vnius coerctio alterius impunitatẽ inducit, cũ diuerſa ſint facta, & diuerſæ & variæ ſpecies delinquẽdi, & diuerſæ coercitiones pœnales inducunt, q̃uis ab eodẽ in eũdem vna cõtinuatione cõmiſſa ſint: vt d. l. nunq̃. ad fi. Sic in propoſito dicemus in inſultu & vulnere, cũ diuerſitatis rationẽ non videamus. Nec dicat aliquis aggreſſionẽ et inſultum quia ſimul factum, pro vno delicto ſiue facto cenſeri. Nam falſum eſt: cũ diuerſa & varia ſint: argu. d. l. cùm plures. ff. de euic. & quia diuerſorum ſeparatorum diuerſa & varia debet haberi ratio, & debet eſſe conditio: vt ff. de calum. l. ſi. & ff. de do. inter virũ & vxo. l. ſi maritus. Et contra videtur tantum de vulnere puniendus: quaſi ad ſecutum vulnus animum tantũ habuerit: quia fuit euẽtus, & exitus totius meſchiæ, vt dicimus de illo qui tantũ iniuriæ cauſa in latronum conſpectu ianuam vicini effregit, & deinde fures ſubtraxerunt, tantum iniuriarum tenebitur: cùm iniuriandi animo id feciſſet, non autẽ vt furto opem ferret: vt accidit quod legitur ff. de iniur. l. qui in iure. §. j. Hoc oſtẽdo ſecunda rationẽ: q̃a ſi ſimul accidunt vna temporis cõtinuatione inſultus & vulneris: illatio pro vno facto habentur: & tantum pro vulnere coercetur: & ſic vna tantum pœna dignus: quia videmus quòd vulnerare per ſe eſt vnum delictum, & diuerſimodè eſt coerctio vulneris & mortis: cùm ab eodem in eundem ex interuallo accidunt, & de vulnerato & occiſo tenentur. ff. ad legem Aquiliam. l. illud. §. ſi idem. Quinto reſpon. ſi autem ſimul accidant, & illatio vulneris & mortis, quamuis in rei veritate duo ſunt delicta, & varia, vt ſuprà probatum eſt: tamen ratione continuationis pro vno facto habentur, & tantum de occiſo coercetur, & non de vulnerato, vt in fine dicti §. ſi idem. Hoc oſtendo & alia ratione quòd vnum delictum cenſeatur, videlicet vulneris tantum. Nam ſi mutuo pecuniam, & incontinenti ſtipulor mihi reddi: oritur actio ex ſtipulatu, non ex numeratione: quæ tamen numeratio, vel niſi ſtipulatio incontinẽti interueniſſet, peperiſſet actionem ex mutuo, vel certi cõdictionem de mutuo: vt ff. ſi certum petatur. l. certi condictio. §. quoniam. Et ſic vides quòd finis incontinenti ſubſecutus ſpectatur, vt pariat actionẽ, ſcilicet, ex ſtipulatu: non principium, ſcilicet, numeratio. & tamen duo ſunt contractus, & duo modi obligandi, numeratio quæ parit actionem ex mutuo, & ſtipulatio quæ per ſe parit ex ſtipulatu actionem: vt ff. de noua. l. ſi ita fuero. & l. cum enim. & d. §. quoniam. & ff. de actio. & obligatio. l. j. §. rei. & ſic de duobus contractibus fit vnus: vt d. l. ſi ita fuero. Sic in propoſito de duobus delictis fit vnum, ex quo ſimul vno impetu accidunt. Hoc enim oſtenditur efficaci ratione. Videmus enim plura delicta ſimul in eadem meſchia pro vno haberi. & vnica. l. autho. vna pœna contenta: vt ſi inuaſi fundum Titij damnum inferendo, verba contumelioſa dicendo, & cædes committendo, vna tantum pœna imponitur pro omnibus iſtis delictis: cùm aliàs quodlibet illorum delictorum ſeparatim commiſſorum commiſſum exigeretur: & haberet ſuam propriam ſeparatam coerctionem pœnalem: vt C. ad legem Iuliam. de vi publi. l. quoniam multa facinora. Et vt plurimum iſta veſtra quæſtio videtur decidi per ordinariam notam. C. de accu. l. qui de crimine. ibi: ſi quis fuit ſemel aliquem aggreſſus, & interfecerit, licet de rei veritate diuerſa ſint facta: tamen pro vno facto habentur, & pro vno tantùm delicto, videlicet occiſo pœna imponitur. Quid ergo dicemus? Reſpod. domi. Accurſius cum iſta quæſtio contigiſſet in ciuitate Eugubij, & ſibi eſſet conſulenda commiſſa publicè diſputauit in ſcholis, & diffiniuit quòd tantum in centum deberet condemnari pro vulnere, & nõ pro inſultu. & dominus Guid. de Suza. fuit in eadem ſententia. & ita ſolutũ inueni per vtrunq̃. domi. aut Dy. de Mugello dixit oppoſitũ, & dixit q̃ Titius debebat de vtroq; cõdemnari. argu. allegationum pro parte. Ego autem de iuris ſubtilitate puto dictum Dyni melius dicere. de quadam verò groſſa & burſali æquitate puto dñi Franciſci & Guid. ſentẽtiam prẽualere. Deo gratias. Et ita dico & conſulo ego Bar. à Saxoferra.



Donationes quæ fiunt vxori vel ſponſæ tempore nuptiarum vel ſpõſalitiorum cuius ſint, & an poſsint repeti à ſponſis.

1 *Principe uel Auguſta donante, indubitant er remanent penes uxorem.*
2 *Si donatio fit contemplatione alicuius, penes illum remanet.*
3 *Quæ donantur à marito uxori, cuius ſunt, uide plenè.*

## CONSILIVM XI.

a Qvæſtio talis eſt, [a]An quæ donantur ſponſæ, tempore ſponſalitiorũ per conſanguineos viri, vel vxoris, ſiue ſponſæ ſoluto matrimonio poſſent repeti ab hæredibus viri: & quid iuris de ipſis, & primò q̃ iſta ſint hæredes viri, nec poſſe repeti ab eis, ſatis bene probatur per l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & quod no. in l. ſed & ſi quid. ff. de vſufru. & in l. miles. & in l. ſi fortè. de caſtrẽ. pecu. & l. annua. §. à Titia. de annuis lega. & ff. de acqui. rerum domi. l. traditio. Ego dico q̃ ille §. in arrogato. facit cõtra. Nam ab amico patris arrogatoris datum fuit filio arrogato: & præſumitur q̃ filius arrogatus acquiſierit, & nõ eſt q̃ contemplatione alterius detur: & tamen remanet eius, cui datur: vt l. ſi ſocium. §. fina. ff. pro ſocio. Item ab hærede ſibimet legari non poteſt: vt l. qui filiabus. ff. de legat. j. Item honor teſtatoris reputatur: vt in aut. de iureiuran. à mo. præſti. §. j. Sed ſi teſtator in honorem ſuum, & per conſequẽs hæredis legauit Titio, legatum remanet penes Titium: vt l. qui filium. §. pater. de lega. iij. ergo ſic videtur dicendũ in præfata quæſtione. Præterea, ab eo, quod eſt ſolitum fieri, poteſt argui: vt l. certi condictio. §. numorum. ff. ſi cer. pet. ſed hæc ſolent remanere penes vxorẽ: ergo &c. Præterea perſona extrinſeca nõ eſt intelligenda: vt l. ſi ita
1 ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obli. †In hac queſtione puto
b ſic dicendum[b]: ſi eſt princeps. vel Auguſta, vel qui repræſentant eos, vt ſunt domini mei, qui donarent: hoc indubitanter tenerem q̃ remanet penes vxorẽ. Caſus eſt in l. cùm multa. C. de bon. quæ libe. Nam cõtemplatione alterius ipſi non donãt. Si autem eſt alius inferior: & tunc aut eſt certum cuius cõtemplatione fiat aut dubium. Si certũ eſt: tunc in caſu certi cõtemplatione vnius poteſt donari, vt penes illum remaneat: & ſi ſic ſtat, rema-
2 nebit penes ipſum. †Interdum in caſu certi poteſt donare q̃ nõ remaneat penes eũ, & non remanebit: vt l. pen. in prin. de acqui. re. do. Interdum de mente donãtis eſt dubium quo animo donet, vtrum velit remanere vel non: & tunc videtur acquiri illi, cuius contẽplatiõe datum eſt: vt l. ſi filia. de condi. & demon. & l. filio. ff. de dona. cau. mor. & d. §. ſi Titia. & l. ciuibus. de re. dub. Hæc procedunt in caſu, in quo certum eſt: ſed in caſu in quo eſt dubium, colligo triplicis generis materiã. Quædã ſunt congruentia tantũ ſexui mulierũ. Quædam ſunt munera, quæ tantũ congruunt generi maſculino, vt ſunt calcaria, & his ſimilia. Quædã ſunt congruentia vtriq; ſexui, vt ſcyphi argentei, & cochlearia,
3 & ſimilia. †Interdum denarij: tunc ex genere rerum donatarum traherem coniecturam, vt ſi tantũ congruerent mulieri, ſint mulierum: ſi virilia: tunc viri: vt l. vtrũ. & l. ſi filius. ff. famil. erciſ. l. id veſtimentũ. ff. de pecu. & l. veſtis. §. fi. ff. de auro & arg. leg. Et ſic habes quid iuris ſit congruens tantũ ſexui, maſculino, vel fœminino. Si verò vtriq; poſſet cõuenire: tunc aliquis diceret. aut hoc fit ab agnatis viri: & tunc viro, vel hæredibus viri remanebunt. aut vxoris: & tunc vxori. Sed aliter dico quòd licet detur ab agnatis viri, ſeu amicis, hoc fit ratione matrimonij nouiter initi, & nuptiarum: vt in ſimili not. gloſ. in l. veterem. C. de dona. ante nupt. Et hoc videmus: quia nuptijs, & matrimonio non ſecutis, non mouerentur ad donandum viro: ſed matrimonium eſt quædam coniunctio maris & fœminæ. & hoc habet in ſe quandam ſocietatem: vt l. j. de ritu nup. & l. aduerſus. C. fa. erc. ergo videtur eſſe donatum cõtemplatione iſtius ſocietatis: ergo ſunt communia ſociorum: vt l. ſi ſocium. in fina. & l. verum. §. ſi ſeruo. in fin. ff. pro ſoc. &c. Et hoc teneo ego Bartolus à Saxoferrato.

a ¶Quæſtio talis eſt. Adde q̃ hoc conſilium eſt inſertũ ſecundũ ordinem Peruſin. in j. parte iudiciorũ. in cõſ. v. & aliàs incip. an quæ donantur ſpõſæ. & ita allegat Alexã. in l. ſi vero. §. ſeruus. in fi. ff. ſolu. mat. vbi allegatur pro conſilio Bar. & Io. Firma. in ſuo repert. in verſi. donatio inter coniuges. in ver. donatio ſponſæ. facit mentionem de iſto conſilio. Tho. Diplo.

b ¶In hac quæſtione puto ſic dicẽdũ, Adde Bar. in l. ſi vt certo. §. interdũ. ff. commoda. vbi ponit de his quę maritus dat vxori tempore nuptiarũ. & in l in his. §. j. ff. ſolu. mat. vbi dicit ſe pluries conſuluiſſe. & ita conſuluit hic. & in cõſi. l. inci. Gilius Petri. in j. vol. in verſ. adhuc quæritur. & ibi ſcripſi in additio. & Alex. in l. ſi verò. §. ſeruus. i ff. ſol. ma. & in l. ſi is qui quadringenta. §. dos legata. in ij. col. ff. ad l. falc. & in l. ſi plures. §. j arrogato. i ij. col. ff. de vulg. et pup. vbi alleg. aliud conſil. Bar. qđ ſcri. Ioan. ſer. Matthæ. Tho.

1 *Menſuræ & pondera quibus utimur, quædam ſunt magnæ & groſſæ: & quædam minutæ & paruæ.*
2 *Qui uendidit ad rationem barilis, uel ſalmæ uini, dicitur facta una uenditio, licet cum flaſchis fuerit portatum.*

## CONSILIVM XII.

c Statutum eſt in ciuitate[c] q̃ nullus vẽdat vinum ad minutum ſub certa pœna. modò quidam vendidit cuidam vnam ſalmam vini, alij duas, alij vnum barile, & ſic fecit pluribus: iſti emptores acceperunt vinum cùm diuerſis flaſchis, & vaſis diuerſarum men-
1 ſurarum. †Quæritur an venditor in pœnã inciderit. Circa qđ ſciendũ eſt q̃ quędã mẽſuræ & pondera, quibus vtuntur ſunt groſſæ, & magnæ: quędã minutę & paruæ: vt l. modijs. de ſuſcepto. & arca. lib. xj. ſic & monetę: vt l. numis. de leg. iij. & iſtæ ſecundùm cõſuetudinẽ ciuitatis debẽt inſpici: vt l. Imperator. ff. de contrahen. emptio. Nũc ad pro
d poſitum, menſura[d] groſſa eſt barile, minutæ
2 ſunt pittere, & fogliecte, & ſimilia. †Qui ergo vendidit ad barile non vendidit ad minutum. & ſi dicatur quòd eſt menſura, tum ad minutũ, non obſtat: quia ſtatutum loquit̃ de vẽditione. Et ita dico & conſulo ego Barto. à Saxofer. vtriuſq; iuris doctor.

1 *Dictio hinc, & ab hinc, quomodo intelligantur.*
2 *Tempus laudi utrum incipiat currere à die lati laudi: an à die factæ notificationis.*
3 *Quan lo id, quod diſponit, facit diſpoſitionem, & relationẽ ad aliud, tanquam à ſui forma, infirmatur ab illo.*

## CONSILIVM XIII.

e Qværitur vtrum[e] elapſo termino triũ menſiũ poſito in laudo dño P. poſsit facere ſatis factionem quãtitatis de poſſeſsione terrarũ an teneatur ad pecuniam ſoluendam. Item quæritur vtrum terminus trium menſiũ incipiat currere à die laudi: an à die factæ notificationis. Viſis verbis dicti laudi & notificationis ſuper præmiſsis pũctis, primò videtur dicendum quòd vtrique ſolutioni tã pecuniæ quàm poſſeſsionis currant tres
1 menſes à die lati laudi, †hoc ex eo quòd[f] di
f citur ab hinc ſiue hinc ad tres menſes, per text. ad literam in l. placet. hinc, id eſt, à tempore huius legis. C. de ſacroſanctis eccle. ſic in l. iubemus nulli. poſthac, id eſt poſt hanc legem. C. eod. tutu. & in authen. hodie. C. de appel. Ex quo non dubito nil ſenſiſſe de præteritis: vt l. ille aut ille. §. cùm ex verbis.
2 de lega. iij. † Super ſecundo[g] puncto, ſuper
g quo quidam volunt in dubium reuocare vtrum per denunciationem ſequutam incipiat currere à die denunciationis, & licet nihil alleget, poſſunt induci infrà ſcripta iura. primò legẽ Aemilius. ff. de minorib. vbi per

c ¶Statutum eſt in ciuitate. Iſtud cõſi. ſecũ ordinẽ Peruſi. eſt j. parte iudi. in cõ. xvij. & etiam eſt in x. volu. conſi. in char. cliij. Tho.

d ¶Menſura. Add. tex. & q̃ ibi no. p Bar. in l. ſol. ff. de acqui. hæredi. vbi diuiſiões facta à teſtore nõ diuidunt vnitatem hæreditatis. Et exempliſi cat ibi Bar. ſicut fundus, qui diuidit̃ gratia vberioris culturę. tamẽ eſt fund9 remanet. l. Caius. §. fi. ff. de lega. iij. ¶Et ſicut videmus in illa menſura, quæ vocat̃ canna, in qua ſunt ſigna, quorum vnũ deſignat vnum brachiũ, aliud medium, aliud tertiam partẽ: & nihilò minus illa ſigna nõ diuidũt vnitatẽ mẽſuræ. & ita intelligit̃ ibi Bar. & vid̃ Pau. de Caſ. in cõſ. clxxix. in cauſa mota. in vlti. colũ. vbi conſuluit q̃ vena cotaria q̃ cõtinuatur vniformiter ſubtus plura prædia dicit̃ vna, licet prædia ſint plura. ita in caſu Bar. licet iſti acceperint vinũ cũ diuerſis flaſchis, tamen ex quo vẽditio eſt facta per rationem barilis vel ſalmæ vini: quia nõ vendidit ad minutũ dicitur vna vẽditio, & non plures: licet cùm flaſchis fuerit portatum. Thomas.

e ¶Quęrit̃ vtrũ. Adde q̃ huiuſmodi cõſiliũ eſt iter cõſilia Bart. ſcẽm ordi. Peru. i j. pte. in materia iud. nu. xxiiij. in iudi. meo nõ eſt Bar. qa ſermo & ſtilus eſt diuerſ. nihilomin9 iſtud p cõſ. Bar. alle. Brixieñ. i reper. ſuo i verſic. hinc. in vl. ver. Thomas.

f ¶Ex eo q̃. Hic no. q̃ Bar. q̃ dictio hĩc, & ab hĩc, itelligit̃ a tpe cõtractus vel laudi. et nõ trahit̃ ad tp̃s preteritũ. de qua dictiõe vid̃ Spe. i ti. de dila. §. j. verſ. qđ ſi iudex. & de hoc cõſ. vt dixi meminit Bri. i ſuo reper. i vſ. hic. i vl. ver. T.

g ¶Super ſecũdo dubio videt̃ velle Bar. q̃ termin9 triũ mẽſiũ datus i laudo ad ſoluẽdũ, incipit currere à die laudi, & nõ à die notificatiõis. In cõtrariũ facit q̃ no. Bal. i l. eos. §. apoſtolos. C. de ap. verſ. quo nunqđ iudex. cũ cõcor. de qb9 p

Alex.in conſi.lxxxvij.in vij.vol.viſo themate.in vl.col. vbi infert Alexã. & conſuluit ꝙ inſtantia cõpromiſſi non currit partibus,niſi à die ſcientiæ & notificationis:quia aliàs partibus nõ poſſet imputari negligẽtia.per no.ꝑ Bar. in l.genero.per illũ tex.ff.de his qui no.infa.& in l.ſoluta.ff.de excu.tut.per Bal. in l.quãdiu.C.q admit.cũ cõcor.traditis ibi per do.Alex.in vl.col. in fi. tñ aduerte ꝙ eſt neceſſe dicere ꝙ partes habebãt ſciẽtiã de laudo. & licet poſtea fuerit facta declaratio, & notificatio:currit tp̃s à die ſcientię.& ideo dubitabat̃ ſi debet attẽdi dies notificationis: vel dies laudi, q̃ no. & adde ad Alex. & Iaſo.in d. l. quandiu.Tho.

a ¶Quæritur. Adde ꝙ iſtud cõſilium eſt ſecundũ ordinẽ Peruſinum in j. parte iudiciorũ nu.xxv. tñ iudicio meo iſtud cõſi. nõ eſt Barto. nec ab ipſo cõpilatũ,ſed eſt dñi Frã.Tigri.& do. Ale.de Peru.& Bar. ſe ſubſcripſit. & ita refert iſtud cõſi. Bar. in l.iuriſcõſultus. in §.fi. in fi. ff. de gradi. vbi dicit, ꝙ ita cõſuluimus hoc anno do. Franci.Tigri. & do. Alexã.& ego.& qđ ita ſeruat̃ in practica tñ do. Alex. de Imo. in l.fi.in vl.col.C. de ſuc. edict. alleg. pro cõſi.Bart. & idẽ dicit Feli.in rub.Decretalium.in iij.col.& do. And.Sic.in cõſ.lviij. in j.vol.incip. ſapienter dixit in iiij.col.& vide Bapt.Seue. in l. oẽs populi.in cxviij. col.ff. de iuſti. & iure. Tho.

b ¶Ad matrimonium. Adde ꝙ idẽ dicit barto.in l. iuriſcõſultus. in §.fi.in fi.ff. de gradi.et in cõſi.ccxxiiij. quod inci.an fratres. in j.volu.& idẽ tenet Iaco.Butr.in l.fin.C. de ſuc.edi. et ibi Bal. & Sali.concludentes attẽdi debere ius ciuile per plures rationes. & vide Pau.de Caſ. in cõſi. ccxlvj. quod dicta ſubſtitutio. in ij.col. Limitat tñ prędicta ſingulariter Io. And. in addi. Spe. in tit.de ſucceſ.ab inteſ. in addi. magna. ver. & quia.de gradi niſi ſtatutum loquens de gradibus,eſſet conditum in materia matrimoniali,vel niſi eſſet conditum ſtatutũ in foro epiſcopi in materia indifferenti: quia tunc attenderet̃ ius canonicũ. de quo etiã vide Pet.de Ancha.in c. canonũ ſtatuta. in viij. char. de cõſti. Et an prędicta debeãt ſeruari in terris eccleſiæ,& etiam ĩ materia emphyteutica: vide Sali. in d.l. fi.C.de ſucceſ. edict. & ibi Alex. in fi. cui adde Ang.de Are.in §.fi.Inſti.de gradi.vbi ſequit̃ etiam opi.Bal.vt ſ.& adde quod dicit do.Honofri.de Barto.in conſi.ſuo quod incip.viſa quadam inquiſitio.in verſi.ſed poſito ꝙ eſſet dubium.vbi conſuluit,ꝙ ſtatutum loquens de gradibus,intelligitur ſecundũ ius canonicũ,per doctrinam Bar.vt ſ.Tho.

denunciationem ſequuta legitima videtur receſſiſſe à prima dilatiõe,& bene. accedit ad idem l.poſt diem.de lege cõmiſſo. Præterea videtur ad idem induci lex quæ probat ꝙ ſi poſt dilationẽ datam in compromiſſo, vel vbi quæratur de pœna contempta,ſequatur conuentio vel diſpoſitio.Circa ſortem videtur receſſum à pœna cõtẽp. ita hic videtur facta denunciatione de ſoluendo.l.ij.in prin.ff.ſi quis cautio.& de arbi.l.ſi quis rẽ. videtur vlterius probari ſic, cùm alia ſit interpellatio hominis,& alia legis mediante die:vt l.ſi ex legati cauſa. de verb.obli.l.magnam.C.de contrahẽ. ſtipu. de vſur.l.mora.& qui denunciat de ſoluendo,videtur ſpernere moram legis,& vti interpellatione hominis,& propria prouiſione,& prouiſionem legis ſpernere:vt l. cùm antea.C.de arbitr.& l.vlti.C. de pact. conuen.Hęc tamen omnia videntur contra veritatem:& probatur ſic: Ea quæ inducunt ad declarandũ,nihil habent mutare vel alterare,ſed quod eſt propalare,declarare,& certum facere.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſerui.vendice.l.hæredes palam.ff. de teſta. l.adeo.§.cùm quis.ff.de acquiren.rer.dom. Sed hæc verba denunciationis ſunt ad declarandum laudum,& eius formam; ergo de ipſius effectu & ſubſtãtia nihil innouãt, nec mutant. Accedãt iura quæ dicũt ꝙ poſita ad dubitationẽ tollendam,& cauſa declarationis nihil immutant:vt l.qui dubitationis.de reg.iur.l.legitima. de ſuppellecti. lega.l.qui mutuam.ff.manda. Item probatur: quia diſpoſitio ſuperueniens ſuper eo quod lege diſponitur poſt diſpoſitionẽ legis,non tollit primò diſpoſitum, ſed habet augere quod poteſt:vt l.quoties.de acti. & obliga.& C.de ſepul. viola.l. ſi quis ſepulchrum.l.vltima.C.de nouatio.ſed poſt ſententiam arbitri ſuperuenit denũciatio:ergo non habet tollere præcedentem legum diſpoſitionẽ,cui non eſt cõtraria.Præterea,ex toto ꝙ concurrent in idem tempus vtraq; diſpoſitio:tamen expreſſio alterius non tollit virtutem tacitę,imò recipit vnam interpretationem ab alia.l.non rectè.C.de fi.inſtru.l.quæro ſi inter locationẽ.ff. loca.l. vir bonus.iudica ſol.Ergo eſto ꝙ inciperet ſecundũ idem tẽpus diſpoſitio arbitri & denunciationis,cùm ex communi iure vtraq; ſit,non ex ſpeciali vel ex priuilegio: nulla impedit aliam.Probat præterea ſic:Diſpoſitio hominis nõ debet operari aliter vel vltra intentionem agentis.l.obligationũ ſubſtantia.de actio.& obli.l.omnis.in prin.ff.ſi cer.pet.Item verba poſita vt augeant, non debent minuere:vt l. ſi cui ſerui omnes. in princ.ff.de leg.j.& in l.cùm vinum. de vino leg.l.ij.§.vlti.C. de iuramen. calum. Ex hoc habes ꝙ denunciatio ſequens hic non fuit facta vt diminueret de iure cõpromiſſi,ſed vt ampliaret & fortificaret:ergo non debet diminuere,nec operari vltra diſpoſitionẽ denũciãtis. Pre-
3 terea,quando illud,quod diſponitur,facit relationem, †& ordinatur ad aliud tanquam à ſui forma,informatur ab illo:& ſecundum illud operatur,& non aliter:vt l. ait prætor. & l. in ſumma. de re iudi.& l.vbi autẽ nõ apparet.§.qui id quod.ff.de verb.obl. l.ij.C.de ſent.quæ ſine cer.quan.Sed hic denunciatio facit relationem ad laudum,& eius formam.ergo ſecũdum id debet diſponere.Præterea,admonitio & diſpoſitio aut nihil operant̃,aut vrbanitatem inducunt:aut aggrauant eum cui fit,non autem denunciationem,vel de iure denunciationis diminuunt.l. quidam Iberus.ff.de ſeruitu.vrb.prædio.l.ait prætor. §. ſi quis particeps. de his quæ in frau.credi.& in toto titu.de noui ope.nuncia.& de regu.iur.l.non ſolet.Sic in propoſito admonitio,& denunciatio non nocebit,ſed aut præſumetur vrbanitas,aut aggrauabitur ille,cui fit.Et ad contraria reſpondetur ſic: Aut concurrunt duæ diſpoſitiones ſecundum idem tempus:aut de iure communi:aut vna ex propria prouiſiõe:altera ex priuilegio.ſi ambo ex cõmuni iure,vna non impedit aliam,vt iuribus ſ.alleg. Si vna ex priuilegio,alia ex ꝓuiſione hominis:illa hominis impedit legis priuilegium:vt l.cùm antea.C.de arbi.& d.l.vlti.C.de pact. conuẽ. Aut vna ſuperuenit alteri:ꝙ ſi fuerint contrariæ & ſe non cõpatientes:& tũc per vltimã videtur receſſum à prima. ſi ſecũda poteſt tollere primam,prima tollit vltimã: vt l. pacta nouiſſima.C. de pac.& l.ſancimus.C.de teſta.& l.poſt diem.de lege cõmiſſo. Item informatur ſequens à prima,& diſponit ſecundũ ipſam, ſi ordinatur ad illam,& facit ad relationem ad ipſam.l.ſi priore. ff. ad Trebel.Inſti.quibus modis teſtamẽ. infir.§. ſed ſi quis priore. Aut ſe compatiuntur:& vna non impedit alteram,niſi hoc agatur:vt d.l.vltima.C.de nouatio.Inſtit.quib.modis tollitur oblig. §. præterea.& dicta l.non rectè.Bartolus.

1 *In ſeparatis ſeparata eſt ratio: & ideo non eſt bonũ argumentum arguere ab ipſis.*
2 *Vtrum gradus indeterminatè prolatus à ſtatuto referatur ad ius canonicum,uel ciuile.*
3 *Communis uſus loquendi in graduum materia conuenit cum iure canonico.*

## CONSILIVM XIIII.

a Quæritur[a] vtrum gradus indeterminatè prolatus à ſtatuto referatur ad ius ciuile, vel canonicum,& dicunt quidã referri ad ius ciuile. Primò,quia in multis partibus cum iure ciuili conuenit. Item quia in ſtatuto eſt facta mentio agnationis,quod eſt nomen iuris ci-
1 uilis.†Et certè iſta argumenta non concludunt:quia in ſeparatis ſeparata eſt ratio:nec eſt bona argumentatio, vt in §. nihil commune.l.naturaliter.ff.de acqui.poſ.cum ſimilibus. Item dicũt ꝙ non licet arguere in ſucceſſione de gradibus iuris canonici ad ciuile,cùm vnum reſpiciat ſucceſſionem,& alterum conſanguini-
2 tatem.†Sed parcant mihi allegantes;quia ius ciuile,& in ſucceſſione,& in matrimonijs dinumerat gradus: & ſecundum ſuam dinumerationem dinumerantur ſucceſſiones, & matrimonia: vt probatur Inſtitu.de nupt.per totum.C.de inceſt.nup.l.fœminis.& l.vltima.Sic etiam credo ꝙ ius canonicum, & ſucceſſio-
b nem,ad matrimonium[b] reſpiciat:licet quandoque vnum ius recipiat obſeruationem,et aliud non.Sed hoc nihil ad nos:quia nõ tractamus de ſucceſſiõe quæ veniat de iure ciuili Romano,nec de iure canonico,ſed de ſucceſſione ſtatutorum Lucanæ ciuitatis,& corum intellectum.Item dicunt,non eſt ſumendum argumentum,vbi lex deficit:ſed certè hoc non eſt verũ ſemper, imò ex mente & ratione legis arguimus.Sed certè hoc nihil ad nos. non enim hic deficiunt verba legis,imo adſunt:ſed de earum ſignificatu dubitatur.Item allegatur,ius quod nõ eſt in præcepto, nec in obſeruantia,& ſtatutarijs erat incognitum,non poteſt induci in argumentum ad dictorum deciſionem. & alleg. l.j.C.de ſum.tri.& fide catho.Sed reſpon.ꝙ non inducuntur vt decidant ſed inducuntur vt exinde ſumatur modus ſtatuentium,& ſignificatus verborum per relationem ad mentem, quæ videtur adſcripta apud ſtatutarios tam ex iure canonico & eius obſeruantia,ꝙ ex vſu loquendi. Vnde non quæritur de ſucceſſione & deciſione ex iure canonico vel ciuili,ſed ex verbis huius ſtatuti,& eorum ſignificatu,qui ſumuntur ex iure canonico vel communi vſu.Item non obſtat l.legem.& l.meminimus.de legi. hæred. quia non loquitur de gradus mutatione vel alteratione, ſed de transferẽdo gradus de iure cognationis in agnationem: quia hic non tractatur de graduum mutatione,ſed de numeratione, quo iure



a ¶Mihi aũt videtur. Nota qđ dicit Bart. ꝙ ſi in cõputatione graduũ inoleuit certus modus computãdi:ille præualet computationi Iuriſcõſultorũ.de quo per Bal. in l.ij.C. de ſucceſſio. edic. vide plenè per Feli.in rub.]Decreta. in iij.col.in verſ.ſimiliter dixit. Bar.Tho.

b ¶Viſa accuſatione porrecta. Conſilium hoc ſecundũ ordinẽ Peruſinũ eſt ĩ prima parte iudiciorũ: nu. xxviij.Tho. Diplo.

c ¶Mandatũ & ꝑmiſſum. Adde ꝙ mandatũ & iuſſus præfatorũ D.priorum Aſſiſij excuſat ꝑdictos accuſatos: qa iuſſus iudicis excuſat à dolo. d.l.ſi qs id quod. cũ concor.de quibus ibi per Iaſ.in vj.not. in x.col.ff.de iuriſdi. om.iud.imò generaliter in his,in quibus mandatũ põt eſſe licitum & non licitũ, mandatũ ſuperioris excuſat, ſecundum Bal.& Floria in l.liber.la ij.in prin.ff.ad legem Aquiliam & Bald.in l.ij.§.quod ſi actor.C. de iura.cal. & ĩ l. certi. cõdictio. in prin.in pe.col.ff. ſi cert.peta. & in l. admonendi.in xj. colũ. ff.de iureiur. Et adde Spec.in ti. de accuſa. ꝟ.iiij.& Ang. in l.libellorũ.§. fi.ff. de infa.inferentes de quodã Florentino q erat miles Poteſtatis, dũ accuſaret̃ in ſyndicatu ꝙ de mãdato domini poteſtatis aliquẽ indebitè poſuerat ad torturã, & ꝙ fuit laceratus libellꝰ, mandatũ ſuperioris enm excuſaret.Facit textꝰ ĩ c. miles. xxij. q.v. vbi etiam not. glo.ꝙ ratione mandati excuſatur quis etiam ſi contra conſcientiam faciat. ſequitur Iaſ. in l. iiij.§. ſi procurator. ĩ ij.col. ff.quod quiſq; iur.& adde ꝙ mandatũ & iuſſus ſuperioris excuſat à iuramẽto, vt per plures authoritates proſequitur Iaſo. in l.fi.ff.q ſatiſd.cog. & per Feli.in c. conſtitutꝰ.de reſcrip. vj. col.& ſeq.Tho.

d ¶Authoritatem. Adde ad notata ꝑ Bart. hic quæ not. Bart. in l.iuſtè poſſidet. in fi. ff.de acqui.poſ.& in l.j.§. non autem.ff. ſi quis teſta.li. eſſe iuſ. fue.& cõſi.xcj.quod incipit, in quæſtione vertente in curia capita.& in conſilio incipiẽte, miſſus. cum concordã. de quibus per Alex.in d.l. iuſtè poſſidet. in viij. col. & ſequẽ. vbi videas Iaſ.in vlt.col.& bar. Soci. in j. col.& ſeq. & vide Ang.de Are. in §.quia tamen.ĩ fi. Inſti.vi bono.rap.& ibi ꝙ ſufficit quælibet credulitas ad excuſandũ ipſum à pœna. Vide etiã gloſ.& Bart.in l.in rem.§.tignum.in fin. ff.de rei ven.qui ponit de laboratore, qui facit mandato conducentis ꝙ excuſatur. de quo plenè per Imol. & Lud. Ro.in l.in ꝓuinciali.§.nunciationem. ff.de oper.noui nuncia.& ibi Alex.ĩ pe.col.& vide Bald. in l.qui ſe putat.C.de ſepult. viola.& dicit Bal.in cõſi. clxvij.in iij.vol.inci. locata.in j.col. quod non dicit̃ damnum dare, qui vtitur iure ſuo ſine fraude,& bona fide. Et an ſi quis inferat damnum non ex ꝓpoſito, nec lata culpa,teneatur reſarcire damnum in foro pœnitentiæ, vide Fel.in c.j.in xij.col.de conſti.& iſti priores tenerentur ſi paſſi fuiſſent accuſari damnũ iniuſtè propter illos, vide Iaſ.in l.iiij.§.itẽ ſi in facto.in vlt.col. ff.de verbo. obligat. Tho.Diplo.

3 iure ſit facienda. †Pro alia parte arguunt ꝙ de iure canonico intelligatur. Primo ex cõmuni vſu loquẽdi qui cõuenit cum iure canonico,ꝑ l.Labeo. nec mirũ.ff. de ſupel. lega.Et ſi verũ eſſet ꝙ vſus loquẽdi in ciuitate Lucana eſſet, hic non eſſet abſurdum fortè reducere:cũ ſtatutum ad intellectum vſus,& cõſuetudinis. ſed hic ſunt in facto, nec notoria:& ideo probanda:vt l.j.C.q̃ ſit longa cõſuetudo.& l.an in totũ.C. de ædific.priua.Et ſi fortè in ſtatutis Lucanis, vt moris eſt, quãdoq; cõtinetur ꝙ ſtatuta intelligãtur,ſed ꝙ primum ſignificatum poſſet dici,ꝙ intellectus,qui aſſumitur à communi vſu, ſit magis figuratus quã ꝓprius: ſicut in acceptilatione, & ſolutione. & ita probat l.Labeo.cum gl.ſua præallega. Mi-
a hi autem videtur[a] de iure ꝙ ſtatutũ referat̃ ad cõmunẽ vſum loquendi.l. Labeo.de ſupel.legata. Sed hoc non probato videtur ſic præmittendũ ꝙ eſt conſiderare gradus naturaliter:& eſt conſiderare ſecundũ ius ciuile,& ſecundũ demonſtrationẽ iuris Canonici.Et quod incipio ab vltimo, certum eſt ꝙ fratres patrueles inuicem nõ habent gradũ:imò habẽt ſaltũ. Si enim duæ ſcalæ ſunt,per quas aſcendit̃ ad idẽ, ſi ex vna velit quis tranſire ad aliam non aſcendendo: nõ erit gradatim vel gradu procedere, ſed ſalire. Modò iungamus cũ iſto diminutionem naturalẽ. Nemo enim dicet ꝙ iſte ſit gradus,naturaliter loquẽdo in eo, qui ſalit de ſcala ad ſcalã,ſed in eo, qui deſcẽdit per vnam,& aſcendit per aliã. Modò ita eſt ꝙ ius ciuile hoc naturale proſpexit, vt aſcendatur ab vna parte vſq; ad primã,& deſcẽdatur ab alia. Sed ꝙ frater patruelis ad fratrem per modũ gradus ſit in gradu ſecũdi, ſecundũ propriã & naturalẽ graduũ dinumerationẽ:hoc eſt impoſſibile dicere, vide licet ꝙ per duos gradus frater patruelis fratri patrueli iungatur. Aut enim iungit̃ per ſeipſum:& facit primũ gradum. Aut enim alios, & oportebit tunc numerare gradus fratrũ præcedẽtiũ intra ſe.Sed quid ad nos computare gradus illorum, de quibus non quærimus:vt no.gl.in l.ſi aulæ.C.de ſucceſſo.edic.Repugnat igitur diſpoſitio iuris canonici naturali,& rationabili computationi,quæ immutari nõ põt, vt probat textus ad literam in l.ij.ff.de vſufr.ear.re.quæ vſu conſu.ibi:nec enim &c. Poſſet forſan etiã intelligi illud quod dicunt Canoniſtæ, qui dicunt patres patrueles eſſe in ſecundo gradu,id eſt,in linea ſecũdi gradus nõ inuicẽ, ſed ad auũ. Modò igitur ex hoc cõcludamus ꝙ vbi poteſt operari lex ſecundũ proprium intellectũ,non debet trahi ad abuſiuum,& impropriũ:vt l.verbis.& in l.in pupillari.de vulg.& pup.l.librorũ.§. quod tamen Caſſius.ff.de lega.iij. Sed hic põt operari,& intelligi ſecundũ propriũ, & naturalem intellectum iuris ciuilis:ergo non debet trahi ad improprium, & abuſiuum iuris canonici. Item probatur: ea quæ non corriguntur,remanent adeò ꝙ videtur mirabile, quòd ad correctionem antecedẽtis non ſequatur correctio ſequentis:vt l. meminimus.§.cùm igitur.C. de legiti. hæred. ff.de dona.cau.mor.l.tam his.§.fi.l.eius.§.j. ff.de teſta. Sed ſi poneremus quòd ius municipale nõ eſſet in ciuitate Lucana,& eius territorio,ſeruarem ius ciuile in duobus, vt amitam ponerem in tertio gradu. Secũdò, vt fratres patrueles ponerem in quarto.Sic ergo haberẽ duo ex iure ciuili.Primò prærogatiuam ſucceſſionis. Secũdò graduum dinumerationem, & computationem, & eius formam.Eſto igitur ꝙ ius municipale circa ius ſucceſſionis aliquid diſponat circa gradus,& eorum dinumerationẽ & eius formam:nihilò minus remanebit ius ciuile & eius obſeruantia:vt ſic ſucceſſio ſit ex iure municipali.dinumeratio verò graduum ex iure ciuili quod aliàs obſeruandum, in hoc correctionem non recipit nec mutationem.Tertiò probant ſequentia verba dum dicunt,& prædictis non obſtantibus ſuccedant aliæ perſonæ, quæ de iure communi poſſunt,quod refert ad ius ciuile.& hæc nemo negabit.Dant ergo ſequentia intelligere præcedentia. ff. de lega. j.l. ſi ſeruus plurium. Bartol. à Saxoferrato ſubſcripſit,ſed non fuit eius compilatio.

1 *Pertinere uerbum, in iure accuſandi in damno dato, non ſufficit, niſi dicat iure dominij, uel quaſi, uel iure poſſeſſionis.*
2 *Mandatum & iuſſus ſuperioris an excuſet accuſantem à pœna.*
3 *Credendum eſt maioribus magiſtratibus ad excuſandum à dolo & pœna.*

## CONSILIVM XV.

Viſa accuſatione porrecta[b] per Ioannem Martini de
b Aſſiſio,& proceſſu habito ſuper ea,videtur de iure dicendum dictos accuſatos abſoluendos à dicta accuſatione pluribus rationibus. Prima ex defectu dictæ accuſatiõis. nam in ipſa accuſatione non ponitur aliquid,per quod appareat accuſa-
1 torem habere ius accreſcendi.†Non enim dicitur ad ſe pertinere iure dominij,vel quaſi,nec iure poſſeſſionis,ſed ſolùm dicit dictam rem ad ſe pertinere.quod verbum latiſſime patet. Comprehendit enim eum,cui res debetur actione perſonali:vt ff. de ver. ſig.l.ꝟbum illud ꝑtinere.ſed ei,ad quem res pertinet, illi iure nõ competit ius accuſandi,vel agendi pro damno dato,vel actione legis Aquiliæ,vel interdicto quod vi aut clam,vel ſimili:vt ff.ad leg.Aquil.l.item Mela.§.legis.& quod vi aut clam.l.is qui in puteum.§.ſi poſtea.& §.ſeq. Sed hic non conſtat quo iure ad eũ
2 pertineat:& ſic non conſtat ꝙ ius agendi habetur.† Et ſic nõ poteſt ſequi condemnatio,& ſic debent abſolui ex vigore defenſionis factæ per dictos accuſatos:quia conſtat dictis accuſatis fuiſ-
c ſe mandatum[c] & permiſſum prioribus communis Aſſiſij, ſi de hoc habent authoritatem, vt patet ex ſtatuto de hoc loquente. ergo per eorum iuſſum excuſantur.l.quanquam.ff. de aqua plu. arcen.& de iuriſ.om.iud.l.ſi quis id quod.§.doli.cum ſimi. Præ-
d terea, poſito quod dicti priores non habuiſſent authoritatem[d]: tamen in dubio ipſi accuſati debuerunt credere ipſis prioribus.
3 †Credendum enim eſt eos,cùm ſint maioris magiſtratus in ciuitate Aſſiſij,iuſtè feciſſe,cùm hoc fecerunt ex vigore eorũ officij,vt patet ex forma reformationis communis Aſſiſij, vt notatur.ff.de reg.iur.l.non videtur.§.qui iuſſu. per Dy. de reg. iur.c. quod quis mandato.lib.vj. Tertiò hoc probat̃ ex vigore ratificationis,& approbationis factæ par dictum accuſatorem.nam conſtat per inſtrumenta producta,quod dictus accuſatus recepit æſtimationem pro parte dictarum perticarum:ſed ſolutione partis,videt̃ quis approbare totum.C.de non nu.pecu.l. cùm fidem. Item ex tali approbatione ceſſat delictum: vt C. de fur. l. j. ergo apparet dictos accuſatos eſſe abſoluendos. Præterea,poſito quod ex receptione partis non approbaret̃ niſi inciſio ſeptẽ particarum ſeu arborum:adhuc tamen debet ſequi liberatio. Nã non conſtat de quibus particis fecerit approbationem,& de quibus non. Et ſic remanet accuſatio incerta: quia neſcit̃ in quibus

fuerit delictũ,& in quibus non fuerit.ergo
debet ſequi abſolutio.l.non ſolum.§.ſed vt
probari.ff.de noui oper.nunciatio.& nota-
tur in l.eum actum.ff.de neg.geſt. Ex qui-
bus concluditur manifeſtè dictos accuſa-
tos eſſe abſoluendos.Bartolus à Saxoferra
to legum Doctor.

1 *Si quis inſurgit cum cultello contra aliquem præſumitur animo occidendi.*
2 *Percuſſo licitum eſt repercutere,& non tenetur de homicidio ille percuſſus: quia dicitur feciſſe ad ſui defenſionem.*
3 *Repercuſsio ut excuſet ab homicidio, & à pœna capitis, eſt neceſſe quod fiat incontinenti, hoc eſt, in ipſo actu quando percutiebatur.*
4 *Dictio tunc,extremitatem inſtantis temporis ſignificat.*
5 *Homines æqualis conditionis æqualiter incedere præſumuntur à iure.*
6 *Teſtes deponentes de credulitate ad probandam defenſionem probant.*

## CONSILIVM XVI.

a VAnnucius Petri,[a]
& vnus de dictis teſtibus ad de-
fenſam productis probat plenè.
Nam ſuper primo articulo interrogatus ꝓ-
bat perfectè,& dicit quòd ille Petrus, qui
fuit occiſus,fuit incœptor rixæ. Item inter-
rogatus ſuper ſecundo articulo,probat qđ
dictus Petrus,& ſocij fecerunt dictum Ma
ſolum cadere in terram. Item interroga-
tus ſuper tertio articulo, probat quòd ꝑ di-
ctum Petrum & ſocios non ſtetit, quo mi-
nus occiderent dictum M.& quòd volue-
runt eum occidi.Et de prædictis reddit ſuf
ficientem rationem.Tertiò per ea quæ vi-
1 dit.†Nam eo ipſo quòd quis inſurgit cum
telo contra alium,lex præſumit ꝙ velit eũ
occidere:vt C.ad leg.Cor.de ſicarijs.l.is q
cũ telo.& ff.eo.tit.l.j.§.diuus.ibi: Nã ſi gla-
dium ſtrinxit,& in eum percuſsit,indubita
tè occidendi animo.Item interrogatus ſuꝑ
quarto articulo probat qđ dictus Maſolus
hoc fecit ad ſui defenſionem, & ſuper hoc
reddidit ſufficientem rationem.Nam dice-
re quòd dictus Petrus occiſus primò ꝑcuſ-
ſit dictum Maſolum, & quòd volebat ite-
rum percutere eum,& qđ tunc dictus Ma
ſolus ad ſui defenſionem percuſsit dictum
Petrum,vt ex eius dicto apparet,iſta ratio
eſt ſufficientiſsima per caſum l.ſi quis per-
cuſſorem.C.ad leg.Cor.de ſicarijs. vbi po-
2 nunt hæc verba,†ſi quis percuſſorem ad ſe
venientem gladio repulerit,non tenetur de
homicidio:quia defenſor ꝓpriȩ ſalutis,&c.
ita fuit in ꝓpoſito: quia volendo eum iterũ
percutere:tunc dictus Maſolus ipſum ꝑcu
tiendo repulit; vnde non teneť de homici-
dio.Item apparet dictam rõnem eſſe verã:
quia vt quis dicať feciſſe ad ſui defenſionẽ,
ſufficit ꝙ probeť,qđ occidens erat in peri-
culo vitæ: vt C.ad leg.Cor.de ſicarijs.l.is q
aggreſſorem.Et ſic eſt neceſſe qđ dictus te
ſtis cõcludat ꝙ occiſor,ſi hoc omiſiſſet,ſta-
tim fuiſſet mortuus:ſed ſufficit qđ conclu-
dat quòd erat tunc in periculo vitæ. Sed
manifeſtum eſt ꝙ dictus Maſolus erat tũc
in periculo vitæ, cũ prædicti aduerſarij eũ
aggreſsi fuerant,& percuſſerant, & iterum
volebãt eum percutere.Item dictus Petrus
occiſus fuit aggreſſor,vnde potuit occidi à
prȩdicto Maſolo:vt d.l.is qui aggreſſorem.
Concluditur ergo qđ pro dicto Maſolo,&
eius defenſione ꝓbatum eſt.Caſus eſt in di
ctis legibus,is qui aggreſſorem. & l.ſi quis
3 percuſſorem. †Item eſt probatum qđ ea,
quæ fecit dictus Maſolus,fecit incontinen
ti,hoc eſt,in ipſo actu, cùm percutiebatur:
quia articulus dicit & teſtis probat fuiſſe p̃-
dicta loco & tempore in inquiſitione con- c
4 tentis.†Si enim prædicta tunc nõ fuiſſent,
non fuiſſent in illo loco,& tpe.Hoc etiã ap-
b paret ex dictione tunc[b],poſita in dicto arti
culo,quæ inſtãtis tẽporis extremitatẽ ſigni d
ficat, vt iura vulgata dicunt. Ex p̃dictis
apparet reſponſum ad ea quæ obijciuntur
ꝑ aduerſarios qđ fortè dictus Maſolus po-
tuiſſet fugere,nec habebat neceſſe percute-
re dictum Petrum. Nã cùm dictus Petrus
prius percuteret dictum Maſolũ, & vellet
eũ occidere:ſi dictus Maſolus fugiſſet,po-
ſuiſſet ſe in diſcrimine,& periculo vitæ.Nã
ille prius percuſſerat eum.vnde erat ita pro
c pinquus qđ gladio[c] eũ tangebat & ſic quã-
tum proceſsiſſet in fugiẽdo, tm̃ ille proceſ-
ſiſſet in ſequendo,& percutiendo:cũ nõ ſit
ratio quare debeamus dicere, ꝙ ille Maſo-
lus plus fugiſſet,quàm ille inſequutus fuiſ-
5 ſet. † Homines enim æqualis conditionis,
æqualiter incedere præſumuntur:vt l.con-
tinuus.§.cùm ita.ff.de verb.ob.imò præſu-
mendũ erat qđ dictus Maſolus primò per-
cuſſus,& ſic iam debilitatus, minus poſſet
fugere,quã ille inſequi:vt ff.de eo qđ certo
loco.l.centum Capuæ.ſecundùm tertiã le-
cturam. Præterea,ſaltem de hoc erat du-
bium: & ſic dictus Maſolus erat in diſcri-
mine vitæ:vnde licuit ei talem occidere, vt
dictum eſt.Cæcus Vannis alter teſtis pro-
bat contenta in vj.articulo,ſ.qđ dictus Pe-
trus fuit aggreſſor. Item ꝓbat ſcđm articu-
lum,ſ.qđ vidit eum iacere in terra. Itẽ pro-
bat tertium articulum, ſ. qđ dictus Petrus
6 & ſocij volebant eum interficere. †Nec
obſtat qđ ſuper tertio articulo dixit ſe cre-
d dere[d].Nam in prædictis perverbum crede-
re,teſtis deponit.Nam vtrum illi voluerint
occidere,vel non, non põt videri per teſtẽ,
ſed ex actibus viſis per teſtem põt dicere re
ctè,hoc credo:vt ff.de ventre inſpi.l.j.§.j.&
extra,de teſtib. cap. quoties.Sed in p̃dictis



a ℭVannucius Petri. Adde ꝙ iſtud conſilium ſcđm ordinem Peruſinum eſt in prima parte iudiciorum,nu.xviij.aliàs incipit Raynu.Petri.& ita allegat Alex.in conſi.lxxvj.in j.vol.incipit,viſa.in vlt.col.Et adde ꝙ iſtud conſiliũ pro conſilio Bar.allegat etiam do.Alex.in l.is cui.§.item Labeo.in vltima apoſti. ad Bar.ff.de aqua pluuia arcenda.& in l.j.in fi.C.vnde vi.& in rub.ff.de iure-iur.& in conſi. cix.in primo volu.incip.viſis,&, vt oportet,cõſideratis.in quarta et ſexta colum. & ſeq. & domi.Iaſon. in l. vt vim.in vj.colũ.ff. de iuſti. & iure. & Feli.in capi.quoties. in penul. col.de teſti. Et de materia iſtius cõſi. vide per Barto. in conſi.cx.in primo vo.inci. quidam Maſiolus. & ibi ſcripſi in additio.

ℭEt nota quod; notat Barto.hic, quòd lex præſumit ꝙ ille, qui inſurgit cũ cultello contra aliquẽ, velit eum occidere. Et hoc pro notabili ſequitur Alex.in dicto cõſi.cix. viſis & ponderatis &c. in v. col. & in fi. in j. volu.& ideo dicit idem Ale. & infert qđ ſi teſtis dicat Titium eſſe inſultatũ ab altero cũ armis, ſeu ꝑcuſſum: ex hoc apparet qđ erat ita in diſcrimine vitæ cõſtitutus, ꝑ l. ij.& iij.C.de ſica. ergo præſumiť qđ ad ſui defenſionem fecerit,per leges alle. per Bart. hic in conſilio. Tho.Diplo.

b ℭEx dictione tunc. Nota ꝙ dictio tunc, inſtantis tẽporis extremitatẽ ſignificat. Adde Bal.in auť. cõtra rogatus.in ij. col. C.ad Treb.vbi dicit ꝙ dictio tũc, eſt aduerbiũ præſentis tẽporis: ſed dictio tũc, eſt aduerbium tẽporis adiectiui,enũciatiui,& eſt in voce,& non in ſubſtantia tẽporis.& dicit Bal. in l.lecta.in ij.colũ.ff. ſi cer.pe. ꝙ trãsfert hãc extremitatem tẽporis in aliud tempus. & refert Pau.de Ca. in cõſi. ccxlvij.ſuprà ſcriptus egregius. in ij. colũ. quod dictio tunc,ſignificat qualitatem adeſſe illo tpe. Et ponit exemplũ vt ibi per eum. Et de dictione ex tunc, vide vltra repertoria per Bartholo. Socinum in l.iij.§.j. ff. de cõdi. & demonſt. poſt Alex.ibi:in apoſtil. & Alexã.in l.ſubſtõne. poſt prin.ff.de vulg. & pup. & in l.huiuſmodi.la ij. ff.de ver. obli.; Et adde plures concordan.per dom. Iaſ.in l.fi.C.de codicil.& ibi plenius per Alexan. & vide Fulgo.in conſilio l.in iij.colum.quidam Raymundus. Et an includat dictio extunc,vel excludat,vide per Oldra.in conſilio xlix.in capi. conſueuit. in fine. & Cardinalem Alexandrinum in capitu. ego Ludouicus lvj. diſtinctio. vbi de verbo.extunc,quod dilationem non recipit. & de dictione extunc, vide Bald.in capitu.j.in vj.colum.de milite vaſal.qui contu.eſt in vſib. feudo. & in l. Gallus,§.nunc de lege.in ſecunda colum.ff.de liberis & poſthum.& in lege,ex illo.C.de appel.& vide Baldum etiam in dicta lege,ex illo tempore.C. eodem.quòd dictio expoſita ſuper tempore ſignificato,immediatum curſum facit,vt dicimus extunc,vt ibi per eum.& dicit Bal.in l.præpoſteri.C.de teſt. quòd extremitas temporis importata per dictionem extunc, non vitiat actũ. Et nota etiam quod dictio extunc,ſignificat prout ex retro:vide domi. Iaſ. in dicta l.prima. in fin. C.de codicillis.& eſt tex.in l. ſi ita ſtipulatus fuero. in princ.ff. de ver. oblig. iuncta doctrina Bartoli ibi, in fine, ꝙ per verbũ ex hoc,exiſtente cõditiõe retrotrahať.& Barto.idem dicit per illa verba, extunc. Quæ nota pro ſtatutis, quod inſtrumẽta pñt regiſtrari quandocunque, non obſtante curſu temporis: & extũc plenam obtineant firmitatẽ. quod ſi inſtrumenta fuerit regiſtrata retro trahatur, ac ſi à principio fuiſſent regiſtrata. Et ita obtinuit in cauſa ardua Piſauri in ſtatuto ibi &c.Tho.

c ℭQuod gladio. Vide Iaſ.in l. vt vim.in iij.col. ff. de iuſti. & iure.in verſic. ſecundò in hac materia. Thoma.

d ℭSe credere. Nota ꝙ licet, teſtes deponentes de credulitate nihil probent: l.teſtiũ. C.de teſtib.glo.Bar. & doc.in l.ij. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. cum concordan. de quib⁹ per Iaſ.in l. j.in prin. in penul.colum.ff.de iuſti.& iure. & plenius per Fe. in c.quoties. de teſtibus. Tamen Bar.vult hic in hoc conſil. quod ad probãdum defenſionem admittantur teſtes deponentes per verbũ, credo.& plenè probant: quia cognoſcitur p̃ſumptiuè & ſequitur Fel. in dicto c.quoties.in pen. col.vbi dicit, ad hoc facit textus in ca.firm.ter.in primis verbis, de ſum.trini. & fide cath.& quod ibi notat Abb.in princi. Et adde quod notat Cy.in lege, teſtiũ. in v.q.C.de teſti.& Io. And.in addi. Spec.in tit. de teſte. §.j.ſuper ver. itẽ qđ depoſito de credulitate.& anto.de But.in d.c.quoties videlicet ꝙ quoties credulitas teſtis eſt munita rõnib⁹ cõcludẽtib⁹ ad veritatẽ dicti teſtis:tũc ꝓbat, ꝑ c. literas. de p̃ſum. & l.j.§.j.ff. de ventre inſpi.Adde etiam ad Feli.qđ ita ſequitur iſtud cõſiliũ Alex.in cõſ.lxxvj.viſa inquiſitione.in vlt.col.in j. vol.& cõſi.cxix.viſis.in eo.vol.vj.col.& Iaſonẽ plenè in l.vt vim.in ij.col.ff.de iuſt. & iure. vbi dicit hoc dictum Bartoli hic eſſe ſingulare.Et infert ex hoc dicto regulã ꝙ ad probandũ defenſionẽ admittunť probationes dubiæ, & à ꝑſonis ſuſpectis. Et ad dictum Bartoli hic vide etiam Bar.ſ.in conſi.cxj.incipiente, quæritur.in j. col.& vide Alex.in l.is cui.§.item Labeo.in apoſtil.in ver.ſufficit. ff.de aqua plu.arcen.& in rub.ff.de iuſt.& iure.Tho.Diplo.I.V.D.



ex his q̄ teſtis vidiſſe ſe dixit, rectè potuit
comprehendere ꝙ volebat eũ interficere.
Dixerat em̃ teſtis ſe vidiſſe dictũ Bartho-
lomæũ ſeu Maſolũ inſultatũ primò percuſ
ſum in capite cultello,& in terrã proiectũ,
ex quibus præſumit lex indubitanter qđ
volebat eũ interficere, vt ſupra ꝓbatũ eſt.
Circa dictũ alterius, rectè enim potuit di-
cere ꝙ lex pro indubitato habuit. Itẽ inter-
rogatus ſuper quarto articulo, ſcilicet ꝙ di-
ctus Maſolus prædicta fecit ad ſui defen-
ſionẽ,hoc optimè ꝓbat:licet ſe credere hoc
dicat tm̃ per hoc dictum eius non vitiatur.
Nam ꝙ dictus Maſolus fecerat ad ſui de-
fenſionem, hoc ſtabat in intellectu ipſius
M.vnde teſtis nõ potuit de hoc deponere,
niſi per credulitatẽ. Videndum eſt ergo an
ea,quæ dictus teſtis vidit,fuerint ſufficien
tia ad inducendum dictũ T. ad hoc credẽ-
dũ: & certè indubitãter dicendũ eſt ꝙ ſic.
Nã cũ viderit dictũ M.primò percuſſum,
& in terrã deiectum,ex hoc apparet ꝙ erat
in vitæ diſcrimine conſtitutus: & ſic illud
quod fecerit, fecit ad ſui defenſionẽ. itaq;
debet eſſe impunitus:vt d.l.is qui aggreſſo
rẽ.& ſuprà probatũ eſt. Cola Puccij alius
teſtis ꝓbat idẽ eodẽ modo. Alij teſtes pro-
bant de fama,& adminiculanť ad cauſam.
Ex prædictis omnibus concluditur dictũ
Maſolum eſſe abſoluendum. Bartolus à
Saxoferrato.

1 *Iudæi poſſunt eſſe arbitri.*
2 *Iudæi poſſunt eſſe arbitratores,& amicabiles cõpoſitores.*
3 *Deportati poſſunt eſſe arbitratores.*

## CONSILIVM XVII.

a VIſo quodam[a] com
promiſſo facto per P.ex vna par
te,& B. ex alia in Ioã. Guidonis
& Maſchetũ Mattage Iudæũ: & viſo quo
dam laudo ſeu ſentẽtia lata per iſtos. Quæ
ritur vtrũ dictũ laudũ,ſeu ſententia, vel ar-
bitramentũ valeat,vel nõ: & ſic ſit exequu
tioni mandãdũ necne. Circa prȩdicta vi-
deť facere dubiũ ſolũ: q̃a vnus ex arbitris
eſt Ebræus, ſiue Iudæus. Sed hoc non ob-
ſtante credo cõpromiſſum valere, & ſentẽ
tiam mandandã eſſe exequutioni.Nam Iu
b dæi poſſunt[b] eſſe arbitri: vt l. Iudæi. C.de
1 Iudæis.†Sed dato ꝙ nõ poſſent eſſe arbitri
tm̃ non eſt dubiũ quin poſsint eſſe arbitra-
tores,& amicabiles cõpoſitores. Nã arbi-
traria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ: vt l.
2 arbitri.§.j.ff.de arbit. Et†ideo multi ſunt,
qui non poſſunt eſſe arbitri:poſſunt tamen
eſſe arbitratores.Ecce enim iudex non põt
eſſe arbiter.& tamen poteſt eſſe arbitrator:
vt not. gloſſ. in l. ſed ſi in ſeruum §. ſi quis
iudex. ff. de arbitr. Item infames non poſ-
ſunt eſſe iudices:vt not.gloſ. in l.cum præ-
tor.§.fi.ff.de iudi.& tm̃ poſſunt eſſe arbitra-
3 tores:vt l.Pedius.ff.de arbit.†Præterea,vi-
deo ꝙ deportati amittunt oĩa,quæ ſunt iu-
ris ciuilis:vt l.ij.ff.de pœnis.& l.amiſsione.
ff.de capi.diminu. & tamen poſſunt eſſe ar
c bitratores[c]:vt eſt tex.ff.ad Treb.l.ex facto.
§.ex facto.& l.cũ pater.§.hæreditatẽ.de le.
ij. Multò magis Iudæi qui retinent ea quæ
ſunt iuris ciuilis. Nam licet is interdicãtur
publica officia: non tamen ea quæ ſunt fa-
cti,vt ſunt arbitramenta: vt not.d.§.ſi quis
iudex. & in d. §. ex facto. Cùm ergo fiunt
cõpromiſſa in ipſos de iure & de facto tan-
quam in arbitratores:videtur ꝙ dictum cõ
promiſſum valeat,& dicta ſnĩa ſit exequu-
tioni mandanda,vt iuribus ſuprà allegatis.
Bart.à Saxoferrato.

1 *Epiſcopus in omni crimine,in quo poteſt diſpenſare, poteſt infamiam tollere.*
2 *Quæ poteſt epiſcopus diſpenſare,poteſt etiam legatus.*
3 *In generali mandato uenit poteſtas diſpenſandi.*
4 *Laicus in terris eccleſiæ poteſt reſtitui ad famam in priſtinum ſtatum per ſummum pontificem, uel per eius authoritatem habentes.*
5 *Epiſcopus æquiparatur ſenatui.*

## CONSILIVM XVIII.

REuerendiſsimus in
d Chriſto pater,[d]& dominus Aegi
dius miſeratiõe diuina titulo ſan-
cti Clemẽtis presbyter Cardinalis, & apo-
ſtolicæ ſedis gratia legatus reſtituit priſti-
næ famæ Frãciſcum Angeli, & Andream
Iacobi de Aſsiſio,prout patet in literis eiuſ
dem domini legati. Quæritur an potue-
rit.Et an dicta reſtitutio de iure ꝓcedat.Ad
determinationem dubij & quæſtionis præ
1 mitto quȩdam. †Primò quòd epiſcopus
e in omni crimine[e],in quo poteſt diſpenſare,
poteſt infamiam tollere,& famæ derogata
reſtituere,vt clarè no.Ioã.l.diſtinctio.à do-
mino ſancto.in glo.ex hoc verbo,& ij.q.iij.
§.huic autem.& idem Guli.in Spec. de ſen
ten.prola.§.vt autem.verſi.item nota quòd
2 Papa. †Secũdò qđ quicquid põt epiſco
pus diſpenſando,poteſt & legatus de late-
re in prouincia ſibi decreta: ideo, quia ipſe
eſt etiam ordinarius:vt extra,de officio leg.
c.ij.lib.vj.& de hoc in Spec.de leg. §.conſe
quenter.in prin.Item quia gerit vicẽ Papæ
& apoſtolicæ ſedis.extra,de conſtit. c.cùm
venerabilibus.& de electio. c.ſi Abbatem.
lib.vj.de præſumptio.c.ſi mandata.cum ſi-
milibus.Item quia maiorem omnibus poſt
principem poteſtatem obtinet in ſua prouincia.ff.de officio pro
conſulis & lega.l.& ideo. ff.de officio præſid.l.iiij. Tertiò prȩ
mitto qđ diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio.ij.q.vij.§. niſi
3 rigor.& cap.ſeq. †Quartò qđ in generali legationis mãdato[f]
f venit poteſtas diſpenſandi in caſibus ſpecialiter non reformatis,
vt no.ij.q.iiij.c.quæ de cauſa.& facit extra,de tranſactioni.c.vlt.
de bigamis.c.quoniam. Quintò quòd legatus de latere,exce-
ptis caſibus reſeruatis,omnia alia poteſt.extra,de officio delega.
c.niſi & c.quod tranſlationem.de ſenten.excommu.c.nuper. de
officio vica.c.penul.lib.vj.de exceſsib.prælato.ca.ſicut vnire. in
4 glo.j.in fi. †Præterea,etiam ꝙ in terris eccleſiæ per ſummum
pontificẽ,vel ipſius authoritate laicus infamia iuris notatus po-
teſt priſtinæ famæ reſtitui:extra,qui filij ſint legiti.c.per venera-
bilem.extra,de ſenten.& re iudica.c.cùm tecum.primo nota.per
Inno.& Hoſti.& Ioan.And.poſt eos in nouella. Ex prȩdictis
ergo præmiſsis concludo prædictum prædictos famȩ reſtituere
potuiſſe:quia in tali crimine potuiſſet diſpenſare epiſcopus:ergo
& legatus potuiſſet:quia epiſcopus diſpenſat in adulterio quod
eſt grauius:quia in ipſo polluuntur duæ animæ,hic autem vna.
Item quia ex adulterio grauior pœna imponitur quàm pro cri-
mine falſi:quia pro adulterio imponitur pœna mortis: vt Inſtit.
de pub.iud.§.item lex cornelia.Sed pro crimine falſi eſt deporta
tio,& bonorum publicatio:vt ff.ad leg.Corn. de falſis.l.j.§.fi.Igi
tur crimen falſi eſt minus adulterio.& facit quod no.ff.ad legem
Iul.de adulte.ſuꝑ rub.& de ſtatu monacho.c.ea quæ de cle.excõ
mu.c.latores.extra,de iudicijs.c.at ſi clerici.§.de adulteris. Per
diſpẽſationem enim ignoſcitur culpæ: multò ergo fortius famæ



a ℭViſo quodã compromiſſo.Iſtud cõſiliũ ſecundũ ordinem Peruſinũ eſt ĩ prima parte iudiciorũ, nu. xlj.Tho.Diplo.

b ℭIudæi poſſunt. Inquantũ Bart. vult ꝙ Iudæus poſsit eſſe arbiter,adde ꝙ inter ipſos Iudæos Iudæus nõ ſolũ põt eſſe arbiter, ſed etiam iudex. tex.eſt in l.ſi qua inter.C.de Iudæ. à cõtrario ſenſu. & ita ꝑ illũ tex.cõſuluit Flori. de ſancto Petro, prout refert Ioan. de Ana.in c.cum ſit.in j. colũ.extra de Iudæ. cum concor. de quibus ibi ꝑ Feli.& plenius per Iaſon.in rubri.ff.de iuſti. & iur. in j. colũ. in fin. vide apoſtil. in rub. Digeſtorum.in iij.apoſtil. quib⁹ adde Bar. hic. Tamẽ Bar. hic ſentit ꝙ etiã inter Chriſtianos licet Iudæus nõ poſsit eſſe arbiter,poteſt nihilò minus eſſe arbitrator. qđ eſt notandũ. ſed de veritate hui⁹ articuli,vide q̃ no.Alex. in l.ex facto.§.ſi quis roga. in j.colũ.& ſeq. ff.ad Treb. inquantũ examinat an excõmunicatus poſsit eſſe arbitrator, plenius ꝑ Iaſ. in l.ſi quis arbitra. in xxx.col.ff.de verbo. obli.Thomas.

c ℭArbitratores. Vide Bar.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.cũ concor.de quibus ibi per Ale. & per Iaſ.in l.ſi quis arbitratu.in xix.col. ff.de verb.obli.Tho.

d ℭReuerendiſsimus. in Chriſto pater. Adde ꝙ huiuſmodi conſilium ſecundũ ordinem Peruſinũ eſt in prima parte iudiciorum, numero xlvij. & eſt Bar.tm̃ aduertẽdum puto ꝙ ex ſtylo ipſius nõ apparet ꝙ ſit Bar. & ita Firman⁹ in ſuo reperto. in ver.legatus.in verſ. xviij.allega.iſtud cõſilium pro conſilio Ange.de Amelia. Et adde ꝙ de iſto dñõ Aegidio Sabinenſi Cardinali meminit Bal.in l.conuenticulã.in pen. colũ.C. de epiſco.& cle. vbi ex verbis Baldi apparet ꝙ erat doctiſsimus in iure. & Ioannes de Ligna. in ſuo trac.de bello,ĩ proœ. in ij.col.& in fi.dicti tractat. vbi dicit ꝙ anno dñi Mcccl. dictus do. Aegidi⁹ de Albano de ciuitate Cocenſi miſeratione diuina epiſcopus Sabinenſis Cardinalis in partib⁹ Italiæ fuit pro ſacroſancta Romana eccleſia vicarius generalis, & intrauit dicto anno in ciuitatem Bonoñ.& compoſuit conſtitutiones ĩ Marchia Anchonitana,& in multis locis, & ciuitatibus eccleſiæ.Thom. Diplo.

e ℭEpiſcopus in omni crimine. Epiſcop⁹ p̃t diſpenſare ſuper infamia:an ſit verũ,vide plenè per Fel. in c.cũ te.in vij.col. in prin. extra,de re iudica.& Cardi. Alexan.in c. hinc colligitur. in iij. col.ij.q.iij. vbi plenè vide Bal. in conſilio ccc.in iij. volu. Tho. Diplo.

f ℭIn generali legationis mandato. Adde inquantum Bart.hic vult ꝙ legatus de latere poteſt reſtituere famæ,non vt Cardinalis, ſed vt legatus de latere.Adde quod diſputat Io.de Imol. in cle.ij.in iij.colũ.in ij.q.de elec. An cœtus Cardinalium poſſit reſtituere famæ: & in l. infamẽ. in v. colum.ff.de publ.iudi.& plenè per Fel.ĩ c.cùm te.in v.col. de re iudi.& per Cardi. Alexan.in c.hinc colligitur. in ij colũ. & ſeq.ij.q.iij.An autem vicarij Imperatoris, vel papæ poſsint reſtituere famæ, vide Bal.in l.ij. C. de pœ. iudi.Petr.de Ancha. in conſi.cccxxxij.viſis diligenter actis. in ij.col. & plenè per Feli.in d. c. cùm te.in viij.col.de re iudi.& in c. cùm nobis.in ij. col. de præſcri. & in c. quæ in eccleſiarũ. in xiij.col.de conſtit. Thomas.

reſtitui poteſt,quæ eſt acceſſoria: extra, de elect.& elec.pot.c.venerabilibus.in fi.de re gu.iur.c.acceſſorium.lib. vj. †Præterea, ſi ſenatus poteſt,ergo epiſcopus,qui æquiparatur ſenatui.xvj.q̃.j.c.eccleſia.fortius ergo & legatus. Præterea,in crimine prædicto videtur diſpẽſatio permiſſa legato ex eo,quia non eſt de caſibus ſummo pontifici ſpecialiter reſeruatis,& ſibi interdictis,quæ certi & determinati ſunt: vt notatur in d.c. quod translationem.& plenius in Speculato.de legato.§.nunc oſtendendum.Traſeat ergo diſpenſatio ſuper dicto crimine in generali legatione. ſic igitur poteſt diſpẽſare, & infamiam tollere, per ea quæ dicta ſunt ſ.

Nec obſtat qđ dicitur quod ſolus princeps & ſenatus poſſunt infamiam tollere, & famæ reſtituere:quia verum eſt in criminibus in quibus inferioribus non eſt commiſſa diſpenſatio.In quibus aũt eſt commiſſa poteſtas diſpenſandi,per conſequens & reſtituere famæ: cũ authoritate principis videatur hoc facere.Igitur nihil obſtat:vt clarè not. Io.xv.q.iij.hi qui.in gl.ſi intelligas. in fi. facit extra,de offic.dele.c.præterea. Et iſto modo intelligantur,& ſaluentur opini. Innocen.& Hoſt.no.in d.c.cùm te.de re iudi. & quod notat Archid.in dicto.§.hinc autẽ ij.q̃.iij.& Gul.in Specu. de lega.§.vltimo. verſ.hoc etiam no. Ex eo enim potuit facere legatus:quia ciuitas Aſiſij eſt de terris eccleſiæ,in quibus vice Papæ poteſt cognoſcere de caſibus laicorum:non autem poſſet,ſi non eſſet certa eccleſia: vt notat Spec. de leg.§.nunc oſtendendum. verſ.ſed nunquid legatus. Bartolus à Saxoferrato legũ doctor.

1 ☞ *Si numero pecuniam alicui pro ſe recipienti,ſiue alteri eo præſente & volente,rectè dicitur fieri numeratio.*
2 *Oculis & aſpectu dicitur quem reſpicere ſolutionem,licet corpore non tangat.*
3 *Teſtis ſi dicit numeratam fuiſſe alicui pecuniam,& alius dicat numeratam extitiſſe vxori eo præſente,huiuſmodi teſtes probant.*
4 *Teſti deponenti de facto proprio,quod ipſe fecit,creditur.*

## CONSILIVM XIX.

IN quæſtione propoſita[a] ſolũ ad hoc allegare & cõſulere intendo,an †teſtes examinati in dicta cauſa probent inſpectis dictis eorum.Ad quod præmitto quòd ſi ego numerem pecuniã alicui pro ſe recipienti,ſiue alteri eo præſente & volente, rectè & propriè ei dicor numerare:vt ff.de fur.l. falſus. §.quod ſi is.vbi dicitur contrectare, & furtum facere, ſi eo præſente & volente alteri numeratur. & certum eſt quod furtũ requirit contrectationem veram:vt,l.j.C. de fur. cum ſimilibus ibi notatis in glo. Pro hoc, quia non refert,in manu tua ponam , an te
2 volente ponam in ſcamno,vel in alio loco.† Oculis enĩ & aſpectu dicimus recipere ſolutionem ſeu numerationem,licet corpore non tangamus:vt ff.de acqui.poſſ.l.iij.§.ſi iuſſiſſet. Item prætermitto quòd dicta teſtium debent intelligi,ita quòd non ſint ſibi contraria,ſi poſſunt aliqua diſtinctione iuuari:vt extra,de teſt.c. cũ tu.& in prima conſti.Codic.§.quibus. Nunc ad propoſitum Angelutius Matthæi primus teſtis examinatus plenè probat contenta in articulo. Videndum eſt ſi habet conteſte.Secũdus teſtis eſt Iacobus Petrucij,qui dicit quod numeratio[b] & depoſitio fuit facta dominæ Catharinæ,vt plenè patet. Iſtud dictum poteſt habere contrarium intellectum primo dicto,ſ.eius,qui dixit depoſitum & numeratum Franciſco præſente iſto Iac.Sed quo
3 niam,vt dictum eſt,†dicta teſtiũ debent intelligi vt nõ contradicant,eſt intellectus hic quod numerauit dicto Franciſco,cum apud eum depoſuerit,deponendo,& numerãdo vxori eo præſente & vidente.Sibi enĩ verè numeratur oculis & aſpectu reſpiciendo,licet manu non tangat,vt ſ.probatum eſt:ſicut ſi eo volẽte numeretur,aut poneretur in bancha,nemine accipiente,ſibi diceretur numeratum:vt d.§.ſi iuſſiſſet. Tertius teſtis eſt Cichinus Nalducij,qui clarè & apertè probat prædicta, ſ. quod illi Franciſco depoſuit in quodã ſacheto,& quod dicta pecunia fuit numerata per vxorem,& per ipſam recondita de mandato dicti Franciſci. Certè iſte teſtis optimè probat quod depoſitum fuit ipſi Franciſco,& numeratio fuit facta eidem per dictum modum,ſcilicet vxore connumerante eo præſente & mandante:& ſic articuli ſunt verè probati,& in teſtibus nulla eſt contradictio,quæ ad verã concordiam non reducatur.Sed dicto Cichino obſtat quod ipſe videtur teſtis in cauſa propria,& ad eum pertinet de prædictis commodum & incõmodum,eo quod tenetur dicto Bertulo actione negotiorum geſtorũ.
4 Ad qđ reſpondetur primò:†quia de facto proprio interrogatur,ſ.de depoſito facto per eum,& ſi eſſet ſeruus poteſt interrogari[c]:vt C.de quæſtio.l.iterrogari.vbi eſt caſus expreſſus in his terminis,& hoc caſu,videlicet quãdo aliorum teſtium dicta præcedunt,faciunt plenam probationem,vel ſaltem indicia:vt no.in d.l. interrogari. Secundò reſponde ſic:Per præcedentes teſtes probatum eſt qđ domina Catharina accepit dictam pecuniam. ſed per primũ fuit dictum quod hoc fuit de mandato dicti Franciſci, per ſecundum fuit dictum,dicto Franciſco præſente & vidente,nõ tamen mandante:vnde de hoc remanet dubium an mandato dicti Franciſci vxor acceperit per alios.Apparet clarè quod dicta pecunia non remanſit dicto Cichino.Si igitur dictum dicti Cichini nõ faceret fidem quo ad numeratione:quia per hoc ſe eximit ab obligatione:tñ facit fidem ſuper hoc quod vxor accepit de mandato dicti Franciſci.De hoc enim nullum ad eũ pertinet cõmodum vel incommodum. Quid enĩ ad eum vtrum Franciſcus vel vxor teneatur?Certè nihil. Vtroque enim modo eſt ab obligatione exemptus.Remanet ergo legitimus teſtis.Et ſic per primũ & tertium eſt probatũ quod Franciſco mandante & præſente vxor accepit:& ſic verè ipſi Franciſco fuit facta depoſitio,vnde debet cõdemnatio ſequi. Præterea an ſit locus delationi iuramenti,nõ videtur dubium:vt l.admonendi.ff.de iureiu.& C.eo.l.in bonæ fidei.vnde & ſi eſt delatum,& legitimè,ei ſtandum eſt. Barto. à Saxoferrato legum doctor.

1 ☞ *Petitio in materia pignoris & vſurariæ prauitatis,quomodo debeat fundari in iure.*
2 *Teſtis productus per partem eſt omni exceptione maior,& per partem ipſum producentem non poteſt opponi.*
3 *Teſtes ad probandam vſurariam prauitatem,quomodo debeant deponere.*
4 *Quæ ſunt coniecturæ & præſumptiones ad probandum contractum fictitium & ſimulatum.*

## CONSILIVM XX.

VIſo libello[a] exhibito per Colã Pucciarelli,ſiue eius procuratorem contra Colam Falabarchæ in curia Reuerendiſſimi patris & dñi epiſcopi Cluſineñ.in quo inter cætera petit quoddam inſtrm venditionis & locationis caſſari & annullari tanquam factum in fraudem vſurarum,& viſis omnibus actitatis in cauſa prædicta,& dictis teſtiũ ab vtraque parte productorũ,videtur indubitanter dicendum per dictum dominũ epiſcopum vel eius vicarium pronunciandum eſſe ſcđm formam dictæ petitionis. Ad quod examinandum videnda ſunt duo.Primò an petitio ſit fundata de iure. Secũdò an ſit probata. Ad primum quod dicta petitio ſit fundata de iure probatur expreſsè per caſum l.emptionẽ.C.plus valere qđ agit.& per tex.extra,de emp.& ven.c.ad noſtram.& de pig.c.illo in quibus
1 dicitur manifeſtè†quod per iſtos vſurarios quandoque licet in veritate agatur quod ſit pignus: tamẽ contractus emptionis & venditionis,quo celebratur,quo caſu per iudicẽ debet iudicari ſecundũ id qđ in veritate agitur.& in d.l.emptionẽ.ſic no.& ita tenet Iac. de Aret. Ad ſecundum an dicta petitio ſit probata quod dictus contractus

a In quæſtione propoſita. Adde qđ iſtud cõſilium ſcđm ordinem Peruſinũ eſt in 5 j. parte iudiciorum. nu.xlviij.& pro cõſilio Bar.alle. Alex.in l.Falſus.§.ſed ſi is. ff. de furt.

b Quòd numeratio. Not.iſtud conſilium Barto.pro concordia teſtium,quorũ vnus dixit numeratũ fuiſſe Ioanni,alius vxori,eo præſente.& Alex.in d.l.ſi falſus.§. ſed ſi his.ff.de fur.dicit quod ſi vnus teſtis deponat Titium mutuaſſe Sempronio,alius verò deponat quod Titius de mandato Sempronij numerauit alteri,quod iſti teſtes ſunt conteſtes ad probandum eſſe numeratum Sempronio. & alleg. Bart.in hoc conſi.facit quod not. Pau.de Ca.in conſil. ccxiij.in cauſa quæ vertitur.quæ not.ad ea quæ ponit Feli. in c.cũ tu.extra, de teſt. & per Alex. in l. iter ſtipulantẽ.§.Stichus. in iij.col.& ſeq. ff.de ver.ob.Tho.

c Seruus põt interrogari. Vide nota. per Pau.de Caſ. in l.qui cunque.C.de ſer. fugi. in vlt.col. & in l.ſeruos.C.de teſti. & in cõ.cccxxix.viſa petitione prædicta. & in conſi. ccclxviij.viſis actis & actitatis. ad fi. De cuius veritate vide per Ale. & Iaſ. in l.j.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cau.aga. & per Iaſo. in l. j. C.de ſum.tri. & fide cath. in repet. Padu.in pe. col. vbi concordantiæ,&c.Tho.

d Viſo libello.Huiuſmodi conſiliũ ſcđm ordine Peruſi. eſt in j.parte iudiciorũ.nu. xlix.& pro cõſi.bar. alle.Ale.in l.poſt cõtractũ. in ver.prima præſumptio.ff.de donat.& dicit eſſe num. cxxj.& adde ad no. per Bar.hic & eundẽ Bar.in conſi. lxv.factum tale eſt. & in conſi.lxiij.proponitur. & per Barth.Veroñ. in tract.de ſimulat. contra.per totum.& Vitalem Neap.ĩ ſuo trac.clauſularum, in clauſula ſimulatiõis cõtractus, & de bal. in l.ſi.in fi. C. mand. Thoma.



contractus fuit fictitius,& ſimulatus, dicendũ eſt quod ſic indubitanter,claris & lucidis probationibus. Primò hoc probãt teſtes expreſsè producti per parte Colæ Falabarchæ,videlicet Cicarellus,& Cichus,qui examinati ſuper ſecũdo articulo hoc clarè &
2 apertè dixerũt,†qui teſtes ſunt omni exceptione maiores,contra quos nihil poteſt opponi:quoniã ipſa pars, cõtra quã agitur eos produxit:vt C.de teſti.l.ſi quis teſtibus. Secundò eſt probata dicta intentio ex teſtibus productis pro parte dicti Colæ. Nam iſti vſurarij ſuos contractus ita clàm & malitiosè faciũt, quod vix poſſunt[a] de vſuraria prauitate conuinci:vt c.j.de vſur.in
3 Clemen.† & ideo in iſtis,quæ non poſſunt ita liquidè probari, ſufficit probatio per coniecturas: vt l.omnis.§. à barbaris.ff. de re milita.& eſt expreſsè in capi.tua.extra,de vſur.& in c.in diceceſi tua.Sed iſtæ legitimæ cõiecturæ ſunt probatæ.vt infra oſtẽ
4 detur.†Prima coniectura eſt,quod dictæ poſſeſsiones valent multum vltra pretiũ in dicta vẽditione appoſitũ,ſ.vltra dimidiam[b] illius pretij conuenti,vt probatũ eſt per teſtes qui depoſuit,maximè ſup tertio & quarto capitulo,& eſt vna de præſumptionibus quod ſit factũ in fraudem vſurarum:vt d.c.illo.& c. ad noſtrã. Secunda præſumptio eſt ad probandũ quod ſit factũ in fraudẽ vſurarum promiſsio facta de reuendendo[c]: quia dictus Cola Falabarchæ dixit Colæ Puciarelli prædicto præſenti, & intelligenti quod redderet ſibi dictũ podere ſi ille redderet ſibi dictã pecuniam & hoc probatum eſt per multos teſtes. Tertia præſumptio eſt, cõfeſsio dicti Colæ Falabarchæ facta abſente parte:vt ff.de ædili.edicto.l.quæ ratio.in fi.de adulte.l.capite quinto.& ibi no. de liber.lega.l.nõ ſolũ.§.ſi liberationis verba.& ibi nota.C. de confeſsis.l.j.quod aut iſte Cola fuit confeſſus, probatur per teſtes, &c. Quarta præſumptio eſt quod contractus ſit fictitius & ſimulatus, eſt publica fama,quæ facit ſemiplenam probationẽ,ſecundũ gl. iuris Canonici & ciuilis.& not.ff.de teſtib.l.iij.§. idem diuus.& extra, de appellatio.c.j. cũ ſimilibus ibi notatis. ſed fama eſt per multos teſtes probata:ergo &c.

Angelus de Amelia decretorum doctor.
Bartolus de Saxoferrato legum doctor.
Franciſcus Tigrini de Piſis. I.V.D.

1 ☞ *Mutuum naturale & ciuile quid ſit,& qua actione poſſit agi.*
2 *Sententia refertur ad acta.*
3 *Quando idem numerus quantitatis reperitur in duabus diuerſis diſpoſitionibus factis & inter eaſdem perſonas,intelligitur de diuerſis quantitatibus, & non de una & eadem.*
4 *Quando duæ cauſæ opponuntur ut reſpiciant unũ finalem effectũ, requiritur utriuſque cauſæ concurſus,& ſi deficit,unum totum deficere uidetur.*
5 *Dictio quocunque,uel omni meliori modo,&c.quomodo intelligatur.*

## CONSILIVM XXI.

VIſa prima[d] & ſecũda petitione & forma fideiuſsiõis Cioli Cicoli & oĩbus alijs actitatis in cauſa pertinentibus ad hoc: Credo quod contra dictum Ciolum fideiuſſorem non poſsit fieri executio ſententiæ latæ ſuper ſecunda petitione. Ad hoc autem perfectè inueſtigandum,ſciendũ eſt quod de iure communi fideiuſſor iudicatũ ſolui,non tenetur facta mutatione cauſæ,vel rei petitæ:vt ff. iudic. ſolui.l.cùm quærebatur.§.ſi.ſed in caſu noſtro eſt facta mutatio cauſæ.Itẽ & mutatio rei,vt probabo:ergo fideiuſſor nõ tenetur. Quòd ſit facta in ſecunda petitione mutatio cauſæ,oſtendo ſic.
1 Certum†eſt quod quoddam eſt mutuũ naturale , quod cõtrahitur numeratione,& ex eo agitur certi condictione ex mutuo:& tũc cauſa actiõis eſt ipſa numeratio:vt ff. de fideiuſ.l. ſi quis pro eo. §.ſi numos.Et de hoc loquitur totus titulus,ſi certũ peta. & notatur eo.tit.l.ſi à furioſo.in prin.primæ gl. Quoddam eſt mutuũ ciuile,cui fauet quandoque naturale:vt ſi ſtipulor à te centum ex cauſa mutui,& numeratio ſequit, vel præcedit. quandoque huic mutuo ciuili non fauet naturale,vt quia numeratio nõ ſequitur nec præcedit:& his duobus caſibus cauſa obligationis,& actionis ipſa ſtipulatio,& ex ea agitur non ex numeratione : vt ff. de nouationi.l.cùm enim.plenè nota.per glo.ff.ſi cer.pet.l.j.§.ſi & eo.tit.l.certi cõdictio.§.quoniã.Sed in caſu noſtro in prima cauſa vbi fideiuſſor interfuit,egit certi cõdictione ex ſtipulatione. Propoſuit enim mutuum ciuile coadunatum à naturali , & ſic cauſa ſtipulationis,ſeu obligationis eſt ipſa ſtipulatio.In ſecũda petitione[e] egit condictione certi ex mutuo naturali. Nam iſta recognitio & confeſsio proponitur ad probationem mutui naturalis,non ad obligationem,cùm ex tali cõfeſſione non naſcatur obligatio, ſed iam nata probatio:vt ff.depoſiti.l.Publia.in fi.no.per Cy.de non nume.pecu.l. generaliter. Cũ igitur in primo iudicio cauſa fuit iſta ſtipulatio,in ſecundo iudicio cauſa fuit ipſa numeratio:ergo cauſa mutata,& ſic fideiuſſor iudicatum ſolui de iure nõ tenetur, vt ſ. probatum eſt,& l.non à iudice.§. ſi.ff.de iudic.
2 †Secundò ad idem probatur ſic:Certum eſt quod ſententia refertur ad acta:vt l.ait prætor.§.j.ff.de re iudic. C. de ſenten.quæ ſine certa quantita.l.hæc ſententia . ſed in actis cauſæ,ſ.in conſilio domini Petri,& in replicatione partis continetur quod cauſa eſt diuerſa à prima:ergo ſententia videtur lata ex cã diuerſa. Tertiò,quia poſito ſine præiudicio qđ eſſet eadem cauſa:tamen hic talis actor non poteſt allegare.Cùm enim per dominum Petrum pronunciatum ſit pro ipſo actore,qđ cauſa ſit diuerſa,non põt modò dicere hoc non eſſe verum:vt ff. de lega. j.l. ſi ſeruus plurium.§.primo. Quòd autem
3 ſit facta mutatio rei , ſic probo: † quoniam idem numerus quantitatis reperitur in duabus diuerſis diſpoſitionibus factis, & inter eaſdem perſonas,de diuerſis quantitatibus intelligitur,non de vna & eadem.Caſus eſt ff. de proba.l.quinquaginta.not.ff. de lega.j.l. planè. el primo. §.ſed ſi non corpus. Sed in primo libro fit mentio de centum quinque florenis mutuatis per ſtipulationem promiſsis.& hæc eſt vna diſpoſitio. In ſecũdo fit mentio de cẽtum quinque florenis mutuatis atque recognitis & confeſſatis:& hæc eſt alia diſpoſitio.ergo diuerſæ fuerũt quãtitates,& ſic diuerſæ res:ideo fideiuſſor de iure communi non tenetur. Nunc reſtat videre, vtrum per formam promiſsionis ſit in dictis caſibus à iure communi in aliquo receſſum,vt per hoc ipſe fideiuſſor teneatur. Nam promiſit omnem quantitatem, ex qua eſſet condẽnatus ex cauſis ſuprà dictis,&c. Sed in libello erat inſertum mutuum naturale.Item ſequens ſtipulatio, & in ſequenti petitione fuit condemnatus reus ex mutuo naturali,vt prædixi:ergo verba ſtipulationis locum hic habent. Reſpondeo tamẽ quod dicta verba non obſtant. Nam debet intelligi ex prædictis cauſis coniunctis, & ſimul concurrẽtibus, hoc eſt ex ſtipulatione impleta per numerationem. Hoc ſic oſtendo:quia quãdo duæ cauſæ opponuntur,vt reſpiciant vnum finalem effectum,requirit vtriuſque cauſæ concurſus:& ſi vnum deficit,totum deficere videtur: vt l. ſi hæredi plures.ff.de condi.inſtitutio.& de rebus dubijs.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus. l. penulti.
4 †Sed in propoſito iſtæ duæ cauſæ ponũtur,vt vnam obligationem reſpiciant ergo &c.Sed in ſecunda petitione deficit vnum, ſcilicet ſtipulatio: ergo totum videtur deficere. Præterea, verba iſtius ſtipulationis, quæ dicunt ex cauſis prædictis,ſunt dubia, vtrum intelligantur diuiſim,an coniunctim. & ſic debent declarari ex ſequẽti libello,ſuper quo ſtipulatio eſt iterpoſita:vt C.de diuerſis reſcri.l.j.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.

a Vix poſſunt. Adde plures concor.per Iaſ. in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.prætor ait.ĩ pe. col.ff.de eden.& Pe. Cor.in conſi.ccxij.ĩ præſenti cauſa.in iij. col.in iij.volu. & in conſil.cxxxvij. licet multas.in vlt.col. in eo.volu.quibus adđ Bar.in hoc conſi.qđ nõ allegat ipſi.Tho. Diplo.

b Vltra dimidiã.Vide per Bart. Vero. in ſuo tra. de ſimula.cõtrac.l ij. præſumptione.Tho.

c Promiſsio facta de reuẽdendo . Iſtud conſiliũ ſequit Alex. in l.poſt cõtractum. in ij.col. ff. de don.in addi.ad Bar. & vide Bar.Vero.in d.tract. ſuo in vj. præſum.in xxiij.col.Tho.

d Viſa prima.Adde quod hoc cõſilium Bar. ſcđm ordinem Peruſinũ eſt in j. parte iudiciorum.nu.l. Thom. Diplo.

e In ſecũda petitione. Adde ad not.per Bar.l l.j.§.ſi.ff.ſi cer. pe.& in l.ſi debitorẽ ff.de noua.& in l. nõ abſtulit.C.de noua. cũ concor.de quibus per Alex.in d.l.ſi debitorẽ.& in d.§.ſi. & ibi plenius per Iaſ.l v.co.adde etiam no. per bar.et doc.ĩ l.certi condictio.§. ſi numos.ff.ſi cer. pe.cum concor. de quibus per Alex. & plenius per Iaſ. in l. ſi quis ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in ix.col.in vij. no.ff.de ver. obliga. Tho.Diplo.

Clauſula, quocunque modo.Nota qđ huiuſmodi clauſula, quocunque modo,vel omni meliori modo nõ intelligit quacunque cã, vel omni meliori cauſa.Ita barto. hic quod no. & ideo cauti aduocati dicũt quocunque modo, & cauſa,&c.quæ nota. ad dicta per Fel.in c. cum ſuper. in vj.co. de offi.dele.& Alex. in cõ.cxxj.in vj.vol. Quõ aũt intelligatur clauſula,quocunque & qualitercũque vide Gemi.in c.ſi præben. in vj. & ibi Pet.de Anc.& Phil. de Franchis in ca. ad hoc.de appel. Quomodo verò intelligatur clauſula quoties, & quandocunque,vide plures cõcor.per Iaſ.in l. petẽs in iij.co.C.de pac.et plenius per Fel.in c.cũ acceſſiſſent. in xiij. co.de conſtit.quibus adde do.Fab.de mõte,ĩ ſuo trac. de emp. & vẽ.in iij.q.iiij.ptis prin.& bal. in co.cclij.in iij.vo.incip.ad euidentiã.in fi.Tho.

§.fi.& C.de tranſac.l.ſi de certa. Sed nõ eſt dubium ꝙ illæ duæ cauſæ,ſ.mutuum & ſtipulatio in libello ponunt̃ coniunctim pro vna cauſa,ſ.ſtipulatione impleta per numerationem:d.l.cũ enim.& alijs ſuprà allegatis:ergo in promiſſione debet intelligi coniunctim.ſed in prima petitione fuit propoſita vna cauſa ſeparata:ergo non vna cũ prima. Nec obſtant illa verba poſita in ſtipulatione petendorum corã domino Angelo,ſuiſq; ſucceſſoribus, quocunq; tempore
5 & modo.†Nam iſta verba, quocunq; modo,non poſſunt intelligi quocũq; modo,id eſt quacunq; cauſa.longa enim differentia eſt inter modum,& cauſam:cũ cauſa ſemp ſit de præterito:vt l.damus.de condic. inde bi.modus verò eſt de futuro:vt no.ff.de cõdic.& demonſt.ſuper rub. Sed in hac ſtipulatione modus aliter accipitur.Nam iſta verba,quoq; tempore,et modo,veniunt ad determinationem illius participij petendorum. Voluit ergo dicere,ſiue petentur p modum ordinarij iudicij offerendo libellũ, ſiue petendo inſtr̃m executioni mãdari ex forma ſtatuti ſiue faciẽdo eum condemnari ex prima confeſſione.Modũ ergo petendi voluerunt contrahentes denotare, nõ diuerſitatẽ cauſarum.qđ patet ex dicto participio petendarum, qđ determinatur. Itẽ ꝙ eſt futuri temporis.& cã eſt de pręterito,vt dixi. Circa diuerſitatem rei petitæ nil eſt innouatum per ſtipulationẽ. Nam oĩa ꝟba ſtipulationis referunt ſe ad quantitatem in petitione contentã, ſed in ſecũda petitione fuit diuerſa quantitas:ergo &c.vt dixi. Nõ ob.illa verba,& ſcđò promiſit ſoluere oẽm pecuniæ quantitatẽ,in qua ipſe Ciolus fuiſſet condẽnatus ex cauſis ſuprà dictis: qa dicta verba generalia,omnem pecuniæ quãtitatẽ[a],&c.debent intelligi ſi ex vigore petitæ quãtitatis in primo libello deſcendit, vt occaſione expenſarum,vel intereſſe:vt probatur in l.ſi ex pluribus.in prin.ff.de ſol.& de fideiuſſo.l.ſi quis pro eo.§.ſi numos. Cũ igit̃ in ſecũda petitione ſit diuerſa cauſa,& diuerſa quantitas nõ procedens ex prima, patet ꝙ in hac cauſa fideiuſſor nõ fuit acceptus,& ſic contra eũ executio non põt fieri.Bar.à Saxoferrato legum doctor,&c.

Tutor qui eſt datus exiſtentibus legitimis,nulliter eſt datus:& ideo ſi non adminiſtrauit tutelam,non tenetur,& poteſt ab adminiſtratione deſiſtere.

1 *Tutor habenti tutorem nõ poteſt dari,& tutela eſſet ipſo iure nulla.*

2 *Tutor nulliter datus ſi non adminiſtrauit tutelam non tenetur.*

## CONSILIVM XXII.

IN quæſtione qua dicitur[b] fuiſſe datum tutorem per iudicem,& poſtea ad petitionem cuiuſdam fuit reuocatus.
1 †Viſis quæ videnda fuerunt,videtur de iure dicendum ꝙ datio tutoris facta de dicto Cicholo ſit ipſo iure nulla, qđ patet: quia datus eſt tutor habenti tutores legitimos,ſcilicet auunculos,qui hodie in tutela præferũtur agnatis remotioribus in gradu: vt in auẽ.de hær.ab inteſt.§.de his.poſita C. de legi.tut.auẽ.ſic hær. & ſic patet ꝙ in donatione fuit erratũ:ergo datio fuit nulla.[c] ff. de tuto. & cur. dat.ab his.l.ſi tutor petitus.
2 †Ex hoc ſequitur ꝙ ſi non adminiſtrauit tutelam dictus Cicholus non tenet̃. Caſus eſt C.qui da.tu.poſ.l.ſi ſororis.nec ei nocet ſi cœpit adminiſtrare. Præterea,ſponte ſui compulſus non poteſt ab adminiſtratione deſiſtere:vt ff.de eo qui pro tu.l.j.§.fi.

Nec obſtat decretũ factum,& quia vnus ex dictis auunculis fuit extraneus:quia remanet alius auunculus qui excludit dictũ Cicholum.Bar.

1 *Quælibet appellatio eſt permiſſa, niſi uideatur prohibita.*

2 *A ſententia condemnationis in materia falſitatis, an poſſit appellari.*

## CONSILIVM XXIII.

IN quæſtione qua quærit̃[d] an ſer Leonus poſſit appellare à ſententia contra ſe lata. Secundò,an ſi poteſt appellare,quę ſnĩa ſit per iudicem appellationis ferenda. Circa primum,viſo proceſſu contra dictũ Leonum & ſocios facto,eius tenore diligenter inſpecto,videtur indubitanter de iure dicẽdum ꝙ dictus ſer Leonus appellare poſſit.
1 †Hoc aũt oſtenditur ſic.Certum eſt ꝙ de iure cõi habemus regulam gñalem ꝙ à qualibet ſnĩa poſſit appellari,niſi reperiat̃ expreſsè prohibitum:vt l.à ꝓconſulibus.& l.& in maioribus.C.de appel.ſed in caſu noſtro nõ eſt prohibita appellatio de iure cõi vel ſpãli:ergo &c.De iure cõi : qa non pro omni falſo prohibet̃ appellatio,[e]ſed ſolũ pro falſa moneta: in alijs nõ ſupponentibus vnã monetam pro alia,hoc nõ reperitur prohibitũ:ergo &c. Itẽ nec de iure municipali ciuitatis Tuderti prohibetur appellatio ſi quis condemnatus fuerit pro falſitate ſed iſte ſer Leonis non fuit pro falſitate condemnatus : imò pro delicto nullo, & non punibili condemnatus eſt, & non pro aliqua iuſta cauſa.
2 †Nam ſi rectè inſpiciantur verba ſtatuti ciuitatis Tuderti,& inſpiciant̃ verba cõdemnationis:dictus ſer Leonus dicitur mandaſſe,& conſiliũ dediſſe poſtquã prædicti oĩa deliberauerant:& ſic dedit conſilium[f] ei qui aliàs erat facturus. ꝙ factum non eſt punibile de iure,vt optimè probatur Inſtit.de obli. quæ ex deli.naſ.§.ope.& l.ſæpe.in fi.de ver.ſig.& l.j.§. perſuadere.ff. de ſer.cor.& ibi no.Non ob.ſi dicatur ꝙ hic fecit plus: qa mandauit.Nã hoc caſu mandatũ factũ ei qui deliberauerat:idẽ eſt ꝙ cõſiliũ: vt l.ij.in fi.ff.mãd.& ibi gl.no.& tũc ſi bene aduertas, nõ obſtãt no.per Dy.in c.nullus ex cõſilio.extra de re.iur.lib.vj.idẽ debet intelligi in delictis q̃ ſola animi corruptione cõmittuntur vt ſerui corrupti,vt d.l.j.§.perſuadere.no.ff.de iniu.l.non ſolũ.§. Proculus.prout eſt in litera volenti.ſed qa illa litera videtur approbari per gl.in d.l.ſæpe.poſito ꝙ eſſet vera illa litera.§. ille etiã haberet locũ in iniurijs,q̃ deferũtur,ſeu inferunt̃ circa perſonam nõ in delicto cõmiſſo circa rẽ,vt furtũ,vt expreſsè dicit̃ in gloſ. Nõ obſt.ſi dicatur,hic fecit plus:qa dedit auxiliũ &c.vt in inquiſitione continetur.Nam q̃tum ad dictũ ſer Leonum nil releuat: quia in inquiſitione nullatenus declarat̃ ꝙ auxiliũ dedit,niſi qđ dedit auxiliũ prædicto modo,ſ.mãdando & cõſulendo:& ſic vt̃ incertũ in inquiſitione deductũ.Bar.à Saxoferrato legũ doctor.

1 *Plures inquiſiti cum clauſula de auxilio & fauore,an referatur ad omnes,uel ad quem eorum.*

2 *Qui præſtat fauorem uel opem percuſſori,non eſt nec poteſt dici percuſſor.*

3 *Si inquiſiti ſingulariter inſultando & percutiendo deliquerunt, an debeant puniri ex quo principaliter uel in conſequentiam deliquerunt.*

## CONSILIVM XXIIII.

EX facto proponitur[g] quod xij.homines officio iudicis inquirantur quod ipſe & quilibet ipſorum cum

a ¶Oẽm pecu. quãti. Adde ꝙ dicit bar.hic ꝙ verba oẽm pecuniæ q̃titatem reſtringunt̃ ad petita ꝑambula in primo libello,& nõ in ſcđo.adde no.per Bar. in d.l. ſi quis pro eo.§.ſi numos.ff. de fideiuſ.& Mode.in l.ſi furioſo. in prin.ff.ſi cer.pe.& Bal.in l.fi.in fi. C.ad Maced.

¶Et adde ꝙ verbũ, oẽs recipit modificationem Old. in cõſi. cclxxviij. q.eſt ĩ pe. col.in fi.Item verbũ oẽs,comprehendit ea quæ poſſunt venire ex natura ſermonis. vide Bar.in l.qui habebat.ff.de leg.iij.& Bal.in l. à ꝓcuratore C.mand.Itẽ verbum oẽs,reſtringit̃ ad præſentia præterita, & futura,& vide plenè p Fran. Cur.in cõſil. lxix. viſis duobus.ĩ iij.col.& Spe.in titu. de depo. §. decimo. ver.ſed pone.& Ale. in l.inter oẽs. in fi. ff. qui ſatiſd.cog.& ibi vide apoſtil.Tho.

b ¶In qõ.qua dicitur. Adde ꝙ hoc conſi.ſecũdum ordinẽ Peru. eſt in j.pte iudici.nu. lj.Tho.Diplo.

c ¶Datio fuit nulla. Adde no. per Bar. in l.ſi tutor.ff.de tut. & cura. da. ab his.& in auẽ.matri & auię.in iiij.col. & ibi ſcripſi. C.qñ muli.tute.offi. Et ibi Abb.in iiij.co: ponit de legitimo q ſe intromitteret in tutela, & adminiſtratione exiſtẽte matre p eandẽ rationem.Et an tutor poſſit ꝓpria authoritate ſe exonerare,et dare tertio ad hoc vt non teneatur, vide Pau.de Caſt.in conſi.cxl.inci.ad bene examinan. in iiij. dub. & adde no. per bar.& quę ibi ſcripſi in conſi. cxlv. factũ ſic ſe habet.Tho.

d ¶In qõne qua quęritur.Adde ꝙ iſtud cõſilium ſcđm ordinẽ Peru eſt in j.partę iudi.nu.lij.Tho.

e ¶Prohibet̃ appellatio.Inquantũ Barto. vult ꝙ pro falſa moneta cõdemnatus nõ põt appellare, adde tex.in l.j. in princ.C. de fal.mo.& ibi glo. & Sal.& Spe. in tit. de appel. §. ij.verſic. xxix.tñ nota limitationem quã dat Bar. hic ad illã legem nõ habere locum in ſupponentibus vnã monetam pro alia qđ ſi condemnati ſunt, poſſunt appellare. ¶Et no.Bar.hic,quę adde ad no.in d.l.j.et adde quod conſuluit Rapha.Cu.in conſil. cxxxviij. inci.q̃ maximè.in peñ.& vlti. col.vbi facit differẽtiam de pœna falſificãtis monetam.& in ſupponentib⁹ vnam monetam pro alia,et plura vtili a ſcripſi in d.l.in maiorib⁹ lata. Thoma.

f ¶Dedit conſilium. Adde inquãtũ Bart. vult ꝙ ſi quis dedit cõſiliũ vt quis faceret monetam,ſi aliàs erat facturus,nõ debet puniri de falſa moneta.quę adde ad no.per bar.in l.is qui opem.ff.de fur.& ibi ſcripſi. vide Ang. de Areti.in §.interdum. Inſti.de obli.quæ ex del.naſ.et Io.de Imo. & Fran.de are.in l.ſi ſtipulat⁹ fuerit. ff.de ver.ob. Tho.

g ¶Ex facto proponitur.Adde ꝙ hmõi cõſiliũ ſcđm ordinem Peruſinũ eſt in j. parte iudiciorũ.nu.liij.et eſt in x. vol. conſi.in char. cccxviij. & ad dicta per Bar. hic,vide eundem Bar. in l. qui ſeruo.§.ſi duo. ff. de fur. & Ale.in conſi.xv.in j.volu. viſo proceſſu.Tho.



armis offendibilibus fecerunt inſultum cõtra Mar.Ioannẽ Phil.& Fran.& quod quatuor ex dictis inſultantibus ꝑcuſſerũt dictũ Frã.cũ haſta,& vnus ex iiſdẽ percuſſoribus percuſſit eũdẽ vna alia percuſsiõe:& ꝙ oẽs inq̃ſiti ꝑdicti,& quilibet ipſorũ exceptis duobus ex primis percuſſoribus percuſſerunt dictum Martinũ Ioan.Phil.& Frã.& ad prædicta omnia & ſingula cõmittenda,vnus alteri,& alter alteri dederũt & ꝑſtiterũt auxiliũ, cõſiliũ,& fauorẽ,opẽ, & operã efficacẽ. Modò dubitatur vtrũ dicta clauſula de auxilio, & fauore cõplectatur in quolibet dictorum inquiſitorum præſtitiſſe auxiliũ & fauorem quibuſcũq; alijs inquiſitis ad ſuprà dicta per ſe & quilibet ipſorũ cõmiſſa. & qualiter ipa clauſula cõſiderari debeat,& ad quos,& ad quid referatur. In quæſtione prædicta ſine dubio dicemus clauſulã referendam eſſe ſingulis,& ad quemlibet ex inquiſitis.Nã cùm proponatur reciprocam,i.vicariam præſtationẽ auxilij, & conſilij interceſsiſſe inter inquiſitos prædictos:nec ſit ratio : qa magis ad vnum quã ad alium referatur:ad quẽlibet eorum eſt referenda prẽſtatio auxilij ſuprà dicta,vt ff.de vul.& pup.l.iam hoc iure.& l.ij.§.quãuis.C.eo.& de le.j.l.talis ſcriptura.in fi. & de iuriſd.om.iudi.l.ſi idẽ cum eodem.& ibi no.hunc etiã intellectum inducunt illa verba in inquiſitione appoſita videlicet vnus, alter,& alter alteri. Nam quilibet ex xij. inquiſitis, vnde & aliter dici poteſt,vt ff.de leg.iij.l.qui cõcubinã.§.cũ ita.& de leg.ij.l.ſi ita relictũ.in prin.& ibi nota.Modò reſtat videre quid in propoſito thæmate præmiſſa clauſula debeat operari : & an prædicti inquiſiti debeãt & poſſint de auxilio,& fauore puniri. Videtur probabiliter dicendũ puniri nõ poſſe.Nam licet plures rei debẽdi, & inſolidũ obligati videantur ambo fideiubere inuicem:tamen huiuſmodi tacita fideiuſſio non producit inter eos officiũ obligationis.quod patet:qa ſi vnus ſoluit inſolidũ non repetit à conreo per actionẽ mandati:vt ff.ad Velle.l.vir vxori.§.fi.& ſolet notari.C.de duo.reis.l.j. ſic & in propoſito cũ omnes & ſinguli inquiſiti fuerint principaliter delinquẽtes, & qualiſqualis fauoris auxilijq; præſtatio præceſſerit non producit obligationẽ ex principali debito,& cõſequẽter punitionẽ ipſius auxilij vel fauore:cũ ſolũmodo principale delictũ,& principalis obligatio ſit attendenda,& nõ q̃ eſt conſequentia procedit,vt ff.de aur.& ar.leg.l.& ſi nõ ſint.§.perueniamus.& accedit in hoc ff. de iniu. l.prætor edixit.§.ſi dicat̃. vbi dicit̃ expreſsè ꝙ principalis cauſa
2 attendit̃,nõ alia.†Secundò:qa is q̃ prębet fauorẽ vel opẽ percuſſori,nõ eſt percuſſor,nec põt dici percuſſor,vt ff.de furt.l. is qui opem.& de iniu.l.nõ ſolũ.§.ſi man dato.& §.Proculus.Cũ ergo ſingulariter dicti inquiſiti percuſſerint,nõ poſſunt dici percuſſoribus auxiliũ præbẽtes eo ipſo ꝙ percuſſerint : qa idem factum non põt parere duos effectus,ſeu ead.percuſsio facta per quẽlibet nõ põt cenſeri diuerſo iure,videlicet iure percuſſoris, & iure fauorẽ præbẽtis,vt ff.de vſuſc.l.eũ qui ædes.in princ.de cõdi.
3 & demon.l.Titiæ ſi non nupſerit. †Præterea, quæſtio præſens ſatis videtur determinari.ff.de furt.l.q ſeruo.§. ſi duo. vbi videt̃ ꝙ ſi duo ſerui diuerſorũ dominorũ ſibi inuicem perſuaſerint,& ſimul animo fugerint,alter alterius non eſt fur. Sic & in propoſito cum omnes inquiſiti fuerint principaliter delinquentes, & ex facto plurium conſummatur delictũ quod quidem delictũ per alterum ſolum conſummari non poterat: iura dicunt ꝙ oẽs in ſolidum principaliter tenent̃,& non acceſſoriè.ff.ad l.Aquil. l.ita vulneratus.§.cum plures.& de fur.l.vulgaris.§.ſi duo.& accedit.ff.ar.bo.fur.cæ.l.ſi plures.Cũ ergo prædicti inquiſiti ſingulariter inſultando,& percutiendo deliquerunt,debent de eo qđ principaliter deliquerunt puniri, non attenta conſequentia quę ex facto principali poſſet inſurgere.Nam illa conſequentia effectum non producit,vt ſuperius eſt expreſſum, & facit ff. de ſol. l.ſi duo.§.& quæ generaliter. Et ad præmiſſum intellectum facit generalitas verborum inquiſitionis,& omiſsio ipſa auxilij & fauoris,vt poſſit concipi an fauor fuerit præſtitus aliter vel alio modo quàm principaliter in delinquẽdo. Auxilium enim multifariè præſtat̃,& armis,& manu clamoribus.& obiectu corporis:vt ff. ad Sylla.l. cum dominus. cum ſi. & ſic cum inquiſitor fuerit vagatus circa vltimam partem inquiſitiõis, aliàs alteram partem inquiſitorum non pergit inquiſitio ad vigorem iudicij, vt ff.de iniu.l.prætor edixit.in princip.& §.quod autem prætor ait.cum ſi.

1 *Adhærentes qui dicantur.*

2 *Sequaces,participes,& caporales qui dicantur.*

## CONSILIVM XXV.

IN dubium reuocatur[a] qualiter intelligant̃ adhærentes:ideo vide tex.in corpo.de hęr.
1 & fal.ibi q̃ nunc.†Ex hoc no.ſignificatum huius ꝟbi adhærentes.Illi em̃ ꝓpriè dicunt̃ adhærẽtes q̃ ſunt eiuſdẽ velle ſponte cuius eſt principalis.De hoc eſt tex.in c.apoſtolicæ.de re iu.li.vj.& vide bonũ tex.in auẽ.de alie.& emphy.§.æconomos.& hoc eſt vtile pro capitulis pacis quæ quotidie inter ciuitates vertunt̃.Nã vna alteri, & altera alteri promittit nõ offendere ciuitatem nec ſuos adhærẽtes. Intelligunt̃ aũt adhęrentes ſubditi[b] ciuitati,& illi qui ſponte ſunt eiuſdem velle,cuius eſt ipſa ciuitas. Quid aũt importet ꝟbũ ſequaces,vide tex.ĩ c. cõqueſti.
2 extra de ſeñ.excõ.†Quid aũt dicant̃ participes,aut ſe continentes,vide tex.in l.j.C.ſi rect.ꝓuin.Caporales aũt illi dicunt̃ qui caput ſeu principiũ alicuius facti, ſiue rei tenẽt.Pro quo vide tex.in l.ij.§. ſi q̃s verò homines.ff.vi bo.rap.q̃ faciũt ad multa.Bar.

1 *Procurator producens teſtes an debeat puniri ex forma ſtatuti,ut principalis.*

2 *Statutum imponens pœnam,an & quando ſufficiat ad annullandum actum.*

## CONSILIVM XXVI.

STatuto ciuitatis[c] Senarũ cauet̃ ꝙ nullus pręter principalẽ ꝓducat teſtes ſub pœna xxv.lib.
1 † Quidã ꝓcurator produxit teſtes in quadã cã ꝓcuratorio noĩe.Quærit̃ an talis productio valeat. Rñ.indubitãter ꝙ nõ:qa factũ lege vetãte, vt l.nõ dubiũ. C. de legi.Et ſi dicat̃ ſtatutũ vltra ꝓcedit pœnã ĩponẽdo:& ſic valet qđ fit,per l.fi.ff.de diuor.& ibi no.per Richar. Malũ.& qđ no.p Cy.in d.l.nõ dubiũ.in fi.
ij.in fi.& §.fi.Si verò debitor nõ inficiatur ſe non eſſe ſoluendo,allegat vel non appareat:tunc fienda eſt inquiſitio de bonis debitoris etiam non conuicto eo & cõdẽnato principali debitore.argu.quę in frau.credi.l.j.de magi.conue.l.aduerſus.& ff.de iure fiſci.l.Moſchis.Et facta inquiſitione fiat
a pronunciatio[a] ſuper bonis excuſſi.arg.de confir.tut.l.tutor.& de fideicommiſ.liber.l. non tantùm.§.ſinautem.Secũdo modo,qñ iudex facit comparere principalem debitorem,& compellit eum pro ſatisfactione & mulctam indicendo indicare ſua bona. ar. C.de iur.deli.l.fi.§.licentiam.& C. quando & quibus quar.pars de.l.ij.§.exigendo.lib. xj.arg.contra quòd non.ff.de ceſſio.bono. l.pe.& idem faciẽs de vxore & domeſticis qui talia ſcire poſſunt:vt C.de repud.l. conſenſu.& ſic fama & opinio, circũſtantia. argumen.fi.de fundo inſtru.l. cùm de lanionis.§.aſinam.& ff.de fal.l.j.§.ij. Sed ad hoc videtur citandus poſſeſſor rei obligatæ.ff. de adoptio.leg.l.non ita.& de aqua plu.arcen.l.in concedendo.arg.optimum C.ſi ꝓpter publ.pen.l.ij.& argumen.ff.de reb.eorum l.magis puto.§.nec maximum.et §. in patris.& ſi quidem inuenerit, & negat debitorem inopem eſſe:producentur teſtes ꝑ actorem contra eum,probando debitorem non eſſe ſoluendo: vt de hæred. vel actio. vendi.l.ſi adulta.& C. ſi vend.pigno.agat̃. l.ſi vxor.& ipſe primò poterit producere teſtes ſuos dicendo ipſum eſſe ſoluẽdo.C. de proba.l.ex perſona. & ff.ſi cert.peta.l.fi. §.fin.quia incidenter cum ſua eſt: ergo poterit intereſſe.C.de libe.le.l.principaliter.& de litigio.authen.nunc ſi hęres. ſinautẽ nõ venit iudex,nihilò minus recipiat teſtes ꝓſequendo inquiſitionem ſuam. argumẽ.de theſau.l.ſi quando.& de aduoc.diuer. iud. l.laudabilem.& nõ minus valebit,quòd lis conteſtata non ſit,cùm fiat ad præparationem alterius quæſtionis, & taliter poterit expediri.argumen.de libera.cau.l. liber. in fin.& C.de adulte.l.quoniam Alexand.& d.l.fi.ſi cert.peta.Poteſt enim fieri alio modo,ſcilicet,vt iudex præconem ſeu executorem ad inquirendum referenti credatur. & ita iudex pronũciat ꝙ bona excuſſa &c. argu.ad hoc.C.de his qui ad eccle.confu. l. præſente.§.ſi tibi.& ff.manda.l.ſi mandauero.& ff.de in integr.reſtitu.l.diuus.& ff. de reb.eorum.l.magis puto.§.non tamẽ.de accuſ.l.ea quidem.ſed argumen.contra C.de accuſ.l.j.libr.xj.Sed conſilium eſt,duo mittantur executores,cùm in ore duorum vel trium ſtet omne verbum.in authen.de teſt. in princ.& in authen.de defenſo. ciui.§.ex princi.& argu.de bonis vacan.l.fina.ibi: in cauſa ipſius,&c.ff.de ven. inſpic.l.j.§. & ſi quidem. Super ſeptimo & vltimo quæro quid ſi bona inueniuntur,ſunt tamẽ in cõtrouerſia,eritne locus hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni? Et videtur ꝙ ſic,ff.de re iudic.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.& C. quando fiſcus vel priua.l.iij.Ecõtrà quòd non niſi conuicto an debitor poſſideat: & tunc bona capientur.& non ſit locus hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni quãdiu conuinces ab eo,an poſſideat aduerſarius: & tunc ſit locus hypothecæ: vt d.l. à diuo Pio.argu.in authẽ.de fideiuſſo.§. ſed neq;. Sed quid ſi venit pro parte ſoluendo pro parte non excuſſione facta? Dic nihilò minus etiam locũ hypothecariæ in reliquum debitum.ſed argu.ff.de verb.ſignific.l. ſoluendo.Sed an de hac diſcuſſione ſit facienda fides ante litem conteſtatam in hypothecaria ſi exigatur? Et videtur ꝙ ſic:quia eſt dilatoria,de qua ante litem cõteſtatam eſt cognoſcendum:vt C.de proba.l.exceptionem.& pro hoc d.l.fi.§.fi.ſi cer.pe.& quod no.ff.de excep.exceptionem.circa fin.Sed nunquid valeat ſententia excuſſionum nõ facta? arg.ꝙ ſic.C.de appella.l.j. Item nunquid in tacita tãtùm,an in expreſſa habeat locum excuſſio? no.in aut̃.de fideicõmiſ.§. quin autem.& melius d.l.magis.Sed pone quòd ſunt plures emptores rerum obligatarum:an iſte,qui conuenitur,poterit excipere de alijs conueniendis pro parte virili? Videtur ꝙ ſic,d.l.magis.ſed contrariũ eſt, vt ibi no.arg.ad hoc ſi vnus ex pluribus appellauerit.l.fi.& arg.de diſtractio.pig.l.creditor.& quia cauſa pig.eſt indiuidua.ff. de euictio.l.in re hęreditaria.& de pigno. Sed pone ꝙ mulier renunciauit iuri hypothecario in contractu alienationis factæ marito,nunquid ſi agat aduerſus alios poſſeſſores rerum mariti deducet̃ quod deducere potuiſſet ab alijs? Videtur etiam ꝙ ſic.An facta excuſſione & pronunciatione poſſit excipi à debitore locuplete conueniendo? Et videtur ꝙ non:quia iam iudicatum eſt, & res iudicata habet̃ pro veritate.ff.de ſtatu.homi.l.ingenuum.& obſtat exceptio ſi præſens ſit,aliàs non:quia res inter alios.ff. de re iudica.l.ſæpe.in princi.niſi per gratiã vel per ſortem iudicatum fuerit. C. quãdo prouo.non eſt neceſ.l.venalem.Sed quid ſi dicatur poſt omnes aduocatos poſt pronũciationem excuſſionis & facultatis priuilegium creditorum? Videtur ꝙ nõ pro rẽ data in hypothecaria.argumen.qui ſatiſda.cogan.l.pe.& conueniri poteſt, vt in authen. de fideiuſſor.§.j.& not.C.de pigno. authẽ. hoc ſi debitor. Laus deo & gloria. Bartolus à Saxoferrato.

b *Incipit tractatus Domini Bartoli[b] à Saxoferrato, de Quæſtionibus.*

DE quæſtionibus plenius tractaturi,videndũ eſt,quid ſit quæſtio,& quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quæ non:qualiter inquiſitio ſeu quæſtio fieri debeat,ſiue quo moderamine habẽda ſunt tormẽta,& quo ordine ſunt homines torquendi,& ex quibus cauſis,& quę oporteat præcedere quæſtionẽ, & quis ſit quæſtionis effectus.Denuò formabo quaſdam vtiles & frequentes quæſtiones ſuper prædictis,& vt iudicibus immodicè ſæuientibus aliqua paſſum. Primum,iudices,q ab aliquo quæſtiones habere intendunt, ante omnia habeant iuris & humanitatis conſiderationem,& non facile ad tormenta proſiliant,& repentè quantuncunq; ad ſuã ꝗſtionem habere prætendant veriſimilia,& argumenta,ſi aliqua leuiori via poterit obiecti criminis veritas reperiri: vt ff.eo.l.diuiſi cauſa. nec quolibet leui crimine,nec

a ¶ Quæro quę. Vide Alexand. in l. j. §. idē Cornelio. ff. de quæſtioni. in addit. Bart. & in l. vnius. §. reus. ff. eod. tit. & in l. qui ſine. in ij. columna. in verſicul. veniamus. eod. tit. Tho.

b ¶ Determinatum. Vide Ange. de Are. in tracta. maleficiorum, in ver. fama publica. in v. colum, Thomas.

indifferenter de quibuſcunq; perſonis eſt habenda quæſtio, vt dicta l. editum. Tertiū verò ꝙ non quælibet indicia ſunt ſufficientia ad tormēta habenda: tunc enim torquēdus eſt reus, cùm ſuſpectus eſt: & indicia præceſſerint veriſimilia, talia ꝙ ſola torquēdi neceſsitas eſſe videatur: vt l. j. & ij. reſpō. Quartum verò quod in quæſtione nō eſt aliquis repetendus, niſi duo concurrant, & ꝙ noua ſuperueniant indicia, & quòd tortus in fortitudine durat: vt ff. eod. l. vnius. §. primo. Quintum verò iudices temperamentū hoc teneant, vt tormenta de aliquo non faciant immenſa, nec quantum poſtulauerit accuſatio, ſed prout moderatæ rationis temperamenta deſiderant, adeò quòd tortus innocentiæ vel ſupplicio conſeruetur: vt ff. eod. l. de minore. §. tormentarius. aliàs tenetur: vt ff. de iniu. l. apud Labeonē. §. quæſtionis. ibi: tormenta enim Bartol. à Saxoferrato. Quæſtio, eſt inquiſitio ad inueniendum veritatem per tormenta & corporis dolorem. Nuda igitur interrogatio vl' leuis territio nec pertinet ad hoc edictum. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. additur. ff. ad Syllani. l. j. §. quæſtionem. Quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quæ non? Et certè torquæri poſſunt tam liberi, ꝙ̃ ſerui, & liberti & ſtatuliberi: vt ff. eo. edictum. & l. ex libero. & l. diuus. & tam maſculi quàm fœminæ, niſi dum ſint prægnantes: vt ff. de pœnis. l. prægnantes. & quanquam quidam contrarium dixerunt, dic indubitanter liberos homines tam in ſeipſos quàm in alios poſſe torqueri: vt ff. eod. l. ex libero. in princip. & in l. nimis. §. teſtator. & C. ad l. Corne. de fal. l. ſicut. & ſi quis decurio. & ff. de re mili. l. proditores. & in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra. in §. oportet. col. ij. & C. eod. l. milites. vbi indiſtinctè loquitur, & quo ad crimina, & quo ad perſonas cuiuſcunq; conditionis, excepto quàm in dignitate poſitas torquere permittit: vt C. de infami. l. nulla. vbi de hoc. & C. de aſſeſſori. l. nullus. ad finem. Omnia ſuperiora iura loquuntur de quæſtionibus habendis de liberis hominibus: excipiuntur quædam perſonæ, quas ius torqueri non permittit. Quidam propter ætatem, vt minor xiiij. annis, nam torqueri non poteſt, ſed poteſt ferula cedi, & terreri corrigia ad eruendam veritatem. probatur ff. ad Syllania. l. j. §. impuberes. & l. excipiuntur. & ff. de quæſtio. l. de minore. Item decrepitis ſubuenitur, vt non torqueantur. Sed quæ dicitur illa ætas decrepita, cui debeat ſubueniri? Reſpon. vt ff. ad Sylla. l. iij. Item in dignitate poſiti non torquentur, vt eminentiſsimi iudices, milites, decuriones, filij, & nepotes prædictorum, vt in eos aliqua pudoris macula non detegatur: vt C. eod. l. diuo Marco. & l. decurio. & l. milites. ff. de decurio. l. finali. Sed in quibuſdam criminibus dignitas non præbet excuſationem, etiam minor ætas, vt non torqueatur, vt in crimine leſæ maieſta. & in proditoribus, & in quibuſdam alijs: vt ff. eo. l. de minore. §. j. & l. ex libero. §. j. ff. de re mili. l. deſertorem. §. is qui. & l. proditores. Item decuriones in alio caſu torquetur, cùm ipſe decurionatus quæritur de fide inſtrumentorum. ꝙ autem decurionatus conferatur, vt l. ſi quis decurio. C. ad leg. Corne. de Fal. Item mulieres, quæ ſunt prægnantes, torqueri non poſſunt: vt l. prægnantes. ff. de pœ. Barto. Qualiter autem debeat inquiſitio fieri, & cum quo moderamine ſint habenda tormenta, dic non eſſe immensè habenda nec quanta poſtulauerit accuſator, ſed cum moderamine rationis: vt ff. eo. l. de minore. §. tormenta. & l. quæſtionis. eo. ti. Et circa hoc non poteſt certa regula tradi ſed iudex conſideret torquendum, cuius ſit fortitudinis vel ætatis: & ſecundū varietatem perſonarum & qualitatem criminis, ſeu alterius negotij quantitatem, quandoq; aſperioribus, quandoq; mitioribus. hæc ſunt conſideranda, vt arguitur per iura. ff. de re mili. l. iij. §. fi. & ff. ad Sylla. l. ſi quis in graui. & l. ſubuenitur. & l. j. §. impuberes. ſic ergo torqueantur vt innocentiæ vel ſupplicio conſeruentur in columes: vt ff. eo. l. quęſtionis nomen. Quo ordine ſint habenda tormenta poſito ꝙ ſint de pluribus? Reſpondeo, ſagax iudex cōſiderabit à quo facilius veritas erui poſsit, vt ab illo quęſtionem incipiat. Item à timidiori, & magis ſuſpecto. Item à minori, & debiliori, non à fortiori: vt ff. eo. l. j. & l. nimis. j. reſpō. Itē ſi torquendi ſunt pater & filius, à filio incipiendū eſt in patris cōſpectu: quia per hoc citius dicet pater, quaſi ipſe magis torqueatur, &c. vt ff. quod me. cau. l. iſti quidem. §. fi. & Inſti. de noxa. §. ſerui veteres. Item fœmina prius torqueatur ꝙ̃ maſculus: quia homo eſt maioris conſtantiæ: & ideo tardius confitetur, & mulier citius: quia momentaneum & inſtabile cor habet: vt l. filia in orbitate. C. de inof. teſta. extra, de verb. ſigni. c. forus. & ff. de iure fiſ. l. defert. in princi. Ex quibus cauſis torquentur homines? Reſpon. ex ciuili & criminali: & tunc veritas aliter reperiri non poteſt: vt ff. eo. l. diuus. & l. ex libero. & C. eo. l. quoties. & Inſtitu. eo. §. torquetur. nō tamen ex omni cauſa quis torquendus eſt, nec quælibet perſona indifferenter: vt ff. eo. l. edictum. Bar. Quæ oportet præcedere quæſtionem? Dic iudicia ſufficientia & veriſimilia, nam à tormentis incipiendum nō eſt: vt ff. eo. l. j. j. reſpon. Nam ſine iudicijs ſeu præſumptionibus quis torquendus non eſt: vt l. nimis. §. in cauſa. & §. fi. ff. eo. C. de fal. l. ſi cū à procu. & in acrioribus eſt valde conſiderandum & ponderandum nunquid præcedentia indicia ſint veriſimilia & ſufficientia ad habenda tormenta, cùm à talibus reſtitutio vel appellatio ſubſequens prodeſſe nō poſsit: nam pleriq; dum torquētur, perire ſolēt: vt ff. de pœ. l. aut facta. §. j. Et ꝙ ante torturā oportet præcedere indicia, patet per iura ſuperius alleg. & C. eo. l. milites. & l. cognitio naturalis. cū ſi. Sed quæro quæ[a] & qualia? Rñ. certè non poſſunt dici vel oſtendi vel de eis certa diſtinctio vel de eis certa diſtinctio vel doctrina dari, ſed hoc committitur arbitrio iudicis: vt ff. de teſti. l. iij. in prin. ibi: cū magis &c. Et ſic dicimus de acceſsionibus & mora, & generaliter omne quod non eſt determinatum[b] à iure, relinquitur arbitrio iudicis: vt eſt videre de pœnis non determinatis à iure: vt ff. de pœ. l. hodie. & l. ſanctio. & ff. de effracto. l. j. §. quibus nulla. Sic et de tēpore dicimus, quando indeterminatè profertur: vt ff. de iure deliber. l. j. Poſſumus tamen iudicibus doctrinam talem tradere ꝙ aſtutus iudex debet ſolenniter inſtare ad indicia iudicanda contra delatum ex aliquo crimine. Nam indicia ſunt alijs probationibus proxima & quaſi demonſtrantia veritatem & probationē adminicula ad indagandam veritatem: vt C. de proba. l. inſtrumenta domeſtica. & l. fi. ſunt enim indicia pars probationis: vt C. qui teſtamen. face. poſ. l. hac conſultiſsima. §. de ipſa. ibi: indicia, &c. Nam indicium dicitur ab indicando, vnde indicia, id eſt, demōſtrantia adminicula ad indagandum veritatē: vt C. ad l. Iul. de adul. l. ſi quis adulteri. & ff. de præſcri. ver. l. ſolent quoq; iudices. & inſtāter indagent omnia, quibus, & per quæ loca cōuerſat̄ delatus, quē torquere intēdit: quoniā mala conuerſatio parit indiciū: vt ff. de admi. tu. l. ſi plures. §. aſsidue. Nam ex mala cōuerſatione bonus efficitur vitioſus: vt ff. de ædi. edic. l. ædiles. §. Pedius. ibi: aleator fortè, &c. Ad idē dictū Philoſophi. Qualis quiſq; eſt, taliū cōſortio delectatur. Item conſiderentur loca, in quibus conuerſatur: quia ſecundùm locorum varietatem varia colligitur cōiectura: vt C. ſi māci. ita fu. alie. l. fi. & ff. de pœ. l. aut facta. §. euenit. Item inſtet querere, ſi erat inimicus offenſi, vel aliqua offenſio euenerit inter eos: quia tūc erit præſumptio culpæ: quia inimicū de inimico malè cogitare & facere ius preſumit: vt notatur ff. de his quib. vt indig. l. inimicitiæ. & ff. de adim. leg. l. iij. §. quorum. Item ſtudeat inuenire, cuius æſtimationis, famæ bonæ, vel malę, & qualis fuerit fama & opinio eius in ciuitate, & talem eum præſumimus: vt ff. eo. l. de minore. §. tormenta. ibi: vel eius æſtimationis, &c. ff. de rei vendi. l. ſi à bonæ fidei. in princi. & in aut. de teſti. §. ſerui. col. vij. Item pōt iudex indicia ſumere ex cōſtantia vel trepidatione vocis vel mēbrorū vel pallore: vt d. §. tormenta. licitè enim cōſtātia vel trepiditas cuiuſq; ideo admittēda ſunt vel indagāda, quoniam multū cōfert ad indagādū vtilitas vitæ: vt d. §. tormēta. Itē indaget cuius vitæ pręſens fuit: & an talia vel ſimilia, de qbus inculpatur ad pręſens, facere cōſueuit. Nam de vnoquoq; bonum vel malum præſumendo cōſideramus primò actitatum: vt ff. de re mi. l. deſertorem. §. his qui. ibi: inſpecto vitæ eius præcedentis actu. & l. non oēs. §. à Barbaris. de re mili. & de ſuſpe. tut. l. tutor quoq;. §. quæri pōt. Ex geſtis enim præteritis vitæ metimur pręſentia: vt C. de prępo. agēdis in rebus. l. j. §. fi. lib. xj. Itē an fuerit criminatus: quoniā circa initiū pro operibus adimpleuerit qđ verbis profudit. terrēdo enim ex hominū dictis facta penſent: vt C. ſi quis Impera. maledixe. l. j. & ff. de ſupel. leg. l. Labeo. Itē cōſiderandū eſt, an ſit talis, q̄ cōſueuerit, et habuerit poſſe talia attētare. quod non eſt indignū; vt ff. ad l. Iul. maie. l. famoſi. ibi: an potuerit, & an quid ſimile fecerat, &c. Itē ſi aufugerit, eſt indiciū cōtra eū, vel ſe abſentauerit ſtatim poſt ꝑpetratū maleficiū: arg. in aut. de exhi.



a ¶ Demum reſtat. Vide Alexan. in l. fi. in fi. ff. de quæſtioni. in addi. Bar. & ibi ponas hic Thomas.

b ¶ Sed qd. Vide Alexan. in l. j. §. ſi ſeru⁹. in additi. ff. de quæſtioni. Tho.

c ¶ Sed quid. Vide in l. qui ſine. in j. colum. ff. de quæſtioni. in addi. Bar. Tho.

de exhi. & intro. re. §. ſi verò etiā. & C. de aſſe. l. conſiliarios. cū ſi. Itē teſtes recipiat ſuꝑ maleficio cōmiſſo loci, vbi fuerat cōmiſſum, an in via, an de nocte, an de voce publica & de fama, quæ aliàs ſic citra ꝓbata coadiuuans facit indiciū ad torturā: vt ff. de teſti. l. iij. aliàs minus. ff. de flumi. l. j. §. fluminū. Ex multis allegationibus curioſus iudex pōt indicia ſumere ad informandū conſcientiā pro eruēda veritate delicti. Demū reſtat[a] videre quis ſit effectus quæſtionis, & ſi idē abſq; formidine tormētorum vltro q̄s cōfiteatur crimē. Dixerūt quidam antiqui, & quidā Moder. doctores eum nō eſſe ſtatim dānandū, ſed debet iudex ſtare per diē vel ad tēpus ſecundū qualitatē criminis & perſonæ cōditionem, & interim facere repreſentare eum corā ſe, & interroget an velit ſtare dicto quod dixit, an cōtradicere vel reuocare. & hoc ideo dicūt ipſi: quia cōfeſsio in criminali cauſa non præiudicat, nec ſtatim facit plenā probationē: vt expreſsè dicit lex C. de cuſto. & exhib. reorū l. ij. & ita intelligūt legē illā, quę nō diſtinguit an formidine tormentorū, an ſpōte ſit facta cōfeſsio. & ita intelligat̄. ff. eo. l. j. §. diuus. ibi: vt ſtatim haberi ꝓ explorato facinore. & §. ſi q̄s vltro. Et ſic dicebāt iſti, inter quæſtionē habitā in ciuilibus & criminalibus hoc intereſt: quia in ciuilibus nō eſt opus perſeuerātia, ſed ſtatim tamē in criminalibus alias ſiue volūtate ſiue formidine tormentorū habita fuerit cōfeſsio eſt opus perſeuerantia, per prædicta iura, vt iudex magis pōderatè & ſolertius in criminalibus quā in ciuilibus procedat. nam vbi maximū vertitur periculū, &c. facit C. de fal. l. vbi in ſolertis & acerrima facit melius. C. de pœ. l. vt mirū. ſi ita tamē variè cū criminalia iudicia ſia cū ciuilibus quaſi vel habeāt ſimilē: vt Inſt. de pub. iud. in pri. Tu dic cōtra & hæc eſt cōmunis opin. quia ſi quidēquis in ſe cōfitebitur crimē ſponte, ſtatim carcerabit̄ illico abſq; alia perſeueratione ex cōfeſsione: vt C. de pœ. l. ante. aliàs quæſitū. Et ita intelligo de cuſto. reo. l. ſi cōfeſſus. Non obſtat §. diuus. & §. ſi quis vltro. quia intelligit̄ in cōfeſsionibus habitis in tormentis. & ita intelligit̄ l. ij. de cuſt. & exhib. re. ſecundū veriorē lec. vt patet in fi. l. j. vt ſic iudicibus immodicò ſeuiētibus &c. Si in tormētis vel formidine tormētorū: tunc non ſtatur nec debet haberi pro explorato facinore: vt d. §. diuus. & C. quo. appel. nō reci. l. ij. & eſt ratio, vt ff. eo. l. j. §. quæſtionū. ibi: quia quæſtio res fragilis & perniciosa, & vt plerunq; fallax, &c. & tunc habet locū l. ij. de cu. & exhi. reo. vt iudex faciat criminoſum ad ſe redire, & quęrat vtrū velit in ſua cōfeſsione perſeuerare, an retractare. & ſi perſeuerauerit. tūc cōfeſsio valet: aliàs non: vt d. §. ſi quis vltro. & d. l. ij. C. quorū appell. nō reci. Sed quid[b] de quæſtiōe quotidie occurrēti. Aliquis ſubijcit̄ quæſtioni: cōfitet̄ cōtra alterū, nunquid ſtabit̄ dicto ſuo? Et diſtinguæ, aut torquet̄ ſimpliciter in alios, non in ſocios, & nō in ſe: & tunc ſtatur dicto ſuo cū alijs indicijs, vt iudex ex dicto torti & alijs indicijs ad condemnationē procedere poſsit: vt C. de aſſeſſo. l. nullus. ad fi. ff. de quæſt. l. editū. & l. j. §. q̄ſtionē. ibi: effectiſsimas cauſas ad requirendā veritatē. Et idem Tullius in Topicis, ibi: nō tormētibus veribus igne fatigari, quæ dicūt veritas ipſa vt videt̄ dicere, ſaluo ſi dixerit de inimico: q̄a tūc non eſt facile creditu, ſed vt fides omnino detrahenda, ſe cā cognita erit fides ahibēda vel nō. vt ff. eo. l. j. §. j. & arg. ff. de teſti. l. iij. in prin. Aut torquet̄ in ſe & in alios, & ſi nihil de ſe confitet̄, habēt locū. ſ. ꝓxi. dicta. ſi cōfitet̄ de ſe & alijs: tūc ſecundū Azo. cuius opi. præualet eſt inuenire regulā & inſtantiā à regula regulariter ſuꝑ primo crimine confeſſus ſuꝑ conſtātia non expectet̄ aliena. & ſic vera eſt ꝙ totus eſt de ſe cōfeſſus nō debet interrogari de alijs, maximè de ſocijs: vt l. qui de ſe ff. eo. C. eo. l. ſicut. in prin. C. de accu. l. fi. Et ſi de facto interrogatus vel ſine interrogatiōe dicat de facto aliorū, nō ſtatur dicto. ꝙ fallit in caſibus, in quibus de ſe cōfeſſus torquet̄, & de alijs interrogat̄, ſi tñ contra illos alia pręcedāt indicia, Primus in q̄buſdā latronibus, & maximè in his q̄ vt de ſe cōfeſsi torquēdi ſunt, & interrogādi de conſocijs & mandatoribus & receptatoribus: vt C. de cu. & exhib. reo l. diuus Adrianus. & C. de pœ. l. pe. Secūdus caſus. C. de fal. mo. l. j. Tertius eſt ff. de exhib. reo. l. fi. Quartus de malefic. & mathe. l. fi. Quintus de nece domini in ſe cōmiſſo confeſſo. & torqueat̄, & interrogetur quo mandante &c. ff. ad Sylla. l. ij. & l. ſi ꝑcuſſor. & eſt ſpeciale, vt ſentit ibi apparatus: vt ff. de quæſtio. l. is qui ſe. ff. ad leg. Aquil. tamē Neratius. §. ſed ſi ſeruus. Et bene dixi, ſi aliqua præcedūt iudicia: quia aliter nō debet interrogari de alijs: vt C. de quæſtio. l. j. j. reſpon. nō erit plena probatio contra illos quos inculpauerit, licet aliqua præſumptio, vt in apparatu in d. l. fin. C. de accu. Sed nunquid propter iſtā talē præſumptionē poterūt iſti inculpati à torto poni ad tormēta? Reſpō. in dictis quinq; caſibus exceptis, arg. ꝑallegatæ. l. nullus. & arg. ff. e. l. editū. & l. j. ff. ſi q̄s. arg. ꝙ idē in alijs. ff. eo. l. qō. §. diuus. ī alijs vero nō, vt C. de accuſ. l. fi. & ff. e. l. is q̄. Sed quid ſi ꝑſona īculpata à torto ſit homo malæ conditionis & famæ, nunq̄d in alijs caſibus ex ſuprà ſcriptis actitatis poterunt ſubijci q̄ōni? Dic ꝙ non de iure, eo q̄a non præceſſerunt indicia ſufficientia, vt inculpatio eius facta à torto inducit indicium: tamen interrogati non debuerit: vt C. de accu. l. fi. & ff. de quæſtio. l. is qui. ſed quia inde ſequitur tanquam factū lege prohibente non valet: vt l. non dubiū. C. de legi. tamen conſuetudine videt̄ torqueri. pro qua facit ff. eo. l. j. §. diuus. Bar. Sed quid de quæſtione quotidie occurrenti: Accuſatus quis de furto, indicijs præcedētibus ad illū furtū, torquet̄ & cōfitetur illud furtū, nūquid debeat ꝓcedi ad repetitionē torturæ, vt indagetur & cōfiteat̄ de alijs furtis à ſe cōmiſsis, de q̄bus nulla habent̄ indicia? Dic ꝙ non iuris ſubtilitate, arg. eorū quæ dicent̄ infrà proxima parte. Et quia quantū ad iſta furta, ꝓ quibus in ſpecie vel in genere nūc quærit̄, de nouo nulla ꝓcedūt indicia, & ſine indicijs nemo torquendus eſt: vt C. de fal. l. ſicut. ff. de quæſtio. l. j. in princ. & l. maritus. ſed de generali conſuetudine Italiæ quotidie ſeruamus contrariū & ſpecialiter in furtis: quia magis frequentatur. quæ cōſuetudo poteſt adiuuari ff. de re mi. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de offi. pręſi. l. cōgruit. Bar. Sed quid de quæſtione quæ quotidie locū habet de aliquo ſemel habita quæſtione ſine aliquo nouo accidenti, nūquid poteſt? Videtur quòd ſic. ff. eod. l. repeti. & l. nunc. §. j. quæ indiſtinctè dicunt repeti poſſe. vbi lex non diſtinguit: nec nos. ff. de publica. l. de pretio. & ff. de bo. poſ. contra tab. l. j. §. generaliter. Tu dic ꝙ non ſine nouis indicijs: vt ſi tortus dixerat nullū illa nocte iacuiſſe vbi maleficium fuerat cōmiſſum: poſtea inuentū eſt ꝑ teſtes ꝙ alius ibi iacuit: certè hoc caſu repetit̄ quæſtio per dictū indiciū. Simile Odo. & hæc communis opin. nō tamē allegat̄ aliqua lex. Tu alleg. ff. de ver. ſigni. l. boues. §. hoc ſermone. & ff. pro ſocio. l. ſocius ꝓ filia. §. ſi porro. Aſſeſſores tamen honoris auidi hoc nō ſeruant, imò quotidiè repetunt quæſtionem abſque nouis indicijs quouſque de obiectis criminibus audiat veritatem. quorum opin. poteſt argu. defenſari per l. vt in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. l. oportet. ibi: iudices torquebunt fures, & non prius quieſcant, &c. Conſideret autem bonus iudex in quæſtione repetenda quomodo tortus etiam animi & corporis fortitudinem perdurauerit: vt ff. eodem l. nimis. §. reus. Quid ſi aliquis dum eſſet in tormentis diceret, teneatis me in tormentis quantum vultis: quia ſi ſtarem vſque ad decem annos nihil dicerem: quia in nihilo ſunt pollutus de obiecto crimine: & ſic omnia diffitetur: nunquid ſtatim de tormentis eſt relaxandus & dimittendus ire vias ſuas? Certè non ſed procedatur in torturam cùm tempore & aſperitate ſecundùm conditionem criminis, & ſecundùm conditionem criminoſi, & criminis qualitatem. & ſi confitetur. bene quidem. ſi autem non: iudex debet eum retinere in carceribus. & ſi noua aduenerint indicia, poterit quæſtionem repetere. ſi autem noua indicia non aderunt: tunc ſtatuet accuſatori competentem dilationem ad probandum, & ſi poterit conuinci, condemnabitur: aliàs non: vt ff. eo. l. ij. §. præterea. & eo. tit. l. vnius. Bartol. Sed quid[c] de quæſtione de facto quotidie occurrenti criminis indicia præcedunt, per quæ iudex informatus eſt velle procedere ad torturam. dicit reus iudici: Domine iudex, detis mihi defenſionem antequam ponatis ad torturam: quia ſum paratus in continenti arguere contra indicia contra me recepta. nunquid audiendus eſt, & ſibi defenſio dāda antequam reus toqueatur? Videtur quòd non, per l. iij. C. vbi ſe. vel cla. ibi: nec probationes in iuiurias patietur. & cùm in illis perſonis in dignitate poſitis ſit ſpeciale: ergo videtur in cæteris in contrarium ius commune. argu. ff. ad muni. l. j. nam primò actor probat, & fundata intentione reus opponit exceptiones & defenſiones ſuas: vt C. de except. l. ſi quidem. & C. de probati. l. exceptionem. ſi primò debet fundari totaliter intentio actoris per teſtes vel con

a ¶Præcedẽtibus indicijs. Vide Alexan. in conſi.j.in iij.volu. in ij.col. viſo proceſſu. cũ concor.de quibus ibi per eũ. & in cõſi. v.& in cõſi.xciij.qđ inci. in cauſa inquiſitionis.in j.vol. & in l. ꝗ aliena.§. Celſus. in vlti.col.ff. de acq. hære.&vide plenè ꝑ Feli.i c.qualiter.el ij. in §.licet.in iij. col.de accuſ.Barb. in conſi. vlt.in ij.vol. & Cal. in conſi.j.in tit.quod met.cau.Tho.

feſsionẽ rei anteꝗ̃ audiatur in ſua defenſione vel exceptione reus. Tu dic ꝙ contrariũ eſt verũ, ſcilicet ꝙ primò ſit danda defenſio anteꝗ̃ torqueať, maximè qñ eſt crimen tale quo probato non debet ad torturã procedi, & hoc illa ratione: ꝗa à citatione vel vel interlocutiõe facta à iudice ꝙ quis torqueať, appellať: vt ff.de appel.reci.l.ij. ꝗ̃ inci. ante ſententiã. Et eſt ratio conſideranda quare à tali interlocutoria ꝑmiſſum eſt appellare, vt ſi defenſio tollereť, propter torturam, nunquid poſsit poſtea recuperare detrimentũ mẽbrorũ: vt d.l. ante ſententiã. vt eadẽ ſententia nõ vendicet ſibi locũ ſi torquereť, nã quandoꝗ̃ deficere ſolent in quęſtione.ff.de pœ.l.aut facta.§.j.Præterea confeſsio ſine violentia præiudicat cõfitenti: vt C.de cuſto.& exhi.reo.l.ij.multò magis huic non denegabiť. Præterea videmus ꝙ iam dãnato ex cõfeſſione facta in tormẽtis & perſeueranti princeps ſubuenit etiam poſt ſententiã defenſionẽ ſuæ violentiæ concedendo ac ſententiã retractando, ſi conſtiterit de violentia condẽnati: vt ff.eo.l.j.§.ſi quis vltro. Si igiť iam confeſſo condẽnato concediť defenſionis facultas, tantò fortius ante tormẽta denegari non debet. Cũ enim quod eſt plus concediť, non debet denegari qđ eſt minus, vt dicit regula iuris, cui plus. Quid plura? legiť in iure expreſsè ꝙ quocunꝗ̃ tẽpore iudicij reo petenti defenſio dãda eſt: vt l.minus.ibi: quocunꝗ̃ tẽpore poſtuleť, &c. Sed quid de quæſtione, quã ſæpe vidimus de facto: Teſtis fuit tortus & in tortura confeſſus. nunc enim ante ſententiã dicit ſe erraſſe: nũquid poterit reuocare errorẽ ſuũ? Reſpon. aut eſt error facti, aut iuris. primo caſu põt vſꝗ̃ ad ſententiã. Et eſt ratio: ꝗa non videť fateri, vt ſ.de confeſsis.l.ij.in prin. Itẽ talis error nõ ſolet vſꝗ̃ ad ſententiã obeſſe: vt C.de iuris & facti ignorãtia.l.error. & facit optimè C.quorũ appel.nõ reci.l.ij. Nam condẽnatio & confeſsio facta in tormẽtis & perſeueratio, & poſt ſentẽtiã ſubueniť errorẽ ſuũ ſiue ignorantiã docere volenti. & ſi oſtenderit, abſoluiť: vt ff.de quæſtio.l.j.§.ſi quis vltro. multo fortius debet iſte audiri, & errorẽ ſuũ corrigere ante ſententiã. Item iſte nõ perſeuerauit in confeſsione, ex quo non expectauit ſententiã. Itẽ confeſſus formidine tormentorũ habitorũ: vt C.quorum app.non reci.l.ij.ſi in iure errauit: tunc non põt venire contra confeſsionẽ: vt d.l. errorẽ. Sed quid ſi confeſſus eſt in tormentis, & non perſeuerauerit: nũquid ex tali cõfeſsione apparebit ſemiplena probatio? Videtur ꝙ ſic, vt in apparatu C.de cuſto.& exhi.reo.l.ij.& ff. de quęſtio.l.ij.§.diuus. qui §.intelligiť in confeſsione torti, in qua non extitit perſeueratũ. Vel dic fortè & verius, ꝙ non perſeueratũ eſt, talis confeſsio plenã nec ſemiplenã probationẽ inducit: quoniam nullo modo confiteri, & confiteri formidine tormentorũ paribus paſsibus ambulant. C.quorum appel.non recipiun.l.ij. Bar. Sed quid ſi aliquis eſt tortus nullis vel nõ legitimis indicijs præ-

a cedentibus? [a] Dic ꝙ non, quãtũcunꝗ̃ perſeuerauerit in ea vt eſt expreſſum ff.eo.l.diuus.& l.maritus.& l.j.ſecundũ vnam lec.& arg.l.ſi ex fal.inſtr.l.iij. Præterea, hoc eſt de ſubſtantiali ſolennitate habendæ quæſtionis, ꝙ indicia ꝑcedant legitima: aliâs quis torqueri non põt: cũ à tormentis nõ ſit inchoandũ: vt ff. eo.l.j.ij.& iij.& l.maritus.& C.eo.l.conditionalẽ.& l.militẽ. qua deficiẽte: quicquid ſequiť, nullũ videtur ipſo iure: vt l.non dubiũ.C.de legib.& C.de fide inſtr.l.j.lib.x.& ff.de in integ.reſt.l. diuus.C. de appel.l.nominationibus.cum ſi.Bar. Dictũ eſt ſ.ꝙ ex confeſſione in tormentis facta non præiudicatur, niſi in ea perſeueratum ſit. ſed eſt quæſtio ꝗ̃ dicatur in tormentis facta. Reſpon. facta in ipſis tormentis, idẽ ſi ad pedẽ ducitur ligatus manibus, & terrore inducatur à iudice, niſi confiteatur incontinenti ſubijci eum quæſtioni Certè nõ tenet talis cõfeſsio, niſi in ea fuerit perſeueratus: ꝗa lex conſiderauit confeſsionẽ factã in tormentis & extortam formidine tormentorũ, & eſt notabile quod ibi dicit in tormentis. quod ibidẽ ſentit gl.& arg.ff.de iniurijs.l. itẽ apud Labeonem.§.aditur ibi: vel leuis fictio, &c. ergo à cõtrario ſenſu, nõ leuis fictio habetur ꝓ ipſa tortura. Et accedat quod legiť, ꝙ ſufficit terror armorum, ſi quis vſus nõ ſit: vt ff.de vi & vi ar. l.& idem.§.ſi armati. Et æquipollentia ſunt hominem cũ gladio percutere & frangendo eum in manibus: vt ff.ad legem Cor.de ſica.l.j.§.diuus.& facit ff.ex qui.cau.ma.l.ij.& C.qđ met.cauſ.l. metũ. Sed quid de q. contineť in ſtatuto ciuitatis ꝙ quis nõ poſſit torqueri niſi in certis caſibus. Poteſtas honoris auidus extra illos caſus cõceſſos per ſtatutũ volẽs eneruare veritatẽ criminis, nõ tamẽ vult ponere ad torturã, ne incidat in pœnã ſtatuti: ſed ipſe præcepit eũ detineri alio loco, denegando ei alimenta quouſꝗ̃ cõfiteatur, vel in pœnis facit eũ ſtare ſpoliatũ omnibus ſuis pannis: nunquid videť eum ponere quæſtioni, & dicamus eum incidere in pœnam ſtatuti? Et dic ꝙ ſic: vt ff.de iniurijs l.apud.§. quæſtionẽ, ibi: malã q.&c. Sed quid ſi extra locũ torturæ vel circa tribunal vbi ius reddiť dixit iudex: aut cõfitearis, aut ducã te ad torturã, & torquebo te: nunquid cõfeſsio facta dicatur facta formidine tormentorũ? Et dic ꝙ non: quia leuis territio &c. vt l. itẽ apud Labeonẽ.ver.quomodo.& C.quod met.cau.l.metũ.ſecundo reſpõſo. Terrorẽ, autẽ quæſtionis probabilẽ verę torturę comparandũ accipere debemus punctis & inſtantijs veræ torturæ. ſicut de metu inſtãtis cruciatus dicimus: vt ff.quod me cau.l. metũ.ij. reſpon. Leuis autẽ territio extra locũ torturæ facta eſt deluſoria: vt ff.ſi cui pluſꝗ̃ per l.fal.l.hæc ſatiſdatio. Dictum eſt ſ.ꝙ confeſsio formidine tormentorũ facta nõ habeť pro explorato facinore, niſi ſit perſeueratũ: quomodo in quo loco ſit ducendus reus ad perſeuerandũ? Reſpon. apud acta, vel etiã in aliquo loco publico extra cõſuetudinẽ torturæ. Et ita videmus expertos defenſores in perſeuerantia vocare teſtes & ſub publico teſtimonio ſcribi faciũt: talis tali die perſeuerauit &c. in præſentia taliũ teſtiũ &c. & benefaciunt, per l.ij.C.de exhib.reis.ibi: ſub publico teſtimonio, &c. Sed quid vel quantũ tẽpus erit intermedium à die cõfeſsionis torti ad diem reductiõis ad perſeuerandum? Reſpõ. hoc lege aliqua nõ determinať: vt d.l.C.de cuſt.& exhi.reo.ibi: prætor modicũ ductus&c. Et dic cũ dicit ꝙ ſit illud modicũ: poteſt dici arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarũ, & enormitate criminis vel leuitate: cum tẽpus vel aliquid. nec à iure nõ præſumiť, iudicis poteſtati cõmittiť: vt ff. de iur.de libe.l.j.& ff.de pœn. l. hodie.& ff.de effract. l. j. Quæro qui debeant quæſtioni intereſſe. Reſpõ. vt ff.de adul.l. ſed ſi poſtulauerit.§.in ſecreto. aut iudex recipiet dictũ, cũ ſimilitudinẽ habeant teſtes, vt in ſumma huius titu.§.ſed habet.ff.eo.l.j. §. Imperator. Nunquid liber homo poteſt torqueri? Videtur quòd non. quia quaſi totus ille titu.C.& ff.tantũ de torto ſeruo loquiť. Tu dic ꝙ liberi homines poſſunt torqueri nõ ſolũ in alios. vt ff.e.l. ex libero.j.reſpõ.& l.vnius.§.itẽ.& aliàs etiã.C.de aboli.l.fallaciter.§.ꝙ ingenuus.C.de aſſeſ.l.nullus.ff. eo. &c.ex re.& l.diuus. Sed etiã in ſeipſos quãdoꝗ̃ differunt ex aliquo crimine: vt C.eo. l. cõditionaliter.& C.ex quib.cau.infa.irro.l.nullã. & aliàs ibi de hoc. & C.de fal.l.fi.& ff.de re mi.l.creditores. quod liber homo poſsit torqueri, arg. per l.ſi ꝗs decurio.C.de fal. vbi torqueť decurio, & alius nõ põt eſſe decurio quã liber homo: vt ff. de decur.l. Seuerus. & ita etiã ſeruat generalis cõſuetudo, vt dicimus in ſumma huius titu.in §.torqueri. Itẽ quæro, puerilis tamẽ quęſtio eſt, nũquid illa talis principalis perſonaaccuſata debet poni vel ſubijci tormẽtis ad veritatẽ eruendã? Videť ꝙ nõ: ꝗa prętor tractauit de quæſtionibus C.& ff.de ponẽdo tantũ de tortura ſeruorũ videť ſentire. Tu dic ꝙ liberi homines poſſunt torqueri non ſolùm in alios, vt ff.eo.l.ex libero.j.reſpõ.& l.vnius.§.etiã.de aboli.& l.fallaciter.§.ingenuus.& C.de aſſeſſo.l.nullus.C.de cuſto.& exhib. re.l. diuus. ſed etiã illi ſerui poſſunt qñcunꝗ̃ ex aliquo crimine. C.eo.l.conditionaliter.& C.de infa.l.nullam.& ibi de hoc.& C. de falſ.l.ſicut.& ff.de re mi.l.productiones. hac in re videtur inſiſtere contra ſeruos torquendos & liberos homines in teſtimonium vacillantes. Sed tu dic quòd ipſæ principales ꝑſonæ ſunt quæſtioni ſubijciendæ.C. de quæſtioni.l.iij.& ff.eo.l.j. §. diuus. & §.ſi quis vltro.& l.minus.ff.de re mili.l. ꝓditores. ꝑcedere tamen deberẽt indicia veriſimilia: ex quibus obiecti criminis reus ex præſumptiõe culpę iudicis animus informať: vt ff.e.l.conditiõaliter.& l.milites.§.oportet. & C.de fal.l.ſicut. Quid ſi iudex in torquẽdo adeò modũ excedit, ꝙ tortus in qõne defecerit vel mẽbrũ debilitať: an teneať, & quo iure, ꝗriť. Et ꝙ teneať, diciť expreſsè ff.de iniurijs.l.itẽ apud Labeonẽ.§.qõnis.ibi: veruntñ, &c. Sic eñ torquẽdus eſt reus, vt innocẽtiæ vel ſupplicio finis reddať: vt l.qõnis modus.ff.de qõ. Quid ſi iudex nõ ſeruauit? tenetur. facit.ff.ſol.mat.l.ſi conſtãte.§.ſi maritus.& ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ij.§.dominus.& melius.ff.ad le.Aquil.l.ij.& l.ſi

quando



quandocunque.§.magiſter.ff.de vſu.l.vſum.§.fi.ff.de pign.act.l. eleganter.§.plenè. Nec prodeſt ſibi tanquã iudex hoc fecerit cũ deliquerit. Nam omne maleficiũ præſumimus purè actũ.l. ſi nõ coniuncti.C.de iniurijs.& de ſica.l.j. Præterea, ſi propinquus in corrigẽdo propinquum, modũ exceſſerit, teneť.C.de emen.propin.l.j.& ij. nec iudicis excuſat officiũ: quia ſicut priuatus, ita & magiſtratus. Econtra videť quòd nõ tenetur: quia hoc iudex cã eruendæ veritatis facit, ſuum exequẽdo officiũ, nõ animo interficiendi vel debilitãdi, qui nõ debet teneri. Nemo enim videť delinquere, niſi animũ malignũ ad hoc habuerit.ff.de verb.ſigni.l. ſæpe. voluntas enim & propoſitũ diſtinguunt maleficiũ: vt l.qui etiã in iure.ff.de fur.in princi.& facit ff.de verb.ſigni. & de acq. poſſeſ.l.qui in re.& alibi ſcriptũ eſt, tũc crimen contrahiť, cũ voluntas nocẽdi interuenit: vt C.ad legẽ Cornel.de ſica.l.j. & facit de libe.exhib.l.iij.§.j. Præſumiť enim princeps bonũ officialibus ſuis, niſi manifeſtè contrariũ doceať.ff.de offi.præ.l.j.ad fin. Nã creditor res oblatas auferẽdo non præſumiť deliquiſſe: quia notabilis eſt præſumptio.ff.de fur.l.cũ creditor. ſic à ſimili in propoſito præſumiť iudex ſuum officiũ exercendo feciſſe, nõ cauſa nocendi.ff.de iniur.l.in iure.§.j. Et ſi aliquã culpã in excedendo modũ, torquẽdo habuit: videť tamẽ non teneri lege Cornelia de ſica. quia in delictis lata culpa non æquiparatur dolo: vt in lege. ff.ad leg.Corne.de ſica. Itẽ cauſa, ob quam aliquid ſit, conſideranda, ne remaneat delinquẽs ſine coercitione. ff. de his quibus vt indignis.l.poſt legatũ.& l.tutorẽ. Præterea, ſi nõ apparet quo animo facit, præſumendũ eſt potius ob zelum iuſtitiæ & ex vigore officij, nõ credens hoc facere aliquo malo conſilio: vt ff. de bonis damnatorũ.l.ij.§.ſi publicanus.& arg.C.de acqui.poſſeſ.l. minus inſtructus.ff.pro ſocio. l. merito. Accedit ad idem aliud argu.aſſumptũ ex l.ij.ad finẽ.C.de his qui accuſare non poſſunt. Tutor ex officio de falſo accuſans producentẽ inſtrumentũ cõtra pupillum ſi non probat, non præſumitur calũniandi animo accuſationem inſtituiſſe, niſi euidenter probetur, & tamen aliàs qui non probat, calumniari præſumitur eoipſo quòd non probat. C. de aduoca. diuer. iudic.l.j. Solut. diſtinguitur, ſi apparet quòd ex voluntate facit, de dolo tenetur. ſi caſu & abſque culpa, nullo modo tenetur. ſi autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto tamen, per legem C.de emen. ſeruo.l.j.& bona eſt argumentatio de dominica poteſtate ad poteſtatem prętoris.ff.de verborum ſignificati.l.poteſtatem. In hoc tertio membro ſcilicet cum modũ excedẽdo. &c. dicit dñs Guido de ſuzaria, ſi quod iudex modũ excedẽdo hominẽ interemit in quæſtione vel debilitauit, ꝙ tenetur: quia ſtatim vt exceſſerit modũ, non iudex, ſed priuatus: ſic tutor nõ rectè adminiſtrãdo fingiť nõ tutor, & tenetur tanꝗ̃ quilibet: vt ff.pro empt.l.ꝗ fundũ.§. ſi tutor. cũ ſi.& arg.C.de epiſ.& cle.l.generaliter. Quid plura poteſt dici? caſus eſt ff.de iniur.l.itẽ apud.§.quoties verbo.ad finẽ.& §.ſi iuſſu.& vide Cyn.in l.Gracchus.C.de adul. Sed ꝗd ſi eſt probatum maleficiũ per vnũ teſtẽ de veritate, nũquid ſufficiẽs erit indiciũ ad torturã habendã? Videť ꝙ nõ.ff.de quęſt.l.maritus. vbi propter dictũ vnius teſtis nõ fuit ad quæſtionẽ proceſſum. Prę terea, dictũ vnius teſtis inducit indiciũ ſeu præſumptionẽ: vt ff. de dote præleg.l.Theopõpus.ff.queẽadmo.teſtamẽ.aper.l.j.§.ſed ſi vnus.& iura quaſi omnia tractãtia de indicijs, quæ requirũtur ad qõnem habendã, loquunť in pręallegatis legibus, ſ. indicia debere præcedere. nõ autẽ dicũt indicia.ff.eo.l.j.ij.reſpõ.ibi: & alijs argumẽtis, &c.& l.minus.§.in ea cã.& l.fi.C.eo.l.cõditionaliter. & l.milites.& C.de fal.l.ij. ſicut & pluralis locutio ſingulari numero nõ acquieſcit, vt ff.de manumiſ.teſt.l.libertas quæ.§.fi. Sed his nõ obſtãtibus dico vnũ teſtẽ debere ſufficere de veritate ad habendam torturã, vt no. Azo in Summa huius tituli in §.indicium autẽ.& l.ſi quis alicui.C.ad le.Iuliã maieſta.in gl.ordi. Nõ obſtat l.maritus. ꝗa ibi nõ fuit tortus ꝓpter dictũ vnius: ꝗa iſte, ꝗ perhibuit teſtimoniũ, erat familiaris producẽtis: & ideo dictũ ſuũ nõ fuit tanti effectus ꝙ faceret indiciũ. Non obſtãt alia iura in cõtrariũ allegata, quibus pluraliter de indicio haberet mẽtio: quia illa pluralitas inſpecto cõmuni vſu loquẽdi reſoluiť in ſingularitatẽ: vt ff.de orig.iur.l.ij.§.exactis.& condi.& demõ.l.cum falſa.§.fi. Sed quid ſi maleficiũ probatur per famã tantũ poteritne ꝓcedi ad tormẽta? Videť ꝙ ſic: quia ꝓbatio famæ æquiparať probationi vnius teſtis: vt ff.de teſta.l.iij.§.alias.ibi: in apparatu. In proxima quæſtio. dictũ eſt indicium vnius teſtis ſufficere ad quæſtionẽ habendã. Tu dic ꝙ nõ quia fama per ſe nõ ꝓbat, ſed inducit quodãmodo quoddã indiciũ ad cõſummãdas ſeu coadunãdas alias ꝓbationes: vt d.§. ibi: confirmatũ cõferri de qua agiť idem ſimul firmat, non tamen per ſe facit validũ indiciũ. Eſt eñ fama res fragilis & pernicioſa, & vt plurimũ prædicabilis vocis artificioſæ tranſmiſſa ab his qui deſiderãt. & hoc famã eſſe. ff. de hære.inſti.l.partes.§.abſens.arg.C.de pac.l.decuriones & arg.ff. de offi.recto.prouin.l.inſtitutiones. ibi: nec ad libidinẽ pro calamitate effuſus, &c. Non enim quælibet indicia ſunt ſufficientia ad torturã, vt ſ.dixi in prin.notabiliũ. Et ſi probatur cũ fama aliquod indiciũ contra accuſatũ: vt puta, dictũ vnius teſtis, quod quidem facit indiciũ: vt l.Theopompus. vel ſi cõſtituit accuſatũ eſſe inimicũ interfecti, vel aliàs offenſi: de inimico hoc præſumiť eſſe malum.ff.eo.l.j.§. Præterea & lex, teſtes.in prin. Item ſi ſe iactaſſet malefactor de maleficio committendo. nam talis iactatio inducit indiciũ cõtra talẽ, qui ſic ſe iactat quòd maleficiũ primò cõmiſerit, cõſiderata qualitate perſonæ. Pro qua etiam facere videtur l.j.in fi.ibi ſi quis imper.maledixe.& C.quod met.cauſa.l. metũ & ff.quod met.cauſa.l.iij. Tu alleg.meliorẽ text.ff. ad legẽ Iul.maie.l.famoſi.ibi: & anteꝗ̃ fecerit.& accedit C.de offi.magi. l.per oriẽ.& C.de ſuppellec.leg.l. Labeo.ibi: neminẽ puto. Itẽ ſi accuſatus viſus eſt fugere de loco vbi maleficiũ eſt cõmiſſum. Nã fuga accuſat fugientẽ: vt in auť.de exhibẽ.& ĩtrodu.re.§.ſin vero.& in auť.de ſan.epi.§.ſi quis autẽ ad ordinationẽ. Itẽ ſi cõſiliarius depoſito officio ſe abſentat, pro cõfeſſo habeť, vt mala fecerit: vt C.de aſſeſsio.l. cõſiliarios.ff. de ſuſpec.tut.l.in pluribus. Itẽ eſt indiciũ ſi is, cõtra quẽ fama laborat, eſt paruæ conditionis homo: quia talia facere cõſueuit: vt ff.eo.l.de minore.§. tormẽta. & ff.de accu.l.ſi quidẽ.§. iſdẽ. Itẽ eſt ſi aliquod foret indiciũ qđ quilibet curioſus iudex poterit cõprehendere facile ſecundũ fictionẽ varietatis & perſonarũ veritatẽ: tunc cũ adeſt aliquod de prædictis indicijs vel alijs ſimilibus & fama probatur, bene poterit ad tormenta procedi: quia fama ſimul cum aliquo alio indicio multũ facit eſſe ſufficiẽs indiciũ ad habendã torturã, quanꝗ̃ fama de per ſe non ſufficiat. Sed quid ſi prædictas nõ habeat pręſumptiones? Dicunt quidã quòd arbitrio eius cõmittiť. quod nihil aliud eſt, quàm quòd bona fide procedat, ſecũdũ quod eius conſcientia melius dictauerit. Dura tamẽ mihi videtur illa ſententia, cùm arbitriũ defectũ iudiciũ ſine ꝓbatione indicij non videať poſſe ſupplere. Eſt enim de iuris authoritate ſine ſolẽnitate quòd legitima indicia torturã præcedere oportet. & hoc iudici nõ videť cõmiſſum: quia facti quæſtio eſt in poteſtate iudicis, nõ autẽ iuris.ff.ad muni.l.ordo.§.j. Sed ꝗd ſi cõtineť in ſtatuto ciuitatis ꝙ nõ poſsit quis poni ad torturã, niſi habitæ fuerint cõtra eum ꝓ̃ſumptiões euidẽtes: vnde ꝗriť, quæ dicunť iſtæ euidentes præſumptiões? Reſpõ. magna indicia ꝗ̃ ſunt aliquo minus indubitata & plus indicijs ſimplicibus, ex ꝗbus procediť ad torturã, vt dictũ eſt. nã & alia dicunť manifeſta argumenta. Sed ꝗd ſi cõtineť ſtatuto ꝙ nemo poſsit torqueri, niſi ĩdicia indubitata præceſſerint, ꝙ erit exẽplũ de indubitatis indicijs? Exẽplũ eñ eſt: ꝗ̃dã camera habẽs vnũ aditũ & exitũ tantũ & nõ plures, exit de camera ꝗdã pallidus & trepidus cũ gladio ſanguinolento in manu: ſtatim poſt eius exitũ inueniť homo recẽter occiſus in dicta camera. Certè iſta ſunt ad ꝓbationẽ maleficij indubitata, ex ꝗbus nõ ſolũ ad tortutã, ſed ad cõdemnationẽ & ad pœnæ impoſitionẽ põt procedi. & ita intelligiť l.ſciãt.C.de ꝓbatio.ibi: vel indicijs ad ꝓbationẽ indubitatis, & nõ diſiũctionẽ vel nõ palliditas ſiue trepiditas eſt vnũ indiciũ cõtra eum: vt ff.eod.l.de minore.§.tormẽta. delatio gladij, & nudi præſertim, eſt aliud indiciũ. nam de portãtibus arma homo præſumiť &c.C.de armo.vſu.l.j. & in auť.de man.prin.§.vlti.col.iij. Itẽ ꝗa gladius erat ſanguinolentus, eſt aliud indiciũ. homine eñ occiſo gladius ſolet eſſe ſanguinolẽtus. nã ex qualitate facti cõiectura accipiť. ſic & aliàs diciť de donatio.inter virũ & vxorẽ.l. virũ. raro tñ cõtingunt talia indicia. Eſt & aliud indiciũ extraordinariũ ad ꝓbationẽ indubitatũ, & iſtud ſæpius cõtingere põt: occidiť Titius ĩ aliqua vinea vel fundo: accuſať Seius, ſed de viſu nulli teſtes deponũt ꝙ viderin Seiũ hoc crimẽ cõmiſiſſe: ſed ꝓbãt iſta cõtra Seiũ ꝙ ipſe Seius erat inimicus Titij. Itẽ ꝓbãt ꝙ viderunt Seiũ admouentẽ gladiũ contra Titiũ. Item probant quòd ipſe Seius aufugit tẽpore maleficij perpetrati. Item probant per famam & vocem publicam quòd Seius Titium interfecit. Certè iſta quatuor ſimul iuncta

quamuis ſingularia per ſe non ſufficerent ſunt ſufficientia indicia, & indubitatæ præſumptiones non ſolũ ad torturã, ſed etiam ad condemnationẽ. & ſic poteſt intelligi l. ſciant. Eſt videre de indicijs ſeu præſumptionibus indubitatis. defertur quòd Seius fecit occidi Titiũ. non ſunt qui dicant hoc vidiſſe: tamen probantur iſta indicia. Seius erat inimicus Titij. Itẽ ꝙ dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidam. Item ꝙ homicida erat domeſticus & familiaris ei. Item fama eſt ꝙ Seius fecit occidi Titium, & eſt homo de quo eſt veriſimile quòd talia faceret. Item ꝙ olim aliquæ offenſiones fuerunt inter eos. Iſta indicia ſimul iuncta ſatis videntur nedũ ad torturã, ſed ad condemnationẽ ſufficientia & indubitata indicia. & ita poteſt exemplificari l. ſciant. nec mirum ſicut pluribus ſimul iunctis, quorũ quodlibet per ſe non ſufficit ad indiciũ indubitatũ erat plenè probandum: ſic indubitatè indiciũ ſiue plena fides. Nã hoc in iure plenè habet̃ expreſsè vt in cor. de fide inſtru. §. ſi verò nullus. col. vj. Duo enim vel plura imperfecta conſtituũt vnũ perfectũ: vt C. de agri. & cenſi. l. ſcimus. in prin. lib. xj. & quæ non ꝓſunt ſingula, multa iuuant. extra de teſta. c. præterea. & C. de teſta. l. ſancimus ad fi. & illud de hoc arg. & in apparatu. ff. de excu. tut. l. ij. in fi. j. reſpõ. Quid plura? Reperit̃ in iure ꝙ ipſa cauſa criminalis ꝑ argumẽta & per ꝓ̃ſumptiones cognoſcitur per quod delictũ liquidũ ꝓbari non poſsit: vt l. non omnes. §. à barbaris. de re mili. & ibi: ſi hoc probari non poſsint, &c. argumentis tamen cognoſcẽdum eſt, & tamen capitalis cauſa ibi agitur. eo. tit. l. de prætorum. §. his qui. & facit in aut̃. vt liceat matri & auiæ. §. illud. curioſus rector multa alia poſſet adinuenire exempla de indicijs ad probationẽ indubitatã. Dictum eſt ſuprà ꝙ milites non torquẽtur: ſed quid de militibus noſtri tẽporis: poterũtne ſubijci quæſtioni? Dic ꝙ ſic, eo quod nec in aſſumptione militię [a] inita interueniãt in eis, nec obſeruent ea quæ veteres milites obſeruare debẽt. vnde militaribus priuilegijs gaudere non debent: vt in corpore in aut̃. de mãdatis principum. §. vlt. & ibi & in apparatu de hoc ibi: & in talibus militibus, &c. Nã ſerui ſi quis nõ obſeruãtibus fabricẽſis efficiatur, habet̃ pro nõ fabricẽſi & ſibi fabricenſia priuilegia denegant̃. & facit l. ſi quis conſociũ. de fabr. lib. xij. & C. de epiſ. & cle. l. gñaliter. §. clerico. vicarijs res clerici nõ ſeruante, clericalia denegant̃. & facit l. nominationes. de appel. Nã videt̃ etiã ꝙ milites in quibuſdã criminibus torquet̃, clerici aũt ſic iure ciuili, C. de epi. & cle. l. presbyteri. in apparatu. & l. fallaciter. C. de abo. hodie ſecũdũ iura nouiſsima ſecus, per aut̃. Federici, ad decus & decorẽ. Præterea, ſi militibus terreſtribus eſt conceſſa immunitas vt nõ torqueant̃, multò magis celeſtibus: vt C. de epiſ. & cleri. l. ſacroſanctæ. Bar. Quid de iudicibus ſiue aduocatis: nunquid poſsint torqueri? Videt̃ ꝙ nõ poſsint, ſicut nec veri milites. Militant enim patroni cauſarũ: vt C. de aduo. di. iud. l. aduocati. Præterea, ſicut militantibus cõceſſum eſt vt cõdẽnati nõ obligent̃, niſi in quãtũ facere pñt: ita & patronis cauſarũ: vt ff. de re mili. l. milites. j. reſpon. in apparatu. Ecõtra vr̃ ꝙ poſsint torqueri: qa nulla lege caueť ꝙ iudices ſiue aduocati ſint immunes à tortura. Sol. Dic ꝙ de iure nõ debẽt torqueri: vt d. l. aduocati. ſed de cõſuetudine (ꝗ eſt optima legũ interpres) ſeruat̃ aliud. Suprà dictũ eſt ꝙ decuriones nõ poſſunt torqueri: ſed quid de conſiliarijs ciuitatis noſtri tẽporis? Dic ꝙ de iuris ſubtilitate nõ debẽt torqueri: qa cuicunq; cõſiliarij decuriones: vt ff. qđ cuiuſ. vni. l. nullus. §. decuriones. de generali tamen conſuetudine ſemper ſeruatur contrarium. Demum quæro, nunquid diebus dominicis & alijs non iuridicis poſsint homines torqueri. Reſpondeo, non: vt not. C. de fer. l. dies feſtos.

Explicit Tractus de quæſtionibus, compoſitus per dominum Bartol. à Saxoferrato.

## *TRACTATVS DE CIcatricibus,* [b] *domini Barto. à Saxoferrato.*

IN præbendo rectum iudicium nũquid ex vulnere ſit remãſura cicatrix, ſecundùm indigentiã ſtatuti ciuitatis Florentię plura videnť cõſideranda. Primò quid ſit cicatrix Cicatrix eſt quędã effigies vulneris faciem deformans. quaſi dicat̃ à cæco cæcas, id eſt, cæcans faciẽ, vel deformans, ſeu formã extinguens. Hoc ꝓbatur ff. de vſuf. l. locũ. §. j. ibi nec ſeruũ cicatricibus deformante, &c. de his qui deie. vel effu. l. fin. Secundò eſt conſiderandum quod ad hoc vt effigies habeat nomen cicatricis, debet eſſe in apparentia loco corporis alias bene poſſet eſſe effigies deformans corpus, ſed non diceret̃ cicatrix. Hoc probat̃ ff. de ædi. edic. l. quæritur. §. fi. & ibi dicam, & l. fi. ff. de his qui deiece. vbi inter cicatricẽ & deformationẽ ponit̃ diſiunctiua: quia non quælibet deformitas eſt cicatrix. Hoc etiã eſt expreſſum in propoſito in dicto ſtatuto tractãte de materia: quia de effigie remanente in facie loquit̃. Tertiò notandũ eſt ꝙ effigies debet eſſe apparẽs ad hoc vt cicatricis nomẽ habere mereat̃: vt ꝓbatur in d. l. quæritur. §. fi. & eſt expreſſum in dicto ſtatuto. Nam exigit faciẽ eſſe vituperatam per apparentem cicatricẽ. Ex hoc infero ꝙ licet perpetuò effigies eſſet remanſura in facie, ſi non manifeſtè diſcerneretur, ſed per quandã ſubtilẽ inſpectionẽ non eſſet ſatisfactũ ſtatuto: quia non eſſet vituperata facies per apparentẽ cicatricẽ. Quartò eſt conſiderandũ ꝙ ſtatutũ requirit ꝙ vituperatio faciei ſequatur ex vulnere per cicatricẽ apparentẽ, id eſt, poſt omnem curã perfectã ex illo vulnere ſit perpetuò remãſura apparẽs effigies faciei. j. q. j. ventum. de perpetuitate loquor: quia verba legis, quæ ſine determinatiõe ꝓferunt̃ in poſ. l. in vẽditione. §. j. C. de pœn. l. ij. & quia vbi effigies nõ eſſet ꝑpetuò remanſura, nõ diceret̃ eſſe remãſurã cicatricẽ, ſed potius diceretur nondũ perfectè curatã: & dictũ ſtatutũ eſt intelligendũ de effigie remanente poſt omnẽ perfectã curã. aliàs abſurda eſſet eius diſpoſitio: quia ex quolibet vulnere illato in facie vituperat̃ facies ante curã perfectã. & licet ſolidatũ ſit vulnus: tamẽ remanet quædã macula, donec perfectè curet̃, & de his ſtatutũ non loquitur. Dicit̃ ergo cicatrix propter illa quæ remanet poſt ſanatum vulnus. j. q. j. ventũ. Et ideo per cicatrices dicuntur homines dignoſci. l. j. §. fi. de ſer. fug. Itẽ no. ꝑ prædicta ꝙ ſi per ſtatutũ pœna duplicatur pro cicatrice deformante: non ſufficit formari inquiſitio vel accuſatio de cicatrice ſimpliciter, ſed formari debet de cicatrice deformãte. & facit ff. de vſufr. l. locũ. §. j. quod not. quia quotidianũ eſt. Quintò eſt conſiderandũ ꝙ ſi ex negligẽtia vel imperitia medici remaneret cicatrix, nõ eſſet locus dicto ſtatuto. Nã vt ſtatuto ſatiſfaciat, reqrit̃ ꝙ vulnus illatũ ſit cã immediata & neceſſaria cicatricis, alias nõ dicit̃ ſequi ex vulnere: qa dictio ex denotat cãm ꝓximã. l. ex eo tẽpore. in fi. ff. de pœnis. & in qualibet legis diſpoſitiõe cã ꝓxima eſt cõſiderãda potius ꝙ̃ remota. ff. ꝙ metus cã. l. metũ. §. ſed licet, Sed cicatrix ꝗ remanet ex mala cura impti medici nõ dicit̃ ſeq ex vulnere atteẽta cã ꝓxima, ſicut dicimus in morte qñ vulnus ex ſui natura nõ eſt letale: nam tũc vulnerãs nõ tenet̃ de morte, licet vulneratus ex imperitia medici ſit mortuus. lege, q occidit. §. fi. ff. ad leg. Aqui. vbi caſus eſt de hoc. Quibus oĩbus maturè cõſideratis diſcretus medicus bñ diſcernet nũquid ex vulnere ſequat̃ vituperatio faciei afferentẽ cicatricẽ, necne. & ſanum directũ cõſilium poteris exhibere. Bart.

## *TRACTATVS DE PEREMptione inſtantiæ* [c] *per do. Bar. à Saxoferrato, legum doctorem ſuper l. properandum. C. de iudicijs.*

Quia

a ❡ Militiæ. Vide Ale. in l. milites. & quæſtio. in apoſ. Bar. vbi allegat Barto. hic, & Alexã. in l. centurio. in x. colũ. ff. de vulg. & pup. vbi plenè ponit de varietate iſti' quæſtionis. Tho.

b ❡ Tractatus de cicatricibus. Iſtũ tract. inueni in xx. vol. cõſi. diuer. doc. in fo. clxj. vbi dicit ꝙ eſt Bart. à Saxoferra. & đ materia iſtius trac. vide per Ang. de Peru. in l. extat. in prin. ff. qđ quod met. cau. & in l. quæritur. §. fi. ff. de ædil. edic. & in cõſil. cxliij. ſuper primo. & ibi plenè videas & Cataldi. ĩ ſuo tra. ſyndicatus, ĩ q. cxix. & plenius per Ang. de Areti. in ſuo tract. maleficiorũ. in verſi. cicatrix. & per Ioã. de Ana. in c. cũ ex iniuncto. in iij. col. de hære. Tho.

c ❡ Tractatus de peremptione inſtantiæ. Adde ꝙ iſtum trac. inueni in xx. lib. cõſ. diuer. doc. in fol. cccxvj. vbi dicit tractatum de peremptiõe inſtantiæ cõpilatum per Barto. à Saxofer. legum doct. ſuper l. properandum. C. de iudic. Et de materia vide an ſtatuta quæ limitant inſtantiam cauſarũ vſq; ad duos vel tres menſes, an talis inſtantia ſtatuti poſſet prorogari vſq; ad tempus iuris cõmunis, vide Ioan. Ant. in addi. Spec. in ti. de appel. §. nũc breuiter. verſi. illud aũt. Io. de Imo. & Mod. in l. iij. in princ. ff. de dã. infec. Sal. do. Ale. & do. Iaſ. in l. properandum. in princ. C. de iud. & Alexan. in cõſi. xxiij. in iij. vo. inſpecto ꝓceſſu cauſæ. Tho.



QVia lege cauetur quôd iudex elapſo termino cum inſtantia cauſæ perempta ſit, non pteſt vltra terminum pronunciare. dicit enim circa principium lites vltra triennium metas non eſſe ꝓtelandas. l. properandũ. & in §. ſinautẽ vtraq;. dicit intra dictũ terminũ iudicẽ non terminantẽ puniri, & eſſe eum ab officio remouendũ. & in vlti. §. dicit quòd actor cadat, id eſt, ab inſtãtia cauſæ ſeu iudicij. ſed pone retento eodẽ themate quòd ſtatuto cauetur quòd iudex teneat̃ terminare cauſam intra menſem ſub certa pœna. iudex intra dictũ terminũ non terminat: an erit inſtantia cauſæ perempta? Et videt̃ qđ ſic: quia iſtud paruũ tẽpus ſuccedit loco triẽnij. Vnde ſicut poſt illud tẽpus ꝓnunciare nõ poteſt: ita nec poſt illud. ſicut cũ accidit ꝙ tẽpus & quicqd loco alterius ſubrogatur eodẽ iure vtitur quo vtebat̃ illud, in cuius locũ ſubrogatur: vt C. de tẽpo. appel. l. fi. & ff. de iudic. l. mortuo iudice. & C. de cõpen. l. ij. & C. de re iud. l. j. §. j. & §. ex rei. ff. de ſeruo corrup. l. hec acti. cũ l. ſeq. ff. ad l. Iul. pecu. l. iij. Pręterea, cũ lex concedit intra menſem terminari, videt̃ de maiori tẽpore prohibere: vt ff. de legi. l. cũ lex. hoc idem facit iudex. C. de infa. l. & ſi ſeuerior. ff. de poſtu. l. Imperator. Idẽ facit pactio contrahẽtium: vt ff. de diſtrac. pigno. l. ſi creditor. §. illud. & ff. ꝓ ſoc. l. cùm duobus. §. ſi qs ſocietatẽ. & hoc video in arbitratore: vt C. de arbi. l. j. ff. de ædic. l. quod ſi nolit. in fi. econtra videtur quòd l. properandũ, duo dicat. Primũ ſcilicet quòd intra terminum cauſa finiatur. & hoc tẽpus per ſtatutũ eſt abbreuiatũ. Secundò, quòd inſtantia cauſæ pereat elapſo triennio: ſed de hoc lex municipalis nihil dicit. Tertiò [c] ſtabitur iuri cõmuni quantũ ad periclitationẽ inſtantiæ: quia in hoc caſu non eſt correcta. argu. C. de appella. l. præcipimus. & in aut̃. de armis. §. fi. C. de ædifi. priua. l. fi. quod enim non mutatur &c. C. de teſt. l. ſancimus. & de impo. lu. de. l. j. & xxvij. q. ij. c. lex diuina. nam ſi fiat vna offenſio parti, quæ voluerit ſuum negotiũ expedire: nõ debet in alio oſtendi, ſcilicet quòd cauſa inſtantiæ pereat: quia non debet duplici damno affligi: vt ff. nau. cau. ſtab. l. licet. §. fi. & ne quid ĩ loco publi. l. j. & C. de naui. l. j. Malè enim facit iudex, qui intra terminũ nõ facit: ſed hoc malũ duplicaretur, ſi hoc nullo tẽpore faceret. arg. ff. de arbi. l. Celſus. & ff. mand. l. diem adiecto. ij. reſpon. & l. Paulus ille. Video enim quòd melius eſt morã purgare, & poſt terminũ facere quod in termino facere debuit, quàm addere morã morę, & non facere intra terminũ. vt ff. de verb. obli. l. cõtinuus. §. item ſi non inchoet̃. & ſi quis cau. l. ſi poſt tres. Mihi enim videtur quòd inſtãtia nõ pereat, & videtur lex expreſſa C. vt tam ciui. quàm crimi. l. j. in fi. & arg. ff. de lega. j. l. res obligata. in fi. & pro & cõtra notari videt̃. C. ad l. Falci. aut̃. ſed cùm teſtator. in fi. vel poſſumus diſtinguere aut tẽpus elapſum eſt dolo vel negligentia litigãtis. & tũc ſi qs doloſus vel negligẽs imputet ſibi: aut opera iudicis vel impotẽtia facti, quo caſu nõ debet obeſſe partibus. argu. ff. de colla. bono. l. j. §. fin. & in aut̃. vt ſpon. larg. §. illud. extra de reſcri. c. ex literis. & C. de tẽpo. in integ. reſti. l. pen. tamẽ puto meliorẽ ſententiã Martini Phanan. tamẽ Lipobus de Cremona dicit quòd pro prima ꝑte facit: quia iudex videt̃ datus à lege ad tẽpus in illis cauſis, quas ſtatutũ mandat terminari intra mẽſem. Nã poſt ipſius tẽporis lapſum iudicare nõ pôt. ff. de iud. l. ij. §. ſi iudex. & C. quãdo ꝓuo. nõ eſt neceſſ. l. cũ nõ eo die. poſt reſpõ. illũ quaſi in illa cauſa eſt priuatus, & ſic iuriſdictionẽ non habet. ff. de iuriſ. om. iudi. l. eum q. §. j. Præterea poſt fatalia iudex appellationis iudicare nõ pôt: vt C. de appel. l. eos. & ſic & in ꝓpoſito iudex poſt illud tẽpus iudicare nõ pôt. Præterea, vbi lex mãdat cãm finiri minori tẽpore quã triẽnio, puta anno: per illud anni elapſum expirat inſtãtia, ſicut per elapſum triẽnij: vt C. de naui. l. j. ſic etiam & eadẽ ratio eſſet in iſto tẽpore vnius menſis: ergo pôſt iudicare nõ poterit: quia vltra non durat. Facit ad hoc C. quomodo, & quãdo iudex. aut̃. q ſemel. & ff. de excuſat. tutorum. l. quinquaginta. & C. de aſſer. tol. l. j. §. ſcientes. Pro ſecunda parte facit: quia per dictũ ſtatutũ pœna imponit̃ iudici cãm intra mẽſem nõ terminãti. Vnde lex videtur eſſe cõtenta executione pœnæ. Sinautem vltra tempus prædictũ pronunciet, tenebit ſentẽtia. nam quando lex aliquid mandat & prohibet: & nõ ſtat in finibus ſuis, ſed vltrà procedit ad pœnæ impoſitionẽ, ꝙ tamẽ fit, ſed pœna debetur, vt nota. C. de legib. non dubiũ. Simile videt̃ in eo, qui tenetur ex promiſsione aliquid facere, & apponit̃ ei pœna ſi cõtra fiat, ꝙ ſola pœna debetur, niſi ſit dictũ, rato manente pacto, &c. vt nota. ff. de tranſact. l. quidẽ. Præterea video ꝙ iudex appellatiõis poſt tẽpora ad agendũ data condẽnat appellantẽ in expẽſis: vt extra de reſcript. c. ex ꝑte. Et ad hoc facit ff. de pac. l. tale pactũ. §. qui ꝓuocauit. vbi iudex appella. etiã poſt renunciationẽ appel. ſeu eius partis remanet iudex. dicit enim ibi, iudex appel. nullo alio &c. de iudi. dicit iuxta cõuentionẽ conſequi, ſiue confeſsi. Sequit̃ ergo ꝙ remanſerat iudex. ſic videtur in eo qui poſt tẽporis reſtitutionẽ per ſentẽtiam reſtituit̃. Nam tum ſententia licet cõtra ius litigatoris data videatur, vt not. C de tẽpo. in integ. reſti. l. ſuperuacuã. Tertiò in propoſito, vt poſt tẽpora ſtatuta poſsit iudex per ſententiã terminare. Mihi autẽ videtur qđ quando quærit̃ an per lapſum tẽporis pereat inſtãtia cauſę, poſsit diſtingui: quia tempus diffiniendi cauſam imponit̃ ꝑ legẽ ciuilem, aut municipalẽ iudici tantũ, aut cauſę, aut parti, aut iudici & cauſæ, ſi imponit̃ iudici tantũ: ſiue adijciat̃ ei pœna ſiue nõ, inſtantia cauſæ nõ perit per terminũ lapſum. ſic loquit̃ C. vt tam ciui. ꝙ̃ crimi. l. j. in fi. vbi eñ tẽpus datur iudici xxx. dierũ intra quẽ terminet cãm, & eidẽ pœna imponit̃, vltra tamẽ pôt terminare. ſimili modo ſi tẽpus iudici imponit̃, & nõ pœna: vt C. de ædi. priua. l. fi. ſic & in caſu noſtro ꝑ legẽ municipalẽ iudici imponit̃ tẽpus & non cauſæ: & ideo videt̃ mihi dicendũ ꝙ ꝑ lapſum illius tẽporis inſtãtia nõ pereat. Si autẽ tẽpus imponit̃ tñ cauſę: tũc expirat inſtãtia per lapſum tẽporis. vltra eñ illud inſtãtia cauſæ viuere nõ poteſt. dicitur enim illud tẽpus factum, id eſt, finis: vt C. de tẽpo. appella. l. tẽporũ fatalium. & de aduo. diuer. iu. l. aduocati. & de iſto tẽpore dato & impoſito cãæ loquit̃ C. ad legẽ Falcidiã. aut̃. ſed cùm teſtator. vbi enim dicit̃, nulla taliũ quæſtionũ tranſcẽdat annum, &c. ſic loquit̃ etiã aut̃. vt cle. apud epiſcopos. §. ſciẽtes. & in aut̃. qui ſemel. C. quomodo & qñ iudex. & Cy. de tẽp. appel. aut̃. ei q appellat. & l. fi. §. illud. & idẽ eſt in omnibus, ĩ qbus ſtatuunt̃ tẽpora parti ad ſuam cauſam diffiniendã: vt C. de dolo. l. fi. & de colla. dot. l. ij. §. alter. ff. ne de ſta. de. l. ij. §. fi. & C. de tẽpo. in integ. reſt. l. fin. Si autẽ imponit̃ tẽpus iudici & cauſæ indubitanter finit̃ inſtantia per lapſum tẽporis, ſic loquit̃ ꝓpriè de iudicijs. l. ꝓperandũ. & C. vt intra certum tẽpus. l. fi. & C. de naui. l. de ſubmerſis. & ad ꝑdicta diſtinctionẽ reducatis omnes leges de hac materia tractantes. Amen.

## *TRACTATVS DE iudice ſuſpecto* [a] *domini Bartoli. aliàs eſt conſilium.*

QVia ſub ſuſpecto iudice eſt periculũ litigare, ideo videndũ eſt ĩ qbus caſibus iudices recuſari poſſunt. Primo ſi ſit aduocatus in eadẽ cauſa, vel ſi ſit cõſanguineus impetrantis, vt extra, de appel. c. poſtremo. Itẽ ſi iudex eſt vaſall' impetrãtis, argumentũ xxij. q. v. c. de forma & extra lit. nõ cõtec. accedẽs. Itẽ ſi impetrãs eſt familiaris illius q eſt familiaris eius, ad quẽ literas impetrauit: vt in c. inſinuãtẽ. extra de officio delegati, Itẽ ſi impetrãs eſt affinis iudici. vij. q. viij. abbates. ff. de iniurijs. l. lex Cornel. extra, de æta. & qualitate. c. tua. Et idem videt̃ ſi impetrãs eſt multũ amicus iudicis. & extra, de ſimo. c. nobis. Itẽ ſi iudex recepat iniuriã ab impetrãte, de quibus eſſet veriſimile ꝙ eius animus poſſet remouere. extra de ſimo. c. ſi quidẽ. Itẽ ſi iudex eſt ſuffraganeus impetrãtis: vt extra, vt lite nõ conte. c. accedens. Et eſt ratio: qm̃ ſuffraganeus pôt recuſari, qa ſubditus impetrãtis. Pari rõne poſſet recuſari qlibet ſubdit' abbatis, ſi abbas

a ❡ Tractatus de iudice ſuſpecto. Addẽ qđ iſtũ tra. inueni attributũ Bar. ĩ ij. vo. cõſ. diuerſo. doct. in fol. ccxl. & materiã vidẽ plenè ꝑ Iaſ. in l. aptiſſimi. C. de iud. & moder. in c. cum ſpãli. de app. qđ autẽ ſi iudex ſuſpect' nõ recuſat̃, & ꝓcedit, an valeat ſñia, ita ꝙ nõ ſit nulla, vidẽ mod. ĩ l. ij. ff. đ iuriſ. om. iu. & plenè per Phili. Deci. in c. ſuper literis. in vj. colum. de reſcrip. & in c. cauſam quæ in ij. col. de offic. deleg. & vide Pet. de Anch. in conſi. cclxj. inci. ſubtiliter & ad plenum. & Alex. in conſ. ciij. in v. vol. incipi. circa primum qđ procedunt prædicta, qñ allegatur ſuſpectus notarius, procurator, & ſimiles. Itẽ adde, ſuſpectio ſuperueniens poſt cõcluſum pôt opponi vt per Io. An. in c. cum dilectus. de ordi. cog. & plenè per Fely. in c. inſinuante. in vj. col. de off. dele. & Card. Alex. in c. cũ ſpeciali. in xj. col. de appel. Cætera vide in d. l. aptiſsimi. & ibi addit. meas à domino Iaſ. Tho. Diplo.

a ¶ Circa practicam. Adde ꝙ iſte trac. eſt d. Albe. de Rāp. qui compoſuit iſtū trac. cui fecit addit.d.Bar. à Saxofer. ita inueni in xx. vol.cōſ.diuer. doc.in fo.clxxix.Tñ in j.lib. cōſil.in char. clxvj. & in duob⁹ li. antiqſsimis iſte trac. eſt tractatus dñi Iac. de Are.ſed Bar. fecit addi. quas vide j. & credo ꝙ nō ſit cōpletus,& de materia vide Bar.in l.j.C.de rela. & ibi vide apoſt. & an poſsit peti cōſiliū ſapiētis poſt concluſum in cauſa vide conſi.Ioā.de Ana.& Flo. vbi cōſuluerunt ꝙ nō pōt peti. vide Berth.in ſuo repertorio in ver. cōſiliū ſapiē.in ver. vj.& vide Feli.ī c.paſtoralis.in viij.co. de exce.& in c. cū dilectus. in vij. colū. de fi. inſtru. & Alex.in l.ſi ſit ſtip.in fi.de ver.obli.Tho.

in iudicem impetrat, & idē dico generaliter vbicunq; prælatus impetrat in iudicem ſuū vel quilibet dñs ſubditū ſuū . Itē ſi iudex eſt cōſanguineus illius ꝗ eſt inimicus impetrantis.& dico inimicū, qui violenter deiecit eū de poſſeſsione ſua:vt in d.c.accedens.& in c.itē cū quis.de reſti.ſpo. Idē dico generaliter vbicunq; iudex eſt inimicus impetrātis.extra,de appel.c. ſecūdò requiris.& dico generaliter inimicos, ꝗ in ſecreto & in publico interrogati dicunt ꝙ ſunt inimici illius cōtra quē ſunt literæ impetratæ,vel ꝙ non diligunt eos.extra,de accu.c. inquiſitionis. vel ſi dicunt ꝙ libenter nocerent ei contra quē ſunt literæ impetratæ:vt extra,de offi. deleg.c. cū ſuper. alijs modis poterit cōſtare tam de facti offenſione quā expreſsione ſtatuti alicuius.Item ſi iudices habēt cauſam cōtra illū,cōtra quē ſunt literæ impetratæ:vt notat̄ ſuper illa decretali, cū ſuper abbatia. Itē ſi aliquis appellauit à iudice ordinario vel delegato,ſi pēdēte appellatione cōueniat̄ corā alio ſuper re, ſuꝑ qua nō appellauit,pōt iudicē tanquā ſuſpectū recuſare:vt extra,de appel.c.ad hæc.& c.ꝓut.ꝙ credo verū. & c. ꝓpoſuit.vt ſciatis qd ſit officiū iudicis appellationis,qualiter debet pronūciare,diſtingue vtrū appellat̄ ante ſententiā diffinitiuā vel poſt.ſi ante diffinitiuā ad hoc vt appellatio valeat, oportet ꝙ appellans aſsignauerit iuſtam cauſam & rationabilem,& iudex noluit eam recipere,& ꝙ propter illam cauſam appellauit:alio modo non valet appellatio:vt extra,de appel.c.dilecto.& iudices appellationis debent eam remittere ad iudicem à quo,& debet eum in expenſis condemnare.Barto.

*TRACTATVS DOMINI Alberti de Ramponibus de conſilijs habendis per officiales & aſſeſſores, cum additionibus & ſuppletionibus domini Bartoli à Saxoferrato.*

a CIrca practicam conſiliorum habendorū per officiales & aſſeſſores, quoniā ſæpe de facto:quæſtiones oriunt̄,ita teneatis.Et primo videndū eſt,quo ordine per aſſeſſores procedēdū ſit ad cōſiliū habendū.Secūdò, an de iure aſſeſſor inuitus cogat̄ ad habendū cōſiliū.Tertiò,an ille ꝗ eligit̄ in cōſiliariū, inuitus cogat̄ accipere.Quartò,ſi recipit,an cogat̄ iurare ꝙ bonū dabit & feret cōſiliū.Quintò, ſi electus dicat ſe dubitare de iure,an debeat ſibi dari cōſocius.Sextò, an poſtquā cōſiliarius dedit cōſiliū,poſsit illud mutare,corrigere,vel emēdare vel declarare.Septimò,an iudex vel aſſeſſor cogat̄ conſilio eius ſtare vel eū ſequi.Octauò,an electus conſiliarius poſsit recuſari. Nonò, qualiter ꝑ receptū cōſiliū debet ꝓnūciari.Decimò , ꝗ tantū debeat ſoluere ſalariū cōſultori.Super primo ſic breuiter dicendū ꝙ ſuper forma habēdi cōſilij quaſi vbicunq; ſunt ſtatuta & cōſuetudines,prout ea inueneritis ſeruata.Si aūt ſtatuta vel cōſuetudines nō ſunt:ſi quidē ex ſeipſo velit cauſam cōmittere, ꝓcedent tali forma:qa dicūt partibus, intēdo habere cōſiliū ſapiētis ſuper tali q̄ſtione , vnde ſtatuo vobis terminū vſq; ad talē diem ad dandū ſuſpectos,& faciet ſcribi terminū,& ipſo termino elapſo ſi partes ſuſpectos dederint,vel altera ipſarū vel nulla,committat iudex q̄ſtionē ſ.numerū ſuſpectorū,qm̄ graue eſt ſub ſuſpecto iudice litigare.C.de iud.l.aptiſsimi.& aut. ſi verò cōtigerit.Vnū tñ ſcias,ꝙ ſi ꝑ eos vel alterū ipſorū vicinos daret ſuſpectos,iudex taxet numerū ſuſpectorū ꝓ cauſæ qualitate & loco, vbi cōſiliū datur:ar.ff.de teſt.l.j.cū ſi.Tu aūt iudex ſuſpectos tibi ſerua:vt ſi diceret aliqua partiū conſultorē de numero ſuſpectorū retractetur ad originalē ſcripturā,& dabit̄ vnus conſiliarius vel plures,prout partes cōcordabūt,vel cauſæ qualitas req̄rit. In quibuſdā autē partibus dant̄ cōfidētes:& hoc eſt ſatis bonum,quo vel q̄bus cōſultoribus electis ſcribat̄ in actis cōmiſsio & articulus quæſtionis:vt extra, de ꝓbatio.c.qm̄ contra falſam. Si verò volueris ſibi cōſiliū exhiberi,vt qa perpendās iudicē de medio cōtra te eſſe vel potius inclinare,ita ꝓcedes:qa venies coram iudice dicēs,Dubiū nō eſt,domine iudex,quòd omnia quę recto cōſilio agunt̄,meritò firmitatē & effectū cōſequunt̄:vt C. de repud.reis:& dubiū intēdo:ergo cōſiliū dicta lege & prouerbium vbi dicit̄,omnia fac cū cōſilio,& poſt factū nō pœnitebit. placeat vobis ſuꝑ hac cauſa dubia ſapiētis habere conſiliū. quęrebat enim Imperator conſiliū ſapiētis,& ſequebat̄ illud:vt ff.de de fund.inſtruct.l.quæſitū.in prin.& l.ſi in ędibus.ff.de damno. infecto.Et illud,ꝙ à pluribus quærit̄,facilius inuenit̄,iuxta ſententiā Auguſtini xj.diſtinctiōe.de q̄bus hæc & alia dicta, vt aſſeſſoris animū trahat ad cōſiliū habendū. Sed q̄ro an iudex medius inuitus cogat̄ habere cōſiliū:& videtur ꝙ ſic.Nam Imperator dicit omnia ſe facturū cùm cōſilio procerū ſuorū. C.de legibus & cōſtitutioni.l.humanū.& etiā in rubri.videtur velle cōſilium habere:vt ff.de dona.l.Aqullius Regulus.C.de repud.l.nō dubiū.C.de iure deliberā.l.fi.& optimè dicit conſiliū habēdum lex ff.de bonorū poſſeſ.l.in ꝙ bonorū.& C.de ingenu. & manu. l.iij.Ecōtra ꝙ non teneatur habere,omnis enim iudex pręſtat iuramentū ſe iudicaturū ſecundū legē ī aut̄.de iureiurādo ꝙ pręſt. ab his.§.deuotos,colla.ij.& in aut̄.de defenſo.ciuitat.§.iuſiurandum.collat.iij.& de iudi.§.autē omnes iudices.collat.vj. Itē quia conſiliū non eſt obligatoriū.ff.manda.l.ij. in fin. Secūdò dic qđ ſi iudex vult,poteſt cōſiliū habere,per iura ſuperius allegata ſecundùm cōmunem opinionē.Sed dñs Vbertus de Bobio dicit ꝙ ſi aſſeſſor eſt bene peritus in iure , nō tenetur:aliàs autē ſi non eſt,vel eſt iuuenis,teneatur de iure & bona cōſuetudine. Iudex verò de medio ſedens,credo quòd melius fecerit ꝓ exoneratione ſui,niſi euidēter videat malitiam & infruſtrationē:quia boni prætoris eſt lites diminuere.ff.ſi cert.peta.l.quidā cū ſi. & nemo tam audax iudex inuenitur,&c.vt l.properandū.C.de iud.Si autem iudex medius conſultorē dederit,& elegerit, an electus cogetur inuitus?Et dicendū eſt ꝙ ſic:quoniā iudicare,publicū munus eſt,quod in inuitū cōfertur:vt de mune.& hono.l. munerū. §.iudicādi.& l.pen.§.qui autē.ff.de vaca.mu.& ff.de iudi.l.cū furioſus.& C.de aduoc.diuer.iudic.l.ſcimus. quæ iura quāuis loquantur in iudicibus delegatis,idē dicit lex in conſultationibus aſſumptis:vt C.de proxi.ſacr.ſcrin.l.in ſacris. & ibi nota. hoc eſt verum , ſi ille qui eligitur in cōſiliariū eſt ſubditus iuriſdictioni eligētis.C.qui pro ſua iuriſdictio.l.j.& etiā ſint vera omnia prædicta,niſi illi,qui dant̄ in cōſiliarijs,vel aliter ipſorum ſint ipſius cōſiliario ſanguinis affinitate adſtricti,& ideo nolit cōtra eos cōſiliū adhibere:vt C.de excuſa.tuto.l.humanitatis.& l.qui iuriſdictiōi.ff.de iuriſd.om.iud.ff.de īiurijs.l.lex Cornel.cū ſi.Sed poſt quàm cōſultor officiū conſulēdi recepit,an cogatur iurare quòd iuſtū & rectū conſiliū dabit?Videt̄ quòd ſic, ad ſimilitudinē teſtis,cui nihil credit̄ ſine ſacramēto.C. de teſti.l. iuriſiurādi.& ad ſimilitudinē iudicis.C.de iudi.l.rem nouā.& in aut̄.ibi poſita. & & præallega.§.deuotos. & in aut̄. iuſiurandum quod præſtatur ab his.& §.iuſiurandū.& in aut̄.de defen.ciuita. & in aut̄. de iudic.§.omnis autē iudex.videtur qđ cogatur iurare ex prædictis: ecōtra quòd nō.Primò quòd nulla lege vel cōſuetudine cauet̄. C.de colla.l.illā.circa mediū.& ideo video quòd eſt eius qui datus eſt arbitrio homine nō iurat,nec iurare cogit̄.C.de arbit.aut̄. decreuit.Sol.Dic quòd ſi cōſiliarius eſt clericus,nō iuret,et qđ clerici non iurant,niſi cauſa neceſsitatis.C.de epiſc. & cleri.l. cū clericis.& ibi de hoc in ordi.ap. Si autem eſt laicus & in officio cōſtitutus,& ſic iurat in principio anni,nō cogit̄ iurare nuncq̄ ratione primi ſacri nō præſumit̄ immemor ſalutis æternæ.C. ad l.Iuliā repe.l.& ne crebra fiat præſtatio iuramēti. C. de iureiurā. aut̄.ne ſæpius.& C.de cura.furio. l.pen. cū ſimi.Si autē nō iurauit,& in principio anni erat in aliquo officio conſtitutus:tūc relinquit̄ arbitrio iudicātis,vt reſpicit qualitatē cauſæ & conditionem perſonæ cōſultoris, vt ſic procedat ad tollēda iura vel non tollenda.Sed quid ſi cōſultor recepit officium conſulendi in aliqua quæſtione ſiue puncto : iudex vult quòd conſulat : conſultor dicit ſe dubitare de quæſtione,ſibi non liquere de iure, vnde petit ſibi dari conſociū vel ſocios,alias denegat ſe velle dare cōſilium:



nunquid debeat ſibi dari?Et videt̄ quòd ſic quia iuſtę deliberationes non ſunt denegandæ ſeu auferēdæ alicui.ff. ad Trebel.l.ſed & ſi.§.plane.de iureiur.l.iuſiurandū & ad pecunias.ī fi. & de interroga.act.l.quia.& C.de iure deliberan. l. ſi curatori in fi.ff.de ſucceſ.edict.l.j. §. Largius.cùm ſimili.Et ad hoc fuerunt inuēti tituli de iure deliberand.C.& ff.Si enim non daret̄,cogeretur anceps ſubire periuriū. quod eſſe nō debet.ff.rerum amota.l. Marcellus.ff.de in lit.iu.l.videamus.§.j. Video etiam ꝙ vbi etiā arbitri nō ſunt in cōcordia,eligit̄ cōſocius , id eſt tertius arbiter. ff.de arbi.l.ſi vnus.§.principaliter.Solutio dic qđ quāuis debeat cogi cōſulere poſtq; ſuſcepit,arg.ff.de arbit.l.iij.§.tametſi.imò,ꝙ plus eſt,ab initio cogit̄ ſuſcipere inuitus,vt ſuprà dictū eſt, ſi de iure dubitat:tamē eſt ſocius adiungēdus delato ſibi iureiurando ſi iudici ſederit,per l.C.de his qui ad eccle.confu.l.præſenti.§.ſane.Præterea,lex hoc videt̄ dicere expreſsè:& quia iudices de iure dubitātes referūt quæſtiones.C.de rela.l.fi.de iudi.l.eum quē. j.reſpō.cum ſuis ſimi. Quid ſi cōſiliarius recepit cōmiſsionē, & dederit conſiliū aſſeſſori:nūquid ſi reddat & velit cōſiliū emēdare,corrigere,vel mutare,vel declarare,an poterit?Videturꝙ ſic, per l.C.de furt.l.manifeſti.§.ſed cū in ſecūda.ecōtra ꝙ non:quia functus eſt officio ſuo,ſiue bene ſiue male:vt ff.de re iudi.l.iudices.Solutio:Aut vult incontinēti mutare,& anteq; deſcēdat de palatio,aut ex poſtfacto poſtq; fuit domū,ſ.incontinēti bene ꝑ poteſt:quia quæ incontinēti fiunt ſtatim,ſuſpicione carent:vt in authen.de æqua.dot.§.& ſi quidē.collatio.vij. ſi poſtq; fuit domū, aut mouet̄ aliqua lege vel bona ratiōe,tūc audit̄:ſicut in l.lecta. ff.ſi cert.peta.quia ibi fuit auditus Papinianus:quia nonnunquā variantē prætor repellit:vt ff.de colla.bono.l.nonnunq;. Si verò nō mouetur aliqua lege vel bona ratione,non eſt audiēdus.arg. ff.de tranſact.l.his qui §.in cauſa.ff.de his qui no.infa.l.ij.§.ignominiæ.ff.de dona.l.nuda.quia præſumit̄ machinatus ex poſtfacto,vt dicit d.§.ſin autē.in authē.de æqua. do.vtrū autē valeat declarare.dic vt not.ff.de reg.iuris.l.in ambiguis.Septimò,an iudex coget̄ ſtare cōſilio,ſi dat̄ per cōſiliariū,& illud ſequi?Et videtur quòd nō:quia conſiliū non eſt obligatoriū.ff.mand.l.ij.in fi.de reg.iuris.l.cōſilij.de admini.tut.l.cū quidam.de teſtib.ff.de cōdi.& demonſtra.l.cū tale.alias,reſcriptū.§.ſi arbitratū.ff.manda.l.idemqúe. §. ſi quis. Econtra videt̄ quòd ſic:quia ſicut in eo fuerit volūtas habere vel nō habere conſiliū : ſic illud habitū tenetur de iure ſequi.ff.de arbi.l.tertia.§.tametſi neminē. ff. cōmo. l.in cōmodato.§.ſicut.C.de acti.& ob.ſicut de admini.tut. l. Titium & Mæuiū.§.j.Solu.Dic.quòd ſi partibus cōuocatis & pręſentibus & conſentientibus eligit conſiliariū, tenetur eius conſilium ſequi & obſeruare,per iura ꝓximè dicta,& hoc verū, dummodo cōſiliarius non det expreſsè cōſiliū contra legē vel ius:qa tunc iudex non tenet̄ conſiliū ſuum ſequi.ea enim quę ſunt cōtra iura,nō ſunt admittenda.C.de præci.Impera.offe.l.reſcripta. & ſi contrarius vel vti.pub.l.fi.& ff.de reg.iu.l.ius noſtrū. Itē cū conſiliarius arbitratur authoritate ſibi cōceſſa,priuilegiū conceſſum meretur amittere.C.de Iudæ.l. Iudæos.cum ſi.Octauò quęro:electus cōſiliarius cū ſacramēto vel ſine,ſi alleget̄ noua cā ſuſpicionis ſuperueniente,an poterit remoueri.Et nō video quare nō ad ſimilitudinē iudicis delegati,vt C.de iu.l.apertiſsimi.imò ſicut in iudice nō eſt neceſſaria cauſæ expreſsio , ſic nō videtur neceſſaria in iſto:& hoc vbi iudici videtur fruſtratoriè vel calūniosè hoc peti.Nonò quæro poſtq; conſiliū fuerit datū,qualiter ſit ꝓcedendū, & ad ipſius ꝓnunciationē circa quod aſſeſſor accipiat conſiliū ſapiētis ſigillatū vel charta publica:& aperiet coram partibus,& ipſe leget & condēnabit, vel abſoluet ſecundū formā & tenorē iſtius cōſilij,ſubijciens in fin.vnde viſo & lecto cōſilio prædicto ſequēs illud abſoluo vel condēno,&c.Sed ponamus ꝙ iudex ſeruauit talē modū:quia lecto cōſilio dixit in fine:quare do.iudex pronūciauit in omnibus & per omnia, prout in dicto cōſilio contineт̄,nec cōdēno vel abſoluo,dixit &c.nunquid valebit ſentētia?Primò videtur ꝙ nō:quia omnis ſententia debet cōtinere abſolutionē vel condēnationē,alias non valet:vt C.de ſentē.& interlo.l.præſes.ff.de arbi.l.quid tñ.de re iu.l.j. vel æquipollēs:vt ff.eo.ti.l.in ſumma.Cùm igitur huiuſmodi pronūciatio abſolutionē vel condēnationē non contineat, nec æquipollens:quia dixit,pronunciamus prout in dicto conſilio continetur.non valet,& hoc eſt:quia videtur expreſsè dici.ff. iudica. ſolui.in l.iudi.ſol.ibi ꝓnunciauit &c.econtra videtur : & primò illa ratione generali:quia quæ in præfationibus dicūtur:in ſequētibus repetita eſſe intelliguntur.ff.de ver.ob.l.Titia. §.idē reſpōdit.ff.de condi.inſti.l.cū ſeruus.ff.de ſer.expor.l.ſi Sabinarū.ff.de lega.j.l.talis ſcriptura.in quibus legibus intelligitur tacita repetitio facta.Sic igitur quando fit talis pronūciatio , vt quia dixit, pronūcio ſicut in prædicto conſilio cōtinetur:condēnatoria,vel abſolutoria,vel ęquipollētia cōſilij vidētur repetita:maximè qa ex tali repetitione nō inutile fit ꝙ agitur,imò confirmatur, vt in prædicto §.idē reſpōdit.vt in l.Titia.ff.de lega.iij.& l.in repetendis.per hoc enim res potius valebit q; peribit:arg.l.quoties.ff.de reb.dub.Præterea,hæc ſunt expreſsè repetita verba cōſilij incq;tum dixit,ꝓnuncio:vt in d.cōſi.cōtinetur.Ex tali enim pronunciatione vidētur verba conſilij confirmata:vt Inſti. māda.§. tria genera.& ff.mand.l.ij.in fi.& ff.de admi.tu.l.quidam decedēs.§. Papinianus & l.Titiū & Mæuiū.in fi.j.reſpō. & quippe confirmando videtur cōfirmata ꝓtuliſſe.ff.de iuſti.& iure.l. ius ciuile. & de adopt.l.adoptio.& de verb.ſig. l. obiurare.& in aut̄.de defen.ciui.§.interim.quia ſic ꝓferens fictiōe iuris abſoluiſſe vel cōdemnaſſe dicūtur:aliter vidētur ꝙ propter verba cōſilij abſolutoria vel condēnatoria quæ probata fingūtur, probari poteſt ꝓnunciatio tenet. Præterea,videtur gloſ.ordi.quaſi ſimile ponere C.de appel.l.eos.inquātum q̄ritur an valeat talis ſentētia,ꝓnuncio bene appellatū & malè iudicatum.qd plura?ſufficit,ſi aliqua parte actorū ſentētia certa ſit,vt prælle.l.in ſumma ſimili ſufficiat ſi aliqua parte actorū ſint verba abſolutoria vel condēnatoria,vt æquipollēs continētiæ cū conſiliū cōprehendatur appellatione actorū:vt l.ij.C.vt lit. pen.& C. de appel.à ꝓconſulibus. Videtur igitur ꝙ ꝓnunciatio valeat.ſed magis credo tutū & cōſonum rationi quod idē iudex poſt receptū cōſiliū abſoluat vel condēnet.Decimò quæritur,quid ſi cōſultores volūt & petunt ſibi ſatisfieri de cōſilio, q̄ritur quis ſalariū ſoluere debeat vtrum pars ꝗ petit.vel quæ ſuccumbit,an pars illa quæ petijt,an vtraq; pars ſicut cōmuniter ſoluatur. & videtur primò quod pars ſuccumbēs ſoluere teneatur:quia victus victori,&c.C.de iudi.l. ꝓperandū.§.ſin autem alterutra.& l.ſancimus.& in aut̄.de iudi. §. oportet.& Inſt.de pœ.teme.liti.§.pe. quare ꝗ perdit , ſoluat arg. prædictarū legū. Itē videtur ꝙ de communi ſit ſoluendum,ſ.per vtranq; partē.Ex hoc videtur dicere ff.ne quid in loco pub. l. ij. §.vicinales.vbi eſt aurea litera.& eo.tit.l.iij.§.pe. & hoc faciunt, ſ. vt communiter ſoluantur expenſæ.C.de iura.calum.l.ij. & C. de iureiur.l.generalis.§.ijſdem præſentibus.ibi vterque vel altera,&c.Itē videtur quod expenſis petentis ſoluatur : vt ff.de edē. l. prætor ait. §.fin.& l.ſequen.& C.fini. regun.l.ſi quis. §.fina.& l.ſi in emptione.§. j.cum ſimilib.quæ leges ſimile allegari poſſunt,vt ab vtraque parte perſoluatur.Solu.Dic quòd aſſeſſor ſalariū conſultoris tenetur accipere:quia nemo cogitur ſuis ſtipēdijs militare.& hoc etiam iura expreſsè dicūt C.de ſtatu.& imagin.l.virtutū præmia.& extra,de pręſcri.c.j.& debet dari ſalariū pro qualitate & facundia aduocati.ff.de varijs & extraord. cog. l.j.§.ſi iudex.cum ſimi.per quem autē ſoluatur, dic primò inſpici ſtatuta & conſuetudines. ſi autem non ſint:ſatisfaciat ille,qui conſilium petijt exhiberi,vt præal.leg.prætor.§.vltim.& per l.ſi quis. & per l. ſi in ruptione.Si autē nullus petierit, ſed iudex ex officio motus conceſsit vel ambo petant:tunc expenſis communibus vtriuſque.& hoc per pręallegata iura,& ſpecialiter per §. prouinciales.& §.ijſdem præſentibus. ibi. vtraque &c. & in authenti.de iudi.§.ne autem.& §.quia verò. cum ſimili.De ſalario autem ſoluendo per ſuccumbentem per præallega.iura non eſt tractandum : quia ſatis hoc apertè eſt tractatum,quando victus victori in expenſis condemnetur per ordinarium apparatum: vt in authenti.de iudi.§.oportet.& extra de dolo & contu.c.fin. Et hæc circa præfatam materiam breuitatis cauſa ſufficiant. Deo gratias.Albertus de Ramponibus.

Sequitur additio & ſuppletio domi.Barto.de Saxoferrato.

PVnctus autem quæſtionis ſapientis per iudicem formandus eſt ſecundum cauſæ naturam abſque læſione partium. Vnde hic quæro:ſi punctus malè formetur per iudicem, adeò quòd pars per hoc vel partes lædi poſſunt , an poterit iudici contradici ? Reſpon, ſic:vt C.de rela.l.prima.in fin.& iuſta eſt cauſa appellationis, vt

a ¶Sermo do.Bar.Ad de ꝙ iſtum ſermonē & ſequentē inueni in quodam li. antiquo manu ſcripto in domo do.Fed.do. Io.de zachis de Eugubio, in quo erãt etiã octo conſilia originalia Bar.vt dixi ſ.i j. cõſ. in ij.volu.in j. apoſt. Et Aduertendum puto ꝙ à Bart. monarcha & patre legum exiſtẽte Peruſij multi accipiebãt inſignia doctoratus, & ipſe Bar.ſemper faciebat propoſitã cũ legibꝰ & canonibus, vt refert Ang. in l. Olimpico.ff.de ſer.vr. p̃d. quod principiũ illiꝰ legis Bar.alle. in conuentu do.Olympiades de ſpole. & fecit propoſitã in ſuo ſermo. de princi. ipſius legis ipſo Ange. audiẽte, cum erat ſatis puer.ita fecit Bart.in iſto ſermo.in cõuentu do. Bonaccur. de ſaxofer. ſui fratris, q̃ poſtea fuit excellen. doct.& eius cõſi. originalia,quã plurima cum ſuis ſigillis ſunt penes me Thomã, vt etiã ſcripſi in vita Bart.impreſſa.Tho.

ibi de hoc no.& vide qđ not.extra de proba.c.quoniã contra falſam.in gl.fi. ibi:quia eſt &c.Sed quæro vtrũ iudex à ſeipſo poſſit habere conſiliũ ſapientis,& eo vti partibus inuitis,vel altera earũ. & certè ſic, ꝓut ex facto iudicis.& eſt arg.ad hoc,C. de iudic.aut.ad hæc.& de inge.& manu.l.ſi auũ & q̃ ibi dicunt.& in aut.ſi quando contigerit.in fi.poſita C.de iudic.l. conditionaliter &c.& ſapientium cõſ.nam ibi fit expoſitio per doc.& de ſen.ex bre.reci.l.ij. in prin.& facit C.de repu.l.dubiũ.ſed quid ſi conſultor aſſumptus qui ſuſcepit quæſtionē conſulendã, velit ex pòſt facto certũ impedimentũ allegare, & in quæſtione non conſulere:an ſit audiendus? Reſpondeo,illud impedimentũ,quod nũc allegat,ſi habebat eo tempore,quo quæſtionē cõſulendã ſibi imputet ꝙ ſuſcepit,& nõ auditur. aut poſt ſuſceptã quæſtionē iuſtum impedimentũ ſuperuenit:& tunc aut tantiſper expectandus eſt,quo impedimentũ ceſſat, aut alius ſubrogandus eſt:vt ff.de vac.mu.l.prætor.§.fi.facit ff.de iudi.l.iudiciũ.illud quęro cõmiſsione ſimpliciter facta, & conſilio exhibito,an pars poſsit dicere cõſiliũ iniquũ,et iniuſtũ,& indignũ executione. Et certè video hoc ſeruari ea ratione:qa dicit querelã grauaminis habere inſtar appellationis.ff. de arb.l.non diſtinguemus.§.cũ quidam.ſi ſi dixerit ſe prædicto modo grauari.& ſi ſecũdò denuò fuerit ſuper eo aſſumptus cõſultor,an tertiò hoc facere poterit. & vidi ſeruare licitè ſecundò,& nõ tertiò.Cũ enim querela hæc iniqui & iniuſti conſilij habeat inſtar appellationis:vt in d.§.cũ quidã. & licitũ ſit ſecũdò & nõ tertiò appellare:ergo nec dicere ſe grauatũ vel iniquè conſultũ.C.ne in vna eadēq; cauſa l.vnica. Sed pone conſultorē cõſuluiſſe & iudicē ita ſecutũ conſiliũ ita pronunciare,an à tali ꝓnunciatione poſsit appellari? Puto ꝙ ſic:licet de concordia partiũ fuerit aſſumptus cõſultor. Nã & à iudice delegato de partiũ voluntate aſſumpto nõ eſt dubiũ poſſe appellari,cũ non inueniat prohibitũ:ergo conceſſum.C.de appel. l.præcipimus.& l.in maioribus. Itē à laudo ſeu ſnĩa arbitri receditur,licet concorditer fuerit electus ſiue aſſumptus, ſi iniquè fuerit arbitratus.ff.de oper.liber.l.ſi libertus.& pro ſocio.l.ſocietatē & l.ſi certa.& de conthen.emp.l.hæc venditio. Sed quid dices, ſi quis dicat conſiliũ contra ſe latũ iniuſtũ & iniquũ eſſe, & petat illud reformari cõſilio ſapientis,& ſuper hoc fuerit alius cõſultor aſſumptus:an per hoc præiudicat ſibi ne appellare poſsit à pronunciatione facta per iudicē ſecundũ formã primi cõſilij? argumentũ ꝙ ſibi p̃iudicet ꝓpter electionē:cũ idem ſit effectus vtriuſq; viæ.Ad hoc faciunt oĩa iura q̃ dicunt electionē præiudicare.ff.de tribu.lege,qđ in hæredē.§.eligere. de le.ij.l. cũ filijs.§.varijs.& l.ſtatuliberũ.§.fi.in fi.& de curato.furio.l.eius bonis. argu.cõtra.nã cũ hæ duæ viæ licet diuerſæ ſint,eundē effectum habeant:non tñ videt inuicē ſe excludere:vt C.de inoffi. teſta.l. eum qui.ſed certè nec ibi dicitur vtraq; via agi poſſe. Barto. de Saxoferrato hæc addidit.

a Sermo do.Bar.ᵃ tēpore doctoratus dñij Bonacurſij fratris ſui.

BOnum eſt nomen meum.

Teſtis debet reddere cauſam ſui dicti ſufficiētem ſimpliciter, ſi de ea fuit interrogatus.in tracta.de teſti.nu.2. fo.172

Teſtis qui deponit per verbum,videtur,non probat.in tracta.de teſti.nu.20. fo.173

Teſtis dicens,vidi Titium poſsidere:& mihi videtur quòd ſunt decem anni,probat.ibidem.

Teſtis deponens ſuper ijs,quæ ita nobis cōmunia ſunt quòd aſpectu ab omnibus cognoſcuntur:vt in lapide,ligno, & ſimilibus, & dicat quòd erat lignum,quia vidit,probat.in tract.de teſti. numero 23. fo.173

Teſtis,qui dixit,neſcio aliter quàm dixerim. vel ſimpliciter dicat, neſcio,debet intelligi eo modo,ne ſibi contrarius ſit.ibidem.

Teſtis deponens circa aromata,lapides pretioſos, & ſimilia, ſufficit quòd dicat ſe vidiſſe,& ſe ſcire illius conditionis eſſe.ibidem numero 24.

Teſtis ſi dixit quòd vidit tradi decem corbes frumenti, probat. ſecus ſi dicit quòd vidit tradi aceruum frumēti quod erat decem corbes.in tracta.de teſti.nu.53. fo.175

Teſtis deponens de quantitate vrbis, qualiter deponere debeat vt probet.ibidem,nu.54.

Teſtis quòd non poſsit dictum ſuum in ſcriptis deponere,maximè in criminalibus.in tractatu de publica.teſtium.nu.90. fo.191

Teſtis non examinatur ſuper articulo,ſuper quo non eſt inductus: & quando iurat ſuper eo, ſuper quo non fuit inductus. ibidem, numero 91.

Teſtis deponens ſuper dependentijs,& connexis, non dicitur deponere extra articulum.in tracta.de pub.teſt.nu.92. fo.192

Teſtis non tenetur recordari de tempore. nec vitiatur dictum, ſi non deponit de loco, & menſe.& non tenetur habere notitiam diei,quando eſt de ſubſtantia. Melius debet recordari de loco quàm de tempore,in criminali non tenetur de die deponere. de publica.teſt.nu.209. fo.195

Teſtis ſi non recordatur de tempore, valet teſtimonium eius in interdicto. Et ſi errat in tempore, probatur ſpoliatio. ibidem,numero 210.

Teſtis, qui in ſua teſtificatione aliquid falſi inſerit, vel addit, aut vera detrahit, tota teſtificatio vitiatur. de publica. teſtium. numero 240. fo.196

Teſtis in articulo mortis conſtitutus, ſi dicit ſe falſum depoſuiſſe, non nocet victori.ibidem,nu.241.

Teſtis deponens aliquem cerdonem alicuius artis, ſi dicat quòd vidit eum exercere dictam artem probat. in tracta. de teſtibus. mero 61. fo.175

Teſtis etiam ex interuallo declarat dictum quando fungitur officio iudicis & teſtis.in tracta.de publi.teſtium.nu.109. fo.192

Teſtis qui variat,an probet, & ſi dicit primò quòd nō recordatur, poſtea ſic,ſtatur ſecundo dicto.ibidem,nu.110. fo.192

Teſtis dicto facto in iudicio ſtatur,licet cōtrarium extra iudicium dixerit.ibi.nu.110.

Teſtis ſi dixit hodie,neſcio,poteſt cras dicere,ſcio, & ſtatur ſecundo,ſi dicat antequàm ſit loquutus cum parte.ibi.nu.111.

Teſtis deponens ambiguè, quando poterit interpretari pro quo depoſuerit.ibidem.nu.112.

Teſtis,qui dicit teſtamentum falſum, ſed de tenore non recordatur,non impedit aditionem ex teſtamento.de publi. teſtium. numero 196. fo.195

Teſtis qui dicit notarium erraſſe,puta non audiuit hæc verba, probat errorē,ſed non qualiter de publicatio.teſtium.nu.197. fo.195

Teſtis ſemel inductus ſi ſuper eodem ſecundò inducatur, & dicat. non recordari,qualiter depoſuerit,& aliter deponat, an probet. de publi.teſt.nu.198. fo.195

Teſtis dictum trahitur ad tempus iuramenti.in tracta.cir.mate.teſtium.in verb.qui teſtium.nu.27. fo.189

Teſtis deponens per verbum, credit,quam probationem faciat.in trac.ad reproba.teſtium facil.nu.59. fo.185

Teſtis infamis non admittitur in verb.teſtium facilita.in tracta.ad repro.teſtium.nu.1. fo.183

Teſtis qui falſum dicit, reprobatur. in tracta. ad repro. teſtium, in verſi.teſtium fa.nu.21. fo.184

Teſtis reprobatur ex illis cauſis,ex quibus iudex vt ſuſpectus recuſatur.nu.36. fo.184

Teſtis, qui interrogatus dicit ſe homicidam, non poteſt puniri.in tracta.cir.mate.teſt.in verb.qui teſtium.nu.17. fo.189

Teſtis iurans dicere veritatem,ſuper tota cauſa principali, intelligitur etiam ſuper emergentibus.in tract.cir.mate.teſt. in verbo, qui teſtium.nu.69. fo.191

Teſtis interrogatus in cauſa ſcientiæ,ſi dicit ſcio quia ſcio,non probat.in tracta.de teſti.nu.3. fo.172

Teſtis reddere debet cauſam dicti per alterum ex quinq; ſenſibus corporeis.in tracta.de teſti.nu.4. fo.173

Teſtis dicens quem dominum,& nō reddens cauſam dicti, etiam non interrogatus non probat. idem ſi dixerit quem ebrioſum. ibidem,nume.5.

Teſtis deponens ſuper ijs, quæ diſcurſu intellectus percipiuntur, debet reddere cauſam dicti ſui,etiam non interrogatus. ſecus ſi ſine diſcurſu,vel modico.ibidem,nu.6.

Teſtis deponēs fundum valere decem,non probat, niſi reddat cauſam ſui dicti.ibidem,nu.7.

Teſtis deponens quem dominum adijciēs cauſam: quia vidit eum tanto tempore, quòd præſcripſiſſe probat vtile dominium. ibidem,nu.8.

Teſtis de cauſa cauſæ,non interrogatus,non deponit.ibidem, numero 9.

Teſtis dicens aliquem poſſediſſe,quòd probet etiam ſi non adiecit cauſam.ibidem,nu.10.

Teſtis dictum quando probet,qui dicit ſe à ſuis audiuiſſe antiquis fide dignis.Barto.in ſuo tracta.de teſti. verſi. hanc eandem.numero 11. fo.172

Teſtis dictum qualiter probet de re perempta,ſeu deperdita, cùm

hoc priuationem ſignificet.Bar.in d.ſuo tracta.de teſt. verſi. per emptam.nu.32. fo.174
Teſtificans corruptus pecunia repellitur.in tracta.ad reproba.teſt. in ver.teſtium fa.nu.22. fo.184
Teſtimonia iudiciaria duobus modis dicuntur.in tracta. de publi. teſtium.nume.100. fo.192
Teſtium dicta an faciant fidem in alia inſtantia an cõtra ipſoſmet teſtes.de publi.teſtium.nu.205. fo.195
Teſtium dicta ſcribi debent. in tractatu de publi. teſtium. numero 98. fo.192
Teſtium cõtrarietas vel varietas,qualiter ſit cõcludẽda,etiam vt ꝓbent.de publi.teſtium.nu.230. fo.196
Teſtium receptio cõtra nõ citatum,nõ valet.in tract.cir.ma.teſtiũ. in verbo,qui teſtium.nu.43. fo.190
Teſtibus ſimul examinatis licet probent,tamen nõ creditur.de publi.teſt.nu.194. fo.195
Teſtibus diſcordantibus de valore,ſeu æſtimatione rei,quibus ſtetur,& quomodo magis duobus affirmãtibus,quàm mille negãtibus credatur.in tractatu de publica.teſtium.nu.184. fo.194
Teſtibus cõtrarijs,& inter ſe repugnãtibus abſolute & ſimpliciter, nõ adhibetur fides.de publica.teſtium.nu.215. fo.196
Teſtes ſi variant qualiter reducantur ad cõcordiam.vide Nellum de ſacto Gemini.de publi.teſtium.in verſicu. contrarietas. numero.230. fo.190
Teſtes falſi puniri debent,& quando dicantur falſum communiſiſſe,& qua pœna veniunt puniẽdi.Nellus plenè in verſi.falſus. de publi.teſti.nu.231. fo.196
Teſtes nõ præſumuntur rogati,cũ ſit ſolẽnitas extrinſeca, quæ regulariter nõ præſumitur.Nellus in verſicu.non præſumuntur. nume.247. ibid.
Teſtes an debeãt cognoſcere cõtrahẽtes,vide ibidem. fo.196
Teſtes ſi cõtradicãt in inſtrumẽto publico quid iuris.vide de cõtrarie.teſti.in verſi.cũm teſtes.nu.1.cum ſeq. fo.182
Teſtium dicta an perempta inſtãtia iudicij perempta ſint.vide ibi. nume.12. fo.182
Teſtes qui reprobẽtur,vide pleniſsimè per Iaco.Aegidium in ſuo trac.ad proba.teſt. fo.182
Teſtes qualiter ſint examinandi,vbi & quando.vide plenè Nellũ de ſancto Gemi.in verbo qualiter teſtes.nu.1.cũ multis ſeq.circa materiam teſtium. fo.192
Teſtibus reprobatis quæ pœna venit imponẽda.in trac.ad repro.teſtium.nume.64. fo.185
Teſtis an poſsit eſſe frater in cauſa criminali fratris,& quid de alijs conſanguineis & affinibus.vide plenè per Iaco.Aegid.in tract. ad reprobationem teſtium.verſicu.quæro an frater. numero. 1. cum ſeq. fo.186
Teſtium dicta debent cõcludere in cauſis ſummarijs,ſicut in ordinarijs,& quid de publicatiõe teſtium.Bar.in extrauag.ad repri. in verſi.& figura.nu.14.& 15. fo.102
Teſtis poteſt eſſe procurator & aduocatus in cauſa,in qua procurauit vel aduocauit de iure ciuili & canonico.Bar. conſi. ccxiij. inci.an aduocatus.nu.1.& ſeq. fo.67
Teſtis in accuſatione adulterij ſi dicat quòd eſt publica vox & fama adulterum cognouiſſe vxorem talis,& quòd vidit eos in actu propinquo commiſceri,& nõ propterea probat adulterium niſi primò probet matrimonium fuiſſe inter adulteram, & eius maritum:& dictum teſtis non trahitur ad conſequentiam. Bart. in conſi.cxiij.incipi.proceſſum.nu.1. fo.38
Teſtium publicatio non impedit quin iudex ex officio poſsit examinare teſtes.Barto.in conſili.xxxviij.in ſecundo volumi. numero 4. fo.207
Teſtium publicatio ſola non ſufficit ad effectum, vt non poſsint examinari teſtes.Bar.in dicto cõſi.xxxviij. fo.207
Teſtium publicatio non poteſt peti ab eo qui eos non produxit,& regulariter atteſtationibus publicatis nõ poſſunt amplius teſtes produci fallit tamen in pluribus caſibus,vt per Nellum ibid. de publi. teſt.in verſi.publicatis. fo.193
Teſtium dicta ad hoc vt valeat quid requiratur.vide plenè ꝑ Nellum ibid.in verſi.teſtibus. fo.193
Teſtibus quando ſit fides adhibenda,& quando nõ. Nellus ibi. in verb.quæro. fo.195
Teſtis non tenetur releuare illud quod iurauit,ſecrete intelligitur, niſi ex iuſta cauſa releuetur.Nellus ibid.
Tempus laudi quo mãdatur quod intra xv.dies debeat aliquid facere à quo tempore currat.Bar.cõſi.ccxxx.nu.1. fo.71
Teſtibus nõ productis ab accuſatore in cauſa criminali,an ſit adhibenda fides vel non,ſi iudex tales teſtes non productos examinet,qui plenè deponunt contra accuſatum.Barto.in xiij.queſt. ſua diſpu.numero 1.& in ſeq.q. eiuſdem.q. nume.1. cum multis ſequen. fo.92.
Teſtes,qui iurauerunt in termino,poſſunt examinari poſt terminũ Bar.in cõſi.xxvij.in ij.volu.nu.1. fo.204
Teſtis,qui iuraui ad inſtantiam partis,poteſt examinari ipſa parte inuita ad inſtantiam alicuius partis.Barto.in d.conſili.xxvij. numero.2. fo.204
Teſtis de familia nõ poteſt eſſe.Barto.in cõſi.iij. incipiente, quæritur. fo.26
Teſtes ad probandam innocentiam per verbum credo, videntur probare.Bar.in conſi.xvj.in ſecundo volumi.nu.6. fo.201
Teſti deponenti de facto proprio quod ipſe fecit non exiſtentibus alijs indicijs,an credatur.per Barto.in conſili.xix. in ij. volumi. numero 4. fo.202
Teſtis,ſi dicit numeratam fuiſſe pecuniam Titio,& alius dicat numeratam fuiſſe vxori ipſo præſente an credatur.per Bar.vbi ſupra.nume.3. fo.eod.
Teſtis productus non poteſt opponi per producentem, & eſt omni exceptione maior.Barto.in conſi.xx.in eodem volumine. numero 2. fo.202
Teſtis ad probandam vſurariam prauitatem quomodo debet deponere.Bar.in d. conſi.nu.3. fo.203
Teſtes quando dicantur contrarij.& plura de hac materia vide pleniſsimè de contra.teſti.nume.1.cum pluribus ſequen. in verbo, cum teſtes. fo.182
Teſtium dicta non debent aperiri abſente parte cõtra quam teſtes producuntur.vide circa materiam teſtium in verbo,dic ſi teſtes numero 8. fo.181
Teſtibus productis arbitrio iudicis quæ dilatio ſit danda,& de cõditione teſtis dabet iudex inquirere.Nellus de ſancto Gemi. in verſi.debet.nu.1. fo.190.
Teſtes citati ſi nõ veniãt,quod remedium competit cõtra eos.Nellus circa materiam teſtium in verbo,ſi teſtes.nu.38. fo.190
Teſtis debet ſatiſdare de non recedendo,vel ſi non poteſt,debet iurare,& ſi alterum non facit,vebet duci ad carceres. Nellus. numero 41. ibid.
Teſtes conducũtur de prouincia in prouinciam,vel de ciuitate in ciuitatem,ſi iudici videbitur illud expediẽs. Nellus ibidem, in verſi.debet.nu.48. fo.190
Teſtes ſi ſunt præſentes,non poteſt alij iudici committi examinatio.Nellus ibidem circa materiam teſtium.in verbo,ſi teſtes. numero 52. fo.190
Teſtis iurare debet dicere veritatem quoties interrogabitur, & plura de forma iuramẽti teſtium.Nellus de ſancto Gemi.in verbo, iurare circa mate.teſt.nu.59.cum ſeq. fo.190
Teſtium dictum probat aliquem mortuum,qui interfuerunt eius ſepulturæ, non quòd ipſi viderint cadauer, quia erat in capſa coopertum, ſic tunc ab hominibus dicebatur. Bartolus in ſuo tracta.de teſtibus. verſicul. mortuum hominem. numero 39. fo.175
Teſtes,qui reijciũtur ipſo iure,vide plenè circa mate.teſti.in verb. circa materiam.per totum. fo.180
Teſtibus quibus eſt potius credẽdum. circa mate.teſtium. ver.dictum eſt. fo.180
Teſtium numerus quotus eſſe debeat,& ſufficiat:vide plenè circa mate.teſt.in ver.dictum eſt. fo.180
Teſtificari prohibentur in cauſa criminali omnes, qui prohibẽtur accuſare Nellus de ſancto Gemi.circa materiam teſtium in verſicu.videamus. fo.188
Teſtis nõ poteſt eſſe inimicus.quid de amico, an poſsit teſtificari pro amico, an pater & mater pro filio:& quid de cõſanguineo. Nellus ibid.circa mate.teſt.nu.3. fo.188
Teſtis quãdo poſsit eſſe ſocius pro ſocio,& quid de domeſticis numero 10. ibid.
Teſtis quãdo poſsit eſſe vaſallus pro domino.nu.11. ibid.
Teſtificari an poſsit cedens pro ceſsionario.nu.34. fo.190
Teſtimo



Teſtimonium non dicit impubes,& quid de religioſis, de ſeruo, cæco,paupere,& his,cum quibus non eſt teſtamenti factio.ibi. nume.21. fo.189
Teſtimonium non dicit iudex,aduocatus,procurator,aſſeſſor,executor,actor,vel arbiter in eadem cauſa appellationis,vel principali.ibi.numero 31. fo.189
Teſtimonium quando dicit mulier, & quando non quid de fideiuſſore,& quid de cedente, an poſsit teſtificari pro ceſsionario. Nellus ibi.nu.32.33.& 34. fo.190
Teſtes citati ſi non veniant,quod remedium competit contra eos. Nellus de ſancto Gemi.ibi.nu.38. fo.190
Teſtes qualiter produci debeant,& de ordine obſeruando circa tẽpus probationum.Bar.in ſuo trac.de ordine iud.nu.16. fo.169
Teſtes quando repellantur,& de renũciatione productionis.Bart. ibi.nu.17.cum multis ſeq. fo.169
Teſtium publicatio parte non citata legitimè,an valeat,& an citatio facta in carcere valet,& non peremptoria ad audiendam ſententiam.Bar.conſi.ccxxviij.nu.5. fo.71
Teſtium publicatio facta non examinatis teſtibus alijs, qui prius iurauerant,an valeat,& an iudex poſsit refrænare teſtes, quòd non examinẽtur,poſtquam ſunt recepti.Bart.in conſi.ccxxvij. inci.Catharina.nu.3.& ſeq. fo.70
Teſtibus duobus affirmãtibus magis creditur quàm mille negantibus.Bar.in conſi.cxj.nume.2. fo.37
Teſtium reprobatio quòd ſit duplex,& diuerſa.Bart.in conſil.cxj. incip.quæritur. fo.37
Teſtes debẽt reddere cauſam dicti per ſenſum corporeum expreſſum,& quando per ſenſum in genere.Bar.in conſi.cx.nu.2. fo.37
Teſtator habens filiam ſi eam inſtituit,& extraneũ,& reliquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam omnium bonorum ſuorum,quid ipſa vxor vigore iſtorum relictorum debeat habere. Barto.conſi.clxx.nu.1.incip.Petrus maioli. fo.55
Teſtator ſi inſtituit poſthumũ ſuum hæredem, & ei ſubſtituit extraneum ac vxorem dimiſit dominam & vſufructuariam omnium bonorum ſuorum donec vidualem vitam ſeruaret, quid debeat habere vxor vigore illorum verborum.Bar.conſi. clxxj. inci.Nicolaus.nu.1. fo.56
Teſtamentum occulti excommunicati valet, publici non.& quid de teſtamẽto vſurarij.Bar.conſi.ccxxxviij.nu.1.cum ſeq. fo.73
Teſtator ſi mandauit hæredibus quòd ſoluerent legata intra certum tempus,aliàs quod deuoluatur hæreditas ad hoſpitale, ſi tamen moriantur hæredes intra prædictum tempus, & tranſit hæreditas ad alium præter ipſorum volũtatem, & non ſoluat legata:tamen hæreditas non propterea debet tranſire ad hoſpitale. Bar.conſi.ccxiij.nu.1.cum ſeq.inci.Andreas Martini. fo.68
Teſtator inſtituit filium hæredem, & ſubſtituit ei pupillariter per hæc verba,quòd ſi decederet in pupillari ætate, certę res veniũt ad Titium,& ſi Titius moreretur ſine liberis,venirẽt ad Stichũ, & certa bona mandauit dari pauperibus pupillo mortuo in pupillari ætate,eſt directa ſubſtitutio quo ad pauperes & bona debent vendi,& nõ expectare mortem Titij, cùm ſit ſolùm vnica conditio.Bar.conſi.clxxxij.nu.1.cum multis ſequẽ.incip. Titius condidit teſtamentum. fo.59
Teſtamentum aui materni,in quo præteritur nepos eſt nullum. Et tunc ſi antequam dicatur nullum moriatur nepos:an tranſmittatur hæreditas ad auunculum,vel patrum: & an propter clauſulam codicillarem valeant legata ibi facta.Bar.in conſi.xlix.inci. Nicolutius deceſsit.nu.1.cum ſeq. fo.17
Teſtamento rupto ex cauſa præteritionis poſthumi, de quo teſtator non ſperabat relicta,&c.alia non confirmantur, & de intellectu auẽ.ex cauſa.C.de lib.præte.Bar.conſi.cxlvj.incip.viſo puncto prædicto.nu.1. fo.47
Teſtator ſi inſtituit duos hæredes,& eis ſubſtituit eccleſiã, & poſtea in codicillis caſſauit vnum de illis,& alium inſtituit,ad quem debet venire hęreditas illius exhæredati.Bar.conſi.cciij.in Chriſti nomine &c.teſtator dixit.nu.1.cum ſeq. fo.65
Teſtator ſi prætereat poſthumum, & ſubſtituat extraneum, cum clauſula codicillari,ſi nõ valet,&c.licet poſtea moriatur poſthumus,non venit ille ſubſtitutus, etiam per fideicommiſſum: nec habet locum tunc auẽ.ex cauſa.Bar.conſi.ccxxxv.incip.Lapus fecit.nu.1.cum ſeq. fo.72
Teſtator ſi mandat in domibus ſuis conſtrui eccleſiam,& eam hæredem inſtituit,& ſuperuiuens alienat eaſdem domos,an valeat talis inſtitutio de eccleſia nondum facta: & an in domibus poſt ea emptis à teſtatore debeat ædificari eccleſia. Bartol. in conſil. xxvj.incip.in nomine Domini amen.teſtator &c.numer.1. cum ſequen. fo.11
Teſtator ſi dicit ꝙ reliquit filiæ ſuæ quinq; ratione legitimæ etiam ſi non dicat,& eam hæredẽ in eis inſtituo,ꝙ valet teſtamentum quia ſic videtur relinquere,ſcilicet ratio inſtitutionis.Bar.conſi. clj.inci.Marſilius inter.nu.1. fo.49
Teſtamenti diſpoſitio ad pias cauſas captatoria tenet an fratres minores poſſunt conſtituere ſyndicũ ad capiendum hæreditatem in caſu quo ipſi capere poſſunt.Bar.in conſi.vj.incip. viſo teſtamento.nu.1.& ſeq. fo.4
Teſtator habens filium ſpurium habentem filium legitimum inſtituit eos heredes,& adiecit quòd ſi filius eius quacunque cauſa non poſſet capere hæreditatem, quòd ſubſtituebat nepotem ſine aliqua diminutione:tunc tota hæreditas debet venire ad heredem tam ex inſtitutione quàm ſubſtitutione.Item non poteſt venire agnatus. Bartol. in conſilio cxcviij. numero 1. cum ſequen. fo.64
Teſtator relinquit certam rem vni,& fecit eum hęredem in eadem re,& voluit cum amplius petere nõ poſſe, & inſtituit in reliquo ſuæ hæreditatis ventrem ſuæ vxoris hæredem vniuerſalem, ſi eſſet prægnans vxor reperitur non eſſe prægnans:an hæreditas tota debeat deuenire ad inſtitutum in præfata certa re tanquam ad heredem vniuerſalem,vel ad alios proximos, tanquam ab inteſtato ſuccedentes.Barto.conſi.clvj.inci. Titius fecit teſtamentum.nu.1.cum multis ſeq. fo.51
Teſtator an poſsit prohibere ius accreſcendi.vide Barto.ſ.eo. conſi.clvj.nume.2. fo.51
Teſtator quando poteſt facere quòd leges habeant vel non habeant locum in ſuo teſtamento. Barto.conſil. vt ſupra.clvj. nume.4.5.& 6. fo.51
Teſtator ſi ſubſtituit filio pupillariter Titiam, ſi intraret monaſterium:tunc ſtante ſubſtitutione pupillari debet Titia habere hæreditatem:licet non intret monaſterium, ſi tamen vitam vidualem,& caſtam obſeruet.Bar.conſil.clxxxiij.incipiente,domina Nuta Pauli.nu.1. fo.59
Teſtator ſi ſubſtituit compendioſè filio ſuo,& ille moriatur in pupillari antequam ſe immiſceat, an ex vulgari ſubſtitutione poſsit ſtatim ſuccedere teſtator. & ſi moriatur in pupillari poſt immiſtionem,an excludatur mater à ſubſtituto. Bartolus in conſilio xv.incip.in nomine dñi amen &c. pater habens &c. nu.1. fo.8
Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.Barto.in conſi.lxxxj.nume.2.in ij.volu. fo.217
Teſtator ſi rem legatam iuſſit ſimpliciter non alienari, talis prohibitio non valet eo,quia eſt nudum præceptum factum in fauorem legatarij,& ſic alienando poteſt ei renunciare.Bart.in xij.q. ſua diſpu.in ſolu.q.nu.1. fo.91
Teſtator vxori ſuæ ſi reliquit fructus, reditus, & prouentus omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium non veniũt iura & actiones nec veſtimenta viri,& quid de veſtibus vxoris pretioſis,& de pecoribus,& iumentis: & de protocollis ſi teſtator fuit notarius.Barto.conſil.l.incip. Gilius Petri.nume.1.cum multis ſeq. fo.17
Teſtatoris diſpoſitio quæ continet aliquid prohibitum à iure dicitur continere impoſsibile de iure.Barto.in tract. ſuo mino.lib.j. diſt.j.c.ij.nu.5. fo.111
Teſtamentum,in quo eſt relictum filio non iure inſtitutionis, ſed ſub hoc vocabulo relinquo,vitiatur.Nam verbum,relinquo,adiectum vniuerſali bonorum denotat inſtitutionem hæredis,ſed non adiectum eius particulari.Barto.conſi.cliij.incip. quamuis maximi doctores.nu.1. fo.49
Teſtamentum ſi eſt confectum per publicum notarium, facit fidem etiam,ſi teſtes ſunt mortui.Bart.in conſil.lxij.in ij. volumi. nume.1. fo.212
Teſtamentum vltimum quãdo ſunt inſtituti ab inteſtato tollit primum,ſi ſunt inſtituti extranei,non obſtante clauſula. Barto. in conſi.lxxvj.in ſecundo volu.nu.2. fo.216
Teſtator quando reliquit filiæ naſcituræ quæ ingrederetur monaſterium,vel maritaretur in alio caſu,cenſetur præterita. Bart. in conſilio xxviij.nu.1. fo.12

Teſtator ſi ſciebat tutorem, quem dedit in teſtamēto eſſe ſuum creditorem vel debitorem, nō propterea prohibetur à tutela. ſecus ſi ignorabat. Bartol. cōſili. cxlviij. in nomine Domini, quæſtio iſta. nume. 1. & ſeq. fo. 48.
Teſtator in dubio videtur eligere viam in teſtando, per quam ſua iudicia nō irritentur. Bart. conſi. clij. inci. & ego Franciſcus, circa finem. fo. 49.
Teſtator ſi ſubſtituit compendioſè filio ſuo, & ille moriatur in pupillari antequam ſe immiſceat: an ex vulgari ſubſtitutus poſsit ſtatim ſuccedere teſtatori, & ſi moriatur in pupillari poſt immiſtionem, an excludatur mater à ſubſtituto. Bartol. in conſilio xv. incipien. in nomine Domini &c. pater habens &c. numero. 1. fo. 8.
Teſtator ſi mādauit filio ſuo facere quittātiam Titio debitori ſuo, datis ſibi centum, & titius ante moram moriatur, eius hæres poteſt conditionem implere, vt habeat quittantiam. Bartol. in conſi. xvj. nu. 1. fo 8.
Teſtamento primo quando in eo poſsit poni clauſula, per quam tollatur factio ſecundi teſtamenti, & per quæ verba poſita in ſecundo teſtamento derogetur primo. Barto. in cōſili. xxj. incipiē. vt dicit. nume. 1. fo. 10.
Teſtamenti diſpoſitio commiſſa in voluntatem tertij quo ad pias cauſas, an valeat. Bar. in conſi. v. nu. 2. fo 4.
Teſtamentum non rumpitur propter præteritionem aſcendentium ſtantibus deſcendentibus. Bartolus in conſilio xviij. numero 1. fo. 8.
TITVLVS quando præſumatur ex curſu temporis. Bartol. in vij. quæſtio. ſua diſputa.. in ſolutio. quæſtionis. vij. cum tribus ſequent. fo. 85.
Titulus pro dote, & titulus pro hærede, an poſsint concurrere. Bar. in conſi. lxxxv. nu. 2. fo. 28.
TORMENTA quæ ſunt, & quot modis poſsit procedi ad tormenta, & qui poſſunt torqueri, & multa bona ponit Barto. in ſuo trac. de quæſtionibus. in ij. volu. fo. 229.
Ad tormenta non poteſt procedere iudex, niſi aſsignet terminū partibus ad reprobandum teſtes. Bar. in conſi. xcv. in ij. volumi. nume. 3. fo. 220.
Torrentia ſeu foſſata agrorum cur priuata ſint. in tra. Tybe. §. flumen. nume. 3. fo. 140.
TRANSFVGA dicitur qui recedit de terris ſubiectis, & vadit ad hoſtes. qui ſint rebel. §. tenore. nu. 1. & 2. fo. 108.
Tranſiator an poſsit petere in libello aduerſarium compelli à iudice ad tranſigendum. Barto. in conſil. xxix. in ſecundo vol. numero. 2. fo. 205.
Tranſlatio legati facti de ædificio relicto. à fratribus minoribus vt ibi conſtituatur locus, per quem fieri poſsit. lib. ij. minori. cap. ij. ij. diſtinctio. nume. 13. & 15. fo. 114.
Tres rationes, per quas ſuperior licito tyrānos creat vicarios, & dominos ciuitatum per eos tyranniſatarum. de tyranni. numero. 34. fo. 124.
Triplex diuiſio populorum: quia quædam ciuitas magna, quædam maior, quædam maxima. in tractatu de regi. ciuita. numero 15. fo. 165.
TVTORIS datio an valeat non præcedente inquiſitione. Bar. conſi. cxlv. inci. factum ſe habet. nu. 1. fo. 47.
Tutoris datio valet, licet non ſit tutor eiuſdem originis pupilli vel domicilij. Bar. cōſi. cxlv. incipiē, factum ſe habet. nu. 2. fo. eod.
Tutor authorans pupillo in his quæ fiunt per actum verbi debet loqui: ſecus in his quæ procedunt per actum fieri. de duo. fra. §. primò quæro. nume. 18. fo. 122.
Tutelam gerens mater & dicens ſe velle tranſire ad ſecundas nuptias: an auia præferatur alijs agnatis legitimis, vel tutori à iudice dato. Bar. cōſi. eo. vt ſuprà. nu. 4. fo. 47.
Tutelam gerens mulier & dicens ſe velle tranſire ad ſecunda vota, an deſinat eſſe tutrix. Barto. eod. cōſi. cxlv. incipiē. vt ſuprà. numero 4. fo. 47.
Tutor ex quibus cauſis nō poteſt authoritatem interponere in cōtractibus pupilli. Bar. in cōſi. xlvj. incip. in nomine domini amē numero. 3. fo. 16.
Tutor quando poteſt cauſam pupilli compromittere, & quando compromiſſum minoris cum authoritate tutoris ſibi nocet. Bar. in conſi. xlvij. nume. 1. cum ſeq. fo. 17.
Tutor cōuētus à pupillo dicit pupillus eum nō poſuiſſe res certas in inuētario: quæ probatio debeat fieri, & qd ſi iudex noluit deferre iuramētū in litē, & ſi detulit an iudex appelatiōis pōt aliqd agere. Bar. in cōſi. cl. inci. cū prędicta examinarē. nu. 3. fo. 48.
Tutor reddēdo ratiōem an teneat cōſignare pupillo res deſcriptas in inuētario. Bar. in cōſi. ccxxxix. inci. ꝑponitur. nu. 1. fo. 73.
Tutores teſtamentarij quando priuari poſſunt legato ſibi facto occaſione tutelæ. Bar. cōſi. cxlvij. inci. in nomine domini amē. quæſtio iſta. nu. 45. fo. 48.
Tutor habēti tutorem nō poteſt dari, & tutela eſt ipſo iure nulla. Bar. in cōſi. xxij. in ij. vol. nume. 1. fo. 203.
Tutor nulliter datus ſi nō adminiſtrat tutelam, nō tenetur. Bart. in cōſi. xxij. nume. 2. in ij. volu. fo. 203.
TYRANNIA nō datur in vicinia, nec villa, vico vel caſtro. de tyrā. numero 8. fo. 115.
Tyrānicus actus ſpecialiter cōſiſtit in affligēdo ſubditos. de tyrā. numero. 7. fo. 123.
Tyrannicus actus ſpecialiter cōſiſtit in affligēdo ſubditos: dicitur enim tyrānus qui anguſtiat, & cruciat ſuos. Barto. ibid. in d. ſuo trac. de tyrā. nume. 3. fo. 123.
Tyrannidis probatio, & qui dicātur actus tyrānici, quos enumerat Plutarchus de regimine principum per decem titulos recitat, Bar. in trac. de tyrā. nu. 28. fo. 124.
Tyrānus dicitur, qui nullum titulum in ciuitate patitur ſibi cōcedi ſed ita ordinat regimē ꝙ omnia ꝓcedūt ſecūdùm velle ſuum. et quomodo probetur hæc tyrānia. de tyrā. nu. 45. fo. 124.
Tyrannus in domo propria quis eſſe poteſt. nu. 11. fo. 123.
Si aliquis de domo facit contractum cum tali, reſcinditur. de tyran. nu. 11. fo. 123.
Quis dolus vel metus requiratur. ibid.
Tyrannus eſt peſsimus omnium modorum regēdi. in trac. de regi. ciui. nu. 27. fo. 165.
Tyrannus etiam dicitur electus à ciuitate in rectorem per metum quando ciuitas habet ius eligendi. de tyrā. nu. 14. fo. 123.
Tyrannus ſi patitur bona ciuitatis deperire, cōtra ipſam ciuitatem nō præſcribitur. de tyrā. nu. 26. fo. 124.
Tyrannus ex parte exercitij, licet habeat titulum minus propriè dicitur tyrannus. nu. 27. ibid.
Tyrānus abſq; titulo incidit in l. Iul. maie. de tyrā. nu. 32. fo. 124.
Tyrānus excercitio licet habeat titulum, quas pœnas incurrat. de tyrā. nu. 33. fo. 124.
Tyrannus habēs titulum, ꝙ habeat beneficium ꝙ nō poſsit ei à populo addi. aliquid iuriſdictionis, & ciuitatem ſubmittere nō poteſt. de tyrā. nu. 27. fo. 124.
Tyrannus tacitus, & velatus quis ſit & duo velamina tyranniæ. nume. 28. ibid.
Tyrannus à tyros Græcè, quod Latine dicitur fortis, ſiue anguſtia in tracta. de tyran. nu. 1. fo. 123.
Tyrannus eſt qui communi reipu. nō iure principatur. nu. 2. ibid.
Tyrannus ciuitatis eſt, qui in ciuitate nō iure principatur. de tyran. nume. 12. fo. 123.
Tyrannus ciuitatis quotuplex ſit. ibid.
Tyrannus manifeſtus in ciuitate quis dicatur ex defectu tituli. numero 13. ibid
Tyrannus alius prouincialis, alius ciuitatis, alius domus, alius ſuiipſius. de tyran. nu. 5. fo. 123.
Tyrānus quis ſit, & vnde dicat̃. Bar. in ſuo trac. de tyrā. nu. 1. fo. 123.
Tyrannorum quinque ſunt ſpecies. Bar. ibi. in dicto ſuo tracta. de tyran. nu. 5. fo. 123.
Tyrannus in vicinia nō dicitur, cùm vicinia nō regatur per vnum, ſed per eum, qui totam ciuitatem regit. Bar. in dicto ſuo trac. de tyrannia. nome. 8. fo. 123.
Tyrannus in villis, vicis & caſtris comitatus alicuius ciuitatis, in quibus iuriſdictio nō exercetur, licet aliquis ſit potentior, quod non poſsit eſſe. Bar. in d. ſuo tract. de tyran. nu. 10. fo. 123.
Tyrannus poteſt eſſe in vna domo. & ſi aliquis de familia faceret aliquem contractum vel aliquid aliud metu talis, qui eſt tyrannus in domo reſcinderetur: ſicut ſi factū eſſet metu tyrāni. Bart. in d. ſuo tac. de tyran. nu. 11. fo. 123.
Tyrannus manifeſtus quis dicatur. & de tyranno ciuitatis quotuplex ſit eius ſpecies, & qualiter violentia vel metus inferatur in populum. Bar. in d. ſuo tract. de tyran. nu. 13. fo. 123.







Tyrannus ſi eſt electus in ciuitate, quid de his quæ fiunt in ipſa ciuitate, & an geſta per tyrannos manifeſtos ex defectu tituli valeant. Bar. in d. ſuo tra. de tyran. nu. 13. & 14. cum ſeq. fo. 123
Tyrannus quando non trahit, ſed diſtrahit per ſe vel ſuos officiales ſolutionem eorum, quæ Reipublicæ debentur recipiendo an ſint liberati ſoluentes. Barto. in tracta. de tyran. numero. 19. & ſequen. fo. 124
Tyrannus ſi probetur exercitio, Comes, dux, Marchio, vel Baro, qui habet iuſtum titulum, quid debet facere ſuperior. Barto. in dicto ſuo trac. de tyran. nu. 31. fo. 124
Tyrannus quid ſi fuit factus proceſſus per eum, qui iuſtum habet titulum, an valeat, & quid de tyranno tacito, & velato: & qualiter poterit probari: cùm talis ſit velatus tyrannus. Bar. in ſuo tracta. de tyran. nu. 38. cum multis ſeq. fo. 124


De litera V.


VAſallus tenetur defendere dominū verbo, & facto. in conſti. ad repri. nu. 4. fo. 97
Vaſallus teſtificatur pro domino, & cōtra dominum, libertus contra patronum non teſtificatur. cir. ma. teſt. nu. 12. fo. 188
Vbicunq; abſens damnari poteſt, peruenitur ad diffinitiuam abſq; litis conteſtatione. in conſti. ad repri. §. conteſtata. nu.. 2. fo. 105
Venditor pro emptore non teſtificatur. nu. 13. fo. 183
Venditor an poſsit defendere rem petitam, & ſuſcipere in ſe iudicium inuicto actore. Bar. conſi. ccxix. nu. 1. inci. agitur. fo. 69
Venditio dicitur vna, ſi eſt facta ad rationem barillis, vel ſalmæ, licet cum flaſchis fuerit portatum. Barto. in conſil. xij. in ij. volu. nume. 2. fo. 199
Venditio ex quibus coniecturis præſumitur fraudulenta, & præſumptio fraudulenta quæ ex coniecturis infertur, debet intelligi cum omnibus qualitatibus ſibi ex coniecturis inhærentibus. Bart. in conſi. lxviij. inci. proponitur. nu. 1. fo. 23
Vendidit quis porcum factori carnificis, vel inſtitori, poterit agere pro pretio contra carnificem. Bar. in conſi. lxxix. inci. quidam vendidit. nu. 1. fo. 26
Verba videbitur, approbauerit, comprobauerit, & ſimilia, important arbitrium boni viri: & verba iudicio tuo, licet, libuerit, important liberam voluntatem. Bar. in extrauag. ad repri. in verbo videbitur. nu. 1. fo. 103
Verba iubere, vendi, & tradi pauperibus, & ipſa bona pauperibus relinquere diſtribuēda, inter eos facta venditio, idem importāt Bar. in conſi. iij. nu. 3. fo. 3
Verba, prout ſibi videbitur, quid importent. Barto. in extrauag. ad repri. in verbo, videbitur. nu. 1. & 2. fo. 103
Verba mobilia & immobilia nō excludunt iura & actiones. Bart. in conſi. xv. inci. in nomine domini &c. pater habens. nu. 3. fo. 8
Verba, pleno iure, reſtringuntur ad ſpecies relictas. Bar. in d. conſi. xv. nume. 4. fo. 8
Verba in inſtitutione quòd donator renunciat exceptioni ſimulationis, non vult vti poſſe ope fictionis. Bar. in conſi. lxv. incip. factum eſt tale. nu. 5. fo. 20
Verba, quod conſtat nobis, & noſtræ curiæ contenta in inquiſitione omnia vera eſſe appoſita in ſententia quid operentur. Bart. in conſi. cxj. inci. quæritur. nu. 4. fo. 34
Verba, relinquo vxorem meam dominam, & vſufructuariam quid importent. Bar. conſi. ccxliij. nu. 10. inci. fuit quidam. fo. 74
Verba dubitatiuè prolata, vt dicitur, & ſimilia verba enunciatiua, quando inducant diſpoſitionem inter contrahentes. Bar. in conſi. xc. inci. dilecto domino. nu. 7. fo. 29
Verba ſunt intelligēda cū effectu. Bar. in ſuo trac. q. vēti. nu. 9. f. 135.
Verba, quòd ſi nullus decederet ſine liberis, quid importent. Bart. in conſi. lvij. inci. Anacelus. nu. 1. fo. 19
Verba, ſi non vixerint, & filios non habuerint, qn̄ per ea fit cōpendioſa, in qua continetur pupillaris. Barto. in cōſi. lij. nu. 2. fo. 17
Verba, quæ dicātur directa, quæ communia, & quæ obliqua. Bar. in conſi. lxx. nu. 1. in ſecundo volu. fo. 214
Verba derogatoria quomodo habeant impedire teſtamentū poſtea factum. Bart. in conſi. lxxxiij. in ſecundo vol. nu. 1. & 2. fo. 217
Verba Gregorij pro lege ſeruanda ſunt. de tyran. nu. 3. fo. 123
Verba enuntiatiua in teſtibus non probant. circa materiam teſta. nume. 9. fo. 180
Verba in contractibus impropriantur, vt ad materiam adaptentur. lib. ij. min. c. vij. viij. diſt. nu. 55. fo. 116
Verba, inſtituo te excepto fundo, hoc important, id eſt, in fundo te non inſtituo. Bar. in conſi. clxxvij. incipiē. Mathiolus Gratioli. nume. 5. fo. 58
Verbum, iudicio tuo, importat arbitrium boni viri. in conſtitu. ad repri. in §. videbitur. nu. 4. fo. 103
Verbum volo, importat liberam voluntatem verbum libet. Item verbum, plenum ſeu liberum arbitrium. in conſt. ad repr. §. videbitur. nume. 3. fo. 103
Verbum, videbitur, importat arbitrium boni viri. in cōſti. ad repri. §. videbitur. nu. 1. fo. 103
Verbum emit in contractu quandoque accipitur, id eſt, conduxit. & ſi vtatur ver. pretio, ponit̃ pro mercede. Bar. in iiij. q. ſua diſp. in ſol. contra. nu. 4. fo. 81
Verbum patientia quid importet, & quando ex patientia præſumatur titulus. vide plenè Bar. in q. ſua diſp. vij. incip. mulier habens. in ſol. q. nu. 2. & 5. fo. 85
Verbum ſubſtituit, eſt commune, & adaptatur ad obliquum. Bart. in conſi. lxxix. nu. 1. in ij. vol. fo. 216
Verbum pertinere, in accuſatione damni dati non ſufficit, niſi dicatur iure dominij vel quaſi, vel iure poſſeſsionis. Bart. in cōſi. xv. in ij. volu. nu. 1. fo. 201
Verbum de bonis, eſt ſignificatiuum poſſeſsionis, & non dominij. Bar. in conſi. xxviij. in ij. volu. nu. 3. fo. 205
Verbum reuocato precario, quomodo intelligitur. nu. 4. fo. ibid.
Verbum quādocunq;, & verbum ſuccedat, & verbum ad alia poſſit peruenire, an faciat ſubſtitutionem directam. Barto. in conſi. lxiiij. in ij. vol. nu. 8. & 9. fo. 213
Verbum circunſcribere, eſt per dolum aliquem decipere. Barto. in conſi. lxv. in ij. volu. nu. 4. fo. 213
Veſtimenta, annuli, & perlæ, quæ fecit pater nurui filij, imputātur in partem filij pro eo quod nunc valent, non pro eo quod fuerunt emptæ. de duo. fratri. §. primò quæro. nu. 33. fo. 122
Via intermedia agro non impedit ius alluuionis. in trac. Tyb. §. noſtro. nu. 2. fo. 140
Villa in Francia idem eſt quod ciuitas, apud nos dicuntur ędificia ſine muris: & de iure cōmuni non habent iuriſdictionē. qui ſint reb. §. Lombardiæ. nu. 3. fo. 107
Vinum eſſe dulce ſi teſtis dicit, & reddit cauſam, quia bibit, probat in tra. de teſtib. nu. 15. fo. 173
Violentia vel metus qualiter inferatur in populum. de tyran. numero. 15. fo. 123
Vir quibus caſibus ſuccedat vxori. in tract. de ſucceſſ. ab inte. numero. 25. fo. 171
Vires in plurali denotant effectum, ſeu efficaciam, & potentiā corporis. de flumine. §. quod ſi vis flu. nu. 2. fo. 141
Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate cōſiſtens quo ad nos determinata ratione, & vt ſapiens determinauit. in tracta. de teſtib. nu. 66. fo. 175
Virtus quid ſit, & quod aliæ ſint morales, aliæ Theologicæ, & plura de his. vide Bar. in ſuo trac. de teſti. ver. de virtutibus. ver. virtutum. nu. 66. & 67. fo. 176
Virtutum moralium quatuor ſunt cardinales, ſcilicet prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperantia. in tract. de teſtib. nu. 68. fo. 176. & vide nu. 69. 70. & 71. fo. 176
Virtuoſus quis probatur, probando actus tales, qui apud iudicem & bonum virum virtuoſi determinantur. in tract. de teſti. numero. 67. fo. 176
Viſus propriè & ſtrictè eſt actus videntis oculo corporali & intellectuali. in trac. de pub. teſti. nu. 132. fo. 193
Vniuerſitas vel collegium reſpondet per ſyndicum, & in capitalibus cauſis. Bartol. in extrauag. ad repri. in verbo, legitimè. nume. 3. fo. 105
Vniuerſitas quando citatur, quomodo fiat citatio. in conſti. ad repri. §. citatum. nu. 1. fo. 105
Vniuerſitas poteſt delinquere, & contra eā poteſt procedi. in conſtit. ad repri. ver. corpus. nu. 3. fo. 103
Vniuerſitas in cauſis capitalibus reſpondet per procuratorem in conſtit. ad repri. §. legitimè. nu. 3. fo. 105
Vniuerſitas accuſando proſequitur, accuſatio per procuratorem. ibib. nume. eod.

# Repertorium conſilio quæſtio. & Tract.

Volenti probare per teſtes non currit tempus, denec teſtes ſunt cõtumaces. in tracta. ad reprob. teſti. in verſi. teſtiũ fa. nu. 71. fo. 185.

Voluntas in maleficijs ſpectatur, & non exitus. Barto. in conſi. x. in ij. volumi. nume. 2. fo. 199.

Voluntas coacta voluntas eſt, & ſecundũ theologos voluntas nũquam appetit niſi bonum exiſtens, vel apparens. Barto. in extrauag. ad repri. nume. 3. fo. 97.

Voluntatis defuncti declaratio ꝙ pertineat ad hæredem, tanquam ad eum qui melius debet cognoſcere. Barto. in x. q. ſua diſpu. in cip. debitor in diem. nu. 3. fo. 89.

Voluntas an poſsit probari per non factum ſicut per factum. Bar. in x. q. ſua diſpu. præalle. in ſol. q. nu. 1. fo. 89.

VSVRARII & conſiſtentes in peccato mortali repellunt à teſtimonio. in tracta. ad repro. teſti. in verb. teſtiũ fa. nu. 35. & 58. in fine. fo. 184.

Vſurarium aliquem eſſe probatur per teſtes ſingulares. in tracta. de publi. teſtium. nu. 187. fo. 194.

Vſuras ſi facit filius ex perſona patris, an illas teneatur communicare. Barto. in ſuo tracta. de duo. fratri. nume. 3. fo. 119.

In vſuraria prauitate quomodo debet fieri petitio. Bar. in conſi. xx. in ij. volumi. nume. 1. fo. 202.

Ad probandũ cõtractum vſurarium ſeu fictitium, & ſimulatũ, quæ coniecturæ requiruntur. Barto. in d. conſi. xx. nume. 4. in ſecundo volu. fo. 202

Vſuſfructus ſi relinquatur ei, qui non poteſt habere niſi in alium transferatur, vt an ſeruo: in domino quæratur, cum ſit tacitè prohibitum. per l. in vſu. & vſufruc. quod in alium non transferatur Bar. in xij. q. ſua diſpu. in ſol. q. fo. 91.

Ad vſufructuariũ an pertineant ſumptus ſuper refectione domus. Bar. in conſi. l. in ſecundo volu. nu. 6. fo. 209.

VTILE ab inutili in cõtractibus in quantitate ſeparatur. in trac. de iuriſdi. nu. 5. fo. 154.

VVLNERATVS ſi quis fuerit ab aliquo moritur qñ preſumat mortuus ex vulnere. Bar. plenè in ſuo trac. de pcuſsioĩbus. nume. 1. cum multis ſequen. fo. 158. Et in conſi. xxxvij. in ij. volu. nume. 1. fo. 206.

Vulnere durante ſi alia ſuperuenit infirmitas, quando præſumatur mortuus ex vulnere, in trac. de percuſ. nu. 4. fo. 168.

Vulnere ſanato ſi alia infirmitas ſuperuenit, & mortuus eſt vulneratus, de occiſo non tenetur. in trac. de percuſ. nu. 5. fo. 168.

Vulnere ſanato, ſi languor eiuſdem vulneris continuè affecit percuſſum ita ꝙ concurrentibus alijs humoribus maxima cauſatur afflictio, & moritur: vulnerans de occiſo tenetur, explorato tamen pro conſilio, medicorum. in trac. de percu. nu. 6. fo. 168.

Vulnerãs non mortiferè, ſi vulnerato ſuperuenit febris & moritur non tenetur de occiſo. in trac. de percuſsio. nu. 7. fo. 168.

VXOR qñ relinquitur domina, & maſſaria, an debeat habere alimenta, & quomodo. Bar. in coſi. ix. nu. 1. fo. 5.

Vxor ſi dedit fundum in dotem & vir promiſit ſibi reſtituere dotem, ac poſtea ambo vendiderunt fundum, & quibus confeſſus eſt ſe recepiſſe pretium, tamen ſoluto matrimonio mulier poteſt repetere ab hærede pretiũ fundi. Bar. in cõſi. cxxiiij. nu. 1. fo. 42.

Vxor ſoluto matrimonio an poſsit repetere ab hæredibus viri fructus rerum paraphernalium, & qui dicantur fructus induſtriales. Bar. in conſi. cxxv. nu. 1. & 2. fo. 42.

Vxori ſi teſtator reliquit aliquid ſi caſtè vixerit, & poſtea dicit: itẽ reliquit certum fundum, non intelligitur hic repetita præfata cõditio: quia dictio item: repetit quando fit mutatio rerum, vel perſonarum. Item de clauſula præcedenti quando non refertur ad ſequentia. Bar. in conſi. xxxix. nume. 1. fo. 15.

Vxori ſuæ ſi teſtator reliquit fructus reditus & prouentus omniũ bonorum ſuorum mobilium & immobilium non veniunt iura & actiones, nec veſtimenta viri. & quid de veſtibus vxoris pretioſis, & de pecoribus & iumẽtis, & de protocolis ſi teſtator fuit notarius. Barto. in conſi. l. inci. Gilius Petri de Florentia. nume. 1. cum ſequen. fo. 17.

Vxor quando relinquitur domina maſſaria. Et quando vxor relinquitur domina & vſufructuaria & maſſaria exiſtentibus filijs trahitur ad alimenta: eis deficientibus habet pleno iure. Barto. in conſi. lvj. in nomine Domini amẽ. Bar. facit &c. nu. 3. cum ſeq. fo. 17. Et in conſi. xcij. in ij. volu. per totum. fo. 219

Vxor quando relinquitur domina & vſufructuaria à teſtatore, nõ exiſtẽtibus filijs, quãdo debeat ſolùm habere vſumfructum medietatis bonorum, & non omnium. Barto. in conſili. xxxiij. numero 2. fo. 13.

Vxor ſoluto matrimonio an poſsit petere alimenta tanquam vſuras dotis. Bar. in conſi. xxxiiij. in ij. vol. no. 2. fo. 218.

FINIS.

Vba singularia Diuj Bernardi:

Cor durum est, qd punctione non tundit, nec pietate molit, nec mouet precib⁹, minis non cedit, induratum ad flagela, ingratum ad beneficia, Ad consilia infidum, Ad iudicia seuerum, inuerecundum ad turpia, inpauidum ad pericula, inhumanum ad humana, Preteritum obliuiscens, Presentia non curans, futura non prouidens..

Licen^do^ D.
M. C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA